CATENA
Græcorum Patrum
IN
BEATVM IOB
COLLECTORE
NICETA
HERACLEÆ METROPOLITA
EX DVOBVS MSS.
BIBLIOTHECÆ *BODLEIANÆ*
Codicibus, Græcè nunc primùm in lucem edita, & Latinè verſa,

OPERA ET STUDIO
PATRICII IVNII
Bibliothecarii Regii.

Acceſsit ad calcem Textus Iobi στιχηρῶς, iuxta veram & germanam Septuaginta Seniorum interpretationem,

Ex venerando Bibliothecæ Regiæ Ms. codice, & totius orbis antiquiſsimo, ac præſtantiſsimo.

Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ, ἀγαθῶν τε δοτῆρι.



LONDINI
Ex Typographio Regio
MDCXXXVII.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO AMPLISSIMOQVE PRÆSVLI DOMINO

GVLIELMO LAVD

ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI TOTIVS ANGLIÆ PRIMATI & METROPOLITANO

PATRICIVS JVNIVS S.

MUndum eſſe carcerem, & catenâ alios aureâ, alios ferreâ & adamantinâ in hac vita conſtringi, (ſolos autem eos beatos exiſtere, qui, quò laxiùs obambulent, ratione ac patientiâ, tanquam limâ eam abradunt & attenuant) proſpera etiam ex adverſis, & adverſa viciſsim ex proſperis pendere, nexúque indiſſolubili inter ſe concatenata eſſe, author eſt Charidemus apud Dionem aureæ eloquentiæ rhetorem: & Jobus noſter, qui ex opulentiſſimo totius Orientis repentè ad ſummam inopiam redactus eſt, verſatilis fortunæ, quæ diu eodem veſtigio ſtare neſcit, documentum locupletiſsimum eſt. Summæ ejus pietatis erga Deum, & firmitatis in utraq; fortuna, ac animi invicti, vetuſtiſsimam ſimul & veriſsimam hiſtoriam, ex hebraico fonte à Septuaginta Senioribus verſam, & gem-

meâ græcorum Patrum catenâ illuſtratam, *Reverendiſsimæ D.^{ni} V.^{æ}* offero; non ut arctiſsimis beneficiorum vinculis exſolvar, quibus munificentia veſtra obſtrictum me tenet, ſed ut munuſculo hoc literario gratitudinem meam & obſervantiam, orbi teſtatam faciam. Quod quidem ſi eâ fronte acceperis, quâ *Sereniſsimus Rex* non ſine merito tuo maximo te aſpicit, quâ Eccleſiam ornas, Academiam foves, bonarum artium ſtudia indies promoves, & ſtudioſorum omnium deſideria pleniſsimâ indulgentiâ exples, quâ Britanniam deniq; characterum elegantiâ in omni linguarum genere locupletas, ac vicinis gentibus, non minùs pulchrâ, quàm politâ & accuratâ veterum ſcriptorum editione, invidendam reddis: ſoliſque tui jubare nebuloſas obtrectatorum calumnias diſpuleris, (quibus, ut nomen aliquod apud imperitum vulgus obtineant, aliorum famam & æſtimationem obſcurare ſtudent) laborem hunc noſtrum non infeliciter collocatum exiſtimabo, & *Reverendiſsimæ D.^{ni} V.^{æ}* auſpiciis majora deinceps aggredi non verebor; votique mei ſummam tum demum conſequutum me eſſe gratulabor, cùm lucubrationes meas qualeſcunque ſubactiſsimo tuo judicio comprobavero, ac tanti viri patrocinio planè non indignus exiſtimatus fuero. *Dab. prid. Non. Jul. Anno* MDCXXXVI.

Candido Lectori.

S*I vera eſſent,* Amice Lector, *quæ Comitolus, qui ante nos Catenam hanc è græco tranſtulit, de verſione ſua profitetur,* quòd verbum nullum græcum prætermiſerit, quod latino non expreſſerit, & quòd verba ſingula non tantùm annumeraverit, ſed appenderit; *laborem non minùs irritum quàm moleſtum ſuſcepiſſe, & cum Lydo illo apud Dionem Chryſoſtomum (qui cùm domi quod ageret non haberet, altoq́; otio ſecurus frueretur, in forum egreſſus, negotium operoſum, quo ſe implicaret, pretio mercatus eſt) non immeritò* ἀβελτηρίας *charactere notandi videri poſſumus. Non levem autem moleſtiam & difficultatem utriq; peperit, fragmentorum è Patribus conciſè nimis excerptorum, neq; inter ſe cohærentium, interruptus & confuſus ſæpenumero tenor; pleraq; enim adeo obſcura & involuta ſunt, ut Oedipo conjectore indigeant: quod tecum ſi ſeriò & candidè perpenderis, ſi per feſtinationem fortè aut incogitantiam alicubi nos etiam lapſi ſumus, faciliorem te veniam pro tua humanitate conceſſurum ſperamus. Quædam enim adhuc eſſe non diffitemur, & præcipuè in prioribus duobus capitibus, ubi veteris verſionis nonnulla veſtigia, licèt evanida, apparent, (principio enim non tam novam, quàm interpolam interpretationem dare, propoſitum nobis erat) quæ meliùs ac ſignificantiùs exprimi poſſent, ſi denuo ea ſub incudem revocare, & limam per alias occupationes intendere liceret: nihil enim in hoc genere adeo emendatum in lucem prodit, quod ſecundis cogitationibus locum non relinquat. Verùm ut inutilis* περιεργίας *ſuſpicionem omnem à nobis amoliamur, quaſi actum agere ſine juſta aliqua cauſa inſtituerimus, & verſionem ejus* ἀνέγκλητον *temerè damnaverimus; viſum eſt operæpretium in hoc operis veſtibulo, ad loca nonnulla digitum intendere, & verba græca cum ejus interpretatione ob oculos ponere, tuóq; judicio, rectè an ſecus interpretis partes impleverit, relinquere: ſi priùs monuerimus, Catenam hanc noſtram multò auctiorem eſſe eâ qua Comitolus uſus eſt, quippe quæ varia Patrum fragmenta habeat, quæ in ejus exemplari deſiderantur; quod ſtatim in limine, & proœmio ipſo, cuivis intueri volenti, verum apparebit. Pag. 92. lin. 21.* ἐκεῖνον ἥσσονα τῆς γαστρὸς εὑροῦσα, cùm inani ventre eum offendiſſet. *Pag. 109. 35.* ἀπέχουσα Γεζρῶν δεκαπέντε σημείοις,

σημείοις, quintodecimo lapide diſtans. 125.38. ὅτι τέως τῶν φρόντων οὐκ ἐπιχειρούμην κακῶν, nullũ eram tamen facinus aggreſſurus. 203.28. ἔοικε δὲ ἐσχηματισμένως λέγειν πρὸς τὸν Ἰώβ, ſed tamen teſte Jobo dicere videtur. 228.40. τὸ δὲ συναγόμενον ἐν τοῖς ἄνω τοιοῦτόν ἐστιν, illud autem ſuperior conficit oratio. 311.7. ἐγὼ δὲ ὥσπερ πελάγει, ἐν μέσῳ τῶν κακῶν φερόμενος, ego verò quaſi in angulum latúſve obliquum conjectus, in ſumma malorum tempeſtate fluitans. 318.7. οὐ γὰρ δεῖ, φησὶν, ἀλόγων δίκην σιωπῶντας παροξύνειν, minimè decet, inquit, more belluarum eos qui ſilent provocare. 324.28. θεῖον, τὴν ὀργὴν ἔδειξε τὸ τεταγμένον, ſulphur dixit divinam ultionem à Deo conſtitutam. 355.23. ἀλλ' ὡς ὑπὸ βέλους τὸ σῶμα διαπερονηθεὶς σφοδρῶς διαπαρθέντος, ſed quemadmodum corpus ſagittâ confixum, facilimè in ſervitutem redigitur. 357.5. νόει μοι τινὰ εἰς ὑπερβολὴν πυρέοντα, ſic tute cogita eſſe quempiam igne admirabili circumſeptum. 467.8. ἵνα ἡμεῖς ἀναγινώσκοντες ἑαυτοῖς ἐπαιρόμεθα, λέγοντες, ut cùm hæc ipſi legerimus, atque animos tumidos ſublatóſque habuerimus, dicamus. 510.24. τῷ δὲ πληθυντικῷ τῆς φωνῆς κοινοποιεῖ τὸν λόγον, cum eo igitur qui voces nimias fundit, ſermone communicato. 546.13. λαλητὸν γὰρ, τὸ λογικόν φησι ζῶον· τὸ δὲ τεθεῖσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, prædicandum autem dicit animal ipſum, compos rationis, quod collocatum fuit in terra. 572.25. ἔστι μέντοι τὰ πάθη ἐπιπαιδαγωγηθέντα, καὶ χόρτον ἴσα βουσὶν ἐσθίειν δεδιδαγμένα, affectus quidem ipſi ſi comprimantur diſciplinâ, mites fiunt, & boum more fœno veſcuntur. *Adde quòd quædam loca mendoſa eſſe ſuſpicetur, in quibus mendum nullum ſubeſt; & pleriſq; quæ leviſſimâ conjecturâ reſtitui poterant, tanquam deſperatis, medicinam nullam afferat, ſed interpretatione ſua ſenſum planè pervertat: ut Pag.*3. πάσας ἐπιτέλει τὰς ἐντολὰς, cuncta perfice mandata, *pro*, ἐπὶ τέλει, ſub finem. 53. προιμαστὴς, *pro*, παροιμιαστὴς, *licèt dictum hoc Proverb. cap.* 27. *ſed diverſo ſenſu, reperiatur; illic enim non de athleta, ſed de ſponſore & fidejuſſore ſermo eſt.* 185. δείγματι, *pro*, διηγήματι. 224. παραληθεὶς, *pro*, παραιτηθείς. 244. ἀνδίαν, *pro*, ἀηδίαν. 279. ἔτιξας, *pro*, ἔπηξας. 279. ἀπέρριψας, *pro*, ἐπέρριψας. 502. θανάτω, *pro*, θαύματος. 508. ἀκολούθως, *pro*, ἀκωλύτως. & 614. νεφρῶν, *pro*, νεκρῶν. *Sed ex innumeris hæc ſufficiant, neque enim inanis gloriolæ causâ, multominus ut ex alterius ignominiâ, nominis famam & celebritatem nobis quæreremus; verùm ut pro modulo noſtro, Dei gloriæ, & utilitati Eccleſiæ deſerviremus, opus hoc aggreſſi ſumus, & divinâ opitulante gratiâ, abſolvimus. Capitum diviſione, qualem ex Olympiodoro, protheoriarum authore, Catenator exhibuit, uſi ſumus; ita tamen, ut communiter*

receptam

receptam non neglexerimus, ſed in ora libri annotaverimus : ex quibus autem annulis Catena hæc conſtet, & ex quorum Patrum ſcriptis Nicetas illam fabricaverit, ex ſubjecto indiculo videre licet. Obſervandum præterea eſt, reliquos quidem Patres, in poſterioribus capitibus rariores occurrere, Olympiodorum autem paginam utramque implere ; cujus nomen, fidem emendatiſſimi exemplaris ſequuti, in quo conſtanter & per omnia ita ſcriptum reperitur, (lege tamen compoſitionis aliter, ut videtur, poſtulante) per ω *in antepenultima expreſſimus. Placuit etiam ex antiquiſſimo Bibliothecæ Regiæ Ms. codice, & ab omni aliarum verſionum miſtura defæcatiſſimo, (quod vel ex hac ipſa Catena, quam in lucem nunc damus, & Origenis epiſtolâ ad Africanum, apertiſſimè colligere licet) textum Jobi ad calcem operis mantiſſæ loco ſubjungere, tibiq; ad excitandam orexin, tanquam levem guſtationem apponere ; quam ſi palato tuo ſapere, & ſtomacho ſine ullo faſtidio placere intellexerimus, poſtea non ſubitâ aliquâ ſportulâ, ſed pleniore & magis opiparâ cœnâ, appetitum tuum ſedare, ac famem integram explere conabimur. Scriptus eſt autem liber, ne ſis neſcius, literis grandioribus in vetuſtiſſimis membranis, ſine ulla capitum aut vocum diſtinctione, quod antiquitatis ſummæ indicium eſt, niſi quòd in* στιχηρῶν, *(quales ſunt, præter quinque Canonicos, Sapientiæ Salomonis, & Siracidis libri)* στίχοις, *ſeu verſibus, in reliquis verò, paragraphis & ſectionibus utatur, & puncta interdum in ſuperiore parte lineæ, ſed rariora adhibeat : ſive autem is Theclæ nobilis fœminæ Ægyptiæ, quæ circa Concilii Nicæni tempora floruit, (ut author eſt Cyrillus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui ex Ægypto ſecum advexit cùm ſedem Alexandrinam relinqueret, & dono ad Sereniſſimum Regem noſtrum tranſmiſit) ſive alterius librarii manu exaratus fuerit, modò de puritate & præſtantia ejus conſtet, non multùm contendimus. Tu feliciter his fruere, conatibus noſtris fave, & humanæ infirmitatis memor, ſicubi vel à nobis, vel typographis erratum eſt, humaniter condona. Vale.*

Græcorum Patrum nomina, ex quorum ſcriptis Catena hæc conflata eſt.

APOLINARIUS.
ATHANASIUS.
BASILIUS.
CHRYSOSTOMUS.
CLEMENS ALEXANDRINUS.
CYRILLUS ALEXANDRINUS.
DIDYMUS.
DIONYSIUS ALEXANDRINUS.
EPHRAEM SYRUS.
EVAGRIUS.
EUSEBIUS.
GREGORIUS NAZIANZENUS.
GREGORIUS NYSSENUS.
ISIDORUS.
JULIANUS HALICARNASSENSIS.
METHODIUS.
NILUS.
OLYMPIODORUS.
ORIGENES.
POLYCHRONIUS.
SEVERUS.
THEOPHILUS ALEXANDRINUS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΝΙΚΗΤΑ.

Ὑπόθεσις μὲν ἡμῖν καὶ σκοπὸς τοῦ λόγου, ἡ τῆς βίβλου τοῦ πολυάθλου Ἰὼβ ἀνάπτυξις· οὗ καὶ μόνον μεμνῆσθαι μέλλοντας, ἀποπλῦναι δεῖ τὸ στόμα, καὶ οὕτως αὐτοῦ μνησθῆναι· καθαροῦ γὰρ ἀνάγνοις ἅπτεσθαι χείλεσι, μὴ οὐχὶ θεμιτὸν ἐστί. Δεῖ δὲ ἄρα πρὸ τῆς εἰσόδου, τὰ πρόπυλα κατανοῆσαι, καὶ τίνα ζητήσεως ἄξια εἰς ἀριθμὸν θέντας, ἐπὶ κεφαλαίων διεξελθεῖν. Ζητήσειε γὰρ ἂν ὁ φιλομαθὴς, τίς, καὶ πόθεν, καὶ πότε ὁ δίκαιος Ἰὼβ οὗτος γέγονε, καὶ τίς ὁ τοῦ βιβλίου τοῦδε πατὴρ, καὶ πρὸς τίνα ἡμῖν τὸ σύγγραμμα χρήσιμον, ἵνα τὸ ἐντεῦθεν ὄφελος γνόντες, ἀσμένως καὶ μετὰ προθυμίας ἀναγινώσκωμεν.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Γέγονε τοίνυν ἐξ Ἀραβίας ὁ μακάριος, πέμπτος ἀπὸ Ἀβραὰμ, διὰ Ἠσαῦ τοῦ διαβεβλημένου γενεαλογούμενος· τέτοκε γὰρ ὁ πατριάρχης τὸν Ἰσαὰκ, ὁ δὲ τὸν Ἠσαῦ, κἀκεῖνος τὸν Ραγουὴλ, καὶ αὐτὸς τὸν Σαρὰ, ἐξ οὗ ὁ Ἰώβ. Ὅτι δὲ οὐ μετὰ τὸν νόμον ὁ δίκαιος

PROOEMIUM NICETÆ.

Explicatio libri Job, certaminum multitudine & victoriâ celebris, argumentum & ſcopus eſt tractatûs noſtri; cujus viri qui meminiſſe tantùm volunt, priuſquam mentionẽ ejus faciant, os probè eluere oportet: purum enim impuris labiis contingere, nefas eſt. Ante introitum verò, veſtibulum ipſum diligentiùs contemplari, & nonnulla diſquiſitione digniora, certo numero comprehendere, ac ſummatim perſequi, neceſſe eſt: quæret enim fortaſſe diſcendi cupidus, quis, unde, & quo temporè juſtus hic floruerit: quis libri hujus parens, & ad quænam ſcriptum hoc utile ſit; ut utilitate, quæ inde percipi poteſt, perſpectâ, librum ipſum lubenti & alacri animo legamus.

CHRYSOST. *Natus igitur in Arabia beatus Job, ab Abrahamo quintus exſtitit, generis ſui originem ab infami Eſau deducens: genuit enim Patriarcha Iſaacum, hic verò Eſau, & ille Raguel, hic autem Zara, à quo ortus eſt Job. Quòd verò poſt legem minimè exſtiterit, (ut non-*

nullis viſum eſt, ob ejus vivendi rationem ad legis normam expreſſam) ſed potiùs ante legem fuerit, & quæ legis erant, naturali inſtinctu, & nemine præeunte adimpleverit, manifeſtum eſt, non tantùm ex ejus genealogia, verumetiam ex eo quòd longævam hic vitam vixerit, & ſupra ducenteſimum annum prorogaverit: poſt legem enim latam, nemo tot annos vixiſſe proditur.

POLYCHRON. *Varia & diverſa opinio eorum eſt, qui commentarios in tractatum Jobi ediderunt: alii enim, genealogiâ inducti quæ ad calcem libri habetur, & Jobum quintum ab Abrahamo ſtatuit, ante legem eum floruiſſe affirmant; alii verò ex vivendi ejus ratione ad legis normam expreſſâ, in qua non tanquã Iſraelites, ſed Iſraelitis finitimus, fama & auditione erudiebatur, poſt legem latam vixiſſe volunt. Genealogiam enim quæ in fine eſt, rejiciunt, quia in Hebræo non reperitur, & liber iis verbis clauditur,* Et mortuus eſt Job ſenior, & plenus dierum: *nominis autem ſimilitudinem in genealogia Eſau,* Gen. 36. 33. *quæ in libro Geneſeos exſtat, ubi Jobabi mentio fit, anſam erroris & hujuſmodi ſcholii quibuſdam præbuiſſe; tractuq; temporis poſtea, quæ margini adſcriptaerant, in libri contextum ab aliis aſſumpta eſſe aſſerunt. Sive verò ante*

ὕστερον ἐγένετο, ὡς τισὶν ἔδοξε διὰ τὴν ἔννομον αὐτοῦ πολιτείαν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ νόμου γενόμενος, φύσει τὰ τοῦ νόμου ἐποίει, τῇ ἀδιδάκτῳ γνώμῃ χρώμενος, δῆλον μὲν καὶ ἀπὸ τῆς γενεαλογίας, δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ μακροβιώτατον τοῦτον γεγονέναι, καὶ ὑπὲρ τὰ διακόσια ἔτη βεβιωκέναι· οὐδεὶς γὰρ τῶν μετὰ τὸν νόμον, τοσαῦτα ζήσας ἱστόρηται.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Εἰς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Ἰὼβ διαφόρως ἠνέχθησαν οἱ ὑπομνηματισταί· οἱ μὲν γὰρ πρὸ νόμου τὸν ἄνδρα φήσαντες ἐκ τῆς ἐν τῷ τέλει τῆς βίβλου γενεαλογίας, πέμπτον εἶναι λεγούσης αὐτὸν ἀπὸ Ἀβραάμ· οἱ δὲ μετὰ νόμον, ἐκ τῆς ἐννόμου πολιτείας αὐτοῦ, ἣν οὐχ ὡς Ἰσραηλίτης, ἀλλ' ὡς Ἰσραηλίταις ὅμορος, ἐκ παρακουσμάτων ἐπαιδεύετο. παραγράφονται γὰρ τὴν ἐν τῷ τέλει γενεαλογίαν, ὡς μὴ ἐμφερομένην ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, τοῦ δὲ τέλους ὄντος ἄχρι τοῦ, καὶ ἐτελεύτησεν Ἰὼβ πρεσβύτερος, καὶ πλήρης ἡμερῶν· ἀλλ' ἀπάτης, φασὶ, γενομένης ἀπὸ τῆς ὁμωνυμίας τῆς ἐν Γενέσει φερομένης εἰς τὴν κατὰ τὸν Ἠσαῦ γενεαλογίαν, ἔνθα μέμνηται Ἰωβὰβ, τὸ τοιοῦτόν τινες ἐσχολιογράφησαν· καὶ λοιπὸν ἕτεροι τῷ χρόνῳ ὡς ὕφην τοῦ παντὸς βιβλίου εἰργάσαντο τὰ παραγεγραμμένα. πλὴν εἴτε

περὶ

Digitized by Google

πρὸ νόμου ὁ Ἰὼβ, εἴτε μετὰ νόμον, ἡ γραφὴ, φασὶν, οὐδαμῶς ἐσαφήνισε· τοὺς γὰρ χρόνους ἐπ᾽ ἐκείνων τάττειν εἴωθεν, ἀφ᾽ ὧν ἐστιν ἢ τὴν προῤῥήσεως τὴν ἀλήθειαν ἐκπλαγῆναι, ὡς ἐπὶ τῶν Εὐαγγελίων καὶ τῶν Προφητικῶν· ἢ πάλιν ἐφ᾽ ὧν πραγμάτων ποιεῖται διήγησιν, τῆς χρείας κατεπειγούσης τὴν ἐπισημασίαν τῶν χρόνων, ὡς ἐπὶ τῶν Βασιλειῶν· ἐφ᾽ ὧν δὲ παραίνεσίς ἐστι μόνη, ὡς ἐπὶ τῶν Παροιμιῶν καὶ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ· ἢ πάλιν διδασκαλίαι, καὶ ἀγῶνες δογμάτων, ὡς ἐπὶ τῶν ἀποστολικῶν, ἐν τούτοις περιττὸς ὁ χρόνος ἐνομίσθη· οὕτω δὴ κἀνταῦθα, ἐπεὶ μόνον προὔκειτο δεῖξαι τοὺς ἀγῶνας τοῦ ἀνδρὸς εἰς προτροπὴν ἀρετῆς, παρέλιπε τὸν χρόνον ὁ συγγραφεὺς, ὡς οὐ μέγα. τι περὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐγνωκὼς συμβάλλεσθαι τοῦτο. ἔφασαν δὲ, ὅτι καὶ οἱ φίλοι τοῦ Ἰὼβ ἐοίκασι συγγεγραφέναι τὸ βιβλίον, ἢ ἐν τῷ παρεῖναι μνημονεύσαντες, ἢ καὶ κατὰ θείαν χάριν ἐλλαμφθέντες· καὶ μάλιστα, τοῦτο εὐξαμένου τοῦ Ἰὼβ· ἔφη γὰρ, τίς ἂν δῴη γραφῆναι τὰ ῥήματά μου, τεθῆναι δὲ αὐτὰ ἐν βιβλίῳ εἰς τὸν αἰῶνα; Εἰσὶ δὲ οἱ ζητοῦσιν, εἰ τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ γένους ἦν ὁ Ἰὼβ; καὶ εἰ τοῦτο, πῶς ἂν αὐτὸν εὐγενῆ τῶν ἀφ᾽ ἡλίου ἀνατολῶν, μετ᾽ ἐμφάσεώς φησιν, ἐπείπερ οὐκ ἤδη ἐν ταῖς δώδεκα φυλαῖς διαφορὰν

legem, ſive poſt legem exſtiterit, S. Scripturā nequaquā manifeſtâſſe aiunt: temporū enim calculum iis tantùm ſcriptis adhibere ſolet, in quibus vel veritatis prædictionem cum ſtupore admirari oportet, ut in Evangeliis, & Prophetarū libris; vel quæ rerum narrationem continent, quæ temporum deſignationē neceſſariò poſtulāt, ut in libris Regum: in quibus autē materia omnis adhortatio eſt, ut in Proverbiis & Eccleſiaſte; vel doctrinæ, & dogmatū contentiones, ut in Apoſtolorū ſcriptis, temporis notatio ſupervacanea eſt habita. Hìc etiā ſimiliter, cùm propoſitū tantùm eſſet, ad virtutis calcar & incitamentū Jobi certamina ob oculos ponere, tēpus ab operis authore, quoniā inſtituto ſuo non multùm profuturum ſciret, prætermiſſum eſt. Amici etiam Jobi, illorū opinione, librum conſcripſiſſe videntur, ſive dum ipſi adeſſent, memoriæ & ſcriptis quæ obſervârant cōſignantes, ſive gratiā etiam divinā illuminati; præcipuè, cùm ipſe Jobus votis hoc efflagitaverit; dixit enim, Quis utiq; det, ut ſcripta ſint verba mea, & ipſa poſita in libro in ſeculum? Cap.19.23. *Sunt etiam qui quærant, an Jobus ex Iſraelitarū genere fuerit? & ſi hoc verum, qui fiat ut cum emphaſi quadā, omniū qui in Oriente erant nobiliſſimū eum libri author vocet,* Cap.1.4. *quandoquidem in duodecim tribubus, quæ Abrahamū unicum paren-*

 tem

tem agnoſcunt, eoq́ ſe inſigniunt, nullam generis differentiā eſſe ſciebat? quomodo etiam ſacrificia, quod Levitarū ſolummodo munus erat, ipſe per ſe obtulerit? Atq́ hæc quidē ſunt quæ in mediū afferunt, qui poſt legem, & Gentilem eum eſſe contendunt. Ante legem autem eum floruiſſe, non tantùm ex genealogia quæ in fine eſt, intelliges, (quam nos, utpote quæ à Patribus pars libri cenſeatur, admittimus) verumetiā ex eo quòd tamdiu vitam prorogaverit, cùm nemo poſt legem, ætatem illam attigiſſe, memoriâ prodatur. Veriſimile eſt igitur Moyſen, ad exhortationem populi Iſraelitici, librum ſcripſiſſe, quod ex characteris etiam genere conjicere licet. Alius autem è veteribus, Salomonis opus eſſe viſum eſt: in qua ſententia eſt Gregorius Nazianzenus, in oratione quam ad Exæquatorem ſcripſerat. Quòd autem Jobus ex genere & proſapia Eſau, fratris Jacob, oriundus fuerit, non tantùm ex iis quæ in Geneſi ſcripta ſunt, ſed etiam ex tribus ejus amicis, & eorum regionibus, licet intelligere: quin & Elius qui ex genere Iſraelitico erat, Jobi tempora oſtendit, cujus genea-
Cap. 32. v. 2. *logiam author hujus libri deſcribit, quemadmodū & in Chronicis*
lib. 1. c. 2. v. 4, 5, 9. *habetur; Judæ enim, inquit, filius fuit Thares, cujus Eſrom, cujus filii duo, Jeremiel & Aram, à quo Elius originem traxit. Porrò li-*

γένους, ὡς ἕνα πατέρα τὸν Ἀβραὰμ ἐπιγραφομένων; πῶς δὲ καὶ τὰς θυσίας, ὅπερ ἦν μόνων τῶν Λευϊτῶν, δι' αὐτοῦ προσέφερε; καὶ ταῦτα μὲν οἱ μετὰ νόμον αὐτὸν θέλοντες εἶναι, καὶ ἐθνικόν. * ἐπιστήσεις δὲ, οὐ μόνον ἐκ τῆς ἐν τῷ τέλει γενεαλογίας, ἣν δὴ καὶ δεχόμεθα, οἷα τοῖς πατράσιν ἐγκεκριμένην * τῆς βίβλου, πρὸ νόμου γεγενῆσθαι τὸν δίκαιον, ἀλλ' ὅτι καὶ τοσοῦτον ἐβίω χρόνον, μηδενὸς μετὰ νόμον ἱστορηθέντος τοσοῦτον διεζηκέναι χρόνον. Εἰκὸς οὖν ὅτι καὶ Μωσῆς συνεγράψατο τὸ βιβλίον εἰς παραίνεσιν τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ χαρακτῆρός ἐστιν * ἐπιβαλεῖν. ἑτέροις δὲ τῶν παλαιῶν ἔδοξε Σαλομῶντος εἶναι τὴν συγγραφὴν, ὡς καὶ ὁ Ναζιανζοῦ λέγει Γρηγόριος, ἐν τῷ εἰς τὸν ἐξισωτὴν λόγῳ· ἔνεστι δὲ μαθεῖν ὡς ἐκ τοῦ γένους Ἡσαῦ, τοῦ ἀδελφοῦ Ἰακὼβ, ἐστὶν ὁ Ἰὼβ, οὐ μόνον ἐκ τῶν γεγραμμένων εἰς τὴν Γένεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν φίλων αὐτοῦ, καὶ τῆς αὐτῶν χώρας. δείκνυσι γοῦν τοὺς χρόνους τοῦ Ἰὼβ καὶ ὁ φίλος Ἐλιοῦς, ὃς ἦν ἐκ τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ γένους· γενεαλογεῖ δὲ αὐτὸν ὁ συγγραφεὺς, ὡς καὶ ἐν ταῖς Παραλειπομέναις ἐστὶν εὑρεῖν· οὗ γὰρ Ἰούδα, φησὶ, Φαρὲς, οὗ Ἐσρὼμ, οὗ Ἱερεμιὴλ καὶ Ἀρὰμ, ἀφ' οὗ λέγει τὸν Ἐλιοῦν.

* ἴσ. [illegible]
* ἴσ. τῇ βίβλῳ
* ἴσ. συμβάλλειν

πολλὴν

πολλὴν δὲ παράκλησιν εἰς ὑπόμνησιν ἀρετῆς φέρει ἡ βίβλος, τοσοῦτον ἀθλητὴν εἰς μέσον παραγαγοῦσα, τούς τε ἀγῶνας διεξιοῦσα, καὶ ὡς μεγάλα τὰ κέρδη φέρουσιν οἱ καθ' ἀρετὴν πόνοι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον ἅπαν ἐν αὐτῇ κατέσπαρται. γέγονε δὲ τὸ πάθος τῷ Ἰὼβ τετραχῶς, περὶ ὑπάρχοντα, περὶ τέκνα, περὶ δόξαν, περὶ σῶμα. τοῦ δὲ Θεοῦ μεμαρτυρηκότος αὐτῷ τὴν ἄκραν εὐσέβειαν, καὶ πρὸς τοὺς φίλους ὕστερον ἐπαπειλησαμένου, καὶ φήσαντος, ὡς εἰ μὴ δι' αὐτὸν, ἀπώλεσα ἂν ὑμᾶς· χρὴ πᾶσι τρόποις διασκοπεῖν τὰ δοκοῦντα αὐτῷ τραχέα τῶν ῥημάτων, ὁποῖον ἔχει σκοπὸν, καὶ μὴ προσπταίειν ταῖς λέξεσιν. ὥσπερ γὰρ οἱ τὰς εἰκόνας ποιοῦντες, εἰ μὴ σωματοποιήσωσιν, οὐ δύνανται παραστῆσαι τὰ πράγματα· θέλοντες γοῦν εἰρηνικὸν καὶ τροπαιοῦχον ἐπιδεῖξαι βασιλέα, νίκην καὶ εἰρήνην τυπώσαντες περιιστῶσιν αὐτῷ· οὕτως ὁ συγγραφεὺς τοῦδε τοῦ βιβλίου, θελήσας παραστῆσαι τὴν ὑφὴν τῶν πειρασμῶν τοῦ Ἰὼβ, τὰ κατὰ τὸν διάβολον, καὶ τὰς πρὸς Θεὸν διαλέξεις ἐνετυπώσατο· καὶ ὥσπερ παρὰ τοῖς ἔξω, ποιητικὰ, * ἢ τραγικά· οὕτω παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, στιχηρὰ βιβλία ὑπό τι μέτρον ἐβεβαι-

* ἴσ. ſuppl. κωμικά,

ber hic, tantum athletam in medium producendo, & certamina ejus, ac quàm amplo præmio labores à virtute profecti remunerentur, enarrando, ut virtutem mente & memoriâ recolamus, copioſam adhortationem ſuppeditat: quinetiam univerſum Chriſti myſterium ſparſum hic illic in eo continetur. Paſſus eſt autem Jobus quadrifariam, in bonis, in liberis, in nominis æſtimatione, & in corpore. Cùm verò Deus ſummæ pietatis teſtimonium illi præbuerit, & amicis poſtea interminatus fuerit, dixeritque, Nam niſi propter ipſum, perdidiſſem utique vos; *quis verborum ejus ſcopus ſit, quæ aſperiora eſſe videntur, omnibus modis conſiderare, nec vocibus offendi oportet. Quemadmodũ enim qui imagines pingunt, niſi plenius formando & figurando delineent, ad vivum eas repræſentare non poſſunt; Regem itaque pacificum, & hoſtium trophæis clarum, exprimere volentes, victoriæ & pacis ſimulacris latera ejus cingunt: ita etiam libri hujus author, cùm tentationum Jobi filum & texturam ob oculos ponere in animo haberet, quæ à Diabolo geſta ſunt, & colloquia ejus cum Deo habita expreſſit. Et quemadmodum apud profanos ſcriptores comica vel tragica ſcripta, poetica vocantur; ita etiam in divina Scriptura, libri* στιχηρὰ *dicuntur, qui metro*

Cap. 42. 8.

metro quodam hebraico conſtant, ex quorum numero hic unus eſt. Utiliſſimus profectò præſens liber eſt: quemadmodum enim pratum omni genere florum refertum, cuilibet decerpere volenti, quod expetit, ſubminiſtrat: ita etiam ſive Rex, ſive Sacerdos, ſive Princeps, ſive privatus, ſive dives aut pauper, calamitatibus mille oppreſſus, vel plagâ à Diabolo percuſſus, plenum deſiderium ſimul & medicinam invenire hìc poterit. Huic igitur libro prudenter animum advertere oportet, ne graviſſimum quis damnum incurrat, ſi vel tantillum per incuriam præterlabi ſinat.

JULIANI HALI.

Curam & ſolicitudinem Dei erga Judæos liber beati Jobi oſtendit, authorem indicat; necnon utilitas quæ ex ſcripto percipitur, providentiam qua Deus cunctos complectitur, palam facit: quintum autem ab Abrahamo eum fuiſſe prodit; Iſrael enim & Eſau pariter Abrahami progenies, uterque verò Iſaaci filius. Moyſes autem, ut populum ad Dei cultum adhortatione ſuâ induceret, virtutē hujus viri literis mandat. Siquis verò, eò quòd Jobus & Moyſes unâ ætate non floruerint, per contradictionem, Moyſis ſcriptum eſſe, fidem non adhibuerit, hoc argumento perſuadere illi convenit, quòd Moyſes librum Geneſeos,

κὸν ἐλέχθη, ὧν ἓν καὶ τοῦτο τυγχάνει. ἔστι τοίνυν ἡ παροῦσα βίβλος ὠφελιμωτάτη· καὶ γὰρ καθάπερ λειμὼν παντοίων ἀνθέων ὑπάρχων ἀνελλιπὴς, παντὶ τῷ δρέπεσθαι βουλομένῳ παρέχει τὸ ποθούμενον· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πᾶσαν * ἐπιθυμίαν εὕροι τις καὶ θεραπείαν, κἄν τε βασιλεὺς, κἄν τε ἱερεὺς, κἄν τε ἄρχων, κἄν τε ἰδιώτης, κἂν πλούσιος, ἢ πτωχὸς, περιστάσεσι μυρίαις τυπτόμενος, ἢ ὑπὸ τοῦ διαβόλου πληττόμενος. δεῖ οὖν ἐπιστημόνως τῇ βίβλῳ τῇδε προσέχειν, ἵνα μή τις κἂν βραχὺ παραδραμὼν, μεγίστην ὑπομείνῃ ζημίαν.

* ἴσ. θεραπείαν, ſed nihil muto.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΛΙΚ.

Σημαίνει ἡ βίβλος τοῦ μακαρίου Ἰὼβ τὴν εἰς Ἰουδαίους τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν, μηνύει τὸν γράψαντα· καὶ ἡ ἐκ τοῦ γράμματος ὠφέλεια, δείκνυσι τὴν εἰς πάντας πρόνοιαν. ἱστορεῖ δὲ αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ· καὶ γὰρ Ἰσραὴλ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Ἡσαῦ ὁμοίως, ἀμφότεροι δὲ τοῦ Ἰσαάκ. Μωϋσῆς δὲ ἀναγράφει τὴν τούτου ἀρετὴν, ἄγων τὸν λαὸν εἰς θεοσέβειαν. εἰ δέ τις ἀντιλέγων μὴ πείθοιτο Μωσέως εἶναι τὴν γραφὴν, διὰ τὸ μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἰὼβ καὶ Μωσέα γεγενῆσθαι, ἐντεῦθεν πείθειν αὐτὸν προσήκει, ὡς ὅτι καὶ τὸ τῆς Γενέσεως βιβλίον αὐτὸς ἱστόρησεν,

οὐχ

οὐχ ὡς παρὼν ἡνίκα ταῦτα ἐγένετο, τρισχιλίων γὰρ ἐτῶν τὰ πάντα συνέταξεν, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, τῆς αὐτὸν ἀναδειξάσης προφήτην τῶν τε παρῳχηκότων καὶ ἐπιόντων· καὶ ἱεροφάντην τῶν θείων μυστηρίων καὶ ἔργων τοῦ Θεοῦ. οὐδεὶς γὰρ ἕτερος ἠξιώθη τῶν πρὸ αὐτοῦ τὴν τοῦ κόσμου κτίσιν γραφῇ παραδοῦναι· οἱ μὲν οὖν ἄλλοι προφῆται τὰ μετ' αὐτοὺς προειρήκασι, καὶ τὰ μετ' αὐτοὺς ἐξήγγειλαν. πλὴν δὲ οὐ πολὺ ἀλλήλων λείπονται τοῖς χρόνοις Μωϋσῆς τε καὶ Ἰώβ, ὁ μὲν ἕκτος ἐστὶν ἀπὸ Ἀβραάμ, ὁ δὲ πέμπτος, οἷον Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, Ἰακώβ, Λευΐ, Καάθ, Ἀμβράμ, Μωϋσῆς· πάλιν, Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, Ἡσαῦ, Ῥαγουήλ, Ζαρά, Ἰώβ. Ἐὰν δέ τις εἴπῃ οὐ Μωσέως εἶναι τοῦ Ἰὼβ τὴν γραφήν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Ἰώβ, ἀκούσεται παρ' ἡμῶν, ὡς οὐκ ἦν ὁ ἀνὴρ αὐτεπαίνετος· ὁ γὰρ ἀνεπιλήπτως ζῶν, οὐκ ἂν αὐταρεσκείας πάθος ὑπέστη. ἐγκωμιαζέτω σε γάρ, φησίν, ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ὁ γὰρ ἑαυτὸν ἀπαγγέλλων οὐκ ἀνεπίληπτος, ὁ δὲ ὑφ' ἑτέρου διεγκωμιαζόμενος κατὰ ἀλήθειαν, ἑνικῶς εἰπεῖν, μακάριος· ἐπείπερ δικαίων ὁ ἐπαινέτης οὐ κατὰ προσπάθειαν ἐπαινεῖ, ἀλλ' ἀψευδῶς τὰ προσόντα τῷ ἁγίῳ ἐξαγγέλλει. Ἀναγκαίως οὖν Μωϋσῆς τὴν τοῦ

non tanquam præſens cùm illa gererentur; literis conſignaverit, (trium enim annorum millium hiſtoriam condidit) ſed divinâ gratiâ; quæ præteritorum ſimul & futurorum temporum prophetam, ac divinorum myſteriorũ & operum antiſtitem illum & doctorem deſignaverat. Nemo enim alius ante eum dignus eſt habitus, qui mundi creationẽ literis mandaret; alii quidem prophetæ, quæ poſtea eventura erant prædixerãt, & futura enunciaverant. Verùm Moyſes & Jobus tempore non multùm inter ſe diſtant, ille enim ab Abrahamo ſextus, hic verò quintus eſt; Abraham, ſcilicet, Iſaac, Jacob, Levi, Caath, Ambram, Moyſes; & rurſus, Abraham, Iſaac, Eſau, Raguel, Zara, Job. Si verò ſcriptum hoc non Moyſis, ſed ipſius Jobi opus eſſe quiſpiam contenderit, quòd Jobus ſuarum laudum præco non fuerit, à nobis diſcet; qui enim vitam inculpabilẽ tranſegerat, propriis laudibus & aſſentationibus corrumpi ſe non eſt paſſus. Laudet te, *inquit,* vicinus, & non os tuum; *qui enim laudes ſuas prædicat, inculpabilis non eſt; qui verò juxta veritatem ab alio laudum præconio celebratur, (ut uno verbo abſolvam,) beatus eſt; quandoquidẽ juſtorum præco, non ex affectu laudat, ſed veraciter ſine mendacio, quæ juſto inſunt, ebuccinat. Neceſſariò igitur Moyſes*

Prov. 27.

Moyſes Jobi virtutem literis prodidit: rerum enim ejus geſtarum expoſitio, Iſraeli pro inſtructione inſerviit. Cùm enim populus de cognatione & generis ſui propinquitate, ac de miraculis in provida eorum conſervatione editis, multùm ſuperbiret; ipſa enim elementa, propter promiſſa Patribus facta, cum illis militâſſe dici poſſunt ********

CHRYSOS. *Quòd autem in omni vitæ genere & temporum difficultate, viro pariter & mulieri, ſeni & juveni, privato & Principi, diviti ac pauperi, proſperâ fortunâ utenti & cum rebus adverſis conflictanti, cuivis utilis ſit hic liber, proclive eſt oſtendere. Admirabilis enim & magnus hic vir, famâ ubiq; terrarũ celebris, pietatis athleta & coronâ inſignitus, qui omne genus certaminis exantlavit, qui innumera adverſus diabolũ trophæa erexit, dives fuit & pauper, in honore habitus & vilis, multorum liberorum pater & orbus, in Regum palatiis & in ſterquilinio, in veſte ſplendida, & poſt hanc in vermium ſcaturigine, mille cultus obſequiis, ſervis poſtea inſurgentibus, amicis conviciantibus, & conjuge inſidiante, contumelias infinitas paſſus eſt. Omnia illi tanquam è fonte manabant, divitiarum copia, potentiæ magnitudo; gloriæ celebritas, pacis*

Ἰὼβ ἀρετὴν ἀναγράφει· παίδευσις γὰρ τοῦ Ἰσραὴλ ἐγένετο ἡ περὶ αὐτοῦ ἐξήγησις· ἐπεὶ γὰρ μέγα ἐφρόνει ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ τοῦ γένους ἀγχιστείᾳ, καὶ ἐπὶ τοῖς θαύμασι τοῖς εἰς τὴν αὐτῶν πρόνοιαν ἐκτελεσθεῖσι· τά τε γὰρ στοιχεῖα, ὡς ἂν εἴποι τις, συνεμάχουν αὐτοῖς διὰ τὰς πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐπαγγελίας ********

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ὅτι δὲ παντὶ χρήσιμον τὸ βιβλίον, ἐν ἰδέᾳ πάσῃ καὶ βίων καὶ περιστάσεων, ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ, πρεσβυτέρῳ καὶ νέῳ, ἰδιώτῃ καὶ ἄρχοντι, πλουσίῳ καὶ πένητι, τοῖς δεξιοῖς εὐθυμουμένῳ, καὶ τοῖς ἀριστεροῖς πιεζομένῳ, ἐντεῦθεν ἔστι λαβεῖν τὴν ἀπόδειξιν. ὁ γάρ τοι θαυμαστὸς καὶ μέγας οὗτος ἀνὴρ, ὁ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀοίδιμος, ὁ τῆς εὐσεβείας ἀθλητὴς καὶ στεφανίτης, ὁ διὰ πάντων τῶν ἄθλων ἐλθὼν, ὁ μυρία κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαια στήσας, οὗτος ἐγένετο πλούσιος καὶ πένης, ἔνδοξός τε καὶ εὐκαταφρόνητος, πολύπαις τε καὶ ἄπαις, ἐν βασιλικαῖς αὐλαῖς καὶ ἐν κοπρίᾳ, ἐν λαμπρᾷ στολῇ, καὶ μετ᾽ ἐκείνην ἐν πηγῇ σκωλήκων· μυρίας ἀπήλαυσε θεραπείας, καὶ μετὰ ταῦτα μυρίας ὑπέμεινεν ὕβρεις, οἰκετῶν ἐπανισταμένων; φίλων ὀνειδιζόντων, γυναικὸς ἐπιβουλευούσης. πάντα αὐτῷ καθάπερ ἐκ πηγῶν *ἀπέρρει, χρημάτων περιουσία, δυναστείας μέγεθος, δόξης περιφάνεια, εἰρήνης

*ἴσ. ἐπῆθ.

εἰρήνης ἀσφάλεια, τιμὴ, καὶ θεραπεία, καὶ σώματος ὑγίεια, καὶ παίδων εὐκοσμία· οὐδὲν ἦν λυπηρὸν, παρῆν αὐτῷ πλοῦτος μετὰ ἀσφαλείας, καὶ εὐημερία ἀδιάπτωτος· καὶ μάλα εἰκότως, ὁ γὰρ Θεὸς πανταχόθεν αὐτὸν ἐτείχισεν. ἀλλ' ὕστερον πάντα ἐκεῖνα ἀπέπτη, καὶ μυρίοι χειμῶνες κατεσκήνωσαν εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνου, καὶ πάντες ἐπάλληλοι καὶ συνεχεῖς, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἅπαντες· τὰ γὰρ αὐτῷ ὄντα πάντα ἀθρόον ἡρπάζετο, οἵ τε παῖδες κατεχώννυντο ἀώρῳ καὶ βιαίῳ θανάτῳ ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ τοῦ συμποσίου κατασφαγέντες, οὐ μαχαίρᾳ καὶ ξίφει, ἀλλὰ πνεύματι πονηρῷ τὴν οἰκίαν * καταδήσαντι. καὶ γυνὴ μετὰ ταῦτα ὡπλίζετο, καὶ τὰ μηχανήματα προσῆγε τῷ δικαίῳ· καὶ φίλοι καὶ οἰκέται, οἱ μὲν ἐνέπτυον εἰς τὸ πρόσωπον, οἱ δὲ * ἐπέβαινον καὶ ἐνήλλοντο· καὶ οἰκίας ἐξεβάλλετο πάσης, καὶ ἐνδιαίτημα αὐτῷ ἡ κοπρία ἦν, καὶ πηγαῖς σκωλήκων ἔβρυε πανταχόθεν, καὶ αἵματι καὶ ἰχῶρι κατέρρειτο ὁ ἀδάμας, καὶ λαβὼν ὄστρακον ἐξέχεε τοὺς ἰχῶρας, δήμιος αὐτὸς ἑαυτῷ γινόμενος. καὶ ὀδύναι ἐπάλληλοι καὶ ἀκαρτέρητοι, καὶ νὺξ ἡμέρας χαλεπωτέρα, καὶ ἡμέρα νυκτὸς φορτικωτέρα, καὶ πάντα κρημνοὶ καὶ σκόπελοι· καὶ ὁ μὲν παρακαλῶν, οὐδείς, οἱ δὲ ἐπεμβαίνοντες, μυρίοι· ἀλλ' ὅμως ἐν τοσούτῳ χειμῶνι, καὶ κύμασιν οὕτως ἀπορρήτοις, ἔστη γενναίως καὶ ἀπεριτρέπτως. τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν καλῶς ἐλογί-

* ἴσ. κατασείσαντι.

* ἴσ. ἐπιέζουν

ſecuritas, honor, obſervantia, corporis ſanitas, & liberorum honeſta & liberalis forma. Nihil triſte & acerbum erat, aderant divitiæ cum ſecuritate, & felicitas nullis caſibus obnoxia: & quidem meritò, Deus enim undique vallo eum muniverat; ſed poſtea omnia illa avolârunt, & mille tempeſtates in ædibus ejus ſedem fixerunt, continuæ omnes & frequentes, ac ſupra modum graves: quæ enim poſſederat, ſubitò erepta ei ſunt omnia, liberi in menſa & convivio enecati, non enſe & gladio, ſed vento infeſto ædes conquaſſante, immaturo & violento interitu adobruti ſunt. Poſt hæc conjux armis inſtruebatur, & machinas Juſto admovebat; amici etiam & famuli, hi quidem vultum ejus ſputo fœdabant, illi verò contumelioſiùs inſultabant; omni tecto ejiciebatur, ſterquilinium pro habitaculo erat, vermium fontibus undique ſcatebat, ſanguine & ſanie indomitus manabat, ſibiq; ipſe carnifex factus, teſtâ ſaniem radebat. Dolores non interrupti & intolerabiles erant, nox die acerbior, & dies nocte moleſtior; omnia præcipitiis & ſcopulis plena, qui ſolaretur nemo, qui verò inſultarent innumeri: nihilominus in tanta procella, & fluctibus adeo ineffabilibus, fortiter et immutabiliter conſtitit. Ejus autem rei cauſa fuit, quòd naturam rerum ſecum rectè reputaret, Iob. 1. 10.

& cognitâ illarum mutabilitate, futura prævideret, cumq́ proſperâ fortunâ uteretur, triſtitiam & acerbitatem à ſe alienam non putaret, ac proinde in rebus ſecundis animo erat moderato. Hic autem vir qui innumera paſſus eſt, non tantùm tolerantiæ laboris & patientiæ, ſed cæterarum etiam virtutum, iis qui mentem adhibent, exemplar eſt propoſitum; fortitudinis quidem & conſtantiæ, in tentationibus; abſtinentiæ verò à contumeliis, in divitiis & poteſtate, ut mites & moderati hilari animo cum aliis ſua communicent; temperantiæ, in voluptatibus; juſtitiæ, in judiciis & contractibus; in omnibus, concordiæ, & charitatis, quæ reliquarum virtutum caput eſt; omnem enim virtutem debito adhibito ſtudio & curâ adimplevit. Hanc itaque expreſſam & delineatam imaginem memoriâ repetens, in conſcientia tua defigito; ſi in mœrore jaces, ad hanc confugito; ſi facultatibus abundas, ne inopiâ obruaris; aut divitiis efferaris, pharmacum hinc accipe; ſi liberis orbatus fueris, hinc ſolatium habes; (hic enim calamitatum ſimul et tolerantiæ exceſſum reperies) ſi in morbum incideris, fontes vermium tecum reputa, et leniter ac placidè omnia feres; ſi amicus inſidias ſtruxerit, rurſus ſanctum in medium profer, et morbo ſuperior evades; ſi vulgus hominum malè te acceperit,

ζετο, καὶ τὴν τούτων εἰδὼς μεταβολὴν, προεωρᾶτο τὸ μέλλον, καὶ πράττων καλῶς, τὴν ἀθυμίαν οὐκ ἀπηλπίζετο· διὰ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς εὐπραξίαις ἐμετρίαζεν. οὐ μόνον δὲ φερεπονίας καὶ ὑπομονῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, ὁ πολύτλας οὗτος τοῖς προσέχουσιν ὑπόδειγμα πρόκειται· ἀνδρείας μὲν καὶ καρτερίας, ἐν πειρασμοῖς· τοῦ δὲ μὴ ὑβρίζειν, ἀλλὰ πρᾳεῖς εἶναι, καὶ μετρίους, καὶ κοινωνικοὺς μετὰ ἱλαρότητος, ἐν πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ· σωφροσύνης δὲ, ἐν ἡδοναῖς· καὶ δικαιοσύνης, ἐν δίκαις καὶ συναλλάγμασι· καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ὁμονοίας, καὶ τοῦ κεφαλαίου τῶν ἀρετῶν, τῆς ἀγάπης· πᾶσαν γὰρ ἀρετὴν μετὰ τῆς προσηκούσης ἀκριβείας κατώρθου. ταύτην τὴν εἰκόνα τὴν * ὑποχραφεῖσαν ἀναλαβὼν, ἔμπηξαν τῷ συνειδότι τῷ σῷ· κἂν ἐν ἀθυμίᾳ ᾖς, πρὸς αὐτὴν κατάφυγε· κἂν ἐν πλούτῳ, τὸ φάρμακον ἐντεῦθεν λάμβανε, ὥστε μήτε πτωχείᾳ βαπτισθῆναι, μήτε πλούτῳ φυσηθῆναι· κἂν παῖδας ἀποβάλῃς, ἔχεις ἐντεῦθεν τὴν παράκλησιν, τὴν γὰρ ὑπερβολὴν ἐνταῦθα εὑρήσεις καὶ τῶν συμφορῶν καὶ τῆς καρτερίας· κἂν νόσῳ περιπέσῃς, ἐννόησον τὰς πηγὰς τῶν σκωλήκων, καὶ οἴσεις ἅπαντα πρᾴως· κἂν φίλος ἐπιβουλεύσῃ, πάλιν τὸν ἅγιον εἰς μέσον ἄγε, καὶ περιέσῃ τοῦ πάθους· κἂν οἱ τυχόντες ἀποχρήσωνται, ἐννόησον

* ἴσ. ὑπογραφεῖσαν

ἀπὸ

ἀπὸ ἔπαθε παρὰ τῶν οἰκετῶν, καὶ πολλὴν δέξῃ τὴν ἰατρείαν· κἂν πονηρᾷ τις ὑπολήψει σε περιβάλῃ, λόγισαι οἷα περὶ τούτου ἔλεγον, ὅτι οὐδέπω τῶν ἡμαρτημένων αὐτῷ δέδωκεν ἀξίαν δίκην, καὶ οἷα ὠνείδιζον, καὶ περιέσῃ τούτου τοῦ πάθους. οὐ γάρ ἐστιν ἐν ἀνθρώποις συμφορά, ἣν οὐχ ὑπέμεινεν οὗτος, ὁ παντὸς ἀδάμαντος στερρότερος, λιμόν, καὶ πενίαν, καὶ νόσον, καὶ ἀποβολὴν παίδων, καὶ ζημίαν τοσούτων χρημάτων ἀθρόον ὑπενεγκών· καὶ μετ' ἐκεῖνο παρὰ γυναικὸς ἐπιβουλευθείς, παρὰ φίλων ἐπηρεασθείς, παρὰ οἰκετῶν * ἐπιβουλευθείς, διὰ πάντων ἀπεδείκνυτο πέτρας ἁπάσης στερρότερος ὤν· καὶ ταῦτα, πρὸ τοῦ νόμου καὶ τῆς χάριτος. καὶ γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν ἕξομεν ἀπολογίαν, ὅταν οἱ μετὰ νόμον καὶ χάριν τοσαύτης ἀπολαύσαντες δωρεᾶς, ἐλάττω φέρωμεν τούτου, τοῦ ἐν ἀρχῇ καὶ προοιμίοις τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων τοσαύτην ἐπιδειξαμένου φιλοσοφίαν.

*ἴσ. ἐμπτυσθεὶς, vel ἐμπτυσθεὶς,

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Πολλὰ τοῖς παλαιοτέροις ἔδοξε περὶ τῆς προκειμένης συγγραφῆς· οἱ μὲν γὰρ τοῦ ἁγίου ὑπεραπολογούμενοι, λέγουσιν ὅτι πρὸ τῆς χάριτος γεγονώς, καὶ μηδὲν ἐλπίζων ἔσεσθαι μετὰ τόνδε τὸν βίον, ἐπειδὴ τῆς τῶν ὁρωμένων εὐδαιμονίας ἀφῃρέθη, χρημάτων καὶ παίδων, καὶ τῇ ἀνηκέστῳ περιεβέβλητο νόσῳ, εἰκότως ἐδυσχέραινεν. οὐδὲν γὰρ ἑαυτῷ συνειδὼς ἄδικον, οὐ δίκαια πα-

cogita quæ à ſervis perpeſſus ſit, & plenam medicinam reperies; ſi improbâ ſuſpicione quis te involverit, quæ de eo dixerint, (quòd, ſcilicet, pœnas meritas pro peccatis non luiſſet) & quibus contumeliis eum acceperint, in mentem tibi veniant, & morbum hunc ſuperabis. Nulla enim eſt calamitas humana, fames, egeſtas, morbus, liberorum orbitas, ingentium divitiarum ſubita jactura, quam hic, quovis adamante firmior ac ſtabilior, tolerando non ſuſtinuerit; ac poſtea à conjuge inſidiis petitus, ab amicis contumeliis vexatus, à ſervis conſputus, in omnibus quovis ſaxo ſtabilior, & quidem ante legem & gratiam, apparuit. Et ſanè ſi nos poſt legem & gratiam, tam magno cumulati beneficio, minora illo pertulerimus, qui tantam æquanimitatem in mundi initio, & generis humani primordiis oſtenderat, excuſatione omni carebimus.

OLYM. *De tractatu nobis propoſito varia eſt veterũ ſententia; alii enim, viri ſancti defenſionem ſuſcipientes, non immeritò eum, qui gratiã ætate præceſſerat, & de meliore rerum ſtatu in hac vita deſperaverat, poſtquam viſibilium omnium, divitiarũ ac liberorũ felicitate orbatus eſſet, & in morbũ immedicabilem incidiſſet, calamitatem ægrè tuliſſe dicunt. Cùm enim nullius injuſtitiæ conſcius*

ſcius

ſcius ſibi eſſet, & iniqua ſe pati exiſtimaret, animo turbato erat; contra Deum autem nullam blaſphemam vocem protulit; quod ut faceret, Diabolus præcipuè contendebat. Verùm in eo quòd circa Dei providentiam hæſitando dubitaverit, cur, ſcilicet, judicii juſto examine non obſervato, contrà quàm merebatur malis eum affligi paſſus fuerit; & quandoquidem malum in eo non noverat, cur clementiâ & benignitate eum complexus non ſit, cultu ſummo & intemeratâ religione Deum non eſt veneratus. Qui hæc aſſerunt, juſto Jobo perfectam virtutem nequaquam attribuerunt, verùm Jobum ante gratiæ tempora ita certantem, præclarum nobis exemplar extitiſſe dixerunt, ut nos dicti illius diviniſſimi Pauli memores, contra eos qui judicia divina in
Rom.9.20. *controverſia adducebant,* Tu homo quis es, qui Deo ex adverſo reſpondes? num figmentũ opifici dicet, Cur me ſic feciſti? *qui gratiæ participes facti ſumus, ad majorem indies perfectionem progredi poſſimus. Alii verò ſub regibus Judæ & Iſraelis floruiſſe eum volunt: ego verò Deo fidem adhibens, qui in virorum juſtorum & * Prophetarum numero eum cenſet, ac per prophetæ Ezechielis*
Ezec.14.18. *os divinitus inſpiratum, dicit,* Si ſteterit Noë, & Job, & Daniel, filios eorum & filias non eximent; *ejúſque autoritati aſſen-*

χειν νομίζων, ἐταράττετο· καὶ οὐδὲν μὲν εἰς Θεὸν ἐδυσφήμησεν, ὅπερ μάλιστα τῷ διαβόλῳ διὰ σπουδῆς ἦν. πλὴν οὐκ ἐφύλαξε τὸ πρὸς Θεὸν ἀκέραιον σέβας, τῷ ὅλως ἀμφισβητῆσαι περὶ τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν, διὰ τί μὴ τὸ κριτικὸν αὐτοῦ ἐφύλαξεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἴασε παρὰ τὴν ἀξίαν κακοῦσθαι· καὶ διὰ τί μὴ φιλανθρωπίας κατηξίωσεν, εἴπερ ἄρα πονηρίαν * εἶδεν ἐν αὐτῷ. οὐκ ἀποδεδώκασιν οὖν οἱ ταῦτα λέγοντες τῷ δικαίῳ Ἰὼβ τὴν τελείαν ἀρετὴν, ἀλλ' ἔφασαν ὅτι καλὸν ἡμῖν ὑπόδειγμα γέγονεν ὁ Ἰὼβ οὕτω πρὸ τῆς χάριτος ἀγωνισάμενος, ἵνα ἡμεῖς οἱ τῆς χάριτος ἀπολελαυκότες, ἐπὶ τὰ τελειότερα λοιπὸν ὁδεύωμεν, τὸ τοῦ θειοτάτου Παύλου κατὰ νοῦν λαβόντες, ὃς πρὸς τοὺς ἀμφισβητοῦντας ταῖς θείαις κρίσεσιν ἔφησεν, Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτως; ἕτεροι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν χρόνων αὐτῶν τῶν βασιλέων τοῦ τε Ἰούδα καὶ τοῦ Ἰσραὴλ γεγονέναι φασίν. ἐγὼ δὲ Θεῷ πειθόμενος, τῷ μετὰ δικαίων καὶ προφητῶν τὸν ἄνδρα συντάξαντι, καὶ διὰ τοῦ θεοφόρου στόματος Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου φήσαντι περὶ αὐτοῦ, Ἐὰν στῇ Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιὴλ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας αὐτῶν οὐ μὴ ἐξέλωνται· πείθομαι δὲ καὶ τῷ λέγοντι, τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, καὶ τὸ

* ſic. ſuppl. ἐκ

τέλος Κυρίου εἴδετε· τὸν μὲν ἄνδρα θαυμαστὸν, ὃν καὶ ἀποστολικὸν εἶναι πείθομαι, καὶ προφητικῆς ἀξιωθέντα χάριτος, εἴτε καὶ πρὸ τῶν παλαισμάτων, εἴτε καὶ ἐν αὐτοῖς μέσοις τοῖς ἀγωνίσμασι· τέλος οὖν ἦν τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ μαρτυρίας ἄξιος. πάλιν δὲ, τοῖς ἱεροῖς Ἀποστόλοις ἀκολουθῶν, καὶ τοῖς ἁγιωτάτοις ἡμῶν πατράσιν, οἵτινες ἐκ τῶν Ἀποστόλων τὸ βιβλίον παρειληφότες, κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν ἐκδεδομένον, ἐν τοῖς ἐνδιαθέτοις τῆς θεοπνεύστου γραφῆς κατέλεξαν, οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνης ἐννοίας συντεθεῖσθαι λέγω τὴν γραφήν· ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἑβδομήκοντα φημὶ ἐξ ἐπιπνοίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁδηγηθέντας τὰ Ἑβραϊκὰ, αὐτό τε τοῦτο τὸ βιβλίον, καὶ πάντα τὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταβαλεῖν γλῶτταν πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἐπιδημίας, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ βασιλεύσαντος, Θεοῦ τοῦτο οἰκονομήσαντος, ἵνα μήτις εἴπῃ, ὡς χάριν χριστιανοῖς κατεπιθέμενοι, οὕτω τὰς γραφὰς οἱ Ἑβδομήκοντα διηρμήνευσαν. ταῦτα μὲν περὶ τοῦ τοῦ ἀνδρειοτάτου Ἰὼβ, καὶ τῆς συγγραφῆς, ἣν ἅπασαν δεχόμεθα μετὰ τῶν ἐν τῷ τέλει γεγραμμένων, ἐν οἷς καὶ ἡ γενεαλογία φέρεται τοῦ Ἰὼβ, δι᾽ ἧς δηλοῦται πρὸ νόμου τυγχάνων· ὅλην γὰρ τὴν συγγραφὴν οὕτω γεγραμμένην ἐκ τῶν Ἀποστόλων ἡ ἐκκλησία παρείληφε. πείθομαι δὲ καὶ τοὺς αὐτοῦ φίλους δικαίους εἶναι· οὐ γὰρ ἦν τὸν δίκαιον μὴ δικαίους κεκλῆσθαι φίλους. ἐπεὶ δὲ

ſum præbens, qui dicit, Patientiam Jobi audiviſtis, & finē Domini vidiſtis; *virum eum admirabilem, & Apoſtolicum, ac dono prophetiæ, ſive ante luctam, ſive in mediis ipſis certaminibus, imbutū fuiſſe mihi perſuadeo; virtutis igitur perfectionē aſſequutus eſt, & divino teſtimonio dignus eſt habitus. Rurſus ſacroſanctorū Apoſtolorum, & ſanctiſsimorū Patrū noſtrorū veſtigia premens, qui librum juxta Septuaginta Seniorū interpretationē editum, ab Apoſtolis accipientes, inter veros & indubitatos divinitus inſpiratæ Scripturæ libros annumerárunt, non humano conceptu compoſitum eſſe hoc ſcriptū aſſero; verùm Septuaginta Seniores Sp. Sancti inſpirationē & ductū in Hebraicis ſequentes, hunc etiam et reliquos omnes veteris fœderis libros ante Chriſti adventum in carnem, ſub Ptolemæo Ægypti Rege, divinâ diſpēſatione in Græcam linguam tranſtuliſſe, ne quis Scripturas à Septuaginta Senioribus ita verſas in gratiam Chriſtianorum, dicere poſſet. Atque hæc quidem de ſtrenuiſsimo Jobo, et de ſcripto hoc dicta ſufficiant, quod integrum, unà cum iis quæ in fine ſcripta ſunt (in quibus genealogia Jobi habetur, ex qua ante legem floruiſſe oſtenditur) recipimus; totum enim tractatum ſic ſcriptum, Eccleſia ab Apoſtolis traditū accepit. Amicos etiam ejus, viros juſtos fuiſſe perſuaſum habeo; fieri enim non*

Iac.5.11.

non potuit, quin juſtos amicos ju-
ſtus poſſideret. Quoniam autẽ Jo-
bus magnus athleta eſſet, & Dia-
bolus etiam, apoſtaticarũ poteſta-
tum princeps, contra eum in certa-
men deſcẽdiſſet, Deus qui athletas
ſuos coronâ dignos, præconio cele-
brat, ne quis adverſario prætextus
reliquus foret, Juſtum cuncta pati,
omneſq; ejus plagas ferre paſſus eſt:
unde præter omnia alia acerba,
verba etiam vulneribus ipſis longè
graviora, pro conſolationis phar-
maco, amicis ejus inſuper addere et
cumulare permiſſum eſt; hac au-
tem ratione venia iis conceſſa eſt.
Multi ſunt derelictionis modi; hic
quidem propter peccatũ affligitur,
quemadmodũ ille cui Salvator di-
Ioan.5.14. *xit,* Ecce, ſanus es factus, noli
ampliùs peccare; *ille verò, ut glo-*
rificetur Deus, prout à nativitate
Ioan.9.3. *cæcus, de quo Dominus dixit,* Ne-
que hic peccavit, neq; parentes
ejus, ſed ut Dei opera in eo ma-
nifeſtarentur: *& alii aliâ diſpen-*
ſatione adverſa patiuntur, ſicut in-
fantes ab Herode occiſi; alii etiam
ſæpenumero ut à vitio ad virtutẽ
convertantur: &, ut verbo abſol-
vam, divinæ providentiæ & diſci-
plinæ multi & varii ſunt modi,
omneſq; utiles, licèt earum cauſæ
nobis ſint incognitæ. Ex iis autem
modis, hic qui juſtis infertur, unus
eſt, ut occulta eorum virtus ſplen-
deat, & tanquã aurum in fornace
explorati effulgeant: ad hunc mo-
dũ, patientiæ ſimulacrũ, magnum

μέγας ἦν ἀθλητὴς, καὶ ὁ τῶν ἀποστατικῶν δυνάμεων ἄρχων διάβολος * δι' ἑαυτοῦ κατέβη πρὸς τὸν ἀγῶνα, ὁ τοὺς ἑαυτοῦ στεφανίτας διακηρύττων Θεὸς, πάντα παθεῖν συγκεχώρηκε τὸν δίκαιον, καὶ πάσας ἐνέγκαι τοῦ πολεμίου τὰς πληγὰς, ὡς ἂν μήτις αὐτῷ πρόφασις ὑπολειφθῇ· διὸ πρὸς πᾶσι τοῖς ἀλγεινοῖς, συνεχωρήθησαν καὶ οἱ αὐτοῦ φίλοι, ἀντὶ παραμυθίας φαρμάκου, δεινοτέροις αὐτῷ τῶν τραυμάτων λόγοις ἐπιθεῖναι· ἡ δὲ συγχώρησις γέγονεν οὕτω. πολλοὶ τῆς ἐγκαταλείψεώς εἰσιν οἱ τρόποι· ὁ μὲν πάσχει δι' ἁμαρτίαν, ὡς ἐκεῖνος πρὸς ὃν ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ, ἴδε, ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε· ὁ δὲ ἵνα δοξασθῇ ὁ Θεὸς, ὡς ὁ ἐκ γενετῆς τυφλὸς, περὶ οὗ πάλιν ἔφησεν ὁ Κύριος, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ· καὶ ἄλλοι πάσχουσι κατ' ἄλλην οἰκονομίαν, ὡς οἱ παῖδες οἱ ὑπὸ Ἡρώδου ἀναιρεθέντες· καὶ ἄλλοι πολλάκις, ἵνα ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν ἐπιστρέψωσι· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πολλοὶ καὶ ποικίλοι εἰσὶν οἱ τρόποι τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας καὶ παιδεύσεως, καὶ πάντες ὠφέλιμοι, * καὶ ἡμεῖς τούτων ἀγνοοῦμεν τοὺς λόγους. Εἷς δὲ τῶν τρόπων τυγχάνει καὶ οὗτος, ὃς τοῖς δικαίοις ἐπιφέρεται ἵνα αὐτῶν ἡ κεκρυμμένη ἀρετὴ διαλάμψῃ, καὶ ὡς χρυσὸς ἐν χωνευτηρίῳ δοκιμασθέντες ἐκλάμψωσι. κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον συνεχώρει ὁ Θεὸς τὸν τῆς ὑπομονῆς ἀνδριάντα, τὸν μέγαν Ἰὼβ,

* ἴσ. κατ' αὐτοῦ

* ἴσ. χωρ.

ὑπὸ τοῦ διαβόλου πειράζεσθαι· καὶ ἠγνόει μὲν τέως αὐτὸς τοῦτο, ὡς ἂν καὶ *περιφανεστέρας ἀνδρείας ἀναδειχθῇ· ἠγνόουν δὲ καὶ οἱ τούτου φίλοι. ἐπεὶ δὲ ἤκουσαν αὐτὸν τὸν θάνατον ἐπευχόμενον, δέον ἑτέροις παραμυθήσασθαι λόγοις, συνεχωρήθησαν, ὡς ἤδη φθάσαντες εἴπομεν, τοῦτο μὲν μὴ ποιῆσαι ἐκ τινος δικαιώματος, ἴσως δὲ καὶ τοῦ διαβόλου λάθρα αὐτοῖς τοῦτο ὑποσπείραντος, τὸν ὑπὲρ Θεοῦ δῆθεν ζῆλον ἀναλαβεῖν· καὶ νομίσαντες, ὅπερ οὐκ ἦν ἀληθὲς, βλασφημίαν εἶναι κατὰ Θεοῦ τὸ ποθεῖν τὸν δίκαιον ἀπαλλαγῆναι τοῦ σώματος, τὴν ὑπὲρ Θεοῦ δῆθεν συνηγορίαν ἀναδεξάμενοι, οἱ πρὸς θεραπείαν ἥκοντες, πικρότεροι τῷ δικαίῳ τῶν ἀλγηδόνων κατέστησαν. ὅτι δὲ οὐκ ἦν *ἀληθὲς ἡ ὑπόνοια, ἐξὸν ἦν αὐτῷ διαχειρίσασθαι ἑαυτὸν, καὶ ὑπεξαγαγεῖν τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐκ ἠνέσχετο τοῦτο ποιεῖν διὰ τὸν Θεὸν τὸν συνδήσαντα τὴν ψυχὴν τῷ σώματι· καὶ ἤρα μὲν τοῦ θανάτου, εἰλικρινὲς δὲ πρὸς Θεὸν φυλάττων σέβας, καίτοιγε ἐπ' ἐξουσίας ἔχων, οὐκ ἑαυτὸν ἀνεῖλεν. εἴτις τοιγαροῦν τοῖς ἴχνεσιν ἠκολούθησε τοῦ μεγάλου Ἰὼβ, καὶ τὸν ἐμπαθῆ φόβον ὑπερβὰς, εἰς τὴν τελευταίαν καὶ τελείαν ἀγάπην ἔφθασεν, οἶδεν ἐκ ποίας παρρησίας οὕτω διαλέγεται, καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἐθάρρει κρίνεσθαι πρὸς τὸν Θεὸν, εἰ μὴ τῇ ἀγάπῃ τῇ πρὸς αὐτὸν συνεδέδετο, καὶ σφόδρα ἐθάρρει τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ· διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ἀπεδέξατο, εἰδὼς ἐκ ποίας γνώμης καὶ ποίας ἀγάπης τοὺς λόγους

* ἴσ. περιφανέστερος ἀνδρεῖος

* ἴσ. ἀληθὴς

Job, à Diabolo tentari paſſus eſt Deus, cùm ipſum interea, ut luculentiùs fortitudo ejus demonſtrari poſſet, hoc lateret, & amicis etiam incognitum eſſet. Poſtquã verò mortẽ eum exoptantem audiviſſent, cùm aliis ſermonibus afflictũ conſolari æquum fuiſſet, non ut cauſæ cui patrocinabantur firmamentum aliquod afferrent, ſed Diabolo fortaſſe hoc illis occultè inſerente, zelum pro Deo (ut ſuprà diximus) ſuſcipere illis conceſſũ fuit; ac Juſti deſiderium, quo à corpore liberari cupiebat, blaſphemiã contra Deũ exiſtimantes, (quod à veritate alienũ erat) qui remedii causâ acceſſerant, dum Deo patrocinari volunt, ipſis doloribus acerbiores Juſto evaſerunt. Falſam autem eorũ opinionẽ fuiſſe, ex hoc apparet, quòd cùm mortem ſibi cõſciſcere, ſeq; è corporis vinculis eximere licuiſſet, propter Deum qui animam corpori conjunxit, facinus hoc admittere non ſuſtinuit: mortis quidẽ deſiderio tenebatur, purum verò et intemeratũ cultum erga Deũ cuſtodiens, licèt in poteſtate ſua eſſet, ſeipſũ interimere noluit. Siquis igitur magni Jobi veſtigiis inſtiterit, et timore cum perturbatione conjuncto ſuperato, ſummam & perfectã charitatem aſſequutus fuerit, qua fiduciâ ſic Deum alloquatur, intelligit; & quòd in judicium cum Deo deſcendere, niſi charitatis copulâ cum eo conjunctus, juſtoq; ejus judicio multùm fretus, auſus non fuiſſet: idcirco Deus cui cognitum erat, quo animo & affectu ſermones protulerat, calculo

culo

*culo ſuo eum approbavit: & ſiquis ærumnas & dolores expertus fuerit, viri æquanimitatem in cruciatibus tolerãdis, cum ſtupore ſũmo admirabitur. Verùm nunc reſtat ut ad verborũ interpretationẽ nos accingamꝰ: quæ verò ad * hiſtoriam, ſeu literalẽ explicationẽ faciunt, & quæ ad allegoriam ſpectant, nec hiſtoriæ vim ullam inferunt, prout in aliis S. Scripturæ libris factum eſt, dicemus: ita enim à Patribus edocti ſumus, ut neq; quæ in iis ſcripta ſunt radicitus evellamus, omniaq; ad allegoriã convertamus, neq; Judæorũ more in ſola litera hæreamus; ſed ut ſpiritualẽ divinarũ Scripturarũ paradiſum ſarculis verſemus, & colendo ornemus, & hæc quidẽ hiſtoriæ, illa verò theoriæ tribuamus; ac præcipuè quidem in libris Prophetarum, quorũ unum exiſtimo beatiſſimũ Jobum. Si enim id quod dicitur, ſine ulla vi utramq; theoriam ſimul & hiſtoriã admittit, utraq; utendum eſt; ſi verò hiſtoriam ſolam, in litera manendũ; ſin myſticũ ſenſum ſolum, attollenda, & ad allegoriã transferenda eſt oratio. Accedamus igitur (ut ſuprà dixi) ad verborũ enucleationem, precibus priùs ſanctam beati Jobi animã implorantes, ut ejus magnanimitate dignũ aliquid excogitare & dicere valeamus, ſupplex Deum venerari velit. Ut autem majore cum fructu doceamus, & ea quæ dicuntur rectiùs perſequi poſſimus, protheoriis in ſingulorum capitum explicatione uti oportet.*

** Atque ita infrà, pag. 557, & alibi, ἱστορίας nomine [illegible] tam rei veritatem, quàm explicationem literalem, intelligere, & vertere oportet.*

περιέφερεν. εἰ δὲ καί τις ἀλγηδόνων πεπείραται, διαφερόντως καταπλαγήσεται τῆς ἐν ταῖς βασάνοις τοῦ ἀνδρὸς φιλοσοφίας. ἀλλ' ἴτεον λοιπὸν ἐπὶ τὴν τῶν ῥητῶν ἑρμηνείαν. λέξομεν δὲ ὅσα τῇ ἱστορίᾳ συμβαίνει, καὶ ὅσα πρὸς ἀλληγορίαν βλέπει, οὐδὲν τῇ ἱστορίᾳ λυμαινόμενα, ὥσπερ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων βιβλίων. οὕτω γὰρ ἡμᾶς οἱ πατέρες ἐδίδαξαν, μήτε ἐκριζοῦν τὰ ἐγγεγραμμένα, καὶ πάντα πρὸς ἀλληγορίαν ἀντιστρέφειν, μήτε Ἰουδαϊκῶς ἐναπομένειν μόνῳ τῷ γράμματι· ἀλλὰ διασκαλεύειν καὶ καλλιεργεῖν τὸν νοητὸν τῶν θείων γραφῶν παράδεισον, καὶ τὰ μὲν τῇ ἱστορίᾳ, τὰ δὲ τῇ θεωρίᾳ ἀποδιδόναι· καὶ διαφερόντως ἐπὶ τῶν προφητῶν, ὧν ἕνα ἡγοῦμαι τὸν ἁγιώτατον Ἰώβ. εἰ μὲν γὰρ ἑκάτερα δέχεται τὸ ῥητὸν ἀβιάστως, καὶ τὴν θεωρίαν, καὶ τὴν ἱστορίαν, χρηστέον ἀμφοτέροις· εἰ δὲ ἱστορίαν μόνην, μενετέον ἐπὶ τοῦ γράμματος· εἰ δὲ πρὸς διάνοιαν μόνην ὁρᾷ, ἀνακουφιστέον τὸν λόγον, καὶ εἰς τὴν ἀλληγορίαν ἀνακτέον. χωρήσωμεν τοιγαροῦν, ὡς ἔφην, ἐπὶ τὴν τῶν ῥητῶν σαφήνειαν, αὐτὴν πρότερον αἰτήσαντες τοῦ μακαρίου Ἰὼβ τὴν ἁγίαν ψυχὴν, ἱκετεῦσαι Θεὸν δοῦναί τι ἡμῖν, καὶ διανοηθῆναι καὶ εἰπεῖν τῆς τοῦ ἀνδρὸς μεγαλοψυχίας ἐπάξιον. ἵνα δὲ εὐμαθέστερον ἔχοιμεν, καὶ καλῶς παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις δυναίμεθα, προθεωρίαις χρηστέον καθ' ἕκαστον κεφάλαιον.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐν γοῦν τῷ πρώτῳ τούτῳ, ὄνομα τοῦ δικαίου φησὶν ἡ γραφὴ καὶ χώραν, καὶ προδιαγράφει τὴν ὥραν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, προασφαλιζομένη τὸν ἀκροατὴν, ἵνα κατ' αὐτὴν τοῦ ἀνδρὸς τὴν ὑπόληψιν ἀκούσῃ, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα, μηδὲν θορυβούμενος, ἀλλ' ἀσφαλῶς πεπεισμένος περὶ τῆς αὐτοῦ δικαιοσύνης· εἶτα ἐπιφέρει, ὡς καὶ πολύπαις ἦν, καὶ καλλίπαις, καὶ βρύων πᾶσι τοῖς τῆς ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας* διδάσκει δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ τὴν ὁμόνοιαν, καὶ φιλαδελφίαν, καὶ τοῦ πατρὸς τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τὸ πρὸς Θεὸν σέβας, καὶ μεθ' ὅσης ἐπιμελείας ἦγε τὰ φίλτατα, πολλὴν ποιούμενος πρόνοιαν, καὶ * τοῖς κατὰ διάνοιαν αὐτῶν ἀκουσίοις ἁμαρτίας *ἐξαλείφειν, διὰ θυσιῶν καὶ τῆς εἰς Θεὸν δεήσεως.

* ἴσ. ἀγαθοῖς.
* ἴσ. τάς.
* ἴσ. ἐξαλείφων.

PROTHEORIA CAPITIS PRIMI.

OLYMPIODORI. In primo igitur hoc capite, juſti nomen ac regionem Scriptura indicat, ac primùm auditorem præmuniens, animi ejus pulchritudinem deſcribit, ut juxta illam in nullâ re perturbatus, ſed firmiter de ejus juſtitiâ ſibi perſuadens, viri exiſtimationem, & quæ ab eo dicuntur, audiat: addit deinde, quemadmodum multâ & præclarâ ſobole ornatus fuerit, & bonis omnibus quæ homines fœlices reddunt, affluxerit. Docet præterea filiorum ejus concordiam, & fraternam charitatem, patris item curam, & numinis divini cultum, quantáque cum ſollicitudine quæ ſibi erant chariſſima educârit, omnem ſcilicet providentiam adhibendo, & quæ ab illis per cogitationem, & contra voluntatem peccata committebantur, ſacrificiis & precibus ad Deum, expiando.

Ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι, ᾧ ὄνομα Ἰώβ.

Homo quidam erat in regione Auſitide, cui nomen Job.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί βούλεται τὸ προοίμιον, καὶ τίνος ἕνεκεν ὁ συγγραφεὺς οὕτως ἤρξατο; ἔμελλε βίον ἐνάρετον διηγεῖσθαι, καὶ πολὺ τὴν ἡμετέραν ὑπερνικῶντα κατάστασιν. ἵνα γοῦν μή τις εἰς τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἀγώνων καὶ τῆς ὑπομονῆς ἀναβλέψας, νομίσῃ ξένην εἶναί τινα φύσιν, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνην, προ-

CHRYSOSTOMI. Quid ſibi vult proœmium, & quam ob cauſam ſic exorſus eſt ſcriptor? Vitam virtute celebrem explicaturus erat, & quæ noſtram vivendi rationem longè excederet: ne quis igitur certaminum ac patientiæ ſpectatâ magnitudine incredibili, peregrinâ quadam & non humanâ eum naturâ præditum arbitraretur,

traretur, primo loco naturam oſtendit, ut inſtitutũ ejus mirêre, qui cùm naturâ unus è multis eſſet, virtute tamen multis antecelluit. Quod naturæ commune fuit, dixit, ut quod propoſiti peculiare eſſet, indicaret: quia qui ejuſdem naturæ cum cæteris particeps fuit, quæ naturâ, atque homine majora erant, geſſit. A regione quoque illius ducitur laus, ut ex eo admirêris, qualis roſa è ſpinâ germinaverit.

OLYMPIODORI. Auſitis enim profani & flagitioſi Eſau patria erat, à quo etiam nomen ei inditum eſt, ab Aus, ſcilicet uno ex filiis Eſau. Vult igitur oſtendere, qualem virum ad pietatem produxerit, profani & ſceleſti Eſau provincia, ex cujus poſteris juſtus fuit: Auſitidem regionem quidam Seonis eſſe dixerunt, Aus Hebraicè appellatam, alii Idumæam. Euſebius verò profert Ariſtæum, in libro de Judæis teſtantem, aliam quandam hanc eſſe in Idumææ & Arabiæ finibus poſitam: aureæ autem eloquentiæ pater ipſam Arabiam eſſe affirmat, ubi & hujus generoſi viri ſepulchrũ extat, & ſterquilinii palæſtra, in quâ præclaris coronis redimitus fuit, anniverſariiſque honoribus, ut ſermone celebratum eſt, indigenæ illum proſequuntur. Quem locum igitur incoluerit, & ubi decertaverit, ex iis quæ hactenus dicta ſunt, planum eſt.

Euſeb. de præp. Euang. lib. 9. cap. 25.

CHRYSOSTOMI. Primam autem laudationem intuere, quòd tale germen Auſitis regio produxerit. In Arabiâ enim ubi omnes corruptis moribus vivebant, ubi nullum probitatis exemplum exſtabat, quempiam probum adeò & ſpectatum reperiri, admiratione non carebat.

DIDYMI. Sublimiùs autem interpretando, Auſitis Græcâ linguâ conſilium ſignificat, in quo juſtus habitabat. qui enim ad iram promptus eſt, ſine conſilio agit: unde ut catulus canes, ſic ille dicta ac facta cæca producit: hic autem juſtus nihil non ex conſilio adminiſtrabat, prudenti illi præcepto obtemperans, *Cum conſilio omnia fac.* Jobi verò nomen, patientia eſt, atque

Syracid. 32. 20.

λαβὼν δείκνυσι τὴν φύσιν, ἵνα σὺ θαυμάσῃς τὴν προαίρεσιν, ὅτι ἄνθρωπος ὢν, κατὰ φύσιν μὲν εἷς τῶν πολλῶν, κατ' ἀρετὴν δὲ τῶν πολλῶν ὑψηλότερος. εἶπε τὸ κοινὸν τῆς φύσεως, ἵνα δείξῃ τὸ ἰδιάζον τῆς προαιρέσεως, ὅτι τῆς αὐτῆς φύσεως ἅπασι κοινωνήσας, ὑπὲρ φύσιν, καὶ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον, ἐπολιτεύσατο. κηρύττει δὲ αὐτὸν καὶ ἀπὸ τῆς χώρας, ἵνα κἀντεῦθεν θαυμάσῃς, ὁποῖον ῥόδον ἐξ ἀκανθῶν ἐβλάστησεν.

ΟΛΥΜΠΙΩΔΩΡΟΥ. Ἡ γὰρ Αὐσῖτις, χώρα ἦν Ἡσαῦ τοῦ βεβήλου καὶ πονηροῦ, ἀφ' οὗ καὶ ὠνόμασται, ἤτοι ἀπὸ Αὒς ἑνὸς τῶν υἱῶν Ἡσαῦ. βούλεται οὖν εἰπεῖν, οἷον ἄνδρα ἤνεγκεν εἰς θεοσέβειαν, ἡ τοῦ βεβήλου καὶ ἀθέσμου χώρα, οὗ καὶ ἀπόγονος ἦν ὁ δίκαιος. τὴν δὲ Αὐσῖτιδα χώραν οἱ μὲν, τὴν τοῦ Σηὼν εἶναι ἔφησαν, ἑβραϊστὶ Αὒς καλουμένην, οἱ δὲ, τὴν Ἰδουμαίαν. Εὐσέβιος δὲ Ἀρισταῖον εἰσάγει, ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων λόγῳ φάσκοντα, ἑτέραν τινὰ ταύτην εἶναι ἐν ὁρίοις κειμένην Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας· ὁ δὲ χρυσορρήμων πατὴρ αὐτὴν τὴν Ἀραβίαν φησὶν, ἔνθα καὶ τὸ μνημεῖον τοῦ γενναίου φαίνεται, καὶ ἡ τῆς κοπρίας παλαίστρα, ἐν ᾗ τοὺς λαμπροὺς στεφάνους ἀνεδήσατο, καὶ τὰς δι' ἔτους αὐτοῦ τιμὰς, ὡς λόγος, ἄγουσιν οἱ ἐπιχώριοι. ποῦ δὲ κατῴκει, καὶ ποῦ ἠγωνίσατο ὁ ἄμεμπτος, πρόδηλον ἐκ τῶν μέχρι νῦν *ὁρωμένων.

* ἴσ. εἰρημένων.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα δὲ πρῶτον ἐγκώμιον, ὅτι τοιοῦτον βλαστὸν ἤνεγκεν ἡ Αὐσῖτις χώρα. τὸ γὰρ ἐν Ἀραβίᾳ οὕτως εἶναί τινα δόκιμον, ἔνθα πάντες διεφθαρμένοι, ἔνθα ὑπόδειγμα οὐδὲν ἦν εὐνομίας, τοῦτο ἦν θαυμαστόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὑψηλότερον δὲ, Αὐσῖτις βουλὴ ἑρμηνεύεται, κατὰ τὴν ἑλλάδα φωνὴν, ἐν ᾗ ᾤκει ὁ δίκαιος. ὀξύθυμος μὲν γὰρ, μετὰ ἀβουλίας πράττει· διὸ τυφλὰ πάντα αὐτοῦ γεννᾶται, καθάπερ τοῖς κυσὶ, καὶ τὰ πράγματα καὶ τὰ ῥήματα· ὁ δὲ δίκαιος οὐδὲν ἀβούλως ποιεῖ, τῷ σοφῷ παραγγέλματι ἐκείνῳ πειθόμενος, μετὰ βουλῆς πάντα ποίει. τὸ δὲ Ἰὼβ ὄνομα,

ὑπομονὴ

ὑπομονὴ νοεῖται καὶ ἔστιν, ὡς γενέσθαι τοῦτο ὃ προσεκλήθη, ἢ κληθῆναι ὅπερ ἐγένετο.

intelligitur, ita ut id jam fuerit quod ante vocabatur, aut id vocatus ſit, quod poſtea extitit.

Καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ἦν, ἀληθινὸς, ἄμεμπτος, δίκαιος, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος.

Et erat ille homo verus, irreprehenſibilis, juſtus, pius, abſtinens ab omni re malâ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οἱ μὲν ἔξωθεν σοφοὶ τὸν ἄνθρωπον ὁριζόμενοί φασιν, ἄνθρωπός ἐστι ζῶον λογικὸν θνητόν, ἡ δὲ θεία γραφὴ, τὸν τηρήσαντα τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ ἐκ τῆς ἀρετῆς γνωριζόμενον, τοῦτον εἶναι ἄνθρωπον ὁρίζεται, τὸν δὲ συγχέαντα καὶ διαφθείραντα τοὺς θεοειδεῖς τύπους καὶ χαρακτῆρας οὐδὲ ἄνθρωπον καλεῖν βούλεται· εἰ γάρ τις ἔχει μὲν τὸν χαρακτῆρα τῆς φύσεως, ὑβρίζει δὲ αὐτὸν τῇ κακίᾳ τῆς προαιρέσεως, ἀκούει παρὰ τοῦ προφήτου, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς· κἀνταῦθα τοίνυν τῇ *συνήθει ἑαυτῆς ἡ γραφὴ κεχρημένη, καὶ δείξασα ὅτι τὸν ἄνθρωπον οὐδὲν οὕτω χαρακτηρίζει, ὡς τὸ ἄμεμπτον, τὸ δίκαιον, τὸ θεοσεβὲς, ἐντεῦθεν καὶ τὸν Ἰὼβ γνωριζομένη ἀποφαίνει, καί φησιν, ὅτι ἦν ἄνθρωπος ἀληθινός· οἱ γὰρ φαῦλοι, ψευδεῖς ἄνθρωποι, ὥσπερ οἱ ζωγραφούμενοι. Ταῦτά τοι καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴς, πάσας ἐπὶ τέλει τὰς ἐντολὰς εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον συγκεφαλαιούμενος, τέλος, φησὶ, λόγου, τὸ πᾶν ἄκουε, τὸν Θεὸν φοβοῦ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φύλασσε, ὅτι τοῦτο πᾶς ἄνθρωπος· ἕτερος δέ τις προφητεύων ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐπειδὴ οὐδένα εὗρε τὸν ἀκούοντα, ἦλθον, φησι, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων. καὶ ἡμεῖς δὲ κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν ἑπόμενοι ἐπειδὰν ἐπί τινα πρᾶξιν τὸν οἰκέτην ἢ τὸν υἱὸν ἀποστέλλωμεν, εἰώθαμεν μὲν λέγειν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἄνθρωπος ἅψαι τῆς πράξεως, τουτέστι τὴν ἀνθρωπίνην κατάστασιν τήρησον, ὡς νουνεχὴς, ὡς λόγον ἔχων, οὕτω διανόησαι, οὕτω πρᾶξον, ἐκ τῆς ἐνεργείας δεῖξον ὅτι ὄντως ἄνθρωπος εἶ· οὐ γὰρ ἐκ τῆς

* ἴσ. συνηθείᾳ.

CHRYSOSTOMI. Externi Philoſophi cùm hominis definitionē explicant, aiunt; *Homo eſt animal rationale mortale*; divina autem Scriptura eum definit eſſe hominem, qui Dei ſimilitudinem cuſtodit, & qui ex virtute cognoſcitur; qui verò divinos typos & notas confundit ac corrumpit, eum hominis appellatione non dignatur: ſi quis enim naturæ humanæ characterem habeat, pravo autem vitæ ſuæ inſtituto eundem violet, & contumeliâ afficiat, à Prophetâ audit; *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Ps.49.13. Hoc igitur loco ſuâ utens conſuetudine divina Scriptura, & oſtendens nihil ita hominem diſtinguere, ac irreprehenſibile, juſtum & pium, his ipſis Jobum illuſtrans pronunciat ac dicit, *erat homo verus.* Improbi enim ſunt falſi homines, non ſecùs quàm picti. Idipſum confirmat Eccleſiaſtes, omnia præcepta ſub finem ſummatim repetens, & ad Dei timorem tanquam ad caput referens: *finis*, inquit *verbi, omne audi, Deum time, & mandata ejus cuſtodi; hoc eſt enim omnis homo.* Eccl.12.13. Quidam etiam alius qui Hieroſolymis vaticinabatur, ubi, qui audiret, vidit neminem: *veni*, inquit, *& non erat homo; vocavi, & non erat qui obediret.* Eſ.50.2. Nos quoque à quotidiani ſermonis nihil recedentes conſuetudine, cùm ad negotium aliquod conficiendum aut ſervum aut filium mittimus, dicere ſolemus; ut homo rem aggredere; id eſt, humanam conditionem ſerva; ut mente & ratione præditus, cogita atque age: muneris functione hominem te eſſe oſtende. Nec enim à figurâ,

figurâ, ſed ab actione, quid ſit unuſquiſque intelligitur; cæteroqui vocis tantum homonymiâ, dicitur id, quod dicitur. Solus ille verus eſt homo, qui conſervatâ imagine, à Deo conceſſam pulchritudinem minimè obſcuravit; qualis fuit Jobus, verus, non fictus, qui rebus ipſis hominis virtutem declaravit, non habitu eſt ementitus, nec tanquã hiſtrio hanc ipſam ſimulavit. Quod verò anteà ab Abrahamo Deus flagitavit,
Gen.17.1. cum diceret, *Tu verò place in conſpectu meo, & eſto inculpabilis*, id nunc de Job Scriptura teſtatur; nam cùm dixiſſet eum fuiſſe *verum*, addidit, *ſine reprehenſione*. Vocabulum mecũ expende, ut multã juſti perfectionẽ intelligas: cur non dixit expers criminis, ſed à reprehenſione vacuus? nimirũ quia crimen in maximis ponitur peccatis; reprehenſio verò in parvis, & minimis. Non ſolùm igitur, inquit, à graviſſimis abſtinuit culpis, verùm ne leviſſimis ſe urgeri paſſus eſt, quæ vituperio potiùs quàm criminatione dignæ cenſendæ ſunt, & facti improbationem, non autẽ ſupplicii merentur. Aquila pro, *irreprehenſibilis*, ſimplex; Symmachus, innocens reddidit, cùm ille animum juſti ab omni improbitate, ſimulandique artificio alienum, hic verò ad ſummam etiam virtutem inſtitutum, indicaret. Innocens enim eſt, qui nullo bono caret; qui vitam ab omni improbitate remotam degit. Poſt, *irreprehenſibilis*, addit & *juſtus*; namque rerum omnium quæ honeſtæ bonæque ſunt, complexio & cumulus eſt juſtitia: ſi enim eorũ quæ laudem mereri videntur, aliquid per ſe à reliquis virtutibus ſejunctum in uno aliquo reperiatur, imperfectũ atque inutile id futurũ ſit, quinetiam ſæpenumero contrarium, vituperationéque dignum deprehendetur. Verbi causâ, intelligentiâ quis, & ſolertiâ pollet; niſi juſta quoq; meditetur conſilia, verſutus & vafer, perditiſque moribus præditus, nequaquam
Ier.4.22. prudens hic ſit. De his enim dictum eſt, *ſapientes ſunt, ut faciant mala, bene autem facere neſcierunt*: rurſus ſtrenuo quis eſt animo ad certamina, & pericula; niſi eti-

σχήματος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐνεργείας, ὅθεν ἐστὶν ἕκαστος γνωρίζεται· εἰ δὲ μή, ὁμωνύμως λέγεται, ὃ λέγεται· μόνος δὲ ἀληθὴς ἐκεῖνός ἐστιν ἄνθρωπος ὁ τὴν εἰκόνα σώζων, ὁ τὸ θεόσδοτον κάλλος μὴ ἀφανίζων, οἷος ὁ Ἰώβ, ἀληθινὸς οὐκ ἐπίπλαστος, ἔργοις τὴν τοῦ ἀνθρώπου δεικνὺς ἀρετήν, οὐ σχήματι περιποιούμενος, ἢ σκηνικῶς ταύτην ὑποκρινόμενος· ὅπερ δὲ πρότερον ἀπῄτει τὸν Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς λέγων, σὺ δὲ εὐαρέστει ἐνώπιόν μου, καὶ γίνου ἄμεμπτος, τοῦτο καὶ νῦν ἡ γραφὴ τῷ Ἰὼβ μαρτυρεῖ, εἰποῦσα γὰρ ὅτι ἦν ἀληθινός, ἐπήγαγεν, ὅτι καὶ ἄμεμπτος· καί μοι τὴν λέξιν βασάνισον, ἵνα γνῷς τὴν πολλὴν τοῦ δικαίου ἀκρίβειαν. διὰ τί οὐκ εἶπεν ἀνέγκλητος, ἀλλὰ ἄμεμπτος; ὅτι τὸ μὲν ἔγκλημα ἐπὶ τῶν μεγίστων ἁμαρτημάτων τίθεται, ἡ δὲ μέμψις ἐπὶ μικρῶν τε καὶ ἐλαχίστων, οὐ μόνον οὖν φησι τῶν βαρυτάτων κακῶν ἀπείχετο, ἀλλὰ οὐδὲ τοῖς κουφοτάτοις ἁλῶναι ἠνείχετο, ἃ μέμψις μᾶλλόν ἐστιν, ἢ ἔγκλημα, καὶ κατάγνωσιν μόνον φέρει, οὐ κόλασιν. Ἀκύλας γε μήν, καὶ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ ἄμεμπτος, ὁ μὲν ἁπλοῦς ἐξέδωκεν, ὁ δὲ ἄμωμος, ὁ μέν, τὸ ἀπόνηρον τοῦ δικαίου καὶ ἄπλαστον, ὁ δέ, τὸ πρὸς ἀκρίβειαν ἠσκημένον εἰς ἀρετήν, αἰνιττόμενος· ἄμωμος γάρ ἐστιν, ὁ μηδενὸς τῶν ἀγαθῶν ἐλλιπής, ὁ ἀπὸ πάσης κακίας ἀπταίστως τὸν βίον αὐτοῦ διεξάγων· εἶτα μετὰ τὸ ἄμεμπτος, προστίθησι ὅτι καὶ δίκαιος, συναγωγὴ δὲ καὶ ἕνωσις πάντων τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἐστιν ἡ δικαιοσύνη, εἰ γάρ τι τῶν δοκούντων ἐπαινετῶν εἶναι, καθ' αὑτὸ δίχα τῆς λοιπῆς ἀρετῆς ἔν τινι γένοιτο, ἀτελὲς τοῦτο καὶ ἄχρηστον, μᾶλλον δὲ καὶ πολλάκις ἐναντίον καὶ ψεκτὸν εὑρίσκεται, οἷον νοήμων καὶ συνετός τίς ἐστιν, εἰ μὴ δίκαια βουλεύοιτο, κακεντρεχὴς καὶ κακοήθης, οὐ φρόνιμος οὗτος· περὶ γὰρ τῶν τοιούτων εἴρηται, σοφοί εἰσι τοῦ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλῶς ποιῆσαι οὐκ ἔγνωσαν· πάλιν ἀνδρεῖος ἕτερος πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐστὶ καὶ κινδύνους,

κινδύνοις, εἰ μὴ δικαιοπραγεῖν βούλοιτο, ὠμός ἐστι καὶ βίαιος, ὡς οἱ λέγοντες, ἔστω δὲ ἡμῖν ἡ ἰσχὺς νόμος τῆς δικαιοσύνης, τὸ γὰρ ἀσθενὲς ἄχρηστον ἐλέγχεται. ὁ περὶ τὸ σῶμα τῶν ἡδονῶν κρατεῖ, ἀλλ' οὐκ ἂν εἴη σώφρων, φιλάργυρος, ἐρασιχρήματος, ἄσωτος, οὐκ ἐλευθέριος, ὁ χρημάτων εἰς ἐπιθυμίαν ἀφειδής. καθόλου, πᾶν μόριον δικαιοσύνης, ἀπὸ τοῦ λοιποῦ καθάπερ σώματος, ἀποτετμημένον, οὐδέν ἐστιν. ἡ δὲ πάντων ἁρμονία καὶ σύνοδος τῶν ἀγαθῶν, εἴη ἂν καὶ νομίζοιτο εὐλόγως δικαιοσύνη. εἰ δέ τι τῶν θαυμαστῶν ἀπείη, σκάζει κατὰ τοῦτο καὶ ἠκρωτηρίασται, καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης ὄνομα ψεύδεται. ὁ γὰρ δίκαιος πρῶτον ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ σοφός, πῶς γὰρ ἂν τὰ δέοντα πράττοι, καὶ πᾶσιν εὐαρμόστως προσφέροιτο, μὴ τὴν ἑκάστου τάξιν καὶ δύναμιν συνιείς; εἶτα σώφρων, ἀκολασία γὰρ ἀδικία. φιλόθεος, οἱ γὰρ εὐσεβεῖς, φησιν, δίκαια ἐβουλεύσαντο. ἤπιος, φιλάνθρωπος, εὐεργετικός· καὶ καθάπαξ ἡ πάντων τῶν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πρακτέων συμφωνία, τὸν δίκαιον συμπληροῖ. καὶ τοῦτ' ἀκριβῶς ὁ Ἰεζεκιὴλ ἡμᾶς ἐσόφισε, δι' οὗ φησιν ὁ Θεός, ὁ δὲ ἄνθρωπος ὃς ἔσται δίκαιος, ὁ ποιῶν δικαιοσύνην. εἶτα διαγράφει τὸν δίκαιον, τὴν παντελῆ καὶ ὁλόκληρον ἀρετὴν ἐκ τῶν κατὰ μέρος συνιστάς. καὶ πρῶτον αὐτῷ τὴν εὐσέβειαν προσάπτει, λέγων, ἀπὸ τῶν ὀρέων οὐ φάγεται. ἐν γὰρ τοῖς ὄρεσι τὰς εἰδωλολατρείας ἐπετέλουν. εἶτα σωφροσύνην αὐτῷ προσεῖναι δεῖν λέγει, καὶ τὴν γυναῖκα, φησιν, τοῦ πλησίον οὐ μὴ *μιαίνῃ, καὶ πρὸς γυναῖκα ἐν ἀφέδρῳ οὖσαν οὐ προσεγγίσει. εἶτα καὶ τὸ πρᾶον αὐτῷ καὶ τὸ ἐπιεικὲς προσγράφει, καὶ ἄνθρωπον, φησιν, οὐ μὴ *καταδυναστεύσῃ. πρὸς τούτοις ἰδιοπραγεῖν αὐτὸν ἀποφαίνεται ἐν τῷ λέγειν, καὶ ἅρπαγμα οὐχ ἁρπάσει. ἐλεήμονά τε καὶ κοινωνικὸν διατυποῖ λέγων, τὸν ἄρτον αὐτοῦ τῷ πεινῶντι δώσει, καὶ γυμνὸν περιβαλεῖ, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐ δώσει ἐπὶ τόκῳ, καὶ πλεονασμὸν οὐ λήψεται. εὐσυνάλλακτόν τε καὶ εἰρηνικὸν ἀποφαίνει, ὡς καὶ διαιτᾶν ἄριστα τοῖς ἀμφισβητοῦσι

* ἴσ. μιανεῖ.

* ἴσ. καταδυναστεύσει.

aut quæ juſta ſunt adminiſtrare velit, crudelis jam erit, ac vim adferet, quemadmodum illi loquuntur, *ſit fortitudo noſtra lex juſtitiæ, quod enim infirmum eſt, inutile invenitur.* Sap.Sal.2.11 Corporis quis cohibet voluptates, temperans autem non erit, ſi pecuniæ & divitiarũ avidus, ſi perditus, ſi illiberalis, ſi ob cupiditatem pecuniarũ prodigus fuerit. Denique pars quælibet juſtitiæ, à reliquo quaſi corpore avulſa, nihil eſt. Concurſus autem & harmonia eorum omnium quæ laudem merentur, meritò ſit & exiſtimetur juſtitia: ſin verò earũ rerum, quæ admirationem habent, quæpiã abfuerit, ob idipſũ claudicet, ac mutilata ſit, falſóque juſtitiæ nomen præ ſe ferat. Principio enim qui juſtus eſt, eundẽ ſapientem eſſe neceſſe eſt; quâ enim ratione quæ fieri oportet, præſtabit, & in omnibus decenter ſe geret, ſi ordinem cujuſque rei & vim ignoraverit? Deinde temperantem, intemperantia enim injuſtitia eſt: Dei amantem, *qui enim pii ſunt*, inquit, *juſta cogitaverunt*; Eſ.32.8. placidum, beneficum, humanum: & ut ſemel dicam, rerum omnium agendarum quæ cum rectâ ratione congruunt, conſpiratio juſtum abſolvit, id quod præclarè nos Ezechiel docuit, per quem inquit Deus, *homo autem fuerit juſtus, qui facit juſtitiam.* Ezech.18.5. Deinde univerſã perfectámq; virtutẽ è ſingulis complexus, juſtum deſcribit, ac primò quidẽ pietatẽ ei tribuit, cùm dicit; *In montibus non comederit*, in montibus enim idolis cultum adhibebant. Deinde temperantiam eidem ineſſe debere ait; *& uxorem proximi ſui non contaminaverit, & ad mulierem fluentẽ ſanguine non acceſſerit.* Deinde manſuetudinem & clementiam illi aſcribit; *& hominem per potentiam non oppreſſerit:* adhæc rebus ſuis contentum eſſe pronunciat, cum inquit; *& rapinam non rapuerit:* eundem etiam miſericordem, & ſua cum aliis communicantem depingit, cùm ait, *panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit, & pecuniam ſuam ad uſuram non dederit, & amplius non acceperit*; facilè verò placari, & pacis amantem eſſe enunciat, ita ut inter

diſſidentes

diſſidentes optimus arbiter ſit. *Et ab iniquitate*, inquit, *averterit manum ſuam, & judicium juſtum fecerit inter virum & inter proximum ejus.* Hæc enim politica & judiciaria facultas, cum aliis juſtitiæ officiis collata, longè illis eximior & illuſtrior eſt; & quia unicuique quod congruum eſt tribuit, à jure nomen ei inditum eſt. Numeratis iis omnibus, quæ vel agenda, vel non agenda ſunt, normam quandam ac typum ad omnia accommodavit, in quo ſi obtutum quiſpiam fixerit, erratum omne vitaverit. *In præceptis meis ambulaverit, & juſtificationes meas cuſtodierit, ut faciat eas.* Atque ex omnibus his copulatis ac temperatis, unum quaſi corpus è multis membris coagmentatum, ſuavíque conſtans harmoniâ, ac ſolidum, juſtus efficitur. Ubi verò tot bonis eum conſummâſſet, & unam quaſi definitionem ac deſcriptionẽ ex omnibus contexuiſſet, cuncta unâ voce concludens, dixit, *juſtus hic vitâ vivet.* Poſteaquam igitur, quæ juſti notæ, ac proprietates ſint, audivimus; age, illas ipſas in Jobo intueamur. Deo pietatem præſtat juſtus, quid tandem Job? an non Deum victimis quotidiè placabat? caſtus

Iob.31.1. ac temperans, at hic, *Teſtamentum poſui oculis meis, & non intelligam ſuper virgine:* manſuetus & facilis, quid homine hoc mitius? cujus etiam ſervi ob incredibilem illius benignitatem ita ab eo pendebant, ut devorare illum concupierint; nam aiebant,

Iob.31.31. *quis utique det nobis, ut carnibus ejus ſatiemur?* miſericors, & ſua cum aliis communicans, quis hâc unâ de re cum Jobo

Iob.31.34. certaverit? *cujus janua venientibus cunctis patuit; nec quiſquam inani ſinu eſt unquam egreſſus:* inter diſſidentes juſtus arbitrabitur juſtè, hic etiam Jobo licitum eſt glori-

Iob.29.17. ari, ac dicere, *judicium quod non noveram exquiſivi; confregi autem molas iniquorum:* nulli faciet injuriam juſtus, verùm

Iob.31.22. Job etiam malè ipſe ſibi precatur; *ſi levavi ſuper pupillum manum, diſcedat humerus à juncturâ.* Quoniam igitur Jobus virtutis

διωκᾶσθαι, καὶ ἐξ ἀδικίας γάρ, φησιν, ἀποστρέψει τὴν χεῖρα αὐτοῦ καὶ κρίμα δίκαιον ποιήσει ἀναμέσον ἀνδρὸς καὶ ἀναμέσον τοῦ πλησίον αὐτοῦ. τοῦτο γὰρ τὸ ἐξαίρετον καὶ διαπρεπέστατον, τοῖς ἄλλοις ἅπασι συγκρινόμενον τοῖς τῆς δικαιοσύνης κατορθώμασιν, ἡ πολιτικὴ καὶ δικαστικὴ ἕξις, ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον ἐπιφέρουσα, διὸ καὶ τῆς δίκης ἐστὶν ἐπώνυμος. διεξελθὼν δὲ, πάντα τάτε προσηκέα, καὶ τὰ μή, τὸν κοινὸν κανόνα καὶ τύπον πᾶσιν ἐφήρμοσεν, εἰς ὃν ἀφορῶν τις, ἐν οὐδενὶ διαμαρτήσεται· ἐν τοῖς προστάγμασί μου, φησιν, πεπόρευται, τὰ δικαιώματά μου πεφύλακε τοῦ ποιῆσαι αὐτά· καὶ ταῦτα πάντα συνδεθέντα καὶ ἀνακραθέντα, καὶ ὥσπερ σῶμα ἓν πολυμερὲς καὶ παναρμόνιον *κρατηθέν, ὁ δίκαιος γίνεται. καὶ διὰ τῶν τοσούτων ἀπαρτίσας αὐτόν, καὶ ὥσπερ ὅρον αὐτοῦ καὶ περιγραφὴν μίαν ἐκ τῶν τοσούτων συνθείς, εἰς ἓν πάντα κατέκλεισεν ὄνομα, καὶ λέγει, δίκαιος οὗτος ζωῇ ζήσεται· ἐπεὶ οὖν ἠκούσαμεν τινά ἐστι τὰ τὸν δίκαιον χαρακτηρίζοντα, φέρε δὴ ταῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰὼβ θεωρήσωμεν. Εὐσεβής ἐστιν ὁ δίκαιος, τί δὲ ὁ Ἰώβ; οὐχὶ ταῖς θυσίαις τὸν Θεὸν ἐφ' ἑκάστης ἱλάσκετο; σώφρων, καὶ οὗτος, διαθήκην, φησιν, ἔθεμην τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, τοῦ μὴ κατανοῆσαι εἰς παρθένον· πρᾶος καὶ ἐπιεικής, καὶ τί τούτου πραότερον; οὗ καὶ οἱ οἰκέται διὰ τὴν ἄγαν χρηστότητα οὕτως ἐξεκρέμαντο, ὡς μικροῦ καὶ καταπιεῖν αὐτὸν ἐπιθυμεῖν, ἔλεγον γάρ, τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐμπλησθῆναι; ἐλεήμων καὶ κοινωνικός, καὶ τίς ἐνταῦθα τῷ Ἰὼβ ἐφάμιλλος; οὗ ἡ θύρα παντὶ ἐλθόντι ἀνέῳκται, καὶ οὐδεὶς ἐξῆλθε κόλπῳ κενῷ· διαιτήσει δικαίως τοῖς ἀμφισβητοῦσιν ὁ δίκαιος, ἔξεστι κἀνταῦθα τῷ Ἰὼβ καυχήσασθαι, καὶ εἰπεῖν, δίκην ἣν οὐκ ᾔδειν ἐξιχνίασα, καὶ συνέτριψα μύλας ὀδόντων. οὐκ ἀδικήσει οὐδένα ὁ δίκαιος, ὁ δὲ Ἰὼβ καὶ ἐπαρᾶται ἑαυτῷ, εἰ ἐπῆρα ὀρφανῷ χεῖρα, ἀποσταίη ἄρα ὁ ὦμός μου ἀπὸ τῆς κλειδός. ἐπεὶ τοίνυν ὁ Ἰὼβ ἁπάντων μόριον ἀρετῆς μεθ' ὑπερβολῆς ἠκριβώσατο,

*ἴσ. κρα-τωθέν.

ἠκριβώσατο, διὰ τοῦτο ἄμεμπτός τε καὶ δίκαιος ὀνομάζεται.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Μὴ μόνον ποιῶν τὴν δικαίαν πρᾶξιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ διαθέσεως δικαίας ἐργαζόμενος, κατὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι δικαίως τὸ δίκαιον διώξεις· ὥσπερ γὰρ ποιεῖ τι ἰατρικὸν καὶ ὁ ἰδιώτης, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἰατρικῶς, οὐ γὰρ ἐνεργεῖ μετὰ λόγου· οὕτως εἰκός ἐστι δικαίαν μὲν πρᾶξιν ἐπιτελέσαι, οὐ μὴν μετὰ τοῦ λόγου τῆς δικαιοσύνης· τὸ δὲ ἄμεμπτον, ὅταν συνδράμῃ τῇ δικαίᾳ πράξει, καὶ ἡ τοιαύτη διάθεσις.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὕτω καὶ ὁ Ἰὼβ δίκαιος ἦν, οὐ μέρος ἀρετῆς ἐν αὐτῷ ἔχων, ἀλλὰ πᾶσαν ἀρετὴν ἀνθρωπίνην ὁλόκληρον καὶ καθολικήν, οὐκ ἀπὸ τούτου μὲν ἀπεχόμενος τοῦ πονηροῦ, ἑτέρου δὲ ἀντεχόμενος· οὕτω καὶ ἡμεῖς δίκαιον σταθμίον τοῦτο λέγομεν, τὸ πανταχοῦ ἴσον, οὐκ ἐὰν χρυσὸν μὲν ἐξ ἴσης ἱστᾶν δύνηται, μόλυβδον δὲ ἐναντίως· ἀλλὰ τὸ ἐν πάσαις ὕλαις τὴν ἰσότητα παρεχόμενον, καὶ μέτρον πάλιν πανταχοῦ ἴσον*. οὕτω καὶ ὁ Ἰὼβ δίκαιος πανταχοῦ ἴσος ὤν, οὐδὲ γὰρ ἐπὶ χρήμασι τὴν ἰσότητα ταύτην ἐφύλαττε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οὐδαμοῦ τὸ μέτρον ὑπερβαίνων· οὐδὲ γὰρ ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν ὅτι ἐν χρήμασι μὲν τὴν ἰσονομίαν ἔστεργεν, ἐν δὲ τῇ πρὸς τοὺς πλησίον ὁμιλίᾳ τὸ μέτρον ὑπερέβαινεν, * ἀλλαζών τις καὶ ὑπεροπτικὸς ὤν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐκ πολλῆς τῆς περιουσίας ἔφυγε λέγων, εἰ δὲ καὶ ἐφαύλισα κρίμα θεράποντος ἢ θεραπαίνης, κρινομένων αὐτῶν πρός με, οὐχ ὡς ἐγὼ ἐγενόμην, καὶ αὐτοὶ ἐγένοντο; ἄρα καὶ τοῦτο ἀδικία μεγίστη τὸ ἀλαζόνα εἶναι καὶ ὑπερήφανον· ὥσπερ γὰρ πλεονέκτην, τὰ τῶν ἄλλων βουλόμενον λαβεῖν καλοῦμεν, καὶ τοῖς οἰκείοις οὐκ ἀρκούμενον, οὕτω καὶ ἀλαζονικὸν λέγομεν, ὅταν πλέον ἀπαιτῇ τῶν ὀφειλομένων ἀνθρώπῳ, παρὰ τοῦ πλησίον, ὅταν τις ἑαυτὸν μὲν ἐν πάσῃ καθιστᾷ τιμῇ, ἑτέρους δὲ ἀτιμάσαι θέλῃ, τοῦτο

* aliquid hic deeſſe videtur.

* ἴσ. ἀλαζών.

omnes partes ſummâ curâ adimplevit, irreprehenſibilis,& juſtus nominatur.

BASILII. Non ſolùm juſtam actionem agens, verumetiam ex juſto animi propoſito operans, juxta illud quod dictum eſt, *juſtè quod juſtum eſt, perſequaris*: Deut. 16. 20. ſicut enim homo plebeius operatur aliquid ad medendum aptum, ſed non medicè, quia non ſecundùm artem & rationem facit; ſic veriſimile eſt, juſtam actionem edere, ſine ratione tamen juſtitiæ. Tunc verò à reprehenſione alienum aliquid eſt, cùm actio juſta, eundem animi affectum comitem habet.

CHRYSOSTOMI. Non eâ Jobus juſtitiâ præſtabat, quæ unicam aliquam formam virtutis, ſed quæ omnem, ac ſolidam complecteretur, neque ſic ab unâ quadam re malâ abſtinebat, ut ad aliam adhæreſceret; nam ipſi pondus juſtum dicimus, quod ubique & in cunctis rebus æqualitatem tuetur, non ſi aurum quidem juſtè, plumbum verò ſecùs libraverit: verùm illud juſtum eſt pondus, quod materiæ cuivis æqualitatem præſtat, æquámque menſuram: non aliter Jobus juſtus erat, cujus ſemper fuit in omni vitâ æqualitas; neque enim in pecuniis tantùm æqualitatem retinuit, ſed etiam in rebus aliis omnibus, nuſquam modum & menſuram excedens: nec enim quiſpiam dixerit, in pecuniis quidem æqualitatem adamâſſe; in hominum verò conſuetudine modum tranſiliiſſe, perinde quaſi aut ſperneret cæteros, aut faſtu eſſet arrogantior; id verò maximè fugiebat,cùm diceret; *ſi deſpexi judicium famuli mei, aut ancillæ, cùm ipſi litigarent mecum, nonne ſicut ego factus ſum in utero, & illi facti ſunt?* Iob. 31. 13. & 15. Summa igitur iniquitas eſt, elatum eſſe, ac ſuperbum: quemadmodum enim avarum eum dicimus, qui aliena intervertit, nec ſuis contentus eſt; ita ſuperbum eum vocamus, qui plus à vicino exigit, quàm homini debeatur; cùm ſe quiſpiam omni in honore collocat, alios autem contemnit, hoc verò non aliunde,

unde, quàm ex injuſtitiâ provenit. Hoc autem ex eo liquet, quòd Deus unam omnium naturam fecerit, & alteri tecũ cuncta communia & paria largitus ſit; quomodo igitur illum rejicis, & honore ſpolias, quem Deus ei conceſſit, nec tecũ participẽ eſſe pateris, ſed tua omnia faciens, non divitiarũ, ſed honoris egenũ illũ reddis? unam utriq; Deus naturam eſt elargitus, atque unam ambobus naturæ dignitatem, ac principatum; illud enim, *faciamus hominem*, eſt univerſi generis commune; cur ergo illum patriâ poſſeſſione deturbas, atque ad extremam penuriam detrudis; atque id quod eſt commune, tanquam proprium uſurpas? Diſpar profectò beati ratio Jobi erat: quocirca ejus illæ voces; *non contempſi judicium famuli mei, aut ancillæ*; propterea author, cùm dixiſſet, *juſtum* eum eſſe, oſtendit non particulari aliquâ juſtitiâ, quæ in commerciis & litibus ſpectatur, illum ornatum fuiſſe, ſed in genere, omni virtute, ſecundùm illum de quo ſcriptum eſt, *juſto lex non eſt poſita*. Additur & *pius*, ut oſtenderet tam cum hominibus, quàm cum Deo perfectum exſtitiſſe; nam juſtitia ad homines, pietas ad Deum refertur. At vide, quemadmodum virtutem virtus comitetur, atque alia aliam incitet; recta enim vivendi ratio facit, ut Deum agnoſcamus; Dei verò notitia vitæ cuſtodia eſt. Unde & Jobus, quia juſtus, Deum religioſè colebat; & quia Deus illi ob oculos ſemper verſabatur, ob idipſum, quod juſtum erat, juſtè perſequebatur, atque id honeſti ſolius causâ, nullius rei præterea: nec fieri poteſt, ut juſtus ſit quiſpiam, niſi priùs reprehenſione vacet. Idcirco primũ locum obtinet, *verus homo*, id eſt, nullo involucro pietatis, & ſimulatione tectus; ſed verè, ac reipsâ virtute præſtans, atque informatus; hinc illud alterum comitatur, *irreprehenſibilis*: nam legitimus virtutis operarius, vel quæ videntur exigua cavet: illi verò conſequens eſt, *juſtus*, qui à juſtitiâ appellationem ſortitur; is enim juſtus eſt, qui partibus eſt virtutis

Gen.1.26. Job.31.13. Tim.1.1.9.

δὲ οὐδαμόθεν ἄλλοθεν γίνεται ἢ ἐξ ἀδικίας· ὅτι γὰρ ἀδικία τοῦτο, μίαν οὐσίαν ἁπάντων ὁ Θεὸς ἐποίησεν, πάντα κοινὰ καὶ ἴσα δέδωκε πρὸς τὸν πλησίον· πῶς οὖν αὐτὸν ἐκβάλλεις καὶ ἀποστερεῖς τῆς τιμῆς, ἧς ἔδωκεν ὁ Θεός· οὐκ ἀφεὶς εἶναι κοινωνόν, ἀλλὰ τὸ πᾶν σὸν ποιῶν, οὐκ ἐν χρήμασιν, ἀλλ' ἐν δόξῃ ποιῶν αὐτὸν πένητα; μίαν οὐσίαν ἀμφοτέροις ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο καὶ τὴν τῆς οὐσίας προεδρίαν· τὸ γάρ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, κοινὸν τοῦ γένους παντός· πῶς οὖν αὐτὸν τῆς πατρῴας ἐκβάλλεις οὐσίας, εἰς ἐσχάτην εὐτέλειαν κατάγων, καὶ τὸ κοινὸν ἰδιοποιούμενος; ἀλλ' οὐχ ὁ μακάριος Ἰὼβ τοιοῦτος, διὸ καὶ ἔλεγεν, οὐκ ἐφαύλισα κρίμα θεράποντος ἢ θεραπαίνης· διὰ τοῦτο καὶ ὁ συγγραφεὺς δίκαιον αὐτὸν λέγων, παρέστησεν, οὐ τὴν μερικὴν δικαιοσύνην, τὴν ἐν συναλλάγμασι καὶ δίκαις, ἀλλὰ τὴν καθόλου ἀρετὴν ἔχοντα, κατ' ἐκεῖνον περὶ οὗ γέγραπται, τῷ δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται· ἐπάγει δὲ ὅτι καὶ θεοσεβής, ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους, καὶ τὰ πρὸς Θεὸν τέλειος ἦν, ἡ μὲν γὰρ δικαιοσύνη πρὸς ἀνθρώπους, ἡ δὲ θεοσέβεια πρὸς Θεόν. Ὅρα δέ, *ἀντακολουθοῦσιν ἀλλήλαις αἱ ἀρεταί, καὶ συγκροτοῦσιν ἀλλήλας· βίος γὰρ καλὸς τὸν Θεὸν ἐπιγνῶναι ποιεῖ, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις, τοῦ βίου γίνεται φυλακή· ὅθεν καὶ ὁ Ἰώβ, ἐπειδὴ δίκαιος, διὰ τοῦτο καὶ θεοσεβής, καὶ ἐπειδὴ πρὸ ὀφθαλμῶν ἀεὶ τὸν Θεὸν εἶχε, διὰ τοῦτο καὶ τὸ δίκαιον δικαίως ἐδίωκε, δι' αὐτὸ τὸ καλόν, καὶ οὐ δι' ἕτερόν τι· οὐκ ἔστι δὲ δίκαιον γενέσθαι μὴ πρότερον γενόμενον ἄμεμπτον, διὰ ταῦτα προηγεῖται μὲν ὁ ἀληθινὸς ἄνθρωπος, ὁ μὴ πλάσμα καὶ σκηνὴν τῆς εὐσεβείας περικείμενος, ἀλλ' ἀληθείᾳ καὶ πράγματι τὴν ἀρετὴν μετερχόμενος, καὶ κατ' αὐτὴν μορφαζόμενος. ἕπεται δὲ τούτῳ, ὁ ἄμεμπτος, ὁ γὰρ γνήσιος ἐργάτης τῆς ἀρετῆς, καὶ ἀπὸ τῶν μικρῶν δοκούντων φυλάττεται, ἐκείνῳ δὲ πάλιν ἀκολουθεῖ ὁ παρωνύμως ἀπὸ τῆς τελείας δικαιοσύνης ὀνομαζόμενος δίκαιος,

* ἴσ. πῶς.

ὁ κατὰ πᾶν εἶδος ἀρετῆς ἀπηρτισμένος, εἶτα ὁ θεοσεβὴς μετὰ τούτους λαμπρότερος ἐπεισέρχεται, ἔργοις ὁμοῦ ἀγαθοῖς, καὶ δόγμασιν ὀρθοῖς διαπρέπων. τούτοις ἐπάγεται, τὸ ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, ὃ καὶ αὐτὸ οὐδεμίαν ὑπερβολὴν καταλείπει· οὐ γὰρ εἴρηται, ὅτι τοῦ δὲ μὲν τοῦ φαύλου ἀπείχετο, τοῦ δὲ οὔ, ἢ πολλῶν μὲν ἐκράτει, ὑπὸ ὀλίγων δὲ ἐκρατεῖτο, ἀλλ' οὐδεμιᾶς πονηρείας θιγγάνειν ἤθελε.

ΝΙΚΗΤΑ. Χρὴ μέντοι εἰδέναι, ὡς ὁ πόνος δηλοῖ μὲν καὶ τὴν κακίαν, δηλοῖ δὲ καὶ τὴν ὀδύνην καὶ κακοπάθειαν, τὴν μὲν κακίαν, ὡς ὅταν ψάλλῃ Δαβίδ, ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κόπος καὶ πόνος· καὶ πάλιν, συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν· τὴν δὲ ὀδύνην καὶ τὸν μόχθον, ὡς ὅταν ἡ γυνὴ τοῦ Ἰὼβ λέγῃ, ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι· διαφέρει δὲ καὶ τὰ ἐξ ἑκατέρων τούτων καὶ γινόμενα καὶ λεγόμενα, ἤγουν τό τε πονηρὸν, καὶ τὸ πόνηρον, τὸ μὲν γὰρ πρότερον τῆς πονηρείας καὶ φαυλότητος μηνυτικὸν, τὸ δὲ δεύτερον τοῦ ὀδυνηροῦ παραστατικὸν, οἷόν τι καὶ τὸ, ἔπαισε τὸν Ἰὼβ ἕλκει πονήρῳ, τουτέστι, πόνον ἐμποιοῦντι καὶ ὀδύνην· δόξειε δ' ἂν ὁ ἀπεχόμενος παντὸς πονηροῦ πράγματος, ὁ αὐτὸς εἶναι τῷ δικαίῳ, ἀλλ' οὐκ ἔστιν· ὥσπερ οὐδ' ὁ ἀργῶν τῷ ἐργαζομένῳ· ὁ μὲν γὰρ ἀπεχόμενος τῆς πονηρείας, οὐκ ἤδη καὶ δίκαιος, ὁ δὲ δίκαιος, πάντως καὶ τῆς πονηρείας μακρὰν ἐστιν· ἀρχὴ μέντοι τῆς τῶν καλῶν ἀναλήψεως, ἡ ἀπομάθησις τοῦ κακοῦ, διὸ εἴρηται, ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθὸν, καὶ ἡ ἀποχὴ τοῦ κακοῦ ἀργία τις οὖσα, εὐμαρεστέρα τυγχάνει τῆς τοῦ καλοῦ πράξεως.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ ἀρκεῖ μέντοι μόνον ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν, ἀλλὰ δεῖ προστεῖναι καὶ τὴν ἐργασίαν τῶν ἀγαθῶν, καὶ γὰρ ἡ ἀργία τῆς ἀρετῆς, κόλασιν οἶδε προξενεῖν, οὐχ ἡ ἐργασία τῆς πονηρείας μόνον. ἐπεὶ κἀκεῖνοι, οἱ πεινῶντα μὴ θρέψαντες, ὅτι ἐλεημοσύνην οὐκ εἰργάσαντο, διὰ τοῦτο τῇ ἀθανάτῳ

omnibus abſolutus, atque perfectus. His autem ſuccedit, *qui Deum religioſè colit*; illuſtrior aliis, bonis operibus ſimul & rectis dogmatibus exornatus: his ſubjungitur, *abſtinens ab omni re malâ*, quod quidem unum omnem in ſe excellentiam comprehendit; neque enim dictum eſt, ab hâc quidem illum improbitate abſtinuiſſe, ab illâ verò minimè; ſeu multa ab eo mala ſuperata fuiſſe, ipſum verò paucis ſuccubuiſſe, ſed prorſus nullius ſceleris labem tangere voluiſſe.

NICETÆ. Sed operæ pretium eſt noſſe, πόνον nomen interdum eſſe vitii, aliàs verò doloris, atque perpeſſionis malorum: pro flagitio uſurpavit David, cum caneret, *ſub linguâ ejus labor & πόνος*: atque iterum, *concepit πόνον, & peperit iniquitatem*: pro acerbo verò dolore, difficilique labore, idem vocabulum à Jobi uxore uſurpatum eſt, cùm dixit, *uteri mei dolores & πόνοι*: differunt etiam quæ ex his fiunt, & dicuntur vocabula, πονηρὸν & πόνηρον; prius enim improbitatem & ſcelus ſignificat; alterum ærumnam, acerbitatemq; declarat; cujuſmodi eſt illud; *percuſſit Iob ulcere maligno*, id eſt, gravem difficultatē, cruciatumque afferente. Videri autem poteſt, qui ab omni improbitate abſtinet, idem eſſe cum juſto, verùm non ita ſe habet, haud ſecus quàm qui ab opere feriatur, cum laborante idem eſt: qui enim ab improbitate abſtinet, non continuò juſtus eſt; qui autem juſtus eſt, omnino ab improbitate longè recedit. Principium etenim percipiendorum bonorum eſt, mala dediſcere; idcirco dictum eſt; *declina à malo, fac bonum*: abſtinentia autem à malo, quæ otium & inertia eſt, facilior multò eſt, quàm boni alicujus actio.

Pſ.10.7.

Pſ.7.15.

Iob.2.9.

Iob.2.7.

Pſ.36.27.

CHRYSOSTOMI. Non eſt ſatis à rebus malis abſtinere, niſi bonæ quoque agantur; cùm non modo mali adminiſtratio, ſed etiam boni ceſſatio coercenda ſit ſupplicio: quandoquidem & ii qui fame enectum non aluerunt, quia miſericordiam minimè exercuerunt, ſuppliciis addicuntur ſempiternis. Ex quo intelligimus, abſtinere

nere à malis non initium eſſe ſalutis, niſi bonorum etiam poſſeſſio adſit, actioque virtutis: mecum autem conſidera, in quàm pauca, divini ſpiritûs conſuetudo, hujus viri laudem contulerit: nam cùm enim verum, propter creationem prædicâſſet, patriam, & majores quodammodò hâc ratione deſcribens; reprehenſionis verò & querelæ expertem dixit propter actionem; juſtum ob juris æquitatem, bonorúmque ſuorum largitionem, atque etiam ob juſta in judicando ſuffragia, & quod omnium præcipuum eſt, religioſum erga Deum ob fidem, & idolorum odium; abſtinentem verò ab omni re malâ propter flagrantiſſimas cum malis omnibus inimicitias. Et ut uno verbo abſolvam, nihil geſſit aliquando accuſatione, ſeu querelâ dignum: ſed & humana jura cuſtodivit, & quæ ad religionem pertinent, incorruptâ mente procuravit; omnia ex Dei mandato agens, & legitimè divinum numen colens.

παραδιδόντος κολάσαι· ὅθεν μαθήσεσθαι ὅτι οὐ τὸ ἀπέχεσθαι κακῶν, ἀρχὴ σωτηρίας ἡμῖν, ἐὰν μὴ προσῇ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡ κτῆσις, καὶ τῆς ἀρετῆς ἡ ἐργασία. σὺ δέ μοι θέα πῶς ἐν ὀλίγῳ τὸν ἔπαινον τοῦ ἀνδρὸς, ὁ τοῦ θείου πνεύματος συνήγαγε νόμος, ἀληθινὸν μὲν εἰπὼν τὸν Ἰὼβ κατὰ τὴν δημιουργίαν, ὥσπερ πατρίδα ταύτην καὶ προγόνους ἀπογραφόμενος, ἄμεμπτον δὲ κατὰ τὴν πρᾶξιν, δίκαιον κατὰ τὴν διανομὴν, καὶ τὴν τῶν ὄντων αὐτοῦ κοινωνίαν, καὶ ἔτι κατὰ τὸ ὀρθὰς τὰς ψήφους ἐπὶ τοῖς κρινομένοις ἐκφέρειν, καὶ τὸ κύριον πάντων, θεοσεβῆ κατὰ τὴν πίστιν, καὶ τὸ πρὸς τὰ εἴδωλα μῖσος, ἀπεχόμενον ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος κατὰ τὴν πρὸς τὴν πονηρίαν θερμοτάτην ἀπέχθειαν. καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, οὐδέν, φησι, πώποτε μέμψεως ἄξιον διεπράξατο, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἐφύλαττε δίκαια, καὶ τὰ περὶ τὴν θρησκείαν μετὰ καθαρᾶς, πάντα κατὰ Θεὸν πράττων, καὶ γνησίως εὐσεβῶν τὸ θεῖον.

Facti ſunt autem ei filii ſeptem, & filiæ tres.

Ἐγένοντο δὲ αὐτῷ υἱοὶ ἑπτὰ, καὶ θυγατέρες τρεῖς.

CHRYSOSTOMI. Primùm virtutem expreſſit, deinde illa quæ Dei munere conceſſa ſunt: à virtute enim hæc olim proficiſcebantur, copioſa, benéque inſti-
Exod.23.26. tuta ſoboles; *non erit* (inquit) *qui non generet, neque ſterilis ſupra terram tuam.* Sed tamen Abraham ideo ſine liberis erat, ut diſcas reverà non iſthæc, ſed quædam alia eſſe præmia virtutis: illa nihilominùs indulgens pollicitus eſt Deus.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πρότερον εἶπε τὴν ἀρετὴν, καὶ τότε τὰ παρὰ Θεοῦ δεδομένα. ἐκ ἀρετῆς γὰρ πάλαι ταῦτα ἐγένετο, εὐπαιδία, λέγω, καὶ πολυπαιδία· οὐκ ἔσται γὰρ ἐν σοί, φησιν, ἄγονος οὐδὲ στεῖρα· ὁ δὲ Ἀβραὰμ διὰ τοῦτο ἄγονος ἦν, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ ταῦτα ὄντως ἀρετῆς ἔπαθλα, ἀλλ' ἕτερα, διὰ δὲ τοῦτο ταῦτα παρείχετο συγκαταβαίνων.

BASILII. Quamobrem abundâſſe Jobum liberis Scriptura demonſtrat? ob eos qui filios cauſantur, ſpecioſámque arripiunt occaſionem ad peccandum: neceſſariæ, inquiunt, pecuniæ ſunt propter liberos; nec intelligunt liberos non ſemper illis cauſam & occaſionem eſſe theſauri congerendi, cùm ſæpenumero accidat, ut quæ ab illis comparata ſunt, aut à latronibus rapiantur, aut

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τίνος δὲ ἕνεκεν ἐπισημαίνεται ἡ γραφὴ, ὅτι πολύτεκνος ἦν ὁ Ἰώβ; διὰ τοὺς προφασιζομένους τοὺς παῖδας, καὶ ἀφορμὴν εὐπρόσωπον ὑποτιθεμένους, εἰς τὴν ἁμαρτίαν· φασὶ γὰρ ὅτι ἀναγκαῖα τὰ χρήματα διὰ τοὺς παῖδας, ἀγνοοῦσι δὲ ὅτι πολλάκις οἱ παῖδες αὐτοῖς *εἰσιν ὑποθέσεις τῶν θησαυριζομένων, * ἐγένετο δὲ ἡ *ἴσ. οὐκ. *ἴσ. γίνεται.

λῃστοῦ

λῃστοῦ διάρπαγμα, ἢ συκοφάντου παρανάλωμα, ἢ πολεμίων αἰχμαλώτευμα, τὰ ὑπὸ τούτων συναχθέντα. οὓς ἡδέως ἂν *ἐρωτῆσαι, ὅτε ᾐτεῖτε παρὰ τοῦ Θεοῦ τοὺς παῖδας, τί προσετίθετε τῇ εὐχῇ; δὸς ἡμῖν παῖδας, ἵνα τῇ προφάσει τῶν παίδων μὴ ποιήσωμεν τὰς ἐντολάς σου, ἀλλὰ τῇ γεέννῃ παραδοθῶμεν; οὐ ταῦτα δὴ ἃ τότε ἐλέγετε, ἀλλὰ παῖδας ἐζητεῖτε συνεργοὺς τοῦ βίου. ἐπεὶ τοίνυν ἐλάβετε συνεργοὺς καὶ κοινωνούς, διδάσκετε καὶ λόγοις ἀγαθοῖς, καὶ ὑποδείγμασι χρηστοῖς, ὁποίους *προσῆκεν εἶναι τὰ πρὸς τὸν Θεόν. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ πλοῦτος πολλῶν χρημάτων τιμιώτερος, αὕτη ἡ κληρονομία ἀγαθὴ παρὰ πατρὸς εἰς παῖδας παραπεμπομένη. οὕτω καὶ ὁ Ἰὼβ τοὺς παῖδας ἀνῆγεν, καὶ ἐντεῦθεν καλλίτεκνος ἐγνωρίζετο. πολλοὶ γὰρ ἀδελφοί που γένοιντ᾽ ἂν ἑνὸς ἀνδρὸς καὶ μιᾶς *ὑῆς, καὶ οὐ θαυμαστὸν οὐδέν, τοὺς πλείους μὲν αὐτῶν ἀδίκους γενέσθαι, τοὺς δὲ ἐλάττους δικαίους· τὸ δὲ ἅπαντας καλοὺς ἢ ἀγαθοὺς εἶναι, τοῦτο σαφὲς τῶν ἀναθρεψαμένων ἐγκώμιον.

* ἴσ. ἐρωτήσαιμι.

* ἴσ. εἶναι προσῆκε.

* ἴσ. γυναικός.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐνταῦθα δέ, καὶ ὁ τῶν παίδων κατάλογος τίμιος παρὰ τῇ γραφῇ, καὶ λόγοις σύμφωνος μυστικοῖς. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὴν ἑβδόμην ἀπαρίθμησιν, τὴν ἑπτὰ χαρισμάτων μηνύειν τὴν συνοδον, ὥσπερ οὖν καὶ τὴν τριῶν ἐκφώνησιν, πρὸς τὸ τελειότερον ὁρᾶν καὶ θειότερον; ἵνα μάθωμεν τὴν ἐν τριάδι πίστιν, τῆς *ἑβδόμης χάριτος εἶναι δημιουργόν, καθάπερ τινὰ κεφαλὴν ἐπικειμένην ταῖς ἀρεταῖς.

* ἴσ. ἑβδομάδος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Συνάγομεν δέ, ὅτι οὐδὲν ὁ γάμος ἐμπόδιον πρὸς ἀρετήν, ἢ γὰρ ἂν καὶ τῷ Ἰὼβ ἐγένετο κώλυμα. ἀλλὰ μὴν ὁ δεσμὸς οὗτος, τὸν δίκαιον τρέχειν ὀρθῶς οὐκ ἐκώλυσεν, ὥστε καὶ τοῦτο μάτην τινὲς προφασίζονται.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τότε μὲν λέγει ἡ γραφή, ἐγένοντο δὲ αὐτῷ υἱοί, καὶ πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας ἡμῖν συμβαλεῖται, οἳ ὡς μέγα βοήθημα τῆς αἱρέσεως αὐτῶν κατέχουσι, τὸ, περὶ τοῦ μονογενοῦς παρὰ τοῦ Ἀποστόλου λεγόμενον, πιστὸν ὄντα τῷ

à ſycophantis exhauriantur, aut ab hoſtibus capiantur. Quos ego ipſos libenter percontatus fuerim, cùm a Deo prolem peteretis, quid tandem ad precationem addidiſtis? idne? filios concede nobis, ut eorum causâ juſſa tua violemus, atque gehennæ tradamur? nempe non iſthæc tunc dixiſtis, verùm filios qui veſtræ vitæ ſubſidio eſſent, poſtulabatis. Qnando igitur illos ipſos vitæ conſortes, & adjutores accepiſtis, honeſtis diſciplinis, atque exemplis erudite, & cujuſmodi, in rebus ad Deum pertinentibus eos eſſe oporteat, docete. Hæ namque ſunt divitiæ multis pecuniis præſtabiliores, hæc præclara hæreditas à patre liberis tranſmiſſa: ſic etiam Jobus liberos ſuos educavit, atque hinc præclara ſobole conſpicuus fuit. Plures quidem fratres uni viro & mulieri naſci poſſunt, neque res mira eſt, ſi ex iis injuſti fuerint plures, juſti verò pauciores; omnes autem bonos & probos exiſtere, non obſcura laus eſt eorum à quibus nutriuntur.

DIDYMI. Catalogum liberorum, qui myſticis rationibus convenit, Scriptura hoc in loco dignum eſſe exiſtimat, qui recenſeatur. Quis enim ignorat numerum ſeptenarium, eſſe ſeptem chariſmatum indicem? ſicut trium appellatio, ad id quod eſt perfectius atque divinius referri ſolet? Nimirum ut ſciamus Trinitatis fidem, tanquam caput aliquod reliquis virtutibus impoſitam, ſeptem donorum opificem eſſe.

CHRYSOSTOMI. Hinc colligimus, nuptias nequaquam virtuti eſſe impedimento; aliter Jobo quoque fuiſſent. Sed nimirum ejuſmodi vinculum, rectum juſti curſum minimè retardavit; fruſtrà igitur nonnulli nuptias cauſantur.

ATHANASII. Quod quidem dicit Scriptura, *facti ſunt illi filii*, contrà furentes Arianos præſidio nobis futurum eſt, qui tanquam magnum aliquod hæreſis ſuæ ſubſidium, illud Apoſtoli quod de unigenito dicitur, amplectuntur, *Qui fidelis eſt* Heb. 3. 2.

ei

et qui fecit eum; Deique filium facturam
eſſe contendunt; quod eorum firmamen-
tum, calamus eſt confractus. Quando enim
ſubſtantia ipſa, aut factura, aut creatura fu-
erit, tunc verbum *fecit*, & *creavit*, propriè
dicitur, & *facturam* ſignificat: quando
verò ſubſtantia, proles fuerit, ac filius, tum
fecit, *factum eſt*, & *creavit*, non propriè ſu-
muntur, neque *facturam* ſignificant; ſed
pro, *genuit*, indifferentèr verbum, *fecit*, uſur-
pari poteſt, ita ut ſuâ ipſorum ſententiâ ſe
condemnaturi ſint Ariani, ſi Scripturæ pro-
priam phraſin diſcere voluerint. Nam licèt
parentes, eos qui ab ipſis orti ſunt, tum
factos, tum genitos, tum creatos appellare
poſſint, non ideò naturam pernegant: Eze-
chias enim, ut eſt apud Eſaiam, cùm preca-
Iſ.38.19. retur, dixit, *ex hac die filios faciam*; *faciam*
dixit, pro *generabo*, & ex ſe oriundos, velut
faciendos nominâvit, nec eſt, qui in dubium
vocet, quin de naturali prole vox ſumenda
ſit. Eva etiam poſt editum Cainum dixit,
Gen.4.8. *acquiſivi hominem per Deum*; ubi certè, *ac-
quiſivi*, pro, *peperi*, uſurpavit: & quidem cùm
priùs partum vidiſſet, poſteà ſe, *acquiſiviſſe*,
dixit: nec quiſquam propter verbum, *ac-
quiſivi*, tanquam forinſecus emptum Cai-
num, nec ab Evâ editum, eſſe exiſtimaverit.
Nec non Jacob Patriarcha, Joſepho filio
Gen.48.5. ſuo dicebat: *Nunc igitur duo filii tui, qui
facti ſunt tibi in terrâ Egypto, priuſquam ve-
nirem ad te in Ægyptum, mei ſunt, Ephraim
& Manaſſe.* Hoc item loco de Jobo dictū eſt,
illi ſeptem filios factos eſſe: quemadmodum
Moyſes etiam in lege dicit, *ſi facti fuerint
alicui filii*, &, *ſi fecerit quis filium*. Ecce ite-
rum eos qui geniti ſunt, tanquam factos &
effectos pronuntiârunt; cùm intelligerent,
quamdiu certum eſt eſſe filios, ſive quis,
facti ſunt, ſive *feci*, ſive *acquiſivi*, dixerit,
nihil referre. Natura enim & veritas, ad
ſeipſam allicit intelligentiam. Quare ex iis,
qui ſciſcitantur, ſitne Dominus factura ſeu
creatura, quærere priùs oportet, ſitne
filius. Hoc enim ſemel demonſtrato, fa-
cturæ & creaturæ omnis ſuſpicio tollitur.

ποιήσαντι αὐτὸν, καὶ φιλονεικοῦσι ποίημα εἶναι τὸν τοῦ Θεοῦ υἱόν. ἔστι δὲ αὐτοῖς κάλαμος τεθλασμένος, τοῦτο τὸ ἔρεισμα. ὅταν μὲν γὰρ ἡ οὐσία, ποίημα ἢ καὶ κτίσμα, τηνικαῦτα, τὸ, ἐποίησε, καὶ τὸ, ἔκτισε, κυρίως ἐπ' αὐτῶν λέγεται, καὶ σημαίνει τὸ ποίημα· ὅταν δὲ ἡ οὐσία, γέννημα ᾖ, καὶ υἱὸς, τότε, ἐποίησε, καὶ τὸ, ἐγένετο, καὶ τὸ, ἔκτισεν, οὐκ ἔτι κυρίως ἐπ' αὐτοῦ κεῖται, οὐδὲ ποίημα σημαίνει, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐγέννησε, τοῦ ἐποίησεν, ἀδιαφόρως τις κέχρηται ῥήματι· ὥστε καταγνώσονται ἑαυτῶν οἱ Ἀρειανοὶ εἰ μάθοιεν τὸ τῆς γραφῆς ἰδίωμα. καὶ γὰρ εἰ πεποιημένους, καὶ γενομένους, καὶ κτιζομένους, τοὺς ἐξ αὐτῶν φυομένους, λέγοιεν οἱ γονεῖς, οὐδὲν ἧττον οὐκ ἀρνοῦνται τὴν φύσιν· ὁ γοῦν Ἰεζεκίας, ὡς ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ γέγραπται, εὐχόμενος ἔλεγεν, ἀπὸ γὰρ τῆς σήμερον παιδία ποιήσω, ἀντὶ τοῦ γεννήσω, τὸ, ποιήσω εἴρηκεν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ φυομένους, ὡς πεποιημένους εἰπὼν, καὶ οὐ διαφέρεταί τις, ὡς περὶ τοῦ φύσει γεννήματός ἐστιν ἡ λέξις. καὶ ἡ Εὔα δὲ τεκοῦσα τὸν Κάϊν εἶπεν, ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, ἀντὶ τοῦ τεκεῖν, ἄρα καὶ αὕτη, τὸ, ἐκτησάμην, εἴρηκε. καὶ γὰρ πρότερον, ἰδοῦσα τὸν τόκον, ὕστερον εἶπε, τὸ, ἐκτησάμην· καὶ οὐδὲ διὰ τὸ, ἐκτησάμην νομίσειεν ἄν τις ἔξωθεν ἠγοράσθαι τὸν Κάϊν, καὶ μὴ ἐξ αὐτῆς τετέχθαι· καὶ ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ ἔλεγε τῷ Ἰωσὴφ, νῦν οὖν οἱ δύο υἱοί σου, οἱ γενόμενοί σοι ἐν Αἰγύπτῳ, πρὸ τοῦ ἐλθεῖν με πρὸς σε εἰς Αἴγυπτον, ἐμοί εἰσιν Ἐφραὶμ καὶ Μανασσῆς. κἀνταῦθα δὲ περὶ τοῦ Ἰὼβ εἴρηται, ὅτι ἐγένοντο αὐτῷ υἱοὶ ἑπτὰ, ὥσπερ καὶ Μωϋσῆς ἐν τῷ νόμῳ φησὶν, ἐὰν γίνωνταί τινι υἱοὶ, καὶ, ἐὰν ποιήσῃ τις υἱόν. ἰδοὺ πάλιν τοὺς γεννηθέντας, ὡς γενομένους καὶ ποιηθέντας εἰρήκασιν, εἰδότες ὅτι ἕως ἂν ὁμολογῶνται υἱοὶ, κἂν λέγῃ τις ἐγένοντο, ἢ ἐκτησάμην, ἢ ἐποίησα, οὐδὲν διαφέρει. ἡ γὰρ φύσις καὶ ἡ ἀλήθεια ἕλκει τὴν διάνοιαν εἰς ἑαυτήν. διὸ καὶ πρὸς τοὺς ζητοῦντας, εἰ ποίημα καὶ κτίσμα ἐστὶν ὁ κύριος, χρὴ πρότερον ζητεῖν εἰ υἱός ἐστι. τούτου γὰρ ἀποδεικνυμένου, παύεται ἡ περὶ τοῦ ποιήματος καὶ κτίσματος ὑπόνοια. καὶ φανερὰ

πᾶσιν

πᾶσιν ἀπόδειξις, ὡς ἡ λέξις ἡ λέγουσα, τοῦ ποιήσαντι αὐτὸν, οὐκ εἰς ὅπερ ἐστὶ τῇ αἱρέσει αὐτῶν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς κατάγνωσιν. δέδεικται γὰρ, ὅτι ἡ τοῦ, ἐποίησε, λέξις, καὶ ἐπὶ τῶν γνησίων, καὶ τῶν φύσει τέκνων, ἐν τῇ θείᾳ κεῖται γραφῇ. ὅθεν τοῦ κυρίου ἀποδεικνυμένου φύσει καὶ γνησίου υἱοῦ, κἂν λέγηται ἐπ' αὐτοῦ, τὸ, ἐποίησεν, ἢ, ἐγένετο, οὐχ ὡς ποιήματος ὄντος αὐτοῦ λέγεται, ἀλλ' ἀδιαφόρως τῇ λέξει χρῶνται οἱ ἅγιοι.

omnibuſque palàm fit, dictum illud, *qui fecit eum*, hæreſin eorum confutare potius, quàm confirmare. Quandoquidem eſt oſtenſum, verbum, *fecit*, de legitimis & naturalibus filiis, in ſacris literis dici. Ex quo, germanus & naturalis filius Chriſtus declaratur, quamvis de illo dicatur, *factus eſt*, &, *fecit*; quod certè tanquam de facturâ & creaturâ minimè dictum eſt, cùm ſancti viri promiſcuè illis vocibus utantur. Heb. 3. 2.

Καὶ ἦν τὰ κτήνη αὐτοῦ πρόβατα ἑπτακισχίλια, κάμηλοι τρισχίλιαι, ζεύγη βοῶν πεντακόσια, ὄνοι θήλειαι νομάδες πεντακόσιαι, καὶ ὑπηρεσία πολλὴ σφόδρα, καὶ ἔργα μεγάλα ἦν αὐτῷ ἐπὶ τῆς γῆς.

Et erant pecora ejus ovium ſeptem millia, Camelorum tria millia, juga boum quingenta, aſinæ fœminæ ſequentes paſcua quingentæ; & miniſterium multum valdè, & opera magna erant ei ſuper terram.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Λέγει τὴν εὐπαιδίαν, ἀπαριθμεῖται τὴν κτῆσιν, ἵνα δύο καθ' *αὐτῶν ὠφεληθῶμεν· ὅτι τε οὐδὲν αὐτῷ πρὸς δικαιοσύνην ὁ πλοῦτος ἐμπόδιον γέγονεν. ἐν τοσαύτῃ γὰρ παρὰ ἀνθρώποις εὐδαιμονίᾳ καὶ εὐτεκνίᾳ τυγχάνων, οὐκ ἀπαιδαγώγητος ἦν, οὐδὲ περιεσπᾶτο τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς εὐσεβείας· καὶ οἵων ἀφαιρεθεὶς, οἵους ἐφθέγξατο λόγους; καὶ πλούσιοι τοίνυν ἐντεῦθεν παιδευέσθωσαν, μὴ διὰ τὸν κόρον ὑβρίζειν, καὶ πένητες εὐχαριστείτωσαν, ἢ τὴν ἀρχὴν μὴ κτησάμενοι, ἢ καὶ ἀποκτησάμενοι, καὶ εἰς πενίαν μεταπεπτωκότες. παραμυθείσθωσαν δὲ, καὶ οἱ παῖδας ἀποβεβληκότες, πρὸς τὴν θαυμαστὴν εἰκόνα τοῦ δικαίου βλέποντες. Ὑπηρεσίαν δὲ τὴν διὰ τῶν οἰκετῶν φησίν. ὁ γὰρ Ἀκύλας, καὶ δουλεία πολλὴ σφόδρα, ἐκδέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, οἰκετία, ἑρμηνεύων σαφέστερον· ἔργα δὲ μεγάλα, πρὸς μὲν νοῦν, τὰ τῆς εὐσεβείας, πρὸς δὲ ῥητὸν, τὰ κατ' ἀγροὺς καὶ κατ' οἴκους, φυτεῖαι, λειμῶνες, παράδεισοι, συνοικίαι, οἰκοδομήματα.

* ἴσ. αὐτήν.

OLYMPIODORI. Liberorum narrat fœlicitatem, & poſſeſſionem percenſet, ut duplicem ex eo utilitatem capiamus: quandoquidem nec divitiæ ad virtutem illi impedimento fuerunt. In tantâ enim fœlicitate, & filiorum gloriâ apud homines florens, diſciplinam non reſpuebat, neque à pietate animum abducebat; quales etiam ſermones, tantis bonis ſpoliatus, uſurpavit? Quamobrem hinc diſcant divites, non ob ſatietatem, alterum injuriâ lædere: & pauperes gratias agant, ſive opes nunquam adepti fuerint, ſive adepti amiſerint, & in paupertatē inciderint. Hinc etiam qui liberis orbati ſunt, ſolatium ſibi parent, in admirabilem juſti hujus imaginem intuentes. *Miniſterium* dicit, quod præſtabatur a ſervis. Aquila, *ſervitium multum valdè*; Symmachus verò, *familiam*, dilucidiùs interpretatus eſt. *Opera*, verò, *magna*, ad ſenſum quidem, opera ſunt pietatis; ad literam verò, in agris & in ædibus, conſitiones, prata, horti, contubernia, ædificia.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα λοιπὸν πλοῦτον ἔχοντα τὸν ἀγροικικώτερον. οὐ γὰρ δανείσματα καὶ τόκους κα-

CHRYSOSTOMI. Vide hominem agreſtibus divitiis affluentem, neque enim mutui rationes ac fœnora numeravit, neque

auratis laquearibus ornatas domos; unde dubium non erat quin aliis benefacere potuiſſet: ſed oves, & boves, & quæ ex anni temporibus & agricultura percipiuntur, recenſuit, quibus rebus, indigentibus ſufficiebat. Nam (quemadmodũ dixi) non pretioſa materia gloriantẽ, ſed iis rebus quæ neceſſitati modicè ſubvenirent contentũ, ſcriptura nobis regem proponit: non equorũ mentionẽ facit, non auro conglutinatorum curruum, non argenti, atque auri theſauros meminit, non lapidum pretioſorum, non cæterarum rerum, quibus hominũ divitiis inhiantium, morbus inflammatur, ſed illa enumerat quæ vitæ neceſſitatẽ minimè excedunt. Nam cùm filios haberet, à pecuniis vulnus nullũ tamen accepit, rerum abundantiã & copiam ratus, à cupiditatibus liberũ eſſe, & honorẽ, perturbationibus minimè inſervire. Quoniam verò obeliſco notatur, illud, *miniſterium multum valde*, ſciendum eſt, quæ obeliſco ſignantur, in hebraico non haberi, verùm perſpicuitatis tantùm causâ à Septuaginta poſita eſſe. Horum verò animalium, genere diſcrepantium, ad ſpiritualẽ theoriam, velle transferre deſcriptionem, ſupervacaneum eſt, atque ad artem interpretandorũ ſomniorũ pertinet.

πλεξεν, οὐδὲ χρυσορόφους οἰκίας· καίτοι οὐδὲν ἄπορον ἦν, ὥστε καὶ εὐποιεῖν δύνασθαι. ἀλλὰ καὶ πρόβατα, καὶ βόας, καὶ τὰ ἐξ ὡρῶν καὶ γεωργίας, ἐξ ὧν τοῖς δεομένοις ἐπήρκει. ὅπερ γὰρ ἔφην, οὐκ ἐκ τιμίας ὕλης μεγαλαυχούμενον, ἀλλὰ τοῖς τῇ χρείᾳ συμμετρουμένοις ἀρκούμενον, τοῦτον ἡμῖν ἡ γραφὴ τὸν βασιλέα παρίστησιν. οὐχ ἵππων μέμνηται, καὶ ἁρμάτων χρυσοκολλήτων, ἢ ἀργυρίου καὶ χρυσίου θησαυρῶν, καὶ λίθων τιμίων, καὶ ἑτέρων τῶν τὴν φιλόπλουτον νόσον ἀναφλεγόντων, ἀλλὰ τῶν ἥκιστα τὴν χρείαν ἐκβαινόντων. παῖδας γὰρ ἔχων, τοῖς χρήμασιν ἔμεινεν ἄτρωτος, εὐπορίαν τιθέμενος καὶ περιουσίαν, τὸ ἐπιθυμίας τὴν ἔνδειαν, καὶ φιλοτιμίαν, τὸ μὴ δεδουλῶσθαι τοῖς πάθεσιν. ἐπειδὴ δὲ ὠβέλισται, τὸ, καὶ ὑπηρεσία πολλὴ σφόδρα, χρὴ εἰδέναι, ὅτι ὅσα ὠβέλισται, ἐν τῷ ἑβραϊκῷ οὐ κεῖται, ὑπὸ δὲ τῶν ἑβδομήκοντα μόνον πρὸς σαφήνειαν ἐτέθη. τό γε μὴν τῇ τῶν ζώων ἐν διαφόροις γένει καταγραφῇ, πνευματικὴν θεωρίαν ἐπάγειν, ὀνειροκριτικὸν ἅμα καὶ περιττόν.

Et erat homo ille nobilis, inter eos qui à ſolis ortu.

Καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος εὐγενὴς, τῶν ἀφ᾽ ἡλίου ἀνατολῶν.

OLYMPIODORI. Ex electo enim Abrahamæo genere ortus erat, veréque erat Abrahæ filius, ut in cognatione, ſic in pietate ac virtute ei ſuccedens. Porrò Abrahamus, atque hujus majores, Orientis provincias coluerunt.

CHRYSOSTOMI. Symmachus, *maximus omnium orientalium*, reddidit. Cunctis erat, (inquit) clarior, atque illuſtrior, & majores inſignes ac nobiles habuit, quos numerare potuit; ſed nihil horum faſtu & arrogantiâ eum inflavit.

DIDYMI. Dicitur ad literam, genere clarus inter Orientales, quoniam ſe-

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τοῦ γὰρ ἀπολέκτου γένους τοῦ Ἀβραμιαίου ἐτύγχανε, καὶ τέκνον ἦν ὄντως τοῦ Ἀβραὰμ, ὡς τῆς συγγενείας, οὕτω καὶ τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς ἀρετῆς ὑπάρχων διάδοχος. ὁ δὲ Ἀβραὰμ, καὶ οἱ τούτου πρόγονοι, τὰ ἀνατολικὰ κατῴκουν μέρη.

ΧΡΥΣ. Ὁ μὲν οὖν Σύμμαχος, μέγιστος πάντων τῶν ἀνατολικῶν, ἐξέδωκε. πάντων, φησὶ, λαμπρότερος ἦν καὶ περιφανέστερος, καὶ προγόνους εἶχεν ἀριθμεῖν ἐπισήμους καὶ λαμπρούς, ἀλλ᾽ οὐδὲν τούτων ἐπῆρεν αὐτὸν εἰς ὑπερηφανίαν.

ΔΙΔΥΜ. Πρὸς μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, εὐγενὴς τῶν ἀφ᾽ ἡλίου ἀνατολῶν, λέγεται, διὰ τὸ

κτῆ

κατὰ σάρκα τοῦ Ἀβραὰμ οἰκειότητα, πρὸς δὲ ἀναγωγὴν, οἱ υἱοὶ τοῦ φωτὸς, καὶ τέκνα θεοῦ διὰ ἔργων φωτεινῶν χρηματίζοντες, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν. ὁ γὰρ δίκαιος εὐγένειαν κτᾶται, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ φωτὸς τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης καταλαμπόμενον.

cundùm carnem Abrahamo cognatus fuit, ad ſenſum autem anagogicum quod attinet, lucis, & Dei filii à lucidis operibus vocati illi ſunt, qui orientem incolunt. Juſtus enim non ab hominibus, ſed à ſplendore ſolis juſtitiæ, ſplendeſcentem aſſequitur nobilitatem.

Συμπορευόμενοι δὲ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους, ἐποίουν πότον καθ' ἑκάστην ἡμέραν, συμπαραλαμβάνοντες ἅμα καὶ τὰς τρεῖς ἀδελφὰς αὐτῶν, ἐσθίειν καὶ πίνειν μετ' αὐτῶν.

Convenientes autem filii ejus adinvicem, faciebant convivium per ſingulos dies, aſſumentes ſimul & tres ſorores ſuas, ut comederent & biberent cum eis.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλήλους, φησὶν, ἐκ διαδοχῆς συνεκάλουν, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν, οὕτω γὰρ Ἀκύλας ἐκδέδωκε. τοῦτο δὲ φιλαδελφίας καὶ ὁμονοίας ἔργον, καὶ τῆς πατρῴας παιδεύσεως γνώρισμα. θαυμασιώτατα δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων ἔφη, τὸ, συμπορευόμενοι πρὸς ἀλλήλους, τουτέστι, παρ' οὐδενὶ αὐτῶν περὶ πρωτείων ἡ αἵρεσις, μέγιστον δὲ ἕκαστος ἔκρινε, τὸ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἐπείγεσθαι. ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν, τὸ, συμπαρελάμβανον. οὐ γὰρ ταύτας ἀπῄτουν τὴν περὶ τῶν ποτῶν φροντίδα, ἀλλὰ κοινωνοὺς μόνον τῆς εὐωχίας ἐλάμβανον· καὶ οἱ μὲν ἄρρενες περὶ ταύτην τὴν διακονίαν ἠσχολοῦντο, αἱ δὲ θήλειαι, σεμνῶς καὶ ἀπερισπάστως συνῆσαν τοῖς ἀδελφοῖς.

OLYMPIODORI. Alii alios, inquit, ſucceſſivè, & ſuo quiſque certo die, invitabant; ſic enim Aquila interpretatus eſt. Atq; id erat fraternæ benevolentiæ & concordiæ opus, ac paternæ inſtitutionis argumentum. Summæ verò admirationis eſt, quod de maribus dixit, *Convenientes inter ſe*, id eſt, nullam ob rem de principe loco inter illos erat contentio: præcipuum verò unuſquiſque arbitrabatur, ad alterum properare. De fœminis autem enunciavit, quod, *unà aſſumebant*: neque enim harum rerum curam ab iis requirebant, verùm ſodales eas tantùm in convivium adhibebant, ſoliq; mares obeundo huic muneri intenti erant, fœminæ verò præclarè ſe gerentes fratribus indivulsè aderant.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Σύμφωνον δὲ ἔχοντες τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἦσαν ἀστασίαστοι, πρὸς ἀλλήλους πορευόμενοι, καὶ οὐ πόῤῥω, οὐδὲ πρὸς ἄλλους ἐπιμιξίας ποιούμενοι. ἐπῆγοντο δὲ καὶ τὰς ἀδελφὰς, τοῦ σώφρονος μάρτυρας. οὐ γὰρ ἀλλοτρίας τινὰς ἐπὶ τὰς φιλοτησίας καὶ τὰ δεῖπνα ἐκάλουν, ἀλλὰ τὰς ἀδελφὰς συμπαρελάμβανον, ὅπερ σημεῖον ἐναργὲς σωφροσύνης καὶ κοσμιότητος. ἀλλὰ τὴν τούτων ὁμόνοιαν καὶ συνουσίαν, εἰς τὴν ἀφορμὴν κατ' αὐτῶν ἐπιβουλῆς, εὗρεν ὁ διάβολος, * τοῦ πάντας ἅμα καταβαλεῖν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πρεσβυτέρου.

*Γρ. ἀφορμήν.

CHRYSOSTOMI. Conſpirantem virtutem cùm haberent, externum nullum erat inter eos diſſidium; unà incedebant, nec longè digrediebantur, neque ſe in aliorum conſuetudinem dabant, ſuæque ſobrietatis teſtes ſorores ſumebant, neque enim alienas fœminas ad pocula, cœnaſque acceſſebant, ſed ſuas tantùm ſorores evocabant: quod ſignum erat minimè obſcurum, eorum temperantiæ, & modeſtiæ. Verùm horum concordiam & convictum, repentinarum inſidiarum occaſionem invênit diabolus, ut unâ ruinâ cunctos, intrà fratris natu maximi domum, opprimeret.

Et poſtquam conſummati eſſent dies convivii, mittebat Job, & purificabat eos, exurgens manè, & offerebat pro eis victimas, ſecundùm numerum eorum, & vitulum unum pro peccato, pro animabus eorum. Dicebat enim Job, Ne fortè filii mei in corde ſuo mala cogitârint erga Deum. Sic igitur faciebat Job omnibus diebus.

CHRYSOSTOMI. Vide purgationem non quidem Moſaïcam, ſed Apoſtolicam: mentem illorum, non corpora, precibus mundantem. Aiunt nonnulli, priſcos illos ſacerdotes, more Melchiſedecis, à ſeipſis ordinatos fuiſſe; hoc enim ſignificat, *mittebat*.

OLYMPIODORI. Attende, quemadmodum vel ipſo ſacrificio animorum conſenſionem eos docebat, unicum vitulum pro omnibus, tanquam pro unâ animâ offerens. Illud verò, *mittebat*, patris ſollicitudinem indicat, non enim pro formâ & ex conſuetudine tantùm hoc fiebat, ſed ex inſomni curâ. *Mundabat* autem, aquis purgantibus adhibitis, quibus naturâ, homines, & ex lege, Judæi utuntur. Illud autem, *cùm conſummati eſſent dies convivii*, hoc oſtendit, aut quòd illud quotidiè factitaret, ad exacti diei expiationem; aut poſt ſeptem dierum anfractum, pro illorum ſalute ſemel in hebdomade hoſtiam offerret. Sacrificia quidem pro illorum ſalute offerebat, vitulum autem pro peccatis cogitationis & mentis: verebatur enim intelligentiæ perturbationem, quæ cœnas, atque convivia comitari ſolet: & præteritis ac neglectis præceptis legis, gratiam intuens, actiones illorum ſoli Deo cognitas, ſacrificiis expiare contendebat. Animadvertis exquiſitum cultum Evangelicum; cùm enim ſit in Evangelicis juſſis, neque mente forni-

Καὶ ὡς ἂν συνετελέσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ πότου, ἀπέστελλεν Ἰὼβ καὶ ἐκαθάριζεν αὐτοὺς, ἀνιστάμενος τὸ πρωῒ, καὶ προσέφερε περὶ αὐτῶν θυσίας, κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, καὶ μόσχον ἕνα περὶ ἁμαρτίας περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν. ἔλεγε γὰρ Ἰὼβ, μήποτε οἱ υἱοί μου ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῶν κακὰ ἐνενόησαν πρὸς τὸν Θεόν. οὕτως οὖν ἐποίει Ἰὼβ πάσας τὰς ἡμέρας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς καθαρισμὸν οὐχὶ Μωσαϊκὸν, ἀλλ' ἀποστολικὸν, τὴν διάνοιαν αὐτοῖς, ἀλλ' οὐ τὸ σῶμα, ταῖς εὐχαῖς ἀποσμήχοντα. τινὲς δέ φασιν, ὅτι καὶ οἱ ἱερεῖς τὸ παλαιὸν ἦσαν, ὥσπερ ὁ Μελχισεδὲκ, αὐτοχειροτόνητοι· τοῦτο οὖν δηλοῖ, τὸ, ἀπέστελλεν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὅρα δέ πως καὶ ἐν τῇ θυσίᾳ ὁμόνοιαν αὐτοὺς ἐδίδασκεν, ἕνα ὑπὲρ πάντων μόσχον προσφέρων, ὡς ὑπὲρ μιᾶς ψυχῆς. τὸ μὲν οὖν, ἀπέστελλε, τὴν ἐπιμέλειαν δείκνυσι τοῦ πατρός. οὐ γὰρ ἐκ τύπου τινὸς, φησὶ, τοῦτο ἐγένετο, ἀλλ' ἐξ ἀγρύπνου φροντίδος. τὸ δὲ, ἐκαθάριζε, καθαρσίοις, ὡς ἔοικε, τοῖς διὰ ὑδάτων, οἷς φυσικῶς τε ἄνθρωποι χρῶνται, καὶ κατὰ νόμον Ἰουδαῖοι. τὸ δὲ, ὡς συνετελέσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ πότου, ἢ ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῦτο ἐποίει, ὑπὲρ τῆς παρελθούσης σήμερον προσφέρων τὴν θυσίαν, ἢ ὅτι μετὰ τὴν περίοδον τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν ἅπαξ τῆς ἑβδομάδος. Τὰς μὲν οὖν θυσίας, ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας προσέφερε, τὸν δὲ μόσχον, ὑπὲρ τῶν κατὰ διάνοιαν ἁμαρτημάτων. ηὐλαβεῖτο γὰρ τὴν συνεζευγμένην τοῖς δείπνοις τοῦ λογισμοῦ ταραχήν. Καὶ καθαίρει τὰς θυσίαις, τὰς μόνον θεῷ γινωσκομένας πράξεις, ἠπείγετο, πρὸς τὴν χάριν βλέπων, καὶ παρατρέχων τὰ νομικὰ παραγγέλματα. ὁρᾷς ἀκρίβειαν εὐαγγελικὴν, τοῦ γὰρ εὐαγγελικοῦ νόμου κελεύοντος, μήτε κατὰ

διανοίας πορνεύειν, ἢ θυμοῦσθαι εἰκῆ, ὁ ἅγιος Ἰὼβ καὶ ὑπὲρ τῶν κατ' ἔννοιαν ἁμαρτημάτων τῶν παίδων, τὸν θεὸν ἐξιλεοῦτο διὰ τῆς θυσίας.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τὰ γὰρ ὁρώμενα αὐτῶν εἰδὼς καθαρὰ, διενοεῖτο μήποτε τι ἔσω ἐν αὐτοῖς κρυπτὸν παρολίσθημα, καὶ ἔθυεν ὑπὲρ τῶν κρυφίων, κατὰ τὸν λέγοντα προφήτην, ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, τουτέστι, τῶν κατ' ἄγνοιαν συμβαινόντων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ κατὰ τὸν εἰρηκότα, ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ θεός. καὶ, ὁ θεὸς, ὁ θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω. οὐ πρὸς ἕτερον ἔργον ὁ μακάριος Ἰὼβ τὸ πρωῒ ἀνίστατο, ἀλλὰ * πρὸς θεὸν, ὑπὲρ τῶν παίδων θυσίαν * προσοίσων, κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν· ὅ ἐστι, καθ' ἕκαστον, καὶ εὐτάκτως, οὐδὲν γὰρ συγκεχυμένον ἐν σπουδαίῳ. ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦτο, ὑπὲρ πάντων μόσχον προσάγει κατὰ τὸν ἴδιον τρόπον, καὶ τῇ τῶν παίδων ἀγωγῇ συνεθίζων. οὕτω γοῦν καὶ ἐκαθάριζεν αὐτοὺς μετὰ τὸ συντελεσθῆναι τὸν πότον, μετὰ τῆς αἰσθητῆς καθάρσεως, καὶ τὰ συντελοῦντα πρὸς διάνοιαν καθάρσια παραδεικνύς. φαίνεται γὰρ προφητικῶς καὶ κατὰ νόμον, καὶ κατὰ χάριν τὰς θυσίας πληρῶν· κατὰ νόμον μὲν, τὰς διαφόρους, κατὰ χάριν δὲ, τὸν ἕνα μόσχον τὸν περὶ ἁμαρτίας. καὶ γὰρ ἡ τοιαύτη θυσία τῆς χάριτος προεμήνυε τὴν ἀλήθειαν, τὴν μίαν τυποῦσα κατὰ σάρκα θυσίαν τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. εἰ δὲ ὁ ὑπὲρ ἁπάντων προσαγόμενος μόσχος, τὸν δι' ἡμᾶς σταυρὸν ὑπομείναντα σωτῆρα δηλοῖ, συνεπίσκεψαι καὶ μὴ θαυμάσῃς· οὐ γὰρ ἀμύητος ἦν ὁ Ἰὼβ, τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας, ὁ λέγων, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειρώσασθαι.

* ἴσ. τῷ Θεῷ.
* ἴσ. προσάξων.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Μεγάλη δὲ καθαρότης ἐν τούτῳ, τῶν παίδων δείκνυται, ἐν τῷ λέγειν, μήποτε ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῶν, τινὰ λυποῦντα τὸν θεὸν ἐνενόησαν. μὴ γὰρ ὁρῶν αὐτῶν αἰσθητόν τι

candum eſſe, neque temerè iraſcendum, ſanctus Jobus pro peccatis liberorum quæ mente tantùm conceperant, Deum hoſtiis placabat.

POLYCHRONII. Cùm intelligeret ea quæ aſpectui ſubjecta erant, labe carere, ſuſpicabatur ne quæ fortè prolapſio interior in illis ipſis lateret incluſa, atque eam ob rem, pro occultis peccatis ſacrificabat, propheticam illam ſententiam ſequutus, *ab occultis meis munda me*, id eſt, ab iis, quæ ob ignorationem in vitâ contingunt. Pſal. 18.13.

DIDYMI. Quemadmodum ille dixit, *de nocte ad te, de mane vigilat ſpiritus meus, O Deus*. Et, *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo*, ità Job nullam aliam ob rem diluculò ſurgebat, quàm ut Deo ſacrificia pro liberis offerret, *Iuxta numerum eorum*; hoc eſt, pro unoquoque & ſingulis ordine, nihil enim perturbatè homo ſanctus agebat. Ad hæc, vitulum pro omnibus humolabat, peculiari ſuo more, ut ad eam rationem filios quoque ſuos aſſuefaceret. Sic igitur finito convivio eos purgabat, cum purgatione, ſcilicet, quæ ſub ſenſum cadit, etiam ea, quæ ad animum purgandum conducerent, oſtendit. Propheticè enim cùm ſecundùm legem, tùm ſecundùm gratiam ſacrificare viſus eſt: ſecundùm legem quidem, cùm diverſas hoſtias immolaret, ſecundùm gratiam verò, cùm vitulum unum pro peccato offerret, tale enim ſacrificium gratiæ veritatem præmonſtrabat, unigeniti Dei filii ſacrificium in carne adumbrans. Vitulum autem pro omnibus oblatum, Chriſti, qui pro nobis crucem pertulit, typum fuiſſe, haud mirabere, ſi mecum conſideraveris, Jobum myſteriis adventus Chriſti initiatum fuiſſe, vt qui dixerit, *quòd ille eſt, qui magnum cetum oppreſſurus eſt.* Eſa. 26.9. Pſal. 62.1. Iob. 3.8.

POLYCHRONII. His verbis, *ne fortè cogitatione conceperint quæ Deo diſpliceant*, magna liberorum puritas oſtenditur. Cùm enim nullum externis ſenſibus pervium in iis peccatum animadverteret,

pro illis quæ cogitatione fiunt, ſacrificium faciebat, mente ſecum revolvens humanam infirmitatem, in juvenili præſertim ætate, labi ſæpenumero. Proinde obſervandum eſt, non propter peccata, ejuſmodi interitui illos obnoxios fuiſſe.

OLYMP. Quapropter admiratione digni ſunt filii, ſed admiratione dignior horum pater & præceptor. Illorum enim nullum apertum peccatum apparebat; quare pro illis minimè angebatur pater: hujus autem, tanta in Deum liberoſque ſuos charitas, ut illum placatum efficeret, ac mitigaret; hos verò purgare ſtuderet à peccatis, etiam quæ mente cōcipiuntur. Papæ! quanta erga Deum pietas, & quam incitatū ſtudiū? *Sic*, inquit, *faciebat Iob cunctis diebus.* Unde mentis ejus conſtans tenor, & nullis intervallis diſcretus, manifeſtatur: neque enim interdum quidem actiones virtutis ſuſcipiebat, aliquando verò prætermittebat, ſed juſti vita univerſa Deo conſecrabatur. Summa verò hæc laus eſt, & encomiorū omnium ſupremū, quòd pietatis officia nullo tempore non exercuerit. Ceſſatio enim à rebus bonis, reditus eſt ad improbitatem. Atque hoc loco diſcimus, vitanda eſſe convivia, ut quæ peccati anſam præbeant: ſiquidem ubi expleta fuerint, indigent expiatione, tametſi ob fraternam benevolentiam amoremque mutuum, ea filii Jobi celebrarent. Illud rectè omninò; *ne fortè mala cogitaverint*, non quòd ejuſmodi eſſent filii Jobi, ſed quòd homines eſſent. Quare & illud magnum, de occultis etiam ſollicitum eſſe, ac metuere: quod quidem juſto huic accidit, ac propterea pro ipſis ſacrificium faciebat, & à peccatis illos liberabat. Quis autem talem curam liberorum gerit? Non enim, quemadmodum multorum ſermo eſt, Job loquebatur; bona ac facultates iis relinquam, gloriam & principatum tradam, agros emam; ſed quid? *Ne fortè quid in corde ſuo cogitaverint.* qua[e en]im utilitas ex iis omnibus quæ hic manent? regem omnium propitium illis reddam, nec quicquam poſteà illis deerit.

τὰ ἁμαρτήματα, περὶ τῆς κατὰ διάνοιαν τὴν θυσίαν ἀνέφερε, λογιζόμενος, ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη ἀσθένεια, καὶ μάλιστα ἐν νεότητι, ὄλισθον ἔχει πολλάκις. ὅθεν παρατηρητέον, ὡς οὐχ ἁμαρτημάτων ἕνεκεν, τοιούτῳ θανάτῳ περιεβλήθησαν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Θαυμαστοὶ γὰρ ὄντως καὶ οἱ παῖδες, θαυμασιώτερος δὲ ὁ τούτων πατὴρ, καὶ παιδευτής. τῶν μὲν γὰρ οὐδὲν φανερὸν ἁμάρτημα ἐδείκνυτο· διόπερ οὐδὲ ἠγωνία περὶ τούτων ὁ πατήρ. τοῦδε, τοσαύτη τις ἦν ἡ περὶ θεὸν καὶ παῖδας ἀγάπη, ὅτι τὸν μὲν, ἐξευμενίζετο· τοὺς δὲ, καθαίρειν, καὶ τῶν κατὰ διάνοιαν ἁμαρτημάτων, ἐσπούδαζεν. ἀλλὰ βαβαὶ τῆς εὐλαβείας, καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον θερμῆς προθυμίας. οὕτω γὰρ ἐποίει ὁ Ἰὼβ, φησι, πάσας τὰς ἡμέρας. διὸ δὲ, δηλοῦται τὸ ἀδιάσπαστον τοῦ τόνου τοῦ ἁγίου. οὐ γάρ ποτε μὲν τὴν ἀρετὴν ἐνήργει, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλ᾽ ὅλος ὁ βίος τοῦ δικαίου, θεῷ προσανέκειτο. ἀκρότατος δὲ, καὶ οὗτος ἔπαινος, καὶ τελευταῖος ὅρος, τῶν ἐγκωμίων, τὸ μηδαμῶς ἀναπαύεσθαι τὸν εὐσεβῶς πολιτευόμενον. ἡ γὰρ ἀργία τῶν καλῶν, ἐπάνοδος πρὸς κακίαν ἐστίν. ἐκ τούτου μανθάνομεν, ὅτι φεύγειν δεῖ τὰ συμπόσια, ὡς ἁμαρτίας ποιητικά· ὅπου γε καὶ καθαρισμοῦ ἡμῖν δεῖ, μετὰ τὴν τούτων συμπλήρωσιν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα οἱ τοῦ Ἰὼβ παῖδες, δι᾽ ὁμόνοιαν καὶ φιλαδελφίαν τοῦτο ἔπραττον. εὖ δὲ, τὸ, μήποτε κακὰ ἐνενόησαν, οὐχ ὅτι τοιοῦτοι ἦσαν οἱ παῖδες τοῦ Ἰὼβ, ἀλλ᾽ ὅτι ἄνθρωποι. μέγα ἄρα, τὸ καὶ περὶ ἀδήλων φροντίζειν καὶ δεδοικέναι· ὅπερ ὄντως καὶ ὁ δίκαιος οὗτος ἔπασχε, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὲρ τῶν παίδων ἐποίει θυσίας, καὶ ἀπήλλαττεν αὐτοὺς τῶν ἁμαρτημάτων. οὕτω τίς προνοεῖται παίδων; οὐκ εἶπε, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων, καταλείπω αὐτοῖς ὑπάρχοντα, δῶ αὐτοῖς δόξαν, ἀρχὴν ὠνήσομαι, ἀγροὺς πριῶμαι· ἀλλὰ τί; μή τι ἐνενόησαν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. τί γὰρ ὄφελος, ἐκείνων πάντων ἐνταῦθα μενόντων; τὸν βασιλέα πάντων ἵλεων ποιήσω, φησὶν, αὐτοῖς, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς λείπει λοιπόν.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Εἰκότως δὲ περὶ τῆς ἐν τῷ κρυπτῷ ἁμαρτίας, ὁ δίκαιος ἐνενόει καὶ ἐδεδίει, ὅτι καὶ εὔκολοί ἐσμεν πρὸς τὰς κατὰ διάνοιαν ἁμαρτίας, οἱ ἄνθρωποι. αἱ μὲν γὰρ διὰ τοῦ σώματος πράξεις, καὶ χρόνου δέονται, καὶ εὐκαιρίας, καὶ καμάτων, καὶ συνεργῶν, καὶ τῆς λοιπῆς συνεργείας. αἱ δὲ τῆς διανοίας κινήσεις, ἀχρόνως ἐνεργοῦνται, ἀκωλύτως ἐπιτελοῦνται, ἀπραγματεύτως συνίστανται, πάντα καιρὸν ἐπιτήδειον ἔχουσι. Καί τις τῶν καταφρυαττομένων ἐπὶ σεμνότητι, πλάσμα σωφροσύνης ἔξωθεν περικείμενος, ἐν μέσοις καθεζόμενος πολλάκις τοῖς ἐπ᾽ ἀρετῇ αὐτὸν μακαρίζουσιν, ἀπέδραμε τῇ διανοίᾳ πρὸς τὸν τῆς ἁμαρτίας τόπον, ἐν τῷ ἀφανεῖ τῆς καρδίας κινήματι, εἶδε τῇ φαντασίᾳ τὰ σπουδαζόμενα, διετυπώσατό τινα ὁμιλίαν οὐκ εὐπρεπῆ, καὶ ὅλως ἐν τῷ κρυφαίῳ τῆς διανοίας ἐργαστηρίῳ ἐναργῆ τὴν ἡδονὴν ἑαυτῷ ζωγραφήσας, ἀμάρτυρον ἔσω τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσατο. ἐπεὶ τοίνυν, αἱ μὲν τοῦ σώματος πράξεις ὑπὸ πολλῶν διακόπτονται, ὁ δὲ κατὰ πρόθεσιν ἁμαρτάνων, τῷ τάχει τῶν νοημάτων συναπαρτιζομένην ἔχει τὴν ἁμαρτίαν, ὅπου ὀξὺ τὸ παράπτωμα, καὶ ἄδηλον, ἐκεῖ καὶ ὁ φόβος *πλεῖον, καὶ ἡ φυλακή. τοῦτο καὶ ὁ Ἰὼβ εἰδὼς, ὑπὲρ τούτων τὰς θυσίας ἐποίει.

*ἴσ. πλείων

BASILII. Meritò juſti cura & metus omnis, erat de peccato quod in ſecretò fit, homines enim ad cogitationis peccata procliviores ſumus. Corporis actiones tempore, opportunitate, labore, & alienâ operâ indigent: animi autem motus ſine tempore peraguntur, ſine interruptione abſolvuntur, & abſque negotio exiſtunt, nullumque tempus illis inidoneum eſt. Accidit enim ſæpenumerò, ut qui vitæ ſanctimoniam, elatis ſuperciliis tumidè præ ſe fert, & extrinſecùs temperantiæ velo obtegitur, dum in cœtu hominum medius ſedet, qui illum beatum propter virtutem prædicant, obſcuro & oculos fallente cordis motu, ad peccati locum cogitatione avolet, quæ meditatur phantaſia ei ob oculos ponat, colloquium & ſermones minimè decoros formet & imaginetur, ac demum in occultâ mentis officinâ, certam ſibi voluptatis illecebram delineans, intus peccatum ſine teſte admittat. Quoniam igitur corporis actiones multifariàm interciduntur, qui verò ex animi propoſito peccat, ipsâ cogitationum celeritate peccatum perficit. Ubi autem ſubitus eſt caſus, & obſcurus, illic metum & cautionem majorem eſſe oportet, nempe id cùm Jobus intelligeret, ad hoc peccati genus expiandum, ſacrificiis vtebatur.

ΝΙΚΗΤΑ. Ἀλλ᾽ ἐν τούτοις μὲν τὸ πρῶτον κεφάλαιον, χρὴ δὲ προθεωρίαν καὶ τοῦ δευτέρου ποιήσασθαι.

NICETÆ. Atque in his primum caput ſitum eſt; nunc capiti ſecundo protheoria præmittenda eſt.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ κοινὸς τοίνυν τῶν ἀνθρώπων ἀλιτήριος διάβολος, οὐ φέρων τοῦ δικαίου τὴν ἐπ᾽ ἀρεταῖς ἀνδραγαθίαν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἔχων τινὰ ἐξουσίαν καθ᾽ ἡμῶν, ὅπου γε οὔτε χοίρων ἔσχεν, εἰ μὴ παρὰ τοῦ σωτῆρος εἴληφε, διαβάλλει πρὸς τὸν θεὸν τὸν δίκαιον, ὡς οὐ δι

PROTHEORIA SECVNDI CAPITIS.

OLYMPIODORI. Communis igitur humani generis & ſceleratus calumniator, cùm præſtantem Iuſti virtutem ferre haudquaquàm poſſet, nec vllum in nos imperium obtineret, quod ipſum nec in porcos, niſi Salvatoris conſenſu, habere potuit, Iuſtum hunc apud Deum criminatur

natur, quòd non virtutis ergò, ſed ut accepta divinitùs beneficia, ratione quâdam remunerari videretur, quæ decebant, adminiſtraret: quoniam dicit, ſpolia ipſum fœlicitate, & moris improbitatẽ cognoſces; ſimul enim ut ei externarum rerum copiam ademeris, in os adversùs te jaciet maledictum. Sed tamen Deus cùm juſti invictum animum perſpexiſſet, velletque eum per hæc certamina illuſtriorem reddere, poteſtatem adversus Jobi opes diabolo permiſit. Ad quas ille perdendas ità bacchatus eſt, ut funditùs cunctas everterit, nunciiſq; ſolis calamitatum pepercerit, qui eum ſemper novis, acerbiſſimiſque nunciis percellerent. Cúmq; pretioſiſſima patrum ſupellex ſint liberi, optimâ filiorum decade interceptâ, diabolus ſimùl eos convivantes repentinâ domus conquaſſatione omnes contrivit: ita è domo ſepulchrum effecit, ac domum, quæ multorum filiorum comitatu erat inſtructa, puncto temporis viduavit. Tunc indomitus ille Jobus, quod ſuum erat, naturæ reddens, veſtem diſcidit, nec propterea quicquam aut animi ſui ſplendore alienum, aut mentis celſitudine indignum loquitur, immo verò in graviſſimâ illâ & maximâ plagâ, celebratiſſimas illas voces protulit: *Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt; ſit nomen Domini benedictum.* Quibus quidem vocibus cùm læthale vulnus Diabolus accepiſſet, & præcipuè propter laudes quas Deus juſto detulit, pudore tamen ſuffuſus non eſt; (ſiquidem bellua impudens eſt) contra juſti cutem certamen inſtituit, rogatque Deum, ut ſibi in Jobi corpus poteſtatem faciat. Sed Deus (quæ ejus eſt benignitas) qui athletas ſuos coronâ inſigniendos, Angelis & hominibus ſpectaculum publicum proponit, etiam hoc permittit. Poſtquam verò inſanabilem plagam juſtus accepit, nec ideò animo dejectus aut immutatus eſt, ad veteratorium ſuum artificium confert ſe draco, & conjugem latentèr ſubiens, eique ſe inſinuans, juſtum his verbis hortatur, *Dic verbum contra*

ἀρετὴν μετιόντα τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς ἀντιμισθίαν εἰσφέροντα τῷ Θεῷ, ἐφ' οἷς αὐτὸν εὐεργέτησεν· ἐπεί φησι, περιεῖλε τὴν εὐδαιμονίαν, καὶ ὄψει τοῦ τρόπου τὴν φαυλότητα, ὁμοῦ γὰρ τῇ τῶν χρημάτων ἀφαιρέσει, καὶ εἰς πρόσωπον ἐξοίσει κατά σου τὴν βλασφημίαν. ἐπὶ τούτοις ὁ Θεὸς εἰδὼς τοῦ δικαίου τὴν κατὰ ψυχὴν ἀνδρείαν, βουλόμενος δὲ αὐτόν, καὶ διὰ τῶν ἀγωνισμάτων λαμπρότερον ἀναγορεῦσαι, δίδωσι τῷ διαβόλῳ τὴν κατὰ τῆς περιουσίας τοῦ Ἰὼβ ἐξουσίαν. ὁ δὲ οὕτως ἐπεξῆλθεν αὐτῷ τῇ τῶν ὑπαρχόντων ἀπωλείᾳ, ὡς ἀκριβῶς αὐτοῦ πᾶσαν ἐκκόψαι τὴν περιουσίαν, καὶ μόνους ἀγγέλους ὑπολείπεσθαι τῶν συμφορῶν, ἀλλεπαλλήλοις αὐτὸν καὶ πικροτάταις βάλλοντας ταῖς ἐπαγγελίαις. ἐπειδὴ δὲ τὰ τιμιώτατα τῶν πατέρων κτήματα παῖδες τυγχάνουσιν, ἀπολαβὼν ὁ διάβολος τὴν ἀρίστην δεκάδα τῶν παίδων, ἐπὶ μιᾶς ἑστίας συνεστιωμένην, ἀθρόαν ἅπασι τὴν οἰκίαν ἐπέσεισε, καὶ πολυάνδριον αὐτοῖς τὸν οἶκον εἰργάσατο, ἄπαιδα τὸν πολύπαιδα ἐν μιᾷ καιροῦ καταστήσας ῥοπῇ. τότε ὁ ἀδάμας ἐκεῖνος Ἰὼβ, ἀποδιδοὺς τῇ φύσει τὸ χρέος, τὴν μὲν στολὴν ἔρρηξε, φθέγγεται δὲ οὐδὲν ἀγεννές, οὐδ' ἀνάξιον τῆς ἑαυτοῦ μεγαλοψυχίας, ἀλλ' ὁμοῦ τῇ ὑστάτῃ καὶ μεγίστῃ πληγῇ, τὰς πολυυμνήτους ἐκείνας ἀφῆκε φωνάς, ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφείλετο, ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο, εἴη τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου εὐλογημένον. Ταύταις ταῖς φωναῖς, τὰς καιριωτάτας πληγὰς δεξάμενος ὁ διάβολος, καὶ διαφερόντως διὰ τὸν εἰς τὸν δίκαιον ἔπαινον τοῦ Θεοῦ, οὐκ αἰσχύνεται μέν, (ἀναιδὲς γὰρ τὸ θηρίον) τὸν δὲ εἰς τὸ δέρμα τοῦ δικαίου προτίθησιν ἀγῶνα, καὶ αἰτεῖ τὸν Θεὸν ἐξουσίαν λαβεῖν τῷ σώματι χρήσασθαι τοῦ Ἰώβ. πάλιν δὲ ὁ φιλάνθρωπος θεός, ὁ τοὺς οἰκείους στεφανίτας ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις δημοσιεῦσαι βουλόμενος, ἐπιτρέπει καὶ τοῦτο. ἐπειδὴ δὲ τὴν ἀνήκεστον πληγὴν εἴληφεν ὁ ἀνήρ, καὶ οὐδὲν ἧττον ἔμεινεν* ἀκλινὴς καὶ ἀκατάσειστος, ἐπὶ τὴν συνήθη τρέπεται πανουργίαν ὁ δράκων, καὶ ὑποδραμὼν αὐτοῦ τὴν σύνευνον, δι' αὐτῆς παραινεῖ τῷ δικαίῳ, λέγων,

* γρ. ἀτρεμής.

εἰπόν

εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς κύριον, καὶ τελεύτα. ἀλλὰ πάλιν κατὰ κόρρης εἴληφε τὴν πληγὴν ἀκούσας, εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; οὕτω τοῦ διαβόλου πολλάκις ὑπὸ τοῦ ἀθλητοῦ, καὶ ἐν πολλαῖς ταῖς προσβολαῖς περιτραπέντος καὶ καταρραγέντος, τρεῖς ἔνδοξοι φίλοι τοῦ Ἰὼβ, τῆς φήμης αὐτοῦ πανταχοῦ τὰς συμφορὰς περιαγγελλούσης, ἀκούσαντες τὰ συμβεβηκότα, ἦλθον αὐτοῦ πρὸς τὴν ἐπίσκεψιν. παραμυθίας δὲ οὐχ εὑρίσκοντες φάρμακον, διὰ τὴν τῶν κακῶν ὑπερβολὴν, σιωπῇ παρεκαθέζοντο, τῇ προσεδρίᾳ τὴν συμπάθειαν ἐπιδεικνύμενοι. τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ δευτέρου κεφαλαίου δύναμις, ἑξῆς δὲ τὰ ῥητὰ προθετέον, καὶ κατίχνως ἐξεταστέον.

Deum & morere. Verùm in facie iterum vulnus accepit, cùm audivit; *ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, mala non ſuſtineamus?* Hàc ratione, cùm ab athletâ diabolus ſæpius, variiſque oppugnationibus in fugam conjectus ac profligatus eſſet, tres quidem Jobi amici perinſignes, loca omnia calamitatis famâ peragrante, cùm quæ illi acciderant auditione accepiſſent, ad eum viſendi causâ accedunt. Verùm propter malorum vim incredibilem, nullo ad conſolandum invento remedio, propè eum taciti aſſidebant, ipso conſeſſu communem ſenſum doloris ſignificantes. Atque hæc eſt ſecundi capitis ſententia, deinceps verò verba ponenda ſunt, ſubtiliterque exponenda.

Καὶ ἐγένετο ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, καὶ ἰδοὺ ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παραστῆναι ἐνώπιον τοῦ κυρίου, καὶ ὁ διάβολος ἦλθε μετ' αὐτῶν.

Et factum eſt ſicut dies hæc, & ecce venerunt angeli Dei, ut ſtarent coràm domino; & diabolus venit cum iis.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁ μὲν θεὸς ἀόρατος πάσῃ γενητῇ κτίσει, ἄποσος, ἀμεγέθης, πανταχοῦ παρὼν, καὶ τοῖς πᾶσιν ἐφιστάμενος, τὰ πάντα περιλαμβάνων, καὶ οὐκ ἔστι τόπος ἔξω τῆς αὐτοῦ δεσποτείας, πάρεστιν ἑκάστῳ, καθὸ προσήκει. τοῖς μὲν γὰρ ἁγίοις ἀγγέλοις, ὡς ἁγίοις, ἀπορρήτους φωνὰς ἐπιταγμάτων ἐπιπέμπων· τῷ πονηρῷ δὲ, ὡς πονηρῷ, συγχωρήσεις πειραστικὰς ἀνθρώπων ἐφιείς. οὐ γὰρ δύναταί τινα πειράζειν ὁ διάβολος, εἰ μὴ ὅσα συγχωρεῖται παρὰ θεοῦ. καὶ οὐχ ἵσταται μὲν εἰς τοὺς ὑπερουρανίους τόπους, μὴ γένοιτο, ἐκεῖθεν γὰρ ἐξεκυλίσθη. πῶς γάρ, φησιν, ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων. λέγεται δὲ, παρίστασθαι μετὰ τῶν ἀγγέλων, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς τόποις τῆς δεσποτείας τοῦ θεοῦ τυγχάνων, καὶ ἀναμένων ἐπιτραπῆναι, ἢ συγχωρηθῆναι τοὺς κατὰ τῶν ἀνθρώπων ποιῆσαι πειρασμοὺς· οὐ λειτουργίαν τινὰ ταύτην ἐκπληρῶν τῷ θεῷ, ἀλλ' ἐπειδήπερ ὑπὲρ τῆς παρατροπῆς καὶ τῆς κακίας εἰς τοῦτο κατηνέχθη,

CHRYSOSTOMI. Deus, qui nulli creatæ naturæ eſt adſpectabilis, qui quantitatis ac molis expers, qui ubique præſens, qui rerum univerſitati præeſt, cuncta complectitur; nec locus eſt ullus extra illius ditionem atque imperium: hic, inquam, Deus unicuique, quâ decet ratione, præſens adeſt, ſanctis quidem angelis utpote ſanctis, arcanis vocibus præcipiendo: diabolo verò, ut qui improbus eſt, hominis tentandi facultatem tribuendo. Nec enim quicquam ſine Dei permiſſu atque conceſſu moliri poteſt diabolus, neque cæleſtes illas regiones, unde eſt deturbatus, ſubit; abſit. *Quomodo enim,* inquit, *cecidit de cœlo Lucifer qui manè oriebatur?* Es. 14. 12. Cum angelis aſſiſtere tamen dicitur, quoniam is quoque in divinæ ditionis atque imperii locis conſiſtit, expectatque dum ſibi mortalibus inferendarum tentationum poteſtas detur, non ut obſequium ullum præſtet Deo: ſed quandoquidem depravatione & malitiâ ſuâ eò devenit, ac tantopere contra

contra nos furit, ab eo qui rectè res noſtras adminiſtrat, non alias tentationes nobis immittere permittitur, quàm quas ferre poſſumus; atque hæc ipſa, ut faciliùs ipſi perciperemus, typo quodam & quaſi figurâ ſcriptura expreſſit. Illud verò, *Et factum eſt ſicut dies hæc*, pro illo eſt, dies adventavit, quo theatrum patefactum eſt, atque in arenam athleta deſcendit. Et quoniam nos angeli tuentur & curant, contrà ſaluti noſtræ diabolus adverſatur, atque de unâ eâdemque re, id eſt, de homine, inter ſe pugnant & decertant; hâc de causâ ſimùl aſſiſtere dicuntur, Deo interim cuncta quæ geruntur intuente. Nos porrò vincimus aut vincimur, non propter adverſariorum vires, vel Angelorum ſuppetias nobis ferentium infirmitatem, ſed propter noſtram electionem, voluntatiſque libertatem. Cùm enim utrique ad ſe nos alliciant; ſanctis angelis bona, execrandis verò dæmonibus mala ſuadentibus, in poteſtate eſt noſtræ voluntatis, quæ libero arbitrio ornata eſt, in utram maluerit partem ſe dare. Nam neque ab eo qui nos liberi arbitrii honore affecit, cogimur, neque diabolus contra nos vim ullam coactivam poſſidet; ſed noſtrâ voluntate, Angelis, aut dæmonibus adhærentes, rectè agimus, aut peccata admittimus.

DIONYSII. Quorum alii quidem ſuum ac peculiarem & immobilem ordinem acritèr conſtanterque ſervantes, ea, quæ ſuam aliquâ ex parte imminuere poſſunt dignitatem, ignorant; verùm naturalis ac deiformis proprietatis firmitudinem, maximè ſinceram & lapſu mutationéque carentem cuſtodiunt, atque in bono manentes tuentur dignitatem, in electione quidem liberum arbitrium habentes, à ſeſſione juxta verum bonum nunquam excidentes. Fortaſſe etiam & illud, à veritate ipsâ pronunciatũ,
Mat. 18.10. quòd, *horum parvulorum Angeli*, (id eſt, eorum qui ab improbitate caventes, infantes imitantur) *divinam pulchritudinem ſemper intuentur*, idem etiam nobis ſuggerit; ſi enim ſemper, nunquam certè excidunt.

καὶ μέμηνε καθ' ἡμῶν. συγχωρεῖται ὑπὸ τοῦ τὰ ἡμέτερα καλῶς διοικοῦντος, πρὸς ἃ φέρειν δυνάμεθα, τοὺς πειρασμοὺς ἡμῖν ἐπάγειν. Ταῦτα οὖν αὐτὰ διατυπώσασα ἡ γραφὴ, διὰ τὴν ἡμετέραν νόησιν κατὰ σχηματισμὸν τὸν λόγον προήγαγε. Τὸ δὲ, ἐγένετο ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, ἀντὶ τοῦ, ἧκέ τις ἡμέρα, ἐν ᾗ τὸ θέατρον ἠνοίχθη, καὶ ὁ ἀθλητὴς κατέβη πρὸς τὰ παλαίσματα. Ἐπειδὴ δὲ οἱ ἅγιοι ἄγγελοι κήδονται ἡμῶν, καὶ περιέπουσιν· ὁ δὲ διάβολος ἀντιπαρατάττει τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ, καὶ περὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, τουτέστι, τὸν ἄνθρωπον, ἀντιφέρονται ἀλλήλοις, ὁμοῦ παρεστάναι λέγονται, τοῦ θεοῦ τὰ πραττόμενα ἐφορῶντος. νικώμεθα δὲ ἡμεῖς, ἢ ἡττώμεθα, οὐ παρὰ τὴν τῶν ἀντιπαραταττόντων δύναμιν, ἢ τὴν τῶν συμμαχούντων ἀδυναμίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν. ἑκατέρων γὰρ εἰς ἑαυτοὺς προτρεπόντων, τῶν μὲν ἁγίων ἀγγέλων εἰς τὰ ἀγαθὰ, τῶν δὲ ἀλιτηρίων δαιμόνων εἰς τὰ φαῦλα, ἡ ἡμετέρα προαίρεσις τῷ αὐτεξουσίῳ τετιμημένη, εἰς ὃ ἂν θελήσῃ μέρος προχωρεῖ. οὔτε γὰρ θεὸς βιάζεται, τιμήσας ἡμᾶς τῷ αὐτεξουσίῳ, οὔτε διάβολος ἀναγκαστικήν τινα δύναμιν κέκτηται καθ' ἡμῶν, ἀλλὰ κατὰ προαίρεσιν * εἴτε κατορθοῦμεν, ἢ ἁμαρτάνομεν, ἀγγέλοις, ἢ δαίμοσι προσκλινόμενοι. * ἴσ. deleandum.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. Ὧν οἱ μὲν τῆς οἰκείας ἀκινήτου τάξεως συντόνως καὶ ἀρρεπῶς ἐχόμενοι, τὴν ἐπὶ τὰ χείρω κατά τι μείωσιν οὐκ οἴδασιν, ἀλλ' ἄπτωτον καὶ ἀμετακίνητον ἔχουσι, τὴν τῆς οἰκείας θεοειδοῦς ἰδιότητος ἀμιγεστάτην ἵδρυσιν, καὶ φυλάττουσι τὴν ἀξίαν, τῇ ἐπιμονῇ τοῦ καλοῦ· ἔχοντες μὲν ἐν προαιρέσει τὸ αὐτεξούσιον, οὐδέποτε δὲ ἐκ τῆς τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ προσεδρίας ἐκπίπτοντες. τάχα δὲ καὶ τὸ, πρὸς αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἐκφωνηθὲν, ὡς οἱ τῶν μικρῶν τούτων ἄγγελοι, τῶν ἐκ προσοχῆς δηλαδὴ τῇ κακίᾳ νηπιαζόντων, ἐνατενίζουσι τῷ θείῳ κάλλει διαπαντὸς, τὴν αὐτὴν ἡμῖν ὑποβάλλει διάνοιαν· εἰ γὰρ διαπαντὸς, οὐδέποτε δηλονότι ἐκπίπτουσιν· οἱ δὲ ὑπὸ κακίας ἑαλω-

ἑαλωκότες, τῆς μὲν θεραπείας ἀποπεπτώκασι τῶν θείων νόων ἁρμονίας, εἰς τὴν διαμπῆ δὲ τῶν ἀποστατικῶν πληθύων ζόφωσιν ὑπηνέχθησαν, μᾶλλον δὲ, τῷ ἀποστατήσαντι συγκατηνέχθησαν· ὃς οὐκ εὐθὺς διάβολος ἐκτίσθη, ἀλλ' ἀγγέλου ἐξουσίαν λαβών, κατεστράφη εἰς τὴν τοῦ δαίμονος φύσιν, καὶ ἐγένετο πονηρός. Ταύτῃ δὲ τῇ πονηρίᾳ χαρακτηρισθεὶς, καὶ ἀπαλλοτριωθεὶς τῆς πρὸς τὸν Θεὸν οἰκειότητος, ἀποστραφεὶς δὲ πρὸς τὸ μέρος τῆς ἀποστασίας, ἐπειδὴ εἶδε τὸν ἄνθρωπον, μικρὸν μὲν ζῶον, παρὰ πᾶσαν δὲ τὴν κτίσιν τιμιώτερον, ἐβάσκηνε. καὶ ἕως μὲν μόνος ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ εἶχε λαβεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἐκτίσθη ἡ γυνὴ, (ἁπαλὸν ζῶον καὶ φιλάνθρωπον, ἵν' ὑπὸ τοῦ φιλανθρώπου εὐμαρῶς τραφῇ τὰ νήπια) προσχὼν ὁ διάβολος τῷ ἁπαλῷ καὶ τῷ εὐείκτῳ, τὴν εὐκολίαν τὴν πρὸς ἀρετὴν, εὐκολίαν εἰς κακίαν ἐποιήσατο, καὶ θεομάχος πρότερον γεγονὼς, ὕστερον γέγονε καὶ μισάνθρωπος. καὶ ὁ εἰς ἡμᾶς πόλεμος ἀπόδειξιν ἔχει, τοῦ θεομάχον εἶναι τὸν πονηρὸν, καὶ πρότερον πολεμεῖν τῷ δεσπότῃ· μὴ δυνάμενος γὰρ εἰς Θεὸν τραπῆναι, εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τὴν ἑαυτοῦ πονηρίαν ἐκένωσεν. οὐ γὰρ ἄνωθεν κακὸς ὁ διάβολος, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας αὐτοῦ προαιρέσεως, αὐθαίρετον ἔχων τὴν ζωὴν, καὶ ἐπ' αὐτῷ κειμένην τὴν ἐξουσίαν, ἢ παραμένειν τῷ Θεῷ, ἢ ἀλλοτριωθῆναι τοῦ ἀγαθοῦ. Γαβριὴλ ἄγγελος καὶ παρέστηκε τῷ Θεῷ διηνεκῶς, ὁ σατανᾶς ἄγγελος καὶ ἐξέπεσε τῆς οἰκείας τάξεως παντελῶς· κἀκεῖνον ἡ προαίρεσις διεφύλαξεν ἐν τοῖς ἄνω, καὶ τοῦτον κατέρριψε τῆς γνώμης τὸ αὐτεξούσιον. ἐδύνατο γὰρ κἀκεῖνος * ἀπατῆσαι, καὶ οὗτος μὴ ἐκπεσεῖν· ἀλλὰ τὸν μὲν, διεσώσατο τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τὸ ἀκόρεστον· τὸν δὲ, ἀπόβλητον ἔδειξεν ἡ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀναχώρησις. προσηγόρευται δὲ σατανᾶς μὲν, διὰ τὸ ἀντικεῖσθαι τῷ ἀγαθῷ, ὁ γὰρ σατανᾶς, τὸ ἀντικείμενον δηλοῖ· διάβολος δὲ, ἐπειδὴ ὁ αὐτὸς καὶ συνεργὸς τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ κατήγορος γίνεται),

* ἴσ. ἠπατῆσθαι

Verùm qui ſcelere irretiti ſunt, jam à divinarũ mentium harmoniâ cecidêrunt, in eorum qui defecêrunt cætuum obſcurâ ruinam conjecti, ſeu potiùs ad defectionis principẽ aggregati; qui non ſtatim & in principio creatus eſt diabolus; ſed cùm angeli poteſtatem accepiſſet, in dæmonis migravit naturam, effectuſque eſt improbus: eâque improbitate ut charactere ac notâ inſignitus, atque à Dei familiaritate amicitiâque alienus, & ad defectionem converſus, ubi hominem parvum quidem animal vidit, ſed omni alia creaturâ præſtantiorem, invidit. Ac quamdiu quidem homo ſolus fuit, adoriri eum non potuit; poſtquam verò mulier creata fuiſſet, (animal molle, & hominum amans, quò faciliùs innatâ humanitate infantes alere poſſet) tenero, & quod facilè cedebat, Diabolus animum adjiciens, facilitatem ad virtutem pronam, in vitii facilitatem convertit, & qui anteà cum Deo bellum gerebat, cum hominibus inimicitias poſteà exercuit. Sed vel ipſum bellum quod nobis infert, certo argumento eſt, ſceleratum hunc Deo priùs inimicum fuiſſe, atque cum eo conflixiſſe: ad Deum enim convertere ſe non valens, in imaginem Dei malitiam ſuam evomuit. Neque enim ab initio, ſed à ſuâ electione nequitiam habet diabolus, quippe qui in ſuâ poteſtate vitam haberet, cuique liberum eſſet vel Deo adhærere, vel à bono diſcedere. Gabriel Angelus Deo ſemper adſtitit, Satanas verò angelus è ſuâ claſſe prorſus excidit; & illum in ſuperis regionibus electio retinuit, hunc autem ſententiæ liberæ poteſtas præcipitem egit. Poterat enim & ille decipi, & hic non cadere: ſed tamen illum Dei amor inſatiabilis ſervavit; hunc verò abjectum & inviſum, à Deo diſceſſio declaravit. Satanas autem vocatur, quia bono adverſatur, Satanas enim adverſarium ſignificat: Diabolus verò, propterea quòd is noſtri peccati adminiſter eſt, idemque accuſator, noſtro quidem interitu gaudens, ac de nobis ob

noſtra

noſtra facinora triumphum agens; vel etiam Diabolus nominatur, quia apud hominem, Deum, quaſi invidum, apud Deum verò, hominem, tanquam virtutis mercenarium, calumniatus eſt. Primæ enim
Gen 3.5. mulieri dixit, *quia Deus vobis invidit, ideò cibo interdixit:* Deo autem, quòd non à Jobo *gratìs, ſed ob accepta beneficia coleratur.*

GREG. NAZIANZ. O impudentiam ejus qui talia audeat! jam inde à principio in paradiſum ille contra eum qui primo plaſmatus fuit irrepſerat, núncque inter Angelos medius conſiſtit, ut Jobum ad ſupplicium depoſcat.

POLYCHRONII. *Venérunt* (inquit) *angeli ut aſſiſterent Domino, & Diabolus venit cum iis.* Deo aſſiſtere, & coram eo ſtare Angelos, & in medium prodire diabolum, noli ad corporum conſuetudinem transferre; ſed quoniam illi in tuendis, curandiſque hominibus conſueta munia obeunt, quæ, Jobi quoque curam habentes, explebant; diabolus verò contrà quàm Angeli, homines lædere & ſupplantare nititur. Quarum rerum notitiam, apud Zachariam quis inveneri manifeſtiorem: *Oſtendit mihi,* in-
Zach.3.1. quit, *Jeſum ſacerdotem magnum, ſtantem ante faciem angeli domini,* nempe curâ ac vigilantiâ ejus dignatum, *& diabolus ſtabat à dextris ejus.* Cauſa deinde affertur, *ut illi,* inquit, *adverſaretur.* Quæ quidē planè oſtendunt, Angelorū id proprium eſſe, ut hominibus opem et auxilium ſuum præbeant: diaboli verò, ut contrà pugnet. Alitèr uerò ſeſe ad Deum recipiunt, naturæ illæ à materiâ ſecretæ & vitii ignaræ, propter dignitatem ac familiaritatem Deo propinquiores factæ. Id
Reg.4.5.16. quod Elias teſtatur, *Vivit Dominus, cui adſiſti in conſpectu ejus.* Satanas verò, qui Deum maledictis atque odio inſectatur, non aliâ ratione aſſiſtere Deo dicitur, quàm quòd Deus locis omnibus adſit, vitium coarguens, virtutem præmio afficiens. Quocircà Angeli ita in conſpectum Dei veniunt, ut ad ejus obſequia erecto ſemper ſint animo, alacrique

χαίρων μὲν ἡμῶν τῇ ἀπωλείᾳ, παραδειγματίζων δὲ ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις· ὃ ἐστὶ Θεὸν μὲν ἀνθρώπῳ διέβαλεν, ὡς φθονερὸν, ἄνθρωπον δὲ Θεῷ, ὡς μισθοῦ τὴν ἀρετὴν ἐργαζόμενον. Πρὸς μὲν γὰρ τὴν πρώτην γυναῖκα εἶπεν, ὅτι ἐβάσκηνεν ὑμῖν ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο τὴν βρῶσιν ἀπηγόρευσε, πρὸς δὲ τὸν Θεὸν, ὅτι, οὐ δωρεὰν αὐτὸν ὁ Ἰὼβ σέβεται, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν εὐεργέτηται.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ. Ω τῆς ἀναισχυντίας, τοῦ τὰ τοιαῦτα τολμῶντος. ἐκεῖνος δὲ εἰς τὸν παράδεισον ἀπ' ἀρχῆς παρέδυ κατὰ τοῦ πρώτου πλάσματος, καὶ μέσος ἀγγέλων ἵσταται, τὸν Ἰὼβ ἐξαιτήσων.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ηλθον γάρ, φησιν, οἱ ἄγγελοι παραστῆναι κυρίῳ, καὶ ὁ διάβολος ἦλθε μετ' αὐτῶν. τὸ δὲ, παρίστασθαι, καὶ ἐνώπιον Θεοῦ ἵστασθαι τοὺς ἀγγέλους, καὶ τὸν διάβολον εἰς μέσον ἔρχεσθαι, μὴ νόει σωματικῶς, ἀλλ' ὅτι οἱ μὲν, τὴν συνήθη λειτουργίαν πληροῦσιν, ἐν τῇ πρὸς ἀνθρώπους κηδεμονίᾳ, ἣν δὴ ἐπλήρουν καὶ τοῦ Ἰὼβ προνοοῦντες· ὁ δὲ διάβολος ἐξ ἐναντίας τῶν ἀγγέλων, τοὺς ἀνθρώπους ἀδικεῖν τι, καὶ ὑποσκελίζειν πειρᾶται; καὶ ταύτην σαφεστέραν τὴν ἔννοιαν εὕροι ἄν τις παρὰ τῷ Ζαχαρίᾳ, ἔδειξε γάρ μοι, φησὶ, κύριος τὸν Ἰησοῦν, τὸν ἱερέα τὸν μέγαν, ἑστῶτα πρὸ προσώπου ἀγγέλου κυρίου, δηλονότι, τῆς παρ' αὐτοῦ κηδεμονίας ἀξιούμενον καὶ ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· εἶτα καὶ ἡ αἰτία, τοῦ ἀντικεῖσθαι, φησιν, αὐτῷ. ἐν τούτοις γὰρ σαφῶς δείκνυσιν, ὅτι τῶν μὲν ἀγγέλων ἴδιόν ἐστι, τὸ ὀρέγειν τοῖς ἀνθρώποις τὴν παρ' ἑαυτῶν ῥοπήν· τοῦ δὲ διαβόλου, τὸ μάχεσθαι. ἔτι ἄλλως μὲν συνάγονται πρὸς τὸν Θεὸν, αἱ μὴ γνωρίζουσαι πονηρίαν ἄϋλοι φύσεις, ἐγγύτεροι γινόμεναι κατὰ τὸ ἀξίωμα καὶ οἰκειότητα, καθά φησι καὶ Ηλίας, Ζῇ κύριος, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ ἄλλως ὁ βλάσφημος καὶ μισόθεος Σατανᾶς, κατὰ μόνον τὸ πανταχοῦ παρεῖναι τὸν Θεὸν, καὶ τὴν κακίαν ἐλέγχοντα, καὶ τὴν ἀρετὴν στεφανοῦντα. διὸ ἄγγελοι μὲν παρόντες Θεῷ μετέωροι

εἰσι,

ὄσι πρὸς λειτουργίαν, τῆς σιωπῆς ἀφορμὴν λαβόντες ἀπὸ τοῦ * θαύματος, καὶ καθαροῖς μὲν ὄμμασιν οὐ θαῤῥοῦσιν αὐτὸν ἐνορᾷν, πλὴν ἑστῶτες τὸ θεῖον ἐκεῖνο κάλλος φαντάζονται, καὶ ταῖς ἱεραῖς ὑμνῳδίαις ἀγάλλονται. ὁ δὲ μισόκαλος θρασύνεται, καὶ γέμων ὕβρεως ἀπαντᾷ, καὶ ἵσταται ἐνώπιον κυρίου, οὐχ ὡς ἄξιος ἀγγελικῆς κοινωνίας, πρὸς δὲ τὴν πονηρὰν ἀντιλογίαν ὑπεσπαζόμενος. ἐνώπιον δὲ ἐλθεῖν, λέγεται, κυρίου, οὐχ ὡς ἀσπαζόμενος τῆς ζωῆς τὴν ἐγγύτητα, ἀλλ' ὅτι λαθεῖν οὐκ εἶχε τὸν ἀπερίγραπτον, ὅτι πάντα γυμνὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· ἀλλ' οἶδε καὶ τῶν ἀσωμάτων πνευμάτων τοὺς διαλογισμούς. διαλογικῶς δὲ προσάγει τὸν λόγον ὁ συγγραφεύς, καὶ αἰσθητῶς διατυποῖ τὰς ἐννοίας, ἵνα ἐκ τῶν οἰκείων καὶ συνήθων, τῶν κρειττόνων λάβωμεν τὴν θεωρίαν, καὶ οὕτω καθάπερ τισὶν ὀδοῦσι, τῇ τοῦ λογισμοῦ βασάνῳ τὸ παχὺ τεμόντες τῆς λέξεως, ἄρτον λογικὸν ἀποδείξωμεν τὸν ψυχὴν διατρέφοντα.

* ἴσ. θεάματι.

Καὶ εἶπεν ὁ κύριος τῷ διαβόλῳ, πόθεν παραγέγονας;

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὅτι θεῖοι ἄγγελοι προσδιαλέγονται τῷ διαβόλῳ, δηλοῦται μὲν καὶ ἐκ τῶν παρὰ τῷ Ζαχαρίᾳ. ἔνθα φησὶν ὁ ἄγγελος τῷ διαβόλῳ, ἐπιτιμήσαι σοι ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἰερουσαλήμ· εἴρηται δὲ καὶ ἐν καθολικαῖς, ὅτι ὁ Μιχαὴλ περὶ τοῦ Μωσέως διεμάχετο σώματος, ὅτι οὐκ ἐτόλμησεν ὁ ἅγιος Μιχαὴλ κρίσιν βλασφημίας ἐπενεγκεῖν κατὰ τοῦ διαβόλου, ἔφη δὲ μόνον, ἐπιτιμήσαι σοι ὁ κύριος. κἀνταῦθα τοίνυν ἔστιν ἐννοῆσαι, ὡς τῷ δεσποτικῷ προστάγματι ὁ ἅγιός τις ἄγγελος ὑπηρετούμενος, τὴν διάλεξιν ποιεῖται πρὸς τὸν διάβολον· καὶ ὥσπερ εἴ τις δορυφόρος ἄρχοντος ἀπόκρισιν ἐκ τοῦ [illegible] τοιοῦτος φέρει πρὸς τινα, τοῦ ἄρχοντος εἶναι τὴν ἀπόκρισιν οἴδαμεν, οὕτω καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων αἱ φωναὶ κατὰ γνώμην Θεοῦ

ſtudio, ſilentii occaſionem ex ſpectaculo capientes, & puris quidē oculis intueri ipſum non audent, ſed ſtantes divinam illam pulchritudinem contemplantur, & ſacris hymnis ſe oblectantes Deum celebrant. Verùm probitatis oſor furit audaciâ, & contumeliâ tumidus fit obviàm, ſtátque coram Deo, non ut angelico conſortio dignus, ſed ad flagitiosè tantùm contradicendum accinctus, Deóque, dicitur ſe dare in conſpectum, non quòd vitæ propinquitatem æquo animo ferat, ſed quoniam eum qui loco circumſcribi nequit, latere non poteſt, *Omnia enim ſunt nuda oculis ejus, nec ulla eſt creatura occulta coram illo*: ſpirituales etiam eorum, qui nullū cum corpore habent cōmercium, novit cogitationes. Verùm ſcriptor ad dialogorum conſuetudinē orationem traducit, ac ſenſibus obſequēs notiones effingit, ut ex iis, quæ familiaria ſunt nobis, atq; cognata, præſtātiorū rerū ſcientiā aſſequamur. Atq; eâ ratione intelligentiæ vi quaſi dentibus quibuſdā, id quod in verbis craſſius eſt, ſecantes, rationalē panē, quo uno alitur animus, palā oſtēdamus. Heb.4.13.

Et dixit Dominus diabolo, unde venis?

OLYMPIODORI. Angelos cum diabolo diſceptando ſermocinari, ex iis quæ apud Zachariam leguntur, perſpicuum eſt, ubi Angelus diabolo inquit, *Increpat te qui elegit Jeruſalem*: Zach.3.2. quinetiam in Epiſtolis catholicis, dicitur, *Cùm Michael contenderet de Moſis corpore cum diabolo, non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit, Increpet te Dominus.* Ind.verſ.9. Atque hoc loco etiam intelligere licet, Angelum quendam divino mandato obſequentem, cum diabolo colloquutum eſſe: & quemadmodum Principis cujuſpiam ſatelles, cùm reſponſa defert ad aliquem, principis illa reſponſa eſſe non dubitamus, ita Angelorum voces, quæ Dei voluntate proferuntur, ipſius Dei eſſe creduntur. Deus

igitur per ſanctos Angelos diabolum alloquitur, neque enim ſuo ſermone eum dignatur; propter eum autem qui tentatur, (Deo, ſcilicet, ex egregiè factis juſti hominis, voluptatem capiente, diabolo verò invidente, & tentandi ipſum veniam poſtulante) ſcriptura figuratâ loquendi formâ utitur. Illud autem; *Unde venis?* exprobrandi cauſâ dicitur diabolo: propterea quòd ordinem miniſtrantium ſpirituum deſeruerit, ſicut Adamo, dictum eſt,
Gen.3.9. *Ubi es?* id eſt, è quibus, in quas res decidiſti? fortaſſe etiam verba illa, *Unde venis?* ad temerarium diaboli motum redarguendum valent, ac ſi diceret; Angeli, qui mihi obſequuntur, qui divina mea juſſa capeſſunt, eadem cùm perficiunt, verè mihi aſſiſtunt; voluntatis meæ executionem pro aſſiſtentiâ adimplentes; neque enim eorum aſſiſtendi ratio, localis cenſenda eſt. Tu verò unde? neque enim meus es adminiſter.

ATHAN. Ex his etiam planum fit, cunctis rebus, quæ effectæ ſunt, ſua eſſe certa loca diſtributa, luminaria in firmamento,
Deut.32.8. nubes in aëre, hominibus conſtituit terminos populorum, Angeli ad muneris functiones mittuntur, & per ſcalam aſcendunt atque deſcendunt. Hoc item loco dicitur, *& venerunt, ut ſtarent coram Domino*, & rogatur diabolus, *Unde venis?* Quare in loco ſunt, & quò mittuntur, illic adſunt; ſolus Deus nequit circumſcribi: vbique præſentem quærunt, ut tanquam regione quâpiam concluſum inveniant eum, qui definiri non poteſt. Verùm aſſiſtere nihil aliud eſt, niſi divinæ voluntatis typis informari, omniq; conatu ad eum contendere: in Dei enim conſpectu omnis eſt creatura, ipſa etiam quæ defecit, eſtque improbiſſima, juxta eſſentiæ ſuæ naturam, quæ circumſcriptionis terminos non agnoſcit, propriè autem Angeli Deo aſſiſtunt, propter intenſum erga eos charitatis ſuæ divinæ affectum.

CHRYSOSTOMI. Cur tandem in angelico cultu & obſequio, unà adeſt dia-

*προσφερόμεναι, αὐτοῦ εἶναι πιστεύονται τοῦ Θεοῦ. Διαλέγεται τοίνυν ὁ Θεὸς τῷ διαβόλῳ διὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, οὐκ ἀξιῶν αὐτὸν λόγου, ἀλλὰ διά γε τὸν πειραζόμενον, τοῦτο ἐστι, τοῦ Θεοῦ, τοῖς τοῦ δικαίου κατορθώμασιν ἡδομένου, τοῦ δὲ διαβόλου, διαφθονουμένου, καὶ ζητοῦντος λαβεῖν τὴν κατ' αὐτοῦ τοῦ πειρασμοῦ συγχώρησιν, ἡ γραφὴ κατὰ σχηματισμὸν τὸν λόγον προήγαγε. τὸ δέ, πόθεν παραγέγονας; ὀνειδιστικῶς πρὸς τὸν διάβολον λέγεται, διὰ τὸ ἐκπεπτωκέναι τῆς τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων τάξεως· ὡς καὶ τῷ Ἀδάμ, τό, ποῦ εἶ; ἀντὶ τοῦ, ἐκ ποίων, εἰς οἷα καταπέπτωκας; τάχα δὲ καὶ ἐξελεγκτικόν ἐστι τῆς ματαίας τοῦ διαβόλου κινήσεως, τό, πόθεν παραγέγονας; οἱ μὲν γὰρ ἄγγελοί, φησιν, ὑπηρεσίας θείας πρὸς ἐμοῦ ποιεῖν προστεταγμένοι, ταύτας ἐκτελοῦντες, παρεστήκασί μοι, αὐτὸ τοῦτο, ἀντὶ παραστάσεως ἐνεργοῦντες, τὴν τῶν ἐμῶν θελημάτων ἐκπλήρωσιν· οὐ γὰρ τοπικὴ ἡ τούτων παράστασις. σὺ δὲ πόθεν; οὐ γὰρ ὑπάρχεις λειτουργὸς ἐμός.

* ἴσ. παρεστάναι.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἅμα δὲ ἐν τούτοις παρίσταται, καὶ ὅτι τὰ γενητὰ πάντα ἐν μεμερισμένοις τόποις εἰσί, φωστῆρες μὲν ἐν τῷ στερεώματι, νέφη δὲ ἐν τῷ ἀέρι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν, οἱ δὲ ἄγγελοι ἀποστέλλονται εἰς διακονίας, καὶ ἀναβαίνουσι καὶ καταβαίνουσιν ἐπὶ τῆς κλίμακος. κἀνταῦθα, ἦλθεν φησιν παραστῆναι ἐνώπιον κυρίου, καὶ πεῦσις γίνεται πρὸς τὸν διάβολον, πόθεν παραγέγονας; ὥστε ἐν τόπῳ εἰσί, καὶ ἔνθα ἀποστέλλονται ἐκεῖ πάρεισι, μόνος δὲ ὁ Θεὸς ἀπερίγραπτος· τὸν πανταχοῦ παρόντα ζητοῦσιν, ἵν' εὕροιεν ἐν χωρίῳ τινὶ συγκλειόμενον τὸν ἀόριστον. ἀλλά, τό, παραστῆναι, τοῦτο ἐστι, τό, τοῖς θελήμασιν αὐτοῦ τυπωθῆναι, καί, τό, πρὸς αὐτὸν ὁλικῶς ἀνατείνεσθαι· Θεοῦ μὲν γὰρ ἐνώπιόν ἐστι πᾶσα ἡ κτίσις, καὶ αὐτὴ ἡ ἀποστατικὴ καὶ πονηροτάτη, κατὰ τὸ ἀπερίγραπτον τῆς οὐσίας ἐκείνης· ἰδίως δὲ οἱ ἄγγελοι πάρεισι τῷ Θεῷ, κατὰ τὸν τῆς θείας ἀγάπης ἀκόρεστον ἔρωτα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί δὲ ἄρα σὺν τῇ ἀγγελικῇ λειτουργίᾳ παρίσταται καὶ ὁ διά-

ὁ διάβολος; καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἁγίων πνευμάτων, τὸ ἀκάθαρτον παρρησιάζεται. οὔτε οἱ ἄγγελοι τῷ Θεῷ σωματικῶς παρέστησαν, οὔτε ὁ Σατανᾶς, ἀλλὰ πᾶσα ὑπουργία, παράστασις λέγεται· ὡς κτίσμα οὖν Θεοῦ, καὶ ὁ διάβολος κελεύεται ποιεῖν τὰ καθήκοντα· εἰ γὰρ καὶ ἀφηνίασε τῇ προαιρέσει, ἀλλ' ὑπὸ τὸν ζυγὸν κεῖται τῆς δουλείας, καὶ κελεύεται ὡς δήμιος πρᾶξαι τὰ προσταττόμενα. καὶ ὥσπερ οἱ παρ' ἡμῖν ἄρχοντες, ὅταν μέν τινα μετὰ τιμῆς καλῶσι, τοὺς ἐντίμους ἀποστέλλουσιν, ὅταν δὲ μετ' ἀτιμίας ἕλκωσιν, ὠμούς τινας στρατιώτας πέμπουσιν. οὕτω καὶ ὁ Θεός, τοῖς μὲν ἁγίοις ἀποστέλλει διακόνους ἀγγέλους εἰς σωτηρίαν, ὅταν δὲ τιμωρήσασθαι βούλεται, ταῖς κακοποιοῖς ἐπιτρέπει δυνάμεσιν. ὅθεν καὶ Παῦλος τὸν ἐν Κορίνθῳ παρανομήσαντα, τῷ Σατανᾷ παραδίδωσιν. εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός, καὶ ἄλλους πάλιν, ἵνα μὴ βλασφημῶσιν.

bolus? & in medio ſanctorum choro, ſpiritus impurus liberè loquitur. Neque Angeli, neque Satanas, ratione corporeâ Deo aſſiſtunt; verùm quævis muneris functio, aſſiſtentia dicitur. Diabolus igitur tanquam Dei creatura, quæ fieri oportet, facere jubetur: ac licèt voluntate, divini imperii frænos excuſſerit, ſub jugo tamen ſervitutis eſt, & tanquam tortor & carnifex imperata facere jubetur. Et quemadmodum apud nos, Principes quando cum honore quempiam accerſunt, viros honoratos mittunt, quando verò cum ignominiâ aliquem ad ſe trahunt, crudeles quoſdam ſatellites ablegant; ita Deus ſanctis quidem, Angelos ad ſalutem miniſtros mittit; cùm verò pœnâ aliquis coërcendus eſt, facinoroſis poteſtatibus illud injungit. Ita Paulus eum, qui Corinthi ſceleratè egerat, *Satanæ tradit in interitum carnis*, item- Co.1.5.5.
que alios, ne blaſphemarent.

Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ διάβολος τῷ Κυρίῳ, εἶπε, περιελθὼν τὴν γῆν καὶ ἐμπεριπατήσας τὴν ὑπ' οὐρανὸν πάρειμι.

Et reſpondens diabolus Domino dixit; cùm circumierim terram, & ambulaverim eam, quæ ſub cœlo eſt, adſum.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Διὰ τοῦ κατ' ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν προάγεσθαι τὸν λόγον, μᾶλλον διήλεγξε τὴν ἀλήθειαν ἡ γραφή, καὶ πᾶσαν ἐξέκοψε τῶν ἀναισχύντων τὴν πρόφασιν. ἃ γὰρ λέγει πρὸς τὸν Θεὸν εἰρηκέναι τὸν διάβολον, οὐκ εἶπε μέν, ἐνεθυμήθη δέ, οὐ γὰρ αὐτῷ μέτεστι παρρησίας ταύτης· ἐκ δὲ τοῦ λέγειν, ὅτι πανταχοῦ περιεῖσι, πρῶτα μὲν ἑαυτοῦ κατήγορος γίνεται, ὡς οὐκ ἔτι βεβαίαν ἔχει τὴν ἔνστασιν, ἀλλ' ἀστάτως πανταχοῦ περιφέρεται, τὴν κατὰ πάντων ἀνθρώπων ἀναδεξάμενος μάχην. ἔπειτα μανθάνομεν, ὅτι καὶ δαιμόνων καὶ ἀγγέλων ἡ οἰκουμένη πεπλήρωται, καὶ ὅτι ἑκάτεροι ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν εἰσὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι ἄγγελοι μὲν παραγίνονται πρὸς τὸν Θεὸν ἐπίταγμα δεχόμενοι, διάβολος δὲ οὐδὲν δυνήσεται ποιῆσαι τῶν καθ' ἡδονὴν αὐτῷ, μὴ συγ-

CHRYSOSTOMI. Interrogationis & reſponſionis formulâ vtens Scriptura, veritatem rei magis expreſſit, & impudentium hominum prætextum omnem præcidit; quæ enim narrat diabolum Deo dixiſſe, non ea quidem dixit, ſed ſolùm cogitavit, nec enim in eo tantum audaciæ eſt atque licentiæ. In eo verò quòd ait, omnia ſe loca peragrâſſe, primùm ſeipſum accuſat, quòd nullum fixum habeat commorandi locum, ſed cunctas regiones tanquam erro vagus perluſtret, contra humanũ genus bellum movens. Deinde illud diſcimus, orbem terrarum tum Angelis, tum dæmonibus repleri, & utroſque ſub poteſtate divinâ eſſe, & Angelos quidem venire ad Deum, ut ab eo mandata accipiant, Diabolum verò niſi, deſuper ei venia conceſſa fuerit, nihil pro ſuâ libidine efficere poſſe. Quamvis enim

habenas recuſaverit, atque extra Dei ſit obſequium, eſt ei nihilominùs metus, tanquam frænum injectus, neque eum ſinit Deus ſuâ abuti poteſtate. Sed vide, illi quidem tanquam famuli exequentes mandata adveniunt: hic autem, quod dicat, nihil habet. Cœlum igitur malo huic genio impervium eſt, neque uno eodemque tempore, ſed conficiens periodum, locis omnibus adeſt. *Eam* verò, *quæ ſub cœlo eſt*, dixit, ut ſolitudinem indicaret, ac quicquid demum quod eſt cœlo ſubjectum, aëriamque regionem. Luſtrat autem regiones inhabitales divino quodam fortaſſe conſilio, ne ſcilicet noſtro generi ſemper infeſtus ſit.

DIDYMI. Animadvertendum eſt, non eadem loca eſſe, *terram*, & *eam quæ ſub cœlo*; cùm terra ſub cœlo ſit, loca verò, quæ ſub cœlo ſunt, non continuò terra ſint; terram enim circuivit, ut intelligat quem hominem accuſet: loca verò, quæ ſub cœlo ſunt, obambulat, in nequitiæ ſpiritibus, qui ſibi ad res turpiſſimas præſtò ſunt, ſeſe oblectans. Neque verò mirandum eſt, cùm ſit tenuis ſpiritus, loca quæ commemorata ſunt, pervaſiſſe, quandoquidem nec mendacii eum Deus inſimulavit. Tanto verò terrarum anfractu ac circuitione, feritatem, immanitatemque ſuam ſceleratus teſtatur: ſiquidem inſani, & præ furore circumcurſantis, ſunt illa ejus verba. Alibi quoque dictum eſt,
Pet.1.5.8. *quia adverſarius veſter diabolus, tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem devoret.* Vigilans enim & inſomnis præliatur, & circuit, amicos quidem alliciendo, inimicos verò ad exitium poſcendo: neque enim dominium ullum in nos habet. Atque ejuſmodi quidem verborum ejus ſenſus eſt, Cùm terrena & aëria ſubegerim, ſolus mihi Jobus adverſatur; illum ut depoſcam venio.

χώρησιν ἄνωθεν λαβεῖν. εἰ γὰρ καὶ ἀφηνίασε, καὶ ἔξω τῆς θεραπείας ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὅμως ὁ φόβος ἔγκειται καθάπερ χαλινός, καὶ οὐ συγχωρεῖται τῇ ἐξουσίᾳ κεχρῆσθαι τῇ ἑαυτοῦ. ἀλλ' ὅρα, ἐκεῖνοι μὲν παραγίνονται καθάπερ οἰκέται, ἀναφέροντες τὰ προσταττόμενα· οὗτος δὲ οὐδὲν ἔχει εἰπεῖν. ὁ οὐρανὸς τοίνυν ἄβατος τῷ πονηρῷ δαίμονι τούτῳ, καὶ οὐδὲ κατὰ ταὐτὸν πανταχοῦ πάρεστιν, ἀλλ' ἐκ περιόδου. τὴν ὑπ' οὐρανὸν δέ φησιν, ἵνα αἰνίξηται καὶ τὴν ἔρημον, καὶ εἴ τι ὑποκάτω κεῖται τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸν ἀέριον τόπον· περινοστεῖ δὲ καὶ τὴν ἀοίκητον, κατά τινα ἴσως οἰκονομίαν Θεοῦ, ὡς ἂν μὴ διηνεκῶς ἐνοχλοίη ἡμῶν τῷ γένει.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Σημειωτέον δέ, ὅτι διάφοροι τόποι, ἡ γῆ, καὶ οἱ ὑπ' οὐρανόν, εἰσί· τῆς μὲν γῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν οὔσης, τῶν δὲ ὑπ' οὐρανὸν τόπων, οὐ πάντως γῆς ὑπαρχόντων. τὴν μὲν οὖν γῆν περιεῖσιν, ἵνα κατανοήσῃ περί τινος ἀνθρώπου αἰτήσει· τὴν δὲ ὑπ' οὐρανὸν ἐμπεριπατεῖ, εὐφραινόμενος τοῖς πνευματικοῖς τῆς πονηρίας, τοῖς ὑπηρετοῦσιν αὐτῷ πρὸς τὰ αἴσχιστα. Οὐ δεῖ δὲ ξενίζεσθαι, εἰ λεπτὸν ὑπάρχον πνεῦμα, διέβη τοὺς προειρημένους τόπους· καὶ γὰρ οὐδὲ ὁ Θεὸς ὡς ψευδόμενον αὐτὸν ἤλεγξε. τὸ μέντοι ἀνήμερον καὶ ἀφιλάνθρωπον τοῦ τρόπου, τῇ τοσαύτῃ περιόδῳ καταμηνύει ὁ πονηρός. μανιώδους γάρ τινος, καὶ ὑπὸ ἐμπληξίας περινοστοῦντός ἐστι τὰ ῥήματα· καθὼς καὶ ἑτέρωθί που εἴρηται, ὅτι ὁ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, ζητῶν τινα καταπίῃ· ἄγρυπνος γὰρ πολεμεῖ, καὶ περιέρχεται, τοὺς μὲν φίλους ὑπαγόμενος, τοὺς δὲ ἐχθροὺς ἐξαιτούμενος· οὐ γὰρ ἐξουσιάζει ὑμῶν. καί τι τοιοῦτον αὐτοῦ τὰ ῥήματα βούλεται, ἐπειδή, φησι, γηΐνων καὶ ἀερίων ὑποτασσομένων μοι, Ἰὼβ μόνος ἀνθίσταται, ἥκω αὐτὸν αἰτησόμενος.

Καὶ

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ κύριος, προσέσχες τῇ διανοίᾳ σου, κατὰ τοῦ θεράποντός μου Ἰώβ;

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐκ τούτου μανθάνομεν, ὅτι ἐβούλετο μὲν ὁ Θεὸς τὸν Ἰὼβ πειρασθῆναι, καθάπερ τις ἀθλητὴν ἔχων γενναῖον· διὰ γὰρ τοῦτο ἐρωτᾷ τὸν διάβολον, ἵνα αὐτῷ δῷ ἀφορμὴν τῆς πάλης, οὐκ ἤθελε δὲ αὐτὸς παρασχεῖν τὴν ἀφορμὴν, ἵνα μὴ δόξῃ φιλότιμός τις εἶναι. ὅρα δὲ, πῶς κατὰ μικρὸν ὁ τῆς διαλέξεως τρόπος ἐλέγχεται· οὐκέτι γὰρ δεικνύει ῥημάτων αὐτὸν ἀπαγγελίαν ποιούμενον, ἀλλ' ὅτι προσέσχες τῇ διανοίᾳ σου; ὡς φωνὴν ἐκδέδωκεν ἡ ἱστορία· γνῶναι τοίνυν ὁ Θεὸς συνεχώρησε * τὸν διάβολον καὶ δίχα φωνῆς, ὅτι οὐκ ἔλαθεν αὐτὸν ἡ πονηρὰ βουλή τε καὶ πρᾶξις, καὶ οἱονεὶ φθέγγεται. πρὸς αὐτὸν, πόθεν παραγέγονας; οὐ μαθεῖν βουλόμενος τὴν τοῦ πονηροῦ διατριβήν· (πῶς γὰρ, ὁ προειδὼς ἔχων πάντων τὴν γνῶσιν;) ἀλλ' εἴωθεν ὡς τὰ πολλὰ ἐν ἐρωτήσεως σχήματι ἠθοποιεῖν τὰ λεγόμενα, καθάπερ καὶ ἐν εὐαγγελίοις τοῖς περὶ τὸν Κλεοπᾶν προσάγει τὰς πεύσεις ὁ κύριος, Τίνες οἱ λόγοι οὗτοι, οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους; καὶ τίς ἂν θαῤῥήσῃ εἰπεῖν, τὸν πλάσαντα καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, δεῖσθαι τῆς ἐρωτήσεως; τοιοῦτον καὶ τὸ, Πόσους ἄρτους ἔχετε; καὶ ἑτέρωθι πιστούμενος αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν, ἔλεγεν, Ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; καὶ περὶ Λαζάρου διεπυνθάνετο, Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; ὁ τὴν ἀκοὴν προφθάσας, καὶ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν προειπών. τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον κἀνταῦθα, τῷ διαβόλῳ λέγων, πόθεν παραγέγονας; καὶ, προσέσχες τῷ θεράποντί μου; οὐκ ἀγνοίας προφέρεται ῥήματα, οὐδὲ διδαχθῆναι βούλεται τοῦ δυσμενοῦς τὴν διατριβὴν, ἀλλὰ αὐτὸν ἐκεῖνον τῆς οἰκείας ὠμότητος δείκνυσι κατήγορον· αὐτὴ γὰρ ἑαυτὴν ἡ κακία πέφυκε τιτρώσκειν.

* ἴσ. τῷ διαβόλῳ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐμφαντικῶς δὲ εἴρηται τὸ, τῇ διανοίᾳ σου, τῇ διεστραμμένῃ, δηλαδὴ, τῇ κακοτέχνῳ, τῇ ἀεὶ

Et dixit ei Dominus, attendiſti cogitatione tuâ ſuper ſervum meum Job?

CHRYSOSTOMI. Hinc perſpicimus, voluiſſe Deum ut Jobus tentaretur, quemadmodum qui generoſum nactus athletam: atque ob eam cauſam diabolum alloquitur, ut luctæ occaſionem ei præberet, quam ipſe miniſtrare detrectavit, ne ambitioſus videretur. Quemadmodum autem ſermocinationis ratio paulatim ſeſe oſtendat, perpende: nondum enim verbis reſpondiſſe illum plenè oſtenderat, ſed illud, *Attendiſti cogitatione tuâ?* tanquam vocem edidit ſcriptura. Conceſſit igitur Deus diabolo, & ſine vocis adminiculo, ut cognoſceret, quòd pravum conſilium & actio illum non lateat. Quare cùm ipſum ita alloquitur; *Unde venis?* non ut improbi cõmorandi locum addiſceret, id dixiſſe credendum eſt: (quî enim, cùm rerum omnium præſentẽ notitiam habeat?) verùm ſub interrogationis formâ Scriptura pleraque efferre ſolet. Ita in Evangeliis, ubi de Cleophâ mentio fit, interrogationes adhibet Dominus: *Quinam ſunt hi ſermones, quos confertis ad invicem?* Luc. 24. 17. Quis autem dicere auſit, eum, *qui finxit ſigillatim corda noſtra*, Pſ. 32. 15. interrogatione egere? eodem pertinet illud alterum: *Quot panes habetis?* Matt. 15. 34. atque alibi, cùm ſuam reſurrectionem comprobare vellet, dixit, *habetis hîc aliquid, quod manducari poſſit?* Luc. 24. 41. ac de Lazaro ſciſcitabatur, *Ubi poſuiſtis eum?* Joh. 11. 34. cùm & famam prævenîſſet, illiuſq; obitum prædixiſſet. Hanc eandem retinens conſuetudinem hoc loco, cùm dicit diabolo, *undè venis?* &, *conſiderâſti ſervum meum?* non ignorantiæ verba profert, neq; ubi efferatus adverſarius commoretur, doceri cupit: verùm illum ipſum ſuæ crudelitatis accuſatorem palàm conſtituit. Sic enim naturâ comparatum eſt, ut à ſeipsâ improbitas vulneretur.

OLYMPIODORI. Emphaſin autem habet illud, *cogitatione tuâ*, nimirum perversâ, praviſque artibus imbutâ, quæ ad

rectas hominũ mentes pervertendas ſemper abuteris. Illud verò, *attendiſti*, non magis cum interrogatione, quàm cum affirmatione intelligi poteſt, ac ſi diceret; Scio videlicet te animum advertiſſe; nam ob virtutes quæ ei inſunt, ei invides. Crebris verò laudibus juſtum effert, ut ad ineundũ cum athletâ certamen, laceſſat adverſariũ, dicitq; *Quòd non eſt juxta eum, aliquis eorum qui ſunt ſuper terram*, id eſt, nemo eâdem ætate, iiſdem temporibus; quemadmodum in Geneſi de Noë
Gen. 6. 9. dictũ eſt, quia *Juſtus erat in generatione ſuâ.*

Homo irreprehenſibilis, verus, pius, abſtinens ab omni re malâ.

CHRYSOSTOMI. A cunctis hominibus, omnique terrarum orbe contemni ac deſpici, quid tandem obfuerit, ſi is qui Angelorum dominus eſt, noſtrarum rerum laudator ac præco fuerit? Contrà, quid juverit, à terrarum & maris cunctis incolis prædicari, de noſtris laudibus Deo ſilente? Id igitur ipſi ſemper ſpectemus, ut Deus nos laudibus efferat. Quod ſi nobis obtigerit; quamvis paupertas, morbi, & univerſa quæ ſenſu hauriuntur mala in nos ſeſe effundant, cunctis ſuperiores erimus. Quandoquidem Jobus, qui reſidebat in ſtercorũ domicilio, qui ulcerum ſanie circumſeptus erat, è cujus corpore mille vermium fontes erumpebant; qui intolerabilia perferebat, qui ſputo à ſervis fœdabatur, qui ab amicis, ab inimicis, & à conjuge, inſidiis petebatur, qui egeſtate, fame, morboque inſanabili conflictabatur, fœlicitate cunctos ſuperabat. Quidni, Deo illum efferente, voceſque illas uſurpante? *homo juſtus, irreprehenſibilis, verus, pius.* Quomodo enim, univerſitatis Deo teſtimonium ipſi præbente, quibus dicit, *irreprehenſibilis, homo verus*, alios omnes mortales non longè antegreſſus fuerit, virtutem incomparabilem poſſidens, & ſine reprehenſione jura quæ hominibus ſervanda ſunt, inviolata cuſtodiens, ac pietatem ergà Deum

προσέχεις εἰς τὸ διαστρέψαι τὴν ἀνθρώπων τὴν εὐθύτητα. τὸ δὲ, προσέσχες, λέγεται μὲν καὶ ἐρωτηματικῶς· δύναται δὲ, καὶ ἀποφαντικῶς νοεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ, οἶδα ὅτι προσέσχες· διαφθονεῖς γὰρ αὐτῷ διὰ τὰς προσούσας αὐτῷ ἀρετάς. Πολλοῖς δὲ ἐγκωμίοις ὁ Θεὸς βάλλει τὸν δίκαιον, πρὸς τὴν κατὰ τοῦ ἀθλητοῦ πάλην τὸν ἀνταγωνιστὴν ἐκκαλούμενος, καί φησιν, ὅτι οὐκ ἔστι κατ' αὐτὸν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀντὶ τοῦ, τῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους· κατὰ τὸ ἐν τῇ γενέσει περὶ Νῶε λεχθὲν, ὅτι ἦν δίκαιος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ.

Ἄνθρωπος ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος.

ΧΡΥΣΟΣΤ. * Τί βλάβης ἀνθρώπων καταφρονούντων, καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, ὅταν ὁ τῶν ἀγγέλων δεσπότης ἐπαινῇ καὶ ἀνακηρύττῃ; ὥσπερ οὖν μὴ εὐλογοῦντος αὐτοῦ, κἂν ἅπαντες ἐπαινῶσιν οἱ γῆν καὶ θάλασσαν οἰκοῦντες, οὐδὲν ὄφελος. τοῦτο τοίνυν πανταχοῦ σκοπῶμεν, ὅπως αὐτὸς ἡμᾶς ἀνακηρύξῃ· κἂν τοῦτο ᾖ, πάντων ἐσμὲν ὑψηλότεροι, κἂν ἐν πενίᾳ, καὶ ἐν νόσῳ, κἂν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὦμεν κακοῖς. ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Ἰὼβ ἐν κοπρίᾳ καθήμενος, καὶ τῷ ἰχῶρι τῶν τραυμάτων κεκυκλωμένος, καὶ μυρίας βρύων πηγὰς σκωλήκων, καὶ τὰ ἀνήκεστα πάσχων ἐκεῖνα, παρὰ οἰκετῶν ἐμπτυόμενος, παρὰ φίλων, παρὰ ἐχθρῶν, παρὰ γυναικὸς ἐπιβουλευόμενος, εἰς πενίαν, εἰς λιμὸν, εἰς ἀῤῥωστίαν τὴν ἀνήκεστον ἐκείνην κατενεχθεὶς, πάντων μακαριώτερος ἦν. Πῶς ἐπὶ αὐτὸν ὁ Θεὸς εὐλογεῖ, λέγων, ἄνθρωπος δίκαιος, ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβής. πῶς γὰρ οὐχ ὑπερβάλλων ἅπαντας τοὺς ἐπὶ γῆς ἐτύγχανε, τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων αὐτῷ μαρτυροῦντος, ἐν οἷς λέγει, ἄμεμπτος, ἄνθρωπος ἀληθινὸς, ἀσύγκριτόν τινα τὴν ἀρετὴν ἔχων, τά τε πρὸς ἀνθρώπους δίκαια φυλάττων ἀμέμπτως, τήν τε πρὸς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν ἀκριβῶς μετιών. καὶ ὅτι τὰ κατ' αὐτὸν

* ἴσ. τίς βλάβη.

αὐτὸν σκοπῶν ὁ διάβολος, οὐ μικρὸν τὸ περὶ αὐτοῦ ἐκέκτητο θαῦμα. τί δὲ δήποτε τὴν ἐγκωμίων ἐνταῦθα τὴν τάξιν ἀμείβει, ἴσως μὲν ἀδιαφόρως τοῦτο ποιεῖ, τυχὸν δὲ, καὶ κατὰ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καὶ τὴν ἁρμονίαν, τὸν ἔπαινον διατίθησι. πρῶτον μὲν γὰρ, ἀληθινὸς πᾶς ἄνθρωπος, κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον· εἶθ' οὕτως ἄμεμπτος, κατὰ τὸν τῆς πολιτείας τρόπον· ἐνταῦθα δὲ, διὰ τὴν πρὸς τὸν διάβολον μάχην, τὸ ἄμεμπτον, τοῦ ἀληθινοῦ προέταξεν. ἀρετὴ γὰρ οἶδε πολεμεῖν τῇ κακίᾳ, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ τρόπου, βέλος ὀξύτατον τῷ βασκάνῳ. εἶθ' οὕτω καὶ τὸ ἀληθινὸν ἐπισυνάπτει τῷ ἀμέμπτῳ, ἵνα καὶ τὴν φύσιν συνομολογοῦσαν δείξῃ τῷ τρόπῳ, καὶ προαίρεσιν κοσμοῦσαν τῆς φύσεως τὴν εὐγένειαν.

ſtudioſè colens. Quæ quidem diabolus conſpicatus, non mediocriter admiratus eſt. Verùm cur laudationis eſt, hoc loco, ordo commutatus? fortè indifferenter & ſine diſcrimine hoc factum eſt, vel pro rerum ipſarum naturâ atque harmoniâ laus inſtituta eſt. Primùm enim, omnis homo verus eſt, idque ex opificii ratione: deinde ſine reprehenſione eſt & ſine querelâ, ex vitæ conſuetudine atque inſtituto. Sed hoc loco, propter conflictum cum diabolo, irreprehenſibile, vero, præponit. Virtus enim cum vitio pugnare ſolita eſt, morumque æquitas acutiſſimum eſt adverſus invidum jaculum. Ad irreprehenſibilem autem, attexit verum, ut naturæ & moris conſpirationem oſtendat, atque electione, naturæ cohoneſtet nobilitatem.

Ἀπεκρίθη δὲ ὁ διάβολος, καὶ εἶπεν ἐναντίον κυρίου.

Reſpondit autem diabolus, & dixit coram Domino.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τοῦτο εἰς τὸ ἀναιδὲς τοῦ διαβόλου λαμβάνεται. τὸ γὰρ, ἐναντίον τοῦ κυρίου, εἶπεν, ἵνα δείξῃ τὴν ἀναιδῆ γνώμην, τὴν ἀντιπράττειν ἀεὶ τοῖς τῷ Θεῷ δοκοῦσι, σπουδάζουσαν· ὁ μὲν γὰρ Θεὸς ἐμαρτύρει τῷ δικαίῳ, ὁ δὲ συκοφαντεῖ αὐτὸν, ὡς οὐ κατ' ἀρετὴν, ἀλλὰ κατ' ἐμπορείαν, εὐσεβοῦντα· καί φησι, μὴ δωρεὰν Ἰὼβ σέβεται τὸν κύριον; ὄντως διαβόλου τὰ ῥήματα, οὐκ ἀρετὴν, φησιν, ἀλλ' ἀντιμισθίαν τῆς εἰς αὐτὸν εὐεργεσίας, ἀπονέμει σοι τὸ σέβας· μισθωτός ἐστιν, οὐκ ἀληθινός. ἐκεῖνος δωρεὰν σέβεται, ὁ μήτε διὰ κολάσεις, μήτε δι' ἐπαγγελίας δουλεύων Θεῷ. ὅρα δὲ πονηρίαν, ἐπὶ τῶν εἰρημένων ἐπιλαβέσθαι οὐκ εἶχε, τὴν γνώμην διαβάλλει, καὶ οὐκ ἐπιλαμβάνεται τῆς φανερᾶς, ἀλλὰ τῆς ἀφανοῦς.

OLYMPIODORI. Hæc diaboli impudentiam pervellunt: illud enim, *coram Domino dixit*, mentis illius impudentiam, iis quæ probantur Deo, uſque adverſantis, protſus oſtendit. Deus enim juſto virtutis teſtimonium dabat: hic contrà criminatur, quòd non ex virtute, ſed nundinatione, pietatem præ ſe ferret: *An gratis*, inquit, *Job colit Deum?* Verba profectò diaboli, non virtutem, inquit, tibi reddit, cùm te pietate colit, verùm acceptorum beneficiorum mercedem perſolvit. Mercenarius eſt, non verus. Ille gratuitò erga Deum pius eſt, qui nec ob ſupplicia, nec ob promiſſa illi ſervit. Animadverte etiam improbitatem, cùm ea quæ dicta erant, remordere non poſſet, animi ſententiam calumniatur, & omiſſis eis quæ aperta & manifeſta erant, occulta corripit.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἴδιον δὲ τῶν πρὸς ἀρετὴν ἀπεχθανομένων, τὸ μὴ λογίζεσθαι γνήσια τὰ καλὰ τῶν πέλας, ἀλλὰ διαβάλλοντας λέγειν, ὡς οὐδὲ τίς δίκαιός ἐστι, δι' ἀδυναμίαν τοῦ ἀδικεῖν· οὐδέ τις

DIDYMI. Proprium eorum eſt, qui virtuti ſunt infenſiores, cæterorum bona minimè vera eſſe exiſtimare, ſed potiùs per calumniam dicere, hic quidem ob ereptam ſibi nocendi poteſtatem, juſtus eſt: ille verò

frugi

frugi ac temperans, propter ſtoliditatem: ille alter, pecuniis opibuſque caret, quia iis parandis haud eſt idoneus. Denique, nemo improbus cujuſquam virtutem, ut legitimam ſolidamque admittit.

σώφρων, διὰ τὴν κεκαλυμμένην ἠλιθιότητα· ὁ δέ, χρήματα καὶ πορισμοὺς οὐκ ἔχει, διὰ τὸ πρὸς ταῦτα ἀνεπιτήδειον· καὶ ὅλως, οὐδεὶς φαῦλος ἀποδέχεταί τινος ἀρετήν, ὡς γνησίαν.

BASILII. Solerti autem ac vafro ingenio præditi ſunt hi, torquendo voces in pejus, ad contemnenda ea quæ laudem merentur, & virtutem, propter vicinam malitiam, calumniandam. Ita audaci, nomen fortis imponunt; ei qui ſtupore quodam ſenſus oppreſſus eſt, temperantis; juſto, crudelis; aſtuto, prudentis: magnificum etiam, quaſi ſordidis vilibuſque operibus occupatum, inſectantur; atque eum qui liberalis eſt, ut prodigum; & qui rem curat familiarem, ut parcum exagitant: & omnino nulla eſt virtutis ſpecies, quæ nomine à contrario vitio mutuato, ab illis non indigitetur. Hujus improbitatis architectus diabolus, talia de Jobo mente concipiens, manifeſtavit ei, qui ſecreta novit, dicens, quòd propter externa bona Job juſtus eſſet, unde ſubjungit:

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Δεινοὶ δέ εἰσι, ταῖς εἰς τὸ χεῖρον παρατροπαῖς, τὸ ἐπαινετὸν διαπτύσαι, καὶ ἐκ τῆς γείτονος κακίας, τὴν ἀρετὴν διαβάλλειν. Θρασὺν μὲν γὰρ λέγουσι, τὸν ἀνδρεῖον· ἀνάλγητον δέ, τὸν σώφρονα· τὸν δίκαιον, ἀπηνῆ· κακοῦργον, τὸν φρόνιμον· καὶ τὸν μεγαλοπρεπῆ μέν, ὡς βάναυσον διαβάλλουσι· τὸν ἐλευθέριον δέ, ὡς ἄσωτον· καὶ τὸν οἰκονομικὸν πάλιν, ὡς φειδωλόν· καὶ ὅλως πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς εἴδη, οὐκ ἀπορεῖ παρ' αὐτοῖς ὀνόματος, ἐκ τῆς ἀντικειμένης κακίας μετενεχθέντος. Ταύτης ἀρχηγὸς ὢν τῆς κακίας ὁ διάβολος, τοιαῦτα ἐννοῶν περὶ τοῦ Ἰώβ, ἐφανέρου αὐτὰ τῷ τὰ κρυπτὰ ἐπισταμένῳ, λέγων, ὡς διὰ τὰ ἐκτὸς ἀγαθὰ δίκαιός ἐστιν Ἰώβ· ὅθεν ἐπάγει,

Nonne tu muniſti ea, quæ extra ipſum, & quæ intra domum ejus, & quæ extra ex omnibus quæ ſunt in circuitu ejus?

Οὐ σὺ περιέφραξας αὐτοῦ τὰ ἔξω, καὶ τὰ ἔσω τῆς οἰκίας αὐτοῦ, καὶ πάντων τῶν ὄντων αὐτοῦ κύκλῳ;

NICET. Ex ſuppoſitione dicit, quemadmodum adverſarius Jobo inſidias ſtruxerit: dicebat verò, ſi præſidio quo munitus eſt, ſpoliatus fuerit, facilè illũ ſupplantabo. Deus autẽ ad hominis gloriã illuſtrandam, atq; ad diaboli ignominiam, certamen conceſſit. Ad hunc ſcopum hiſtoriæ ſcriptor collineans, perſonarum inductione totius rei argumentum pertractat: nec enim ad perſuaſionem par momentum habet, ſi quid ſimpliciùs enuntietur, & ad illud ipſum, formata & ſcripta diligentiùs adhibeatur oratio, ita ut ſimpliciſſimus quiſque narratione alliciatur.

ΝΙΚΗΤΑ. Καθ' ὑπόθεσίν, φησιν, ὡς ἐπεβούλευσεν ὁ ἐχθρὸς τῷ Ἰώβ· ἔλεγε δέ, εἰ γυμνωθείη τῆς φρουρούσης αὐτὸν δυνάμεως, *ὑποσκελίσει τοῦτον· Θεὸς δέ, εἰς δόξαν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ αἰσχύνην τοῦ διαβόλου, συνεχώρησε τὸν ἀγῶνα. τοῦτον οὖν θέμενος τὸν σκοπόν, ὁ ἱστοριογράφος δραματουργεῖ τὴν ὑπόθεσιν· οὐ γάρ ἐστιν ἴσον εἰς τὸ πεῖσαι, τὸ ἁπλῶς ἀποφήνασθαι, καὶ τὸ τυπῶσαι, καὶ διαγράψαι τὸν λόγον, ὥστε καὶ τὸν ἀφελέστερον προσάγεσθαι τῷ διηγήματι.

* ἴσ. ὑποσκελίσω αὐτόν.

POLYCHRONII. Admiratur ſceleſtus diabolus juſtum ad ſummam perductum virtutem; cauſam autem tantæ erga Deum pietatis, bonorum affluentiam eſſe

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Θαυμάζει μὲν τὸν δίκαιον ὁ πονηρός, ὡς εἰς ἄκρον ἀρετῆς ἐληλακότα· ὑπόθεσιν δὲ τῆς τοσαύτης εὐσεβείας ᾤετο τῶν προσόντων

των

των τὴν περιουσίαν. οὐκ ἄλλοθεν αὐτοῦ ταύτην, ἢ παρὰ Θεοῦ περιοῦσαν εἰδώς. ὅθεν καὶ εὐγνώμονα περὶ τὸν εὐεργέτην ἡγεῖτο γενέσθαι, ἀμοιβὴν αὐτοῦ πληρῶν τὴν εὐσέβειαν.

ſuſpicabatur, cùm ſciret eam non aliunde, quàm à Deo ipſi conceſſam fuiſſe. Unde & gratum illum erga benefactorem ſuum extitiſſe arbitrabatur, & remunerationis loco pietatem ſolviſſe.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τῶν ἀμοιβῶν ἤδη, φησί, τυγχάνει. πάντα τὰ αὐτοῦ ἀβλαβῆ διαφυλάττεις, εἰρήνης ἀπολαύει βαθείας, οὐκ ἐμφύλιος, οὐκ ἐξωτικὸς αὐτὸν ἐλυμαίνετο πόλεμος, ἔχει μισθὸν τὴν τῶν παρόντων εὐπραγίαν, ἔχει τὴν περιουσίαν τοῦ πλούτου, καὶ ἐντεῦθεν ὑποκρίνεται τὴν εὐσέβειαν· πανταχόθεν αὐτοῦ τὴν ἀπάθειαν πραγματεύῃ, καθάπερ* τινὰ περίβολον ὀχυρὸν περιφράττων, καὶ κινδύνων ἐλευθερῶν. ὅρα δὲ, πῶς δείκνυσιν ὁ διάβολος, ὡς πολλάκις ἐπεχείρησε λυμήνασθαι τὸν Ἰώβ. οὐ σὺ γάρ, φησι, περιέφραξας τὰ ἔξω αὐτοῦ, καὶ τὰ ἔσω; ἵνα εἴπῃ, τὰ κατ' ἀγρούς, καὶ τῶν βοσκημάτων τὴν περιουσίαν. πόθεν δὲ οἶδας ὅτι πέφρακται, ὦ πονηρέ; δῆλον ὅτι πολλάκις βουλόμενος ταῦτα παῖσαι, ἃ ὕστερον λαβὼν ἐξουσίαν πεποίηκας, ἔγνως ἐκ τοῦ κεκωλῦσθαι, ὅτι πάντα περιπεφραγμένα ἦν, καὶ διὰ τοῦτο λέγεις, ὅτι σὺ περιέφραξας τὰ αὐτοῦ κύκλῳ. πάντα γάρ, ἐφ' ὅσον οὐ δίδοται τῷ διαβόλῳ, Θεὸς περιφράττει.

*ἴσ. τὸν περίβολον ὀχυρόν.

OLYMPIODORI. Jam, inquit, retributionis mercedem aſſequutus eſt, quæcunque ille habet, omnia ab injuriâ defendis, altâ pace fruitur, bella nec domeſtica, nec externa ſunt illi infeſta, præſentem fortunarum fœlicitatem pro præmio reportat, cultus ei nequaquam deeſt divitiarum, atq; hinc ſuam ſimulatam oſtentat religionem: tanquam vallo firmiſſimo eum muniens, & à periculis liberans, ſecuritatem illi ex omni parte, & indemnitatem præſtare ſeriò ſtudes. Vide, ut diabolus oſtendat ſe ſæpius conatum fuiſſe Jobum perdere. *Nonne tu*, inquit, *muniſti quæ externa, & quæ interna, ſunt ejus?* quaſi diceret, agrorum proventus, & armentorum copiam. Sed tamen, ô ſceleſte, unde nôſti Jobum ſeptum eſſe atque munitum? niſi quia ſæpius te id faciendi libido inceſſit; quod, poſtea poteſtatem nactus, facere non dubitâſti: nimirum tunc res illius omnes vallatas eſſe intelligebas, cùm prohibebaris, ideoq; dicis; *& omnia quæ ſunt illi in circuitu muniſti.* Cuncta enim Deus tuetur, in quæ diabolo poteſtas non cõceditur.

Τὰ δὲ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ εὐλόγησας.

Opera autem manuum ejus benedixiſti.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τουτέστι, πληθύνει αὐτοῦ τὰ γεώργια, τῆς γῆς αὐτοῦ ἀφθόνως τοὺς καρποὺς παρεχομένης, βαθέα μὲν προσδεχούσης τὰ λήια, πολλοὺς δὲ φαινούσης τοὺς βότρυας ὑπὸ κλημάτων, βρύουσαν δὲ τῷ καρπῷ τῆς ἐλαίας παρεχομένης, καὶ πᾶσαν ἐπαγγελλομένης τὴν ἐξ ἀκροδρύων τρυφήν. τοιαῦτα, δέσποτα, παρὰ σοῦ, γῆς ἐπιτηδειότης, ἀέρων εὔκρατοι καταστάσεις, σπερμάτων ἀφθονία, βοῶν συνεργεία, τὰ ἄλλα, οἷς γεωργία πέφυκεν εὐθηνεῖσθαι.

POLYCHRONII. Hoc eſt, fundus ei abunde omnia ſuppeditabat, copioſos fructus terrâ progignente, innumeras fruges portendente, racemos uberes in palmitibus oſtendente, exuberantis oleæ fructum præbente, & delicias omnes, quæ ex arborum fructibus percipiuntur, pollicente. Nempe à te iſtæc, Domine, proficiſcuntur, ſoli fertilitas & commoditas, cœli temperies, ſementis exaggerata copia, boum opera, cæteráque omnia, quibus ager cultus exuberare ſolet.

Et

Et pecora ejus multa feciſti ſuper terram.

CHRYSOSTOMI. Vides Jobo divitias Deum elargitum eſſe, vides non contra jus illas fuiſſe adeptum, *Tu*, inquit, *convallâſti, tu benedixiſti, tu bona ejus amplificâſti.* Quantopere Jobo laborandum erat, non malis artibus partas ſibi eſſe divitias, ſiquidem id hominibus voluiſſet perſuadere? Ecce diabolus, quamvis inſcius, teſtimonium hoc illi præbuit.

Sed mitte manum tuam, & tange omnia quæ habet, ſi non in faciem tibi benedixerit.

DIDYMI. Sciendum eſt, manum Dei eſſe multiplicem, quædam enim eſt vindex, & ultionis adminiſtra poteſtas, quæ
Pſ.43.2. vas iræ dicitur, de quâ ſcriptum eſt, *Manus tua gentes diſperdidit.* Alia verò, poteſtas ejus eſt, quæ munit & protegit; ad quam il-
Pſ.138.5. lud pertinet, *Formâſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.* Igitur hoc loco; *mitte manum tuam*, pro iſto eſt, malè illum accipe, & affige. *Tange* autem, pro manus injice, poſitum eſt: illum, inquam, at-
Pſ.139.6. tere; huic ſimile illud eſt, *Nolite tangere Chriſtos meos.* Neque enim ſimpliciter omnem tactum inhibet, ſed eum qui cum audaciâ Sanctis injuriam infert; At vide, quàm veteratoriè, quámque ſimulatè! non dicit, mihi permitte, ſed tu facito: imbecillitatis enim ſuæ probè ſibi conſcius eſt, ſed tamen inſanit, eſtque arrogans & contumax, quod extremæ eſt dementiæ. Tu verò mihi aliam attende improbitatem, ac diabolicam cæcitatem, quòd ei, qui ſolus bonus eſt, ut malè ageret, perſuadere voluerit. Non ſufficit autem nimiæ ejus crudelitati, partem aliquam fortunarum ejus perdere, aut quoſdam è liberis interimere, ſed ſimul & ſubitò bonis omnibus eum exuere vult. Quare non ex parte, ſed omninò virum juſtum

Καὶ τὰ κτήνη αὐτοῦ πολλὰ ἐποίησας ἐπὶ τῆς γῆς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς τὸν πλοῦτον παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομένον, ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἐξ ἀδικίας· σὺ γάρ, φησι, περιέφραξας, σὺ εὐλόγησας, σὺ πολλὰ τὰ αὐτοῦ ἐποίησας· πόσα ἔδει καμεῖν τὸν Ἰὼβ, ὥστε πεῖσαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι οὐκ ἐξ ἀδικίας ἦν ὁ πλοῦτος; ἰδοὺ ὁ διάβολος αὐτῷ τοῦτο ἐμαρτύρησε, κἂν οὐκ οἶδεν.

Ἀλλὰ ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι πάντων ὧν ἔχει, ἢ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Χεῖρα Θεοῦ διαφόρως ἐκληπτέον, ἡ τὴν κολαστικήν, καὶ εἰς τοῦτο ὑπηρετικὴν δύναμιν, ἥτις καὶ σκεῦος ὀργῆς λέγεται, κατὰ τό, ἡ χείρ σου ἔθνη ἐξωλόθρευσε· ἢ τὴν φρουρητικήν, καὶ σκεπαστικὴν δύναμιν, ὡς τό, ἔπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου· ἐνταῦθα τοίνυν, τό, ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, ἀντὶ τοῦ, πληκτικῶς αὐτοῦ περίδραξαι, εἴρηται· τὸ δέ, ἅψαι αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, καθάψαι, ἐπάγαγε θλίβεσθαι. ἔχομεν δὲ καὶ τούτου παράδειγμα, τό, μὴ ἅψησθε τῶν χριστῶν μου. οὐ γὰρ τὴν ἁπλῆν ἀφὴν ἀπαγορεύει, ἀλλὰ τὴν κατὰ τῶν ἁγίων τόλμαν ἐπὶ κακώσει. ὅρα δὲ ὅπως πανοῦργος, καὶ μεθ' ὑποκρίσεως, οὐ λέγει, ὅτι ἐπίτρεψόν μοι, ἀλλὰ σὺ ποίησον· συνοίδε γὰρ τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, καὶ ὅμως μέμηνε καὶ ἀλαζονεύεται, ὅπερ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας ἐστί. σὺ δέ μοι θεώρει καὶ ἑτέραν κακίαν, καὶ τυφλότητα διαβολικήν, ὅτι τὸν μόνον ἀγαθὸν πείθειν ἤθελε κακοποιεῖν· κατὰ πολλὴν δὲ λίαν ὠμότητα, οὐκ ἀρκεῖται μέρος αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἀπολέσαι, ἢ τινας τῶν παίδων, ἀλλ' ἀθρόον αὐτὸν πάντων ἔρημον καταστῆσαι βούλεται· διὸ οὐ μερικῶς, ἀλλὰ καθολικῶς ἐξαιτεῖται τὸν δίκαιον, λέγων, ἅψαι πάντων

ὧν

ὧν ἔχει, γυμνώσοι αὐτὸν πάσης ἀνθρωπίνης ἐλπίδος, ἔσω ἐλέγξει καὶ θρηνῶν εἰκὼν ἀπαράβλητος· τότε γὰρ, καὶ τὸ εὐχάριστον καὶ τὸ εὔγνωμον θαυμασθήσεται, ταῖς μεταβολαῖς μηδαμῶς ἐλεγχόμενον· Εἰ οὐκ εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει, τουτέστιν, ἐὰν μὴ τότε σε φανερῶς βλασφημήσῃ, καὶ ἐναντίον σου θρασυνόμενος ἀκονήσει τὴν γλῶσσαν, ἅτε τὴν συμφορὰν μὴ βαστάζων τὸ μέγεθος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, Εἰς πρόσωπον, φανερῶς· ἀναισχύντως, οὐχ ὑποστελλόμενος.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Εὐφήμως δὲ ἡ γραφὴ τὸ, εὐλογήσει, ἀντὶ τοῦ, βλασφημήσει, κέχρηται· ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς βασιλείαις γέγραπται περὶ τοῦ Ναβουθαὶ, εὐλόγησε Θεὸν καὶ βασιλέα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καταρᾶται τοίνυν, ἀντὶ τοῦ καταράσεται, καὶ βλασφημήσει σε, ὁ διάβολος εἶπε, τῷ εὐφημοτέρῳ χρησάμενος ὀνόματι, ὅπως μὴ πρὸς θεὸν τὴν τραχυτέραν προενέγκηται λέξιν, μηδὲ ἐρεῖ, ὅτι ἐξ ἐναντίας δή σοι ἔσται, τῷ θεῷ.

postulat ad ruinam; cùm ait, *Tange omnia quæ habet*, ſpe omni humanâ illum nudato, acerbitatum ac dolorum ſit exemplar ſingulare, tunc enim illius grati animi ſignificatio admirationi erit, cùm temporum rerumque inclinationibus haudquaquam coargui potuerit. *Si non in faciem tibi benedixerit*; id eſt, ſi non te maledictis palam tunc inceſſerit, & audaciâ contra te elatus linguam exacuerit, quippe cùm calamitatis magnitudinem ferre non queat.

CHRYSOSTOMI. Hoc enim eſt, *in faciem*, palàm, impudenter, nihil reveritus.

OLYMPIODORI. Scriptura autem pro, *blaſphemabit*, honeſto uſa vocabulo, dixit, *benedicet*; ſicut & in Regnorum libris de Nabutho ſcriptum eſt, *benedixit Deum & Regem*. Reg.3.20 13

DIDYMI. Hoc igitur loco, pro diris imprecationibus te devovebit, & maledictis proſequetur, diabolus, ſpecioſius vocabulum uſurpans, *benedicet*, dixit, ne vocem aſperiorem proferret, & Deo diceret, quòd Jobus ipſi aduerſari vellet.

Τότε εἶπεν ὁ κύριος τῷ διαβόλῳ, ἰδοὺ πάντα ὅσα ἔχει δίδωμι ἐν τῇ χειρί σου, ἀλλ' αὐτοῦ μὴ ἅψῃ.

Tunc dixit Dominus diabolo, ecce omnia quæcunque ſunt ei, do in manum tuam, ſed eum ne tetigeris.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ μὲν διάβολος οὐκ εἰδὼς τὸ μέλλον, οὐδὲ ἐμβατεύων καρδίαις, μάτην ἐπαγγέλλεται τὴν ἧτταν τοῦ δικαίου. Εἰ γὰρ, φησὶν, εἰ συγχωρήσοι μοι ὁ Θεὸς ἅψασθαι τῶν αὐτοῦ προσόντων, καὶ γυμνῶσαι τῆς προσούσης περιουσίας τε καὶ δόξης, παρεσκεύασα ἂν αὐτὸν βλάσφημα ῥήματα φθέγξασθαι. ὁ δὲ Θεὸς * προγνώστης ὢν, οἶδεν ὡς νικήσει ὁ ἀθλητής. ὅθεν καὶ συγχωρήσει τῷ διαβόλῳ τὰ κατὰ γνώμην πρᾶξαι περὶ τὸν δίκαιον, μόνον εἴρξας αὐτὸν τῆς κατὰ τοῦ σώματος βλάβης.

* ἴσ. τοῦ μέλλοντος.

OLYMPIODORI & POLYCHRONII. Cùm futuri ignarus ſit diabolus, neque in hominum corda inſinuare ſeſe penitùs poſſit, fruſtra ſibi juſti cladem pollicetur: quandoquidem dicat, ſi Deus mihi poteſtatem in ejus facultates conceſſerit, & rerum copiâ ac gloriâ quâ fruitur ſpoliare permiſerit, ut blaſphema verba proferat, facilè incitabo. Deus autem qui futura longè ante novit, de athletæ ſui victoriâ non dubitavit, unde & diabolo, pro ſuâ libidine contra juſtum facere, veniam conceſſit, modò corpori parceret, nec injuriam ullam ei inferret.

CHRY-

CHRYSOSTOMI. Ita mei, inquit, athletæ virtuti confido, ut, quamvis ipſe dixeris, *Mitte manum tuam*, contrà ego dicam, *In manum tuam do omnia quæcunque ſunt illi*; In manu tuâ, ſceleſtâ, & inſatiabili. Quid ais? quid poſt teſtimonium à te dictum, novâ opus eſt exploratione? Verùm ut diaboli os, inquit, obſtruatur, ut juſtus fiat inſignior, ut poſteris, patientiæ & ærumnæ medicamenta, relinquamus.

OLYMPIOD. Ac vide, nec dicente ſceleſto, veniam mihi concede, magnus agonotheta, cui ſui erat virtus athletæ perſpecta, eidem adverſario eum condonat, ut illo ipſo, utcunq; collibitum fuerit, utatur. Sed quoniam humani generis hoſtis, furorem nunquam expleri poſſe intelligebat, ejus libidinē infinitā certis finibus circūſcribit: rebus, inquit, illius tuâ voluntate & arbitratu utere, ipſum verò ne attigeris.

APOLINARII. Hîc innuitur, noluiſſe diabolum, ut in Jobi tantùm filiis vulneris acerbitas hæreret, ſed etiam ut ad ipſum juſtum permanaret: ſed quod cupiebat, non eſt auſus, niſi permittente Deo. Ex quo intelligimus, nullam eſſe diabolo adverſùs nos poteſtatem, niſi ex occultis quibuſdam providentiæ rationibus, quibus noſtra gubernat Deus, permittatur.

DIDYMI. Illud enim, *Ecce in manum tuam do omnia*, prorſus perſuadet, ſine Deî permiſſu à diabolo tentari neminem: ut autem ſciamus, ipſi etiam permiſſioni ſtatui modum, addit, *Sed eum ne attigeris*. Unde planum eſt, non fato, vel caſu, ſed divinâ permiſſione, calamitates accidere.

OLYMPIODORI. Attende ejus, qui certamini præeſt, ſapientiam. Nam primùm in externis, & in quibus minùs erat periculi, athletam ipſum exerceri ſinit, ſed ubi victorem eum declaravit, tunc adverſùs corpus certamen proponit: interea tamen calamitatem juxta vires metitur,

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὕτω γὰρ, φησι, θαῤῥῶ τῷ ἐμῷ ἀθλητῇ, ὅτι σὺ εἶπας, ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, ἐγὼ δὲ λέγω, ὅτι ἐν τῇ χειρί σου δίδωμι πάντα ὅσα ἐστὶν αὐτῷ, τῇ χειρί σου, τῇ μιαρᾷ, τῇ ἀκορέστῳ. τί φῄς; τίς χρεία μετὰ τὴν σὴν μαρτυρίαν, ἑτέρας βασάνου; ἵν᾽ ἐπιστομισθῇ, φησιν, ὁ διάβολος, ἵνα λαμπρότερος φανῇ ὁ δίκαιος, ἵνα τοῖς μετὰ ταῦτα, καὶ ὑπομονῆς καὶ θλίψεως φάρμακα, καταλίπωμεν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Θέα δὲ, ὅτι τοῦ πονηροῦ μὴ εἰρηκότος, ἐπίτρεψόν μοι, ὁ μέγας ἀγωνοθέτης τὴν ἀνδρείαν ἐπιστάμενος τοῦ οἰκείου ἀθλητοῦ, αὐτῷ τῷ ἀντιπάλῳ δίδωσιν αὐτὸν ἔκδοτον, χρῆσθαι ὡς βούλεται. εἰδὼς δὲ τοῦ μισανθρώπου τὸν ἀκόρεστον θυμὸν, μέτρῳ περιορίζει τὸ ἀόριστον αὐτοῦ τῆς ἐπιθυμίας. τοῖς μὲν γὰρ αὐτοῦ, φησιν, ὡς βούλει κέχρησο, αὐτοῦ δὲ μὴ ἅψῃ.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐνταῦθα αἰνίττεται, ὅτι οὐκ ἐβούλετο ὁ διάβολος μέχρι τῶν παίδων στῆσαι τὴν πληγὴν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ ἅψασθαι τοῦ δικαίου. οὐ μὴν ἐτόλμα, ἀλλ᾽ ἢ συγχωροῦντος τοῦ Θεοῦ. διδάσκεται οὖν καὶ ἐντεῦθεν, ὅτι οὐδεμίαν ἔχει καθ᾽ ἡμῶν ἐξουσίαν ὁ διάβολος, εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ συγχωρηθῇ, κατὰ τὰς αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς ἀφράστους οἰκονομίας.

ΔΙΔΥΜ. Τὸ γὰρ, ἰδοὺ δίδωμι πάντα ἐν τῇ χειρί σου, παραστατικόν ἐστι, τοῦ μὴ χωρὶς θείας συγχωρήσεως ὑποπίπτειν τινὰ πειρασμοῖς. ἵνα δὲ φανερὸν γένηται ὅτι μέτρῳ καὶ τὴν συγχώρησιν ποιεῖται, ἐπιφέρει, ἀλλ᾽ αὐτοῦ μὴ ἅψῃ. ὅθεν δῆλον, ὅτι, οὔτε εἱμαρμένῃ, αἱ περιστάσεις συμβαίνουσιν, οὐδ᾽ ἐκ ταὐτομάτου, ἀλλ᾽ ἐκ Θεοῦ συγχωρήσεως.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Θέα δὲ σοφίαν ἀγωνοθέτου· πρῶτον * ἑαυ- in.al. ἐᾷ τὸν
τὸν ἀθλητὴν ἐν τοῖς ἔξωθεν, καὶ ἀκινδυνοτέροις γυμνασθῆναι, εἶτα νικηφόρον ἀναδείξας, τότε παρίστησι καὶ τὸν περὶ τὸ σῶμα ἀγῶνα· τέως γοῦν μετρεῖ τὴν συμφορὰν, καὶ μόνον μὲ

αὐτὸν

αὐτὸν ἀσφαλῶς κελεύει, τὰ δὲ περὶ αὐτὸν ἐκδίδωσι. τί γὰρ ἂν ἐνθένδε πάθοι φιλόσοφος ἀνὴρ, ὁ μὴ τιμᾷν ἐγνωκὼς τὰ φθορᾶς καὶ γέλωτος ὑποκείμενα;

Καὶ ἐξῆλθεν ὁ διάβολος παρὰ τοῦ κυρίου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Καίτοιγε οὐκ ἔστι τόπος ἔξω τῆς τοῦ θεοῦ δεσποτείας, ἀλλ' οὕτως εἶπεν, ἵνα δείξῃ ὅτι τὴν ἐπιτροπὴν λαβὼν διὰ τῆς συγχωρήσεως, εἴχετο λοιπὸν τοῦ ἔργου. καὶ ὅτι ἐντὸς τοῦ ἀγαθοῦ, φαῦλον οὐδὲν, οὔτε εἶναι, οὔτε περιάπτεσθαι, δύναται· ἔξω γάρ εἰσι τοῦ ἀγαθοῦ τὰ φαῦλα. κατὰ μὲν οὖν τὸν ἐμὸν λόγον, τὸ, ἐξῆλθε παρὰ κυρίου, ἀντὶ τοῦ, παρ' αὐτοῦ λαβὼν τὸ ἐνδόσιμον, ὥρμησε λοιπὸν ἐνεργῆσαι ὅσα συνεχωρήθη.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κατὰ δέ τινας, εἰ μὴ ἔξω γέγονε τοῦ Θεοῦ ὁ διάβολος, οὐκ ἂν ἐνήργησε τὰ κατὰ τοῦ Ἰώβ. κυριολεκτεῖται δὲ ἐπὶ τούτου μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῦ Κάϊν, τὸ, ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου κυρίου· ὃ δηλοῖ τὸ ἀφάνταστον τοῦ Θεοῦ εἶναι αὐτόν. τῶν γὰρ ἀεὶ τὴν ἔξω τυγχάνει, εἰ καὶ προσποιητῶς ἦλθε μετὰ τῶν παρεστώτων τοῦ Θεοῦ.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Ὅταν μὲν οὖν εἴπῃ, ὅτι ἦλθεν ὁ διάβολος, τὴν ὑπόθεσιν τοῦ πράγματος καὶ τὴν ἐπιχείρησιν, ἐξηγεῖται. ὅτε δὲ, τὸ, ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου κυρίου, τὴν συγχώρησιν διηγεῖται τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ κατὰ τῶν τοῦ δικαίου κτημάτων ἐξουσίαν· ὡς καὶ τὸ, ἐξῆλθε δὲ Κάϊν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν, ἔχων τὸν ὅρον τοῦ ἐπ' αὐτῷ τεθέντος προστάγματος. ἐντεῦθεν διδασκόμεθα, τὸν εἰς ἐπιβουλὴν ἀνθρώπου τρεπόμενον, ἐξέρχεσθαι παρὰ τοῦ κυρίου· καθὼς καὶ περὶ τοῦ Ἰσκαριώτου εἴρηται, ὅταν τὴν προδοσίαν ἐμελέτησεν, ὅτι, ἐξῆλθεν Ἰούδας· ἦν δὲ νὺξ, οὐ μόνον ἡ αἰσθητὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ νοητὴ, τῆς πωρώσεως. νὺξ γὰρ ἦν περὶ αὐτὸν τῶν κακῶν, ἡνίκα τοῦ φωτὸς ἀνεχώρησε.

eumq; bono animo eſſe jubet, quæ autem illius ſunt, adverſario tradit. Quid enim mali hinc capiat vir ad veram philoſophiã inſtitutus, qui nullũ iis deferre ſolet honorem, quæ corruptioni & riſui obnoxia ſunt?

Et egreſſus eſt diabolus à Domino.

OLYMPIODORI. Quanquam locus eſt nullus à divinâ poteſtate & imperio ſecluſus, ſic tamen Scriptura loquitur, ut oſtendat diabolum, conceſſâ ſemel veniâ ſine cunctatione opus aggredi: & quòd intra id quod bonum eſt, malum neque reperiatur, neque committi poſſit; quæ enim mala ſunt, extra bonum ſunt. Ergo meo quidem judicio, illud, *Egreſſus eſt à Domino*, pro eo eſt, impetratâ ab illo veniâ, ad illa quæ ſibi permiſſa ſunt agenda, aggreſſus eſt.

DIDYMI. Ex quorundam ſententiâ, niſi extrà Deum fuiſſet diabolus, contra Jobum nihil operatus fuiſſet. Ac de diabolo magis propriè quàm de Caino dicitur; *E-* Gen 4.16.
greſſus eſt à facie Domini, quod innuit eum viſione Dei non frui: ex eorum enim numero eſt qui foràs excluduntur, licèt unà cum iis, qui Deo aſſiſtunt, ſpecie quâdam venerit.

JULIANI. Cùm ergo illud dicit, *venit diabolus*, negotii occaſionem, aggreſſionémque ſignificat. Quando autem, *egreſſus eſt à facie domini*, permiſſionem divinam, & poteſtatem in juſti poſſeſſiones conceſſam, exponit. Uti etiam illud, *Egreſſus eſt autem Cainus à facie Dei*; Gen 4.16.
id eſt, mandati divini de ſeipſo accepto præſcripto. Hinc docemur à Domino egredi illum, qui ad inſidias homini ſtruendas convertitur; ſicut & de Iſcariotâ dictum eſt, cùm proditionem meditaretur; *Egreſſus eſt Judas: erat autem nox*, Ioh.13.30.
non tantùm quæ ſenſius, ſed quæ mentis oculos excœcaverat; quando enim à luce receſſit, malorum nocte circumfundebatur.

Et erat ſicut dies hæc.

OLYMPIODORI. Pro illo eſt, dies advênit, quâ theatrum apertum eſt, ac certamen initum, atque ad luctationem athleta deſcendit. Illud quoque conſidera, quemadmodum uno die, malorum iliadem diabolus intulerit, ut eum ad amentiam, ad indignationem, & ad congerenda in Deum maledicta incitaret. Id enim ſibi pollicebatur, cùm diceret, *Si non in faciem te benedixerit.*

CHRYSOSTOMI. Hoc igitur hiſtoriæ author, ut inſidiarum celeritatem oſtenderet, dixit; nondum enim meridies erat, cùm præliandi factum eſt initium.

DIDYMI. Conſequenter quidem diei, & liberorum conſeſſus meminit, ut hâc ratione illorum obitus, qui ſubitò unius temporis momento, ædium ruinâ extincti ſunt, fide non careret.

Καὶ ἦν ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, ἧκε τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ τὸ θέατρον ἠνοίχθη, καὶ ὁ ἀγὼν συνεκροτήθη, καὶ ὁ ἀθλητὴς κατέβη πρὸς τὰ παλαίσματα· καὶ ὅρα ὡς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ πάντα ὁ διάβολος ἐπήγαγε τὰ δεινὰ, εἰς ἔκπληξιν αὐτὸν, ἢ ἀγανάκτησιν, καὶ βλασφημίαν κινῆσαι βουλόμενος· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ὑποσχόμενος ἐτύγχανε, φήσας, Εἰ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἵνα τοίνυν ὁ συγγραφεὺς δείξῃ τὸ ὀξὺ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦτό φησιν· οὔπω γὰρ μεσούσης ἡμέρας ἤρξατο τοῦ πολέμου.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀκολούθως καὶ τῆς ἡμέρας μνημονεύει, καὶ τῆς συνελεύσεως τῶν τέκνων, ἵνα οὕτω καὶ τὸ τοῦ θανάτου αὐτῶν γένηται πιστὸν, ἀθρόως ὑφ' ἕνα καιρὸν ὑπὸ τὴν πτῶσιν τῆς οἰκίας ἀποθανόντων.

Et filii Jobi & filiæ ejus, bibebant vinum in domo fratris ſui ſenioris.

POLYCHRONII. Cur convivii filiorum mentionem fecit, cùm mox de bobus abactis dicere pararet? Vel utique ut ſubitam rerum omnium jacturam, & inſperatum atque improviſum malum, unoque die cunctarum ærumnarum tragœdiam accidiſſe, indicaret; vel ut rationem exponeret, quemadmodum poteſtate acceptâ, propoſitum ſine cunctatione aggreſſus fuerit. Itaque cùm dies pugnæ & congreſsûs cum juſto inſtaret, filii quidem unà epulabantur, nullius gravioris mali territi expectatione; quod ſanè ad repentinam illorum extinctionem diabolo, qui eos omnes ſociatos invênit, cecidit perquam commodè; & militari habitu, omnem fœlicitatis materiem ejs ademit.

Καὶ οἱ υἱοὶ Ἰὼβ καὶ αἱ θυγατέρες αὐτοῦ, ἔπινον οἶνον ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν τοῦ πρεσβυτέρου.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τίνος ἕνεκεν τοῦ συμποσίου τῶν παίδων ἐμνημόνευσε, μέλλων δὲ τὴν βοῶν ἁρπαγὴν λέγειν; ἢ πάντως ἵνα παραστήσῃ τὴν κατὰ πάντων ἀθρόαν ἀπώλειαν, καὶ τὸ ἀπροσδόκητον τοῦ κακοῦ, καὶ τὸ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ πᾶσαν τὴν τοῦ πάθους τραγῳδίαν συμβῆναι, ἢ ἵνα εἴπῃ ὅτι τῆς ἐξουσίας λαβόμενος, εἴχετο τοῦ προκειμένου. καὶ δὴ τῆς ἡμέρας ἐνστάσης καθ' ἣν τὴν μάχην ἔδει συγκροτῆσαι τὴν πρὸς τὸν δίκαιον, οἱ μὲν παῖδες ἦσαν ἐν εὐωχίᾳ ἐπὶ μιᾶς ἑστίας, οὐδὲν τῶν δεινῶν ἐλπίζοντες· ὅθεν καὶ ηὐπόρησε τῆς ἀθρόας κατ' αὐτῶν ἀπωλείας ὁ διάβολος, ἅμα πάντας εὑρὼν, καὶ σχήματι πολεμικῷ, τῆς * εὐποιίας τὴν ὑπόθεσιν ἀφείλετο. * ἴσ. εὐποτμίας, vel, εὐποσίας.

Καὶ

Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος ἦλθε πρὸς Ἰὼβ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, τὰ ζεύγη τῶν βοῶν ἠροτρία, καὶ αἱ θήλειαι ὄνοι ἐβόσκοντο ἐχόμεναι αὐτῶν, καὶ ἐλθόντες οἱ αἰχμαλωτεύοντες ᾐχμαλώτευσαν αὐτὰς, καὶ τοὺς παῖδας ἀπέκτειναν ἐν μαχαίραις, σωθεὶς δὲ ἐγὼ μόνος, ἦλθον τοῦ ἀπαγγεῖλαί σοι.

Et ecce nuncius venit ad Jobum, & dixit ei, juga boum arabant, & aſinæ fœminæ paſcebantur conjunctæ eis, & venientes captivantes captivârunt eas, & pueros interfecêrunt in gladiis: ſalvatus autem ego ſolus, veni ut annunciarem tibi.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἠδύνατο μὲν ὁ διάβολος ἐξουσίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβὼν, καὶ πολεμίων ἐρεθίσαι ψυχὰς, καὶ πῦρ αἰθέριον κατάγειν, καὶ μόνους ἀγγέλους σώζειν τῆς συμφορᾶς, καὶ πνεῦμα συγκινεῖν εἰς τὴν τῆς οἰκίας κατάπτωσιν, τῇ ἀγγελικῇ δυνάμει χρώμενος, ἣν ἐξ ἀρχῆς εἴληφε παρὰ τοῦ δημιουργοῦ. ἠδύνατο δὲ, ὡς ἔφην, παρὰ Θεοῦ συγχωρούμενος. * δυνάσθαι δὲ καὶ σχηματίζειν, καὶ τοὺς ἐκείνου δορυφόρους δαίμονας διασκευάζειν, ὡς πολεμίους φαίνεσθαι, καὶ ὡς ἀνθρώπους ἀπαγγέλλοντας τὰς συμφοράς· καὶ πυρὸς ὑπόληψιν ποιεῖν ἐξ οὐρανοῦ κατερχομένου, καὶ πνοῆς ἀνέμου βιαίας φερομένης κατὰ τῆς οἰκίας· ὅπου γε καὶ εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματίζεται, τοιαύτην τινὰ φύσεως ἐξουσίαν παρὰ τοῦ δημιουργοῦ λαχών. εἴτε οὖν οὕτως, εἴτε ἐκείνως ἠγωνίσατο, πλὴν ὅτι πικρῶς, καὶ ἐντέχνως, καὶ κακοήθως ἐχρήσατο τοῖς παλαίσμασιν *. ὅρα γὰρ ἀγγελίαν διαβολικὴν κακοτέχνως, καὶ κατὰ αὔξησιν προερχομένην, ἐφ' ᾧ τὴν ἄσειστον τοῦ δικαίου κατασεῖσαι ψυχήν· οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, τὰ ζεύγη τῶν βοῶν, ἀλλὰ καὶ ἠροτρία, ἀντὶ τοῦ, πόρον τῶν ἐκ τῆς γῆς προσόδων εἰργάζοντο· οὐδὲ ἁπλῶς εἶπεν, αἱ ὄνοι, ἀλλὰ αἱ θήλειαι, ἐξ ὧν ἡ ἐπιγονὴ, καὶ ἡ αὔξησις· εἶτα, εἰρηκὼς τὴν ἀφαίρεσιν τῶν ἀλόγων, τότε εἰς αὔξησιν τοῦ πάθους, προστίθησι, καὶ τῶν οἰκετῶν τὴν ἀναίρεσιν, τῶν ἐπὶ τοῖς κτήνεσι τεταγμένων.

* ἴσ. ἠδύνατο.

* ἴσ. μετῆλθεν.

OLYMPIODORI. Potuit quidem diabolus, à Deo poteſtate acceptâ, & inimicorum animos irritare, & ignem è cœlo deducere, ac calamitatum ſolos nuncios ſervare, & ventum, angelicis viribus utens, quas à primo ortu à Deo acceperat, ad diſturbandas ædes impellere; potuit autem, ut dictum eſt, veniâ à Deo priùs conceſsâ. Potuit etiam novas formas induere, & dæmonas ſatellites ſuos, falsâ quâdam effigie conformare, ut hoſtes apparerent, & quaſi homines, calamitatum nuncii eſſent: potuit etiam, ignis è cœlo ruentis, & venti violenti domum evertentis, opinionem concitare; cùm *in Angelum lucis transfiguretur*, talemque naturæ poteſtatem ab opifice ſortitus ſit. Sive igitur hâc, ſive illâ ratione pugnaverit, manifeſtum tamen eſt, quòd acerbè, aſtutè, & malignè luctationibus uſus fuerit: conſidera enim, quo improbo artificio diaboli nuncius proceſſerit, & progrediendo incrementum ceperit, ut Jobi animum inconcuſſum labefactaret: non enim ſimpliciter dixit, *Juga boum*, ſed addit, *arabant*, id eſt, quæſtum ex iis, quæ terra reddit, faciebant: neque ſimpliciter dixit, *aſinæ*, ſed, *aſinæ feminæ*, è quibus fœtus & propagatio. Adhæc, jumentorum amiſſione expoſitâ, ſervorum, qui armentis præpoſiti erant, cædem adjicit, ut doloris acerbitatem augeat.

Cor.2.11.14.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Φόνος τῇ ἀπωλείᾳ ἀναμέμικται, ὅπως φορτικὸς

CHRYSOSTOMI. Cum rerum amiſſione cædes miſcetur, ut major hoſtium

immanitas videatur: magna fuit crudelitas & inhumanitas, ac calamitas gemina, cædes & captivitas; quinetiam ſuperſtitis ſalus, malorum additamentum fuit.

OLYMPIODORI. Non humanitate adverſarii ſervatus eſt ſolus, qui hæc nunciaret, ſed ut triſtium rerum duntaxat nuncius exiſteret: fortaſſe etiam, non homo aliquis erat, qui nuncium perferebat, ſed ipſe dæmon, nunciorum perſonam ac formam induebat.

CHRYSOSTOMI. Vidiſti, quàm celere & improviſum vulnus, quàm nova ac inuſitata calamitas: is qui rebus omnibus circumfluebat, qui nihil tale fuerat antè expertus, continuò rerum omnium poſſeſſione privatur; neque enim pars una bonorum ei erepta eſt, alia verò, ad amiſſorum conſolationem, relicta; ſolus autem nuncius, qui tragœdiam narraret, reliquus eſt factus.

DIDYMI. Animadverſione dignum eſt, quemadmodum, quæ ſubitò contigiſſe nunciata ſunt, ex ipſâ relatione acerbum in ſe contineant, & ad ſummam triſtitiam inclinent. Verùm, etſi propter ſubitum caſum, perturbare Jobi mentem hæc ipſa poterant, nequaquàm tamen juſtum permovêrunt; ſcriptum enim eſt alicubi in Pſalmis de ſancto, *ab auditione malâ non timebat.* Pſal. 111.7.

POLYCHRONII. Pro eo, *venientes captivantes captivârunt*, codex hebraicus habet, *irruêrunt Sabei*, id eſt, Sarraceni. Illud verò alterum, *ſalvatus ego ſolus veni nunciare tibi*, in Hebræo eſt, *ut nunciarem tibi, ego tantùm evaſi.* Mens autem diaboli, ex iis quæ dicta ſunt, manifeſtiùs dignoſcitur: ſive enim ille ipſe, qui aderat, nuncii habitum ementitus fuerit; ſive de ſervis quempiam ſervaverit, ad augendum dolorem, quæ acciderant crudeliter fabricâſſe oſtenditur.

ποιεῖ τοὺς πολεμίους φαίνεσθαι· πολλὴ ἡ ὠμότης, καὶ ἡ ἀπανθρωπία, διπλῆ ἡ συμφορά, φόνος, καὶ αἰχμαλωσία· καὶ ἡ σωτηρία τοῦ περιλειφθέντος, προσθήκη τῶν κακῶν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Σέσωσται γὰρ μόνος ὁ ἀπαγγείλας ταῦτα, οὐ φιλανθρωπίᾳ τῶν πολεμίων, ἀλλ' ἵνα μηνυτὴς τῶν σκυθρωπῶν γένηται· ἴσως δέ, οὐκ ἄνθρωπος ἦν ὁ ἀπαγγέλλων, ἀλλ' αὐτὸς ὁ δαίμων, εἰς τοὺς ἀγγέλους ἐσχηματίζετο.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἶδες πόση ταχύτης τῆς πληγῆς, καινὴ καὶ ξένη ἡ συμφορά· ὁ ἐν τοσαύτῃ ἀφθονίᾳ, καὶ μηδέποτε πεῖραν λαβὼν τοιούτου τινὸς, ἐξαίφνης γέγονεν ἐν ἀφαιρέσει τῶν ὄντων πάντων· οὐ γὰρ, τὰ μὲν ἀφῃρέθη, τὰ δὲ ὑπελείφθη, πρὸς παραμυθίαν τινὰ τῶν ἀπολλυμένων, ἀλλ' ἐστὶν ὑπολείπεται μόνος, ὁ τὴν τραγῳδίαν ἀπαγγέλλων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κατανοῆσαι δὲ ἄξιον, ὅπως τὰ τῆς ἀπαγγελίας ἀθρόως γεγενημένα, καὶ ἐκ τῆς διηγήσεως ἔχει τὸ βαρὺ, καὶ τὸ, πρὸς λύπην ὑπερβάλλουσαν, ἐπιρρεπές. ἀλλ' εἰ καὶ ἱκανὰ ἦν ταράξαι, διὰ τὸ ἀθρόον τοῦ χαλεποῦ, ὅμως οὐκ ἐταράχθη ὁ δίκαιος· εἴρηται γοῦν ἐν ἑνὶ τῶν ψαλμῶν περὶ τοῦ ἁγίου, ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς οὐ φοβηθήσεται.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἀντὶ μὲν τοῦ,, ἐλθόντες οἱ αἰχμαλωτεύοντες, ἐπέπεσον οἱ Σαβαῖται, ἔχει τὸ ἑβραϊκὸν, εἴτουν, οἱ Σαρακηνοί· τὸ δὲ, ἐσώθην ἐγὼ μόνος, καὶ ἦλθον τοῦ ἀπαγγεῖλαί σοι, ὁ ἑβραῖος, ἐσώθην, ἔχει, τοῦ ἀπαγγεῖλαί σοι, μόνον. ἐμφατικώτερον δὲ τοῦ διαβόλου ἡ διάνοια γνωρίζεται, διὰ τοῦ ῥηθέντος· εἴτε γὰρ ἐσχηματίζετο ὁ παρὼν, εἴτε ὄντως τις τῶν οἰκετῶν διεσώθη, δείκνυται πικρῶς διασκευάσας τὸ συμβὰν, πρὸς αὔξησιν τοῦ πάθους.

Adhuc iſto loquente, venit alius nuncius, & dixit ad

Ἔτι τούτου λαλοῦντος, ἦλθεν ἕτερος ἄγγελος, καὶ εἶπε πρὸς

Ἰὼβ

Ἰὼβ, πῦρ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέκαυσε τὰ πρόβατα, καὶ τοὺς ποιμένας κατέφαγεν ὁμοίως, καὶ σωθεὶς ἐγὼ μόνος, ἦλθον τοῦ ἀπαγγεῖλαί σοι.

Jobum, ignis cecidit de cœlo, & combuſſit oves, & paſtores devoravit ſimiliter, & ſalvatus ego ſolus, veni ut annunciarem tibi.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ πρὸς τὴν πρώτην ἀκοὴν ὁ δίκαιος οὐκ ἐταράχθη, ἀλλὰ γενναίᾳ ψυχῇ τὴν ἀγγελίαν ἤνεγκε, καὶ τὴν πεῖραν τοῦ δυσμενοῦς ἀπεκρούσατο, εὐθὺς ἕτερος τοῦ διαβόλου δορυφόρος ἐπέστη, οὐκ ἔτι μὲν αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπων πολεμεῖσθαι, λέγων, οὐρανόθεν δὲ κεραυνῷ βληθῆναι τὰ πρόβατα, καὶ τοὺς ποιμένας, καὶ τὸν Θεὸν αὐτῷ παραδηλῶν πολέμιον γεγονέναι, τὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ σεβόμενον.

OLYMPIODORI. Ubi primo audito nuncio, non ſolùm juſti animus conſternatus non eſt, verùm animo forti tulit, atque imminentis adverſarii impetum propulſavit, confeſtim alius quidam diaboli ſatelles ſupervênit, non ampliùs ſibi ab hominibus bellum inferri dicens, verùm oves ac paſtores cœlitùs fulmine tactos eſſe, Deúmque ipſum, quem venerabatur, hoſtem ſibi factum eſſe ſubindicans.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Πικρότατα γὰρ ὁ διάβολος, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φέρεσθαι τὸ πῦρ, ἐσχηματίσατο, ἵνα μὴ παρ᾽ ἀνθρώπων νομίσῃ πολεμεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ Θεοῦ, ὃν εὐσεβεῖν ἐσπούδαζε, καὶ εἰς ἀνελπιστίαν βοηθείας πέσῃ, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν.

POLYCHRONII. Acerbiſſimè ignem de cœlo delapſum eſſe commentus eſt diabolus, ut non cum hominibus ſolùm, verùm etiam cum Deo, quem colere ſtuduit, bellum ſibi eſſe arbitraretur, eáque ratione, ſpe omni præſidii ſublatâ, in deſperationem incideret.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μετεμελήθη ὁ πονηρὸς, ὅτι κακῶς τὰ πρῶτα ἀπήγγειλε· κακῶς, φησὶν, ἐτόξευσα, οὐ κατὰ σκόπου ἔβαλον, παρεπλανήθη ἡ * ἄτρακτος· * εἶπον, ὅτι οἱ ἄνθρωποι τὰ ζεύγη, καὶ τὰς ὄνους ᾐχμαλώτευσαν, δύναται λογίσασθαι ὁ Ἰὼβ, ἄνθρωποί με ἠδίκησαν, τί τοῦτο πρὸς τὸν Θεόν; τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀδικίαν Θεῷ ἐπιγράψω; ἄλλοι οἱ ἀδικήσαντες, καὶ ἕτερος ἔσται ὁ βλασφημούμενος. ἵνα οὖν μεταγάγῃ αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων εἰς Θεόν, φησι, πῦρ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· Ἀκύλας δὲ, καὶ Θεοδοτίων, πῦρ, εἶπον, Θεοῦ. μὴ δύνῃ εἰπεῖν, ὅτι ἐχθροὶ ἔρριψαν ἄνωθεν, ὕβριζον τὸν ἀδικήσαντα, βλασφήμησον τὸν πολεμήσαντα· διὰ τί λατρεύεις αὐτῷ; διὰ τί προσκυνεῖς τὸν ἀναλίσκοντά σου τὰ κτήματα; μὴ νόμιζε, ἀνθρωπίνας εἶναι τὰς πληγὰς

* ἰσ. ἄτρακτος.
* ἰσ. εἰπών.

CHRYSOSTOMI. Pœnituit diabolum primi nuncii, quòd minùs rectè res geſtas expoſuerit: malè, inquit, jaculatus ſum, haudquaquàm collineavi, jaculum aberravit. Cùm ab hominibus, aſinas & boves abactos eſſe, dixerim, Jobus ita ſecum ratiocinari poterit; homines injuriâ me affecerunt, quid hoc ad Deum? injuriamne mihi ab hominibus illatam Deo adſcribam? alii ſunt, qui injuriam intulêrunt, & alius eſſe debet, quem blaſphemare oportet. Ut igitur ejus cogitationem ab hominibus ad Deum traduceret, ait, *ignis decidit de cœlo*: Aquila autem, & Theodotion, *ignis Dei*, dixêrunt. Hoſtes ex alto ignem dejeciſſe dicere non potes, contumeliis eum proſcinde, qui injuriâ te affecit, illique maledicito, qui bellum tibi intulit: cur illi ſervis? cur eum adoras, qui tuas opes evertit? noli putare, ab hominibus tibi infligi vulnera, cùm audis, *captivantes*: de cœlo deſuper

bellum tibi infert Deus, & hoc quidem ex eo manifeſtũ eſt, quòd ignis è cœlo demiſſus oves cõſumpſerit. Vide, quanta diaboli ſit potentia, quantáq; vis, quemadmodũ tot nationes cõcitârit, ſeu etiam dæmonas in hoſtes trãsformârit, quãtâ hæc omnia facilitate adminiſtrârit, conſidera. Ignẽ verò illum ne credas verũ fuiſſe ignem (illius enim fabricandi caret poteſtate) ſed ignis ſpecie, omnia comburere viſus eſt; vel ſi reverà ignis exſtitit, ex eo, qui in rerum naturâ reperitur, ſumptũ commôvit, idque Deo permittente.

DIDYMI. Nec enim poterat diabolus ignem è cœlo deducere, verùm Dei judicio hoc factum eſt, ut Satanæ oſtenderet, qui poteſtatem in Jobi facultates ei conceſſerat, beato viro mortalia & humana hæc cordi non eſſe, quantumvis multas machinas ipſi admoveret. Licet enim ſanctus diligenter in veritatis dogmatibus verſatus, ſine Dei permiſſu, tentandi veniam minimè concedi, certò intelligeret; propter eos tamen qui ſcandalizabantur, ac ſi Deus ipſum hoſtiliter adortus fuiſſet, non levem ei dolorem attulit, id quod evenerat. Etenim quòd prædantes adverſarii pecus abegiſſent, quòd pueros interfeciſſent, id non à Deo, ſed ab hoſtibus hoſtiliter invadentibus factum eſſe, ij qui ſimpliciores erant, credere poterant: at ubi ignem è cœlo nunciatũ eſt à Deo delapſum eſſe, ſanè periculũ imbecillis mentibus creabatur, ne fortè crederent nihil eſſe in ipſâ virtute admirabile, cùm is qui eam poſſideret à Deo nihilominus cruciaretur. Sed neque, cùm hoc accidiſſet, ſanctus animo labaſcebat; unde ut conſtantem & irremiſſum ſancti tenorem evidenter manifeſtaret, dictum eſt, quòd dum unus loqueretur, alter venerit. Ne igitur luctatori requiem ullam, & reſpirationem laborum largiretur, ſed frequenti nuncio juſtũ turbaret, & ægritudinũ mole tanquã navẽ fluctuũ multitudine obrutã, ſuccũbere cogeret, multa & acerba calamitatum tela contra ipſum jaculatur; ipſe malorum opifex, ipſe nuncius, ipſe jumenta

ἀκούσας, αἰχμαλωτεύοντας· ἄνωθέν σοι πολεμεῖ, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὁ θεός. καὶ δῆλον, ὥστε καὶ πῦρ κατελθὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, κατέφαγε τὰ πρόβατα. ὅρα πόση τοῦ διαβόλου ἡ δύναμις, πῶς ἔθνη τοσαῦτα ἐκίνησεν, εἴτε δαίμονας σχηματίσας εἰς πολεμίους, σύ μοι τὴν εὐκολίαν νόησον· μὴ νομίζων πῦρ εἶναι κατ' ἀλήθειαν. οὐ γὰρ δύναται δημιουργεῖν, ἀλλ' οὕτως ἔδειξε καταφλέξαι ἅπαντα· ἢ εἴπερ ἦν κατ' ἀλήθειαν πῦρ, ἐκ τοῦ ὄντος καὶ τοῦτο κεκίνηκε, θεοῦ ἀφέντος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ γὰρ διάβολος ἐξουσίαν ἔχει, πῦρ ἐξ οὐρανοῦ καταγαγεῖν, ἀλλὰ θείᾳ κρίσει τοῦτο γεγένηται, ὅπως παραστήσῃ τῷ Σατανᾷ, ὁ δεδωκὼς αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν τῶν τοῦ Ἰὼβ θεός, ὅτι οὐδὲ μέλει τῷ μακαρίῳ τῶν ἀνθρωπίνων, κἂν πολλὰς πλέκῃ μηχανάς. καίτοιγε, εἰ καὶ τὰ δόγματα τῆς ἀληθείας ἠκριβωκὼς ὁ ἅγιος ἐγίνωσκεν, ὡς οὐκ ἄνευ Θεοῦ ἡ τῶν πειρασμῶν ἐπιτροπὴ γέγονεν, ἀλλ' ἱκανὸν ἦν τὸ γινόμενον, μεγίστην αὐτῷ φέρειν λύπην, διὰ τοὺς σκανδαλιζομένους, ὡς καὶ θεοῦ κατ' αὐτοῦ χωροῦντος. τὸ γὰρ τοὺς αἰχμαλωτίζοντας ἐπελθόντας, τὰ μὲν κτήνη ἀπελάσαι, τοὺς δὲ παῖδας ἀποσφάξαι, ἠδύναντο λογίσασθαι οἱ ἁπλούστεροι, ὅτι νόμῳ πολέμου, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ θεοῦ γέγονεν· ὅτε δὲ πῦρ ἀπήγγελται οὐρανόθεν κατελθόν, δέος ἦν, μή τις λογίζηται τῶν ἀσθενῶν, ὡς οὐδὲν θαυμαστὸν ἡ ἀρετή, καὶ παρὰ θεοῦ τιμωρουμένου τοῦ ταύτην ἔχοντος· ἀλλὰ καὶ τούτου συμβάντος, ὁ ἅγιος οὐκ ὤκλασεν· ὅθεν πρὸς τὸ ἀνένδοτον τοῦ ἀθλητοῦ ἐναργέστατα * εἴρηται, τὸ, ὅτι ἔτι ἐλάλει, καὶ ἕτερος ἦλθεν. ἵνα γὰρ μηδεμίαν τῶν πόνων ἀναψυχὴν τῷ παλαιστῇ δῷ, ἀλλὰ τῷ συνεχεῖ τῆς ἀγγελίας ταράξῃ τὸν δίκαιον, καὶ καθάπερ ναῦν, τῷ ἐπαλλήλῳ τῶν κυμάτων ὑποβρύχιον γενέσθαι παρασκευάσῃ τοῖς πάθεσι, πυκνὰ κατ' αὐτοῦ πέμπει τὰ πικρὰ βέλη τῶν συμφορῶν. αὐτὸς ὁ τῶν κακῶν ἐργάτης, αὐτὸς ὁ ἄγγελος, αὐτὸς ἔπληξε τὰ

κτήνη

* ἴσ. [illegible]

κλίνη, καὶ αὐτὸς ἀπαγγέλλει τὴν πληγὴν, καὶ ταύτην κατὰ τὴν συνέχειαν, ἵνα μηδὲ ἀναπνεύσῃ ὁ ἀκούων.

percuſſit, & ipſe plagam annunciat, & illam frequentem adeò, ac continuam, ut auditori reſpiratio non concedatur.

Ἔτι τούτου λαλοῦντος, ἦλθεν ἕτερος ἄγγελος, καὶ εἶπε πρὸς Ἰὼβ, οἱ ἱππεῖς ἐποίησαν ἡμῖν κεφαλὰς τρεῖς, καὶ ἐκύκλωσαν τὰς καμήλους, καὶ ᾐχμαλώτευσαν αὐτὰς, καὶ τοὺς παῖδας ἀπέκτειναν ἐν μαχαίραις. ἐσώθην δὲ ἐγὼ μόνος, καὶ ἦλθον τοῦ ἀπαγγεῖλαί σοι.

Adhuc iſto loquente, venit alius nuncius, & dixit ad Jobum, equites fecêrunt nobis tria capita, & circumdedêrunt camelos, & captivârunt eos, & pueros occidêrunt in gladiis: ſalvatus autem ſum ego ſolus, & veni ut annunciarem tibi.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἡ πάλιν κάτωθεν ἀγγελία τοῦ πολέμου, ὡς ἂν ἀπείπῃ, καὶ ὑπὸ θεοῦ, καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων πολεμούμενος. τὸ δὲ, κεφαλὰς τρεῖς, ἀντὶ τοῦ, διέταξαν ἑαυτοὺς οἱ πολέμιοι εἰς ἀρχὰς καὶ τάγματα τρία. οὕτω γὰρ Ἀκύλας ἐκδέδωκεν, οἱ Χαλδαῖοι ἔθηκαν καθ' ἡμῶν τρεῖς ἀρχάς. σώζεσθαι δὲ πάλιν μόνον, φησὶ, τῶν συμφορῶν ἀγγελιαφόρον. προσέθηκε δὲ, καὶ τὴν ἀνθρώπων τὴν ἀναίρεσιν, ἐφ' ᾗ μάλιστα ἀλγοῦσιν οἱ δίκαιοι.

OLYMPIODORI. Rurſus belli mentio per nuncium fit, ut Jobus animum deſponderet, quaſi à Deo, & hominibus bello laceſſitus. Illud autem, *capita tria*, id eſt, triplici adverſarii inſtructâ acie, tribúſque ducibus creatis, irruptionem fecêrunt: ſic enim Aquila expoſuit, *Chaldæi diſpoſuerunt contra nos tres præfecturas.* Addit verò narrationi, ſolum calamitatis nuncium fuiſſe ſervatum; nec de interfectis ſilet hominibus, quorum nece, viri probi magnoperè mœrent.

ΔΙΔΥΜΟΥ· Τὸ γοῦν, καὶ περὶ τῆς σφαγῆς τῶν παίδων ἀκοῦσαι, καὶ ἀνδρείως ἐνεγκεῖν, τοῦτο δείκνυσι τὴν ἀνδρείαν τε τοῦ δικαίου, καὶ καρτερίαν. δῆλον δὲ ὡς ὑφ' ἓν πάντα γέγονε, μηδὲ ἀκουσάντων ἐκείνων τὰ συμβεβηκότα, καὶ γὰρ ἐσημειώσατο ἡ γραφὴ, ὅτι παρὰ τῷ πρεσβυτέρῳ αὐτῶν ἀδελφῷ ἠρίστων. ταῦτα ἱκανὰ ἦν εἰς ἔκστασιν ἀγαγεῖν καὶ θορυβῆσαι, τοὺς μὴ λογιζομένους τὰς συνεχεῖς τροπὰς τῶν πραγμάτων καὶ ἀλλοιώσεις, τοὺς συνέχειν πειρωμένους τὰ μὴ ἴδια, ὧν ἡ κτῆσις λυπηροτέρα, καὶ τῆς παρ' ἀρχῆς στερήσεως. ἤδη γάρ τινες τῶν ἀθρόᾳ τῆς μεταπτώσεως προσομιλήσαντες, καὶ περὶ αὐτὸν τὸν σώφρονα νοῦν ἐκινδύνευσαν, τοσοῦτον ἁλόντες ὑπὸ τοῦ πάθους, ὅσον καὶ ἠγάπησαν τὰ μίσους ἄξια, καὶ φυγῆς. μέτρον γὰρ αὐτοῖς τὴν

DIDYMI. De liberorum nece audire, idque forti animo ferre, juſti fortitudinem, invictúmque robur teſtatur. Atq; iſthæc omnia Jobi filiis imprudentibus, nihilque ſcientibus, ſimul eveniſſe indicat apertè Scriptura, cùm apud fratrem natu majorem illos prandiſſe oſtendit. Magnam vim hæc habent, ad illorum mentes conturbandas, & ſtupore conſternandas, qui frequentes rerum humanarum converſiones & mutationes minimè meditantur; qui bona, quæ ſua non ſunt, corradere conantur, quorum moleſtior ſolet eſſe poſſeſſio, quàm privatio ab initio fuit. Hactenus enim nonnulli in ſubitâ rerum mutatione verſantes, ſanæ mentis periculum adiêrunt, & perturbationi animi tantum ceſſêrunt, ut quæ odio ac fugâ digna erant, adamârint; tranquillitas

tas enim nullis ærumnis exercita, illorum anxietatem metitur. Bonorum enim poſſeſſionem non adipiſci, triſtitiam comitem non agnoſcit; experientiam autem eorum ſemel habuiſſe, antequam eripiantur, metum cum perturbatione conjunctum habet, & poſtquam erepta fuerint, dolores acerbos ſecū affert; ſiquidem tranquillitas effrænis, & mens quæ diſciplinâ imbui nequit, miſerrimis lamentationibus corripitur. Talis nequaquam fuit inſignis Jobus, illud (inquam) eximium tolerantiæ conſtãtiæque peculium, ſumma illa fortitudinis abſolutio, illud pietatis caput, & philoſophiæ rarum exemplar: tranquillitatē enim prudenter, & calamitatem fortiter ferre noverat; philoſophiam enim & æquanimitatem, quâ priùs imbutus erat, quæ deinde conſequuta ſunt vulnera, minimè refutãrunt. Quâ enim ratione, homini divinarum rerum diſciplinâ exculto, atque ad pietatem anteà inſtituto, intolerabilis ærumna illa videri poterat? qui enim didicit, divitias communes habere, ſumptus faciendo in egenos ditefcit, nec divitiarum jacturam reformidat: quare, nec ab illis divulſus ægrè fert, ſed calamitatem philoſophiæ & æquanimitatis cauſam potius facit; rebus proſperis, morum modeſtia pro fræno eſt, & adverſis ſe frangi & cedere non ſinit, utpote qui divino præſidio ſeptus ſit. Novit enim utrumq; ſtatum philoſophia moderari, unde nec magnificentiâ ad injuriam abutitur, philoſophiam enim poſſidet, neque ærumnarum procellâ obruitur, animi enim tolerantiam exercet, & maligni tentatio, via illi ad ſalutem ſit. Deceptus igitur eſt adverſarius, qui Jobo ad bonorum poſſeſſionem viam patefecit, quâ eripere ei in animo habuit; quare & conjux inſidioſa objurgatur, & liberorum omnium interitus pietatem minimè lædit, nec ignis ruens è cœlo, de ſuo ſtatu mentē, Dei beneficio ſervatā, deturbat: nec frequentes malorū nuncii, & qui undiq; exaudiebantur, ejulatus, conſtantiam labefactant. Nam qui Deo utitur familiariter, res

ἀθυμίαν, τῆς πολλῆς εὐθυμίας τὸ ἀβασάνιστον. τὸ γὰρ μὴ πρὸς κτῆσιν ἐλθὸν, καὶ λύπης ἐστὶν ἀπείρατον· τὸ δὲ ἐν πείρᾳ γενόμενον, καὶ περὶ τῆς στερήσεως σύνοικον ἔχει τὸν φόβον τοῦ πάθους, καὶ μετὰ τὴν στέρησιν δριμείας φέρει τὰς ὀδύνας. εὐθυμία γὰρ ἀχαλίνωτος, καὶ νοῦς ἀπαιδαγώγητος, τελευταίοις ἁλίσκεται θρήνοις. ἀλλ' οὐ τοιοῦτος ἦν Ἰὼβ ὁ ἀοίδιμος, τῆς καρτερίας τὸ θαυμαστὸν χρῆμα, τῆς ἀνδρείας ὁ ἀκρότατος ὅρος, τὸ τῆς εὐσεβείας κεφάλαιον, τῆς φιλοσοφίας τὸ μέγα παράδειγμα· φέρειν γὰρ οἶδε, καὶ εὐθυμίαν σωφρόνως, καὶ συμφορὰν γενναίως· ἡ γὰρ προλαβοῦσα φιλοσοφία τὰ μετὰ ταῦτα πληγαῖς οὐδαμῶς ἀπελέγχεται. πῶς δ' ἂν καὶ ἐγένετο τὸ πάθος ἀφόρητον, τῷ τὰ θεῖα πεπαιδευμένῳ, καὶ προασκηθέντι καλῶς τὴν εὐσέβειαν; ὁ γὰρ τὸν πλοῦτον κοινὸν ἔχειν πεπαιδευμένος, ταῖς δαπάναις τῶν δεομένων πλουτεῖ, καὶ οὐκ εὐλαβεῖται τὴν στέρησιν· διὸ καὶ ἀφιστάμενος, οὐ δυσχεραίνει, φιλοσοφίας δὲ μᾶλλον ἀφορμὴν τὸ πάθος πεποίηται, καὶ τοῖς φαιδροῖς χαλινὸν ἐπιτίθησι τοῦ ἤθους τὸ μέτριον, καὶ τοῖς λυπηροῖς εἴκειν οὐκ ἀνεχόμενος, οἷα καὶ φρουρούμενος ἄνωθεν. οἶδε γὰρ φιλοσοφία πρὸς ἑκατέραν μεταβολὴν σωφρονεῖν, ὅθεν οὔτε ταῖς πολυτελείαις * ἐξύβρισε, πλουτεῖ γὰρ φιλοσοφίαν· οὔτε καταβαπτίζεται ταῖς συμφοραῖς, ἀσκεῖ γὰρ τὴν καρτερίαν, καὶ γίνεται αὐτῷ σωτηρίας ὁδὸς, ἡ τοῦ βασκάνου πεῖρα. ἔλαθε γὰρ ἑαυτὸν ὁ πολέμιος, ἐκεῖθεν ὁδοποιῶν αὐτῷ πρὸς τὴν κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν, ὅθεν ἑλεῖν αὐτὸν προσεδόκησε· διὰ τοῦτο, καὶ σύνοικος ἐπιβουλεύουσα διελέγχεται, καὶ παίδων πανωλεθρία τὴν εὐσέβειαν οὐ λυμαίνεται, καὶ πῦρ ῥέον ἀπ' οὐρανοῦ, τὴν διάνοιαν οὐ παραχρύεται, σωζομένην ὑπὸ θεοῦ· καὶ αἱ συνεχεῖς τῶν κακῶν ἀγγελίαι, καὶ αἱ πανταχόθεν οἰμωγαὶ τὴν καρτερίαν οὐ σαλεύουσι. πᾶς γὰρ θεῷ προσομιλῶν, μικρὰ φροντίζει τῶν κάτω καὶ φθειρομένων.

*ἴσ. ἐξυβρίζει.

μθύων· τοσούτῳ δὲ μᾶλλον οἰκειοῦται τοῖς ἄνω καὶ μθύουσιν, ἔσω καὶ τῶν παρόντων ἐλαύνεται. τὸ γὰρ τῆς πονηρίας πνεῦμα, καὶ ἡ τοῦ κλύδωνος ἐπανάστασις, δίκαιον οὐκ οἶδε * καταβλάπτειν ψυχήν, ἐφεύρει γὰρ αὐτὴν ὁ θεὸς, μετρήσας τὴν συμφοράν. τὰ μὲν ὅσα περὶ αὐτὴν, τῷ πειράζοντι συγχωρήσας, εἰς ἔλεγχον σώφρονος λογισμοῦ, τὸν δὲ νοῦν ἀπαθῆ φυλάξας, ᾧ καὶ πολεμεῖν ἔμελλεν, ᾧ καὶ παραταξάμενος, τῶν τοσούτων τροπαίων ἐκράτησεν.

* ἴσ. καταβλάπτειν.

terreſtres & corruptibiles parvi pendit, tantóque propiùs ad ſuperna & fixa bona accedit, quantò ab his caducis longiùs abeſt. Nequitiæ enim ſpiritus, & concitati fluctus, juſtam mentem ſubmergere non poterant; Deus enim calamitati modum ſtatuens, præſidio ei fuit: qui, licèt externa omnia tentatori permiſerit, ut Jobi prudentiam & animi moderationem oſtenderet, mentem tamen, quam in aciem ad bellandum produxit, & per quam tot tantáque trophæa reportavit, illibatam & intactam ſervavit.

Ἔτι τούτου λαλοῦντος, ἄλλος ἄγγελος ἔρχεται, λέγων τῷ Ἰὼβ, τῶν υἱῶν σου, καὶ τῶν θυγατέρων σου, ἐσθιόντων καὶ πινόντων παρὰ τῷ ἀδελφῷ αὐτῶν τῷ πρεσβυτέρῳ, ἐξαίφνης πνεῦμα μέγα ἐπῆλθεν ἐκ τῆς ἐρήμου, καὶ ἥψατο τῶν τεσσάρων γωνιῶν τῆς οἰκίας, καὶ ἔπεσεν ἡ οἰκία ἐπὶ τὰ παιδία σου, καὶ ἐτελεύτησαν, ἐσώθην δὲ ἐγὼ μόνος, καὶ ἦλθον τοῦ ἀπαγγεῖλαί σοι.

Adhuc iſto loquente, alius nuncius venit, dicens Jobo; filiis tuis & filiâbus tuis comedentibus & bibentibus apud fratrem ſuum ſeniorem, ſubitò ſpiritus vehemens irruit è deſerto, & tetigit quatuor angulos domûs, & cecidit domus ſuper liberos tuos, & mortui ſunt; ſalvatus autem ſum ego ſolus, & veni ut annunciarem tibi.

ΙΟΥΛΙΑΝ. Ταῦτα κινῶν, ἐποίει νομίζειν τὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον πᾶσαν ἐκπεπολεμῶσθαι κατ᾽ αὐτοῦ τὴν κτίσιν, ἵν᾽ οὕτως αὐτὸν ἀπαγάγῃ τοῦ ὀρθοῦ φρονήματος. ἄνεμος γὰρ ἦλθε, φησιν, οὐχ ὡς πέφυκεν, οὐ γὰρ ἀπὸ ἀνατολῶν, ἢ δυσμῶν, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν τεσσάρων μερῶν προσέπεσε τῇ οἰκίᾳ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου χεὶρ ἔτι, ἀλλ᾽ ἄνωθεν τὰ βέλη.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Θεώρει δὲ κἀνταῦθα τοῦ διαβόλου τὴν πικρίαν, καὶ ἐπισημείωσαι τὸ ἐπιτηδευμένον τῆς ἀγγελίας, πῶς ὀνομαστὶ τῆς γονῆς μέμνηται, μονονουχὶ τὴν φύσιν αὐτὴν τοῦ δικαίου πλήττων, οὐ γὰρ εἶπεν, ἔπεσεν ἐπὶ πάντας τοὺς ἔνδον, καίτοιγε πᾶσιν εἷς ἐγένετο τάφος ἡ οἰκία, καὶ πάντας ἀπέκτεινεν, ἐξ ὧν αὐτὸς, φησιν, ἐσώθην δὲ ἐγὼ μόνος· ἀλλ᾽ ἰδικῶς φησιν, ἔπεσεν ἐπὶ τὰ παιδία σου, τὴν

JULIANI. Hæc movens, Dei homini perſuadere conatur, rerum univerſitatem in ſeipſum concitatam eſſe, ut hâc ratione, eum à recto ſenſu alienaret. Ventus enim venit, inquit, non ut ſolet, ab ortu occaſuve, ſed à quatuor mundi plagis flans, in domum irruit, ut non jam ampliùs manus ſit hac hominum, verùm à ſuperis contorta ſpicula.

OLYMP. Hîc etiam diaboli atrocitatem cognoſce, & callidum narrationis artificium diligenter obſerva, quomodo nominatim prolis mentionem facit, propemodũ ipſi naturæ juſti vulnus infligens. Neque enim dixit, ſupra omnes qui intùs erant, cecidit, (quâvis omnibus ſepulchrũ unũ domus effecta ſit, omneſque ruinâ ſuâ interemerit, ex quorũ numero ſolus ego ſervatus ſum) ſed magis propriè, naturam ei in memoriam revo-

revocans,ac læthales plagas incutiens,dixit, *Cecidit ſuper liberos tuos.* Convivii verò exornat,cùm illius ſtructorem fratrẽ natu majorẽ fuiſſe confirmat; porrò liberos hilares, ac ludibundos fuiſſe; ventum autem magnum è deſertâ regione repentè commotum eſſe,ac alias quidem domus non attigiſſe,ſolam eam,ubi epulabantur filii, everſam eſſe.

CHRYSOST. Illius verò ruinâ ſic liberos obrutos fuiſſe, ut quod cuiuſque corpus eſſet ſepulturæ mandandum, internoſci non poſſet. Addidit, *comedentibus & bibentibus*, id eſt, in ipſo lætitiæ articulo.

DIDYMI. Non fruſtra illud additur, *filiis & filiâbus tuis edentibus ac bibentibus*, verùm ad augendam moleſtiam diabolus id molitur, ut rerum, quæ conſequutæ ſunt, atrox narratio, dolorem juſto afferret incredibilem. Si enim, dormientibus liberis, hoc eveniſſet, ruina, quæ ſine ſenſu fuit, minùs Jobi animum cruciâſſet: additur verò illud, *ſubitò*, & emphaſin habet, ut ſignificet, rem ita contigiſſe, ut nemini evadendi facultas ſit conceſſa.

OLYMPIOD. Rurſus à Deo immiſſam calamitatem comminiſcitur: cùm enim adverſariorum incurſionem duplicem, & à Deo duplicem item finxiſſet, ignis ac venti, poſtremò liberorum cladem, nunciis ſolis ſuperſtitibus, ſubjungit, ut inopinato nuncio, ad conſilii inopiam, animique perturbationem, & blaſphemiam, contra Deum juſtum impelleret.

CHRYSOST. Poſtquam enim tentationem omnem adhibuiſſet, & facultatibus nudâſſet, virtutem autem minimè eripuiſſet; gradum poſtea facit ad naturam, palmites à radice avellit, vi fructum decerpit, ut dolorem parenti creet: ac vide, quàm ſit ironiâ reſperſa narratio, & ad præſtigias ac fallacias tendat, ut poſſit etiam viri fortis animum frangere. *Spiritus*, inquit, *vehemens irruit è deſerto.* In quo etiam nunc judicem cauſatur; ventus

φύσεως ἀναμιμνήσκων, καὶ καιρίας αὐτοῦ διδοὺς τὰς πληγάς· σημαίνει καὶ τὸ συμπόσιον, παρὰ μὲν τοῦ ἀδελφοῦ πρεσβυτέρου λέγων γίνεσθαι, αὐτοὺς δὲ καλλωφρονίζεσθαι, καὶ ἐξαίφνης ἐξελθεῖν ἄνεμον μέγαν ἐκ τῆς ἐρήμου, καὶ ἄλλης μὲν οἰκίας μὴ ἅψασθαι, μόνον δὲ ἐκείνην, ἔνθα οἱ παῖδες εὐωχοῦντο, κατασεῖσαι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ ταύτην αὐτοῖς ἐπικατέσεισεν, ὥστε μηδὲ πρὸς ταφὴν διαγνωστὸν εἶναι λοιπὸν ἑκάστου τὸ σῶμα. τὸ δέ, ἐσθιόντων, καὶ πινόντων προσέθηκεν, ἵνα εἴπῃ, ἐν αὐτῷ τῷ τῆς εὐφροσύνης καιρῷ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ μάτην πρόσκειται τό, τῶν υἱῶν σου καὶ τῶν θυγατέρων ἐσθιόντων καὶ πινόντων, ἀλλὰ πρὸς ἐπίτασιν ἀνίας, καὶ τοῦτο τοῦ διαβόλου πραγματευομένου, ἵνα ἡ τῶν γεγενημένων ἐπαγγελία βαρεῖα γενομένη, λύπην ὑπερβάλλουσαν τῷ ἁγίῳ ἐμποιήσῃ· κοιμωμένων γὰρ τῶν τέκνων εἰ συνέβη, ὃ τῆς πτώσεως ἀνεπαίσθητον λογιζόμενος, οὐκ οὕτως ἠνίατο· πρόσκειται δέ, τό, ἐξαίφνης, ἐμφαντικόν, τοῦ μὴ δύνασθαί τινα διαδρᾶναι, οὕτω συμβάντος τοῦ πράγματος.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πάλιν δὲ θεήλατον ἔπλασε τὴν συμφοράν· δύο μὲν πολεμίων σχηματίσας ἐφόδους, δύο δὲ ἐκ Θεοῦ, τήν τε τοῦ πυρός, καὶ τοῦ ἀνέμου, τελευταίαν δὲ τὴν τῶν παίδων ἀναίρεσιν* ἐπαγαγών, μόνων σωζομένων ἀγγέλων, *ἴσ. ἐπαγαγών.
* τὸ παράδοξον, εἰς ἀμηχανίαν, καὶ σύγχυσιν, καὶ τὴν κατὰ θεοῦ βλασφημίαν ὑπερεθίζων τὸν δίκαιον. *ἴσ. τῷ παραδόξῳ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὡς γὰρ πᾶσαν πεῖραν προσαγαγών, καὶ τῶν κτημάτων γυμνώσας, τῆς ἀρετῆς οὐκ ἐγύμνωσε, χωρεῖ λοιπὸν ἐπὶ τὴν φύσιν, ἀποσπᾷ τοὺς κλάδους ἀπὸ τῆς ῥίζης, περιαιρεῖ τὸν καρπόν, ἵνα λυπήσῃ τὸν γεννήσαντα· καὶ βλέπε τὴν ἀγγελίαν, πῶς μεστὴ ἐστὶν εἰρωνείας, καὶ εἰς γοητείας ῥέπουσα, καὶ κατακλάσαι τοῦ γενναίου τὴν ψυχὴν δυναμένη· ἐπῆλθε, φησί, πνεῦμα μέγα ἐκ τῆς ἐρήμου. καὶ πάλιν, τὸν κριτὴν

διαβάλλει

διαβάλλει· πνεῦμα γὰρ οὐκ ἀνθρώποις ὑπακούει, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἔπεσεν ἡ οἰκία ἐπὶ τοὺς ἔνδον, ἀλλ' ὅπερ ἠδύνατο πένθος ἐγεῖραι, ἐπὶ τὰ παιδία σου, ἵνα τῶν παίδων ἀκούσας, εἰς οἶκτον ἔλθῃ, καὶ κινηθῇ πρὸς συμπάθειαν, καὶ οἰμώζων ἐρεῖ. οἴμοι ἐξαίφνης ἄπαις ὁ πολύπαις γέγονα· βέλτιον ἦν μὴ λαβεῖν, ἢ οὕτω λαβεῖν, ἵνα μάθω τινὸς ἀπεστερήθην· ἡ γὰρ προελθοῦσα εἰρήνη, καὶ γαλήνη, καὶ εὐημερία, τὴν συμφορὰν χαλεπωτέραν ἐργάζεται· τὸ μέντοι, ἐσώθην ἐγὼ μόνος, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ὅπως δήποτε λόγον εἶχεν, ἐνταῦθα δὲ πλέον ποιεῖ τὸ πάθος, εἴγε τῶν παίδων ἀπελθόντων * οὗτος, ἐσώθην μόνος ὁ τὴν ἀγγελίαν κομίζων· ὅθεν μοι δοκεῖ, αὐτὸς ὁ διάβολος εἶναι, ὁ ταῦτα ἀπαγγέλλων, αὐτὸς ὁ πρόξενος τῶν κακῶν, πολυτρόπως παραγενόμενος, καὶ μεμηχανημένως τὰς ἀπαγγελίας ποιούμενος. διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐπιφοιτᾷ, καὶ πονηρῶς διαλέγεται, καὶ τὰ χαλεπώτερα τῶν κινδύνων τίθεται τελευταῖα· ἵνα τοῖς ἥττοσι προδιαφθείρας τὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς, τῶν μειζόνων ἀνύποιστον παρασκευάσῃ τὴν ἔφοδον. ὅτι δὲ οὐκ ἦν τῶν θεραπόντων εἷς, ὁ τὰς ἀγγελίας φέρων, ἐντεῦθεν δῆλον· πῶς γὰρ ἡ οἰκία, ἡ ἐκ τῶν τεσσάρων γωνιῶν ἁλοῦσα, διέσωζε τὸν ἕνα; πῶς δὲ καὶ καθ' ἑκάστην πληγὴν, εἷς, καὶ μόνος, ἦν ὁ κρείττων εὑρισκόμενος τῶν κινδύνων, καθάπερ εἰς τοῦτο τηρούμενος; ἀλλ' αὐτὸς ἦν, ὁ καὶ ἐνεργῶν, καὶ ἀπαγγέλλων τὰ δυσχερῆ. οὐδὲ γὰρ εὑρίσκεται πικρότερος ἄλλος, διόπερ οὐδὲ ἑτέρῳ κατεπίστευσε τὴν τῶν τοιούτων πονηρῶν δραμάτων διακονίαν· ποικίλλει δὲ τὰς πληγὰς ὁ σοφὸς τῆς κακίας, μηδὲν διανοούμενος μέτριον, ἵν' οὕτως τὰ τῆς ψυχῆς ὀχυρώματα, τῇ κατὰ μέρος προσβολῇ κατασείσῃ· καὶ καθάπερ τις μηχανὰς τείχεσι προσάγων, τὸ πολεμούμενον παρακρούεται, κλέπτων πολυτρόποις ἐπιβουλαῖς τὴν ἀσφάλειαν·

* ἴσ. οὗτος ἐσώθη.

enim non hominibus, ſed Deo obſecundat. Neque dixit, domus in eos, qui intùs erant, cecidit; verùm id, quod ad excitandum dolorem valebat, nunciat, *ſuper filios*, inquit, tuos, ut liberorum nomine audito, ejus animus miſeratione permoveretur, communiſque mali ſenſum ſuſciperet lugenſque diceret. Heu me infœlicem! è turbâ filiorum, in orbitatem repentè incidi; præſtabat non ſuſcepiſſe filios, quàm hâc conditione ſuſcepiſſe, ut amiſſæ rei jacturam ſenſúmque acciperem: pax enim priſtina, tranquillitas, atque fœlicitas, atrociorem calamitatem reddit. Illud enim, *ſalvatus ſum ego ſolus*, in aliis quidem locum aliquem habere poterat, hic autem dolorem multò magis auget; ſi liberis tali fato functis, ſolus, qui nuncium adferret, ſuperſtes fuit. Quocirca, diabolus videtur mihi harum rerum nuncius extitiſſe, idemque malorum auctor & architectus, formas varias indutus adveniſſe, artificioſaſq; narrationes prætexiſſe. Ita venticare non deſinit, loquitur aſperiùs, & pericula, quæ majorem habent aſperitatem, reſervat ad extremum; ut vis mentis, malis levioribus priùs debilitata, majorum deinceps impetum ſuſtinere non poſſit. Servorũ autem fuiſſe neminem, qui illa nunciaret, vel hinc intelligi poteſt: nam quâ tandẽ ratione domus, quatuor ejus latera vento conquaſſante, unum ſervare potuerit? quomodo item in ſingulis calamitatibus unus tantùm periculũ evaſit, quaſi ob hanc cauſam incolumis ſervatus fuiſſet? ſed nimirum idem malorum auctor fuit & nuncius: nemo enim alter immanior illo reperitur, quare malorum ejuſmodi facinorum negotium dare aliis verebatur. Vulnerum autem varietatem comminiſcitur, qui ad ſcelus & improbitatem prudens eſt, nec moderatum quid cogitat, ut ſic mentis propugnacula atq; munitiones incurſionibus paulatim labefactet: & quemadmodũ machinas mœnibus admovens, obſeſſum decipit, & vario ac multiplici inſidiandi genere ſecuritatẽ latenter ſurripit; ſic is, qui noſtræ

ſtræ ſaluti invidet, ordine quodam, cum tamen nihil apud eum non ſit inordinatum & impium, turri pietatis pericula admovit.

οὕτως ὁ βάσκανος, κατά τινα τάξιν ἐν ἀταξίᾳ, καὶ ἀσεβείᾳ, τῷ τῆς εὐσεβείας πύργῳ τοὺς κινδύνους ἐπήγαγε.

POLYCHRONII. Quid fuit tandem, cur in liberorum interitu non hoſtium manum comminiſceretur? Nempe ne irruptione civitas vniverſa perturbaretur: nam in Jobum tantùm, non item in cæteros poteſtas illi erat.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τί δὲ δήποτε ἐπὶ τῆς τῶν υἱῶν ἀπωλείας, οὐκ ἐσχημάτισε πολεμίους; ὡς ἂν μὴ ἡ κατὰ τῆς πόλεως ἔφοδος, ἅπασαν ἐργάσηται ταραχήν. κατὰ γὰρ τοῦ δικαίου μόνου τὴν ἐξουσίαν ἔλαβεν, οὐ μὴν καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν.

ORIGENIS. Camelos igitur in equitum poteſtatem redêgit; aſinos, ac juga boum iis, qui abduxerunt, addixit; oves, inflammatus odio, incendio interêmit; filiis quoque, cùm compararet inſidias, patrandæ necis opportunitatem obſervabat. Si offendiſſet eos legentes, domum non attigiſſet, & ad interficiendum locus defuiſſet; ſi precantes inveniſſet, nihil contra illos efficere potuiſſet: ſed cùm opportunitatem nactus fuiſſet, prævaluit. Qualis autem occaſio & opportunitas fuit? potus erat. Eo verò quòd quatuor domûs angulos ventus contigerit, diſce, in angulis
Mat. 6. 5. platearum hypocritas ad orandum conſiſtere: ſed & unuſquiſque, qui haud rectâ incedit viâ, angulis utitur: plateæ verò angulus eſt, vehemens atque effuſa improbitas.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὰς μὲν οὖν καμήλους πεποίηκε γενέσθαι ὑπὸ τοὺς ἱππεῖς. τὰς ὄνους δὲ, καὶ τὰ ζεύγη τῶν βοῶν, ὑπὸ τοὺς αἰχμαλωτίζοντας· τὰ πρόβατα δὲ ἐμίσει· διὰ τοῦτο πῦρ ἐπ' αὐτὰ κατήγαγεν. ἀλλὰ καὶ τοῖς υἱοῖς *ἐπιβουλεύσας, * ἴσ. ἐπιβουλεύων. καιρὸν ἐζήτει τοῦ αὐτοὺς ἀπολέσαι· εἰ εὑρήκει ἀναγινώσκοντας, οὐκ ἂν ἥψατο τῆς οἰκίας, οὐδὲ τόπον εἶχε τοῦ αὐτοὺς ἀποκτεῖναι: εἰ εὑρήκει προσευχομένους, οὐδὲν ἐδύνατο ποιῆσαι κατ' αὐτῶν· ἀλλ' ὅτε εὗρεν εὐκαιρίαν, ἴσχυσε. ποῖος ἦν ὁ καιρός; μέθη ἦν. τὸ δὲ, τῶν γωνιῶν τῆς οἰκίας ἅψασθαι τὸ πνεῦμα, ἐπίστησον, ὅτι ἐν ταῖς τῶν πλατειῶν γωνίαις οἱ ὑποκριταὶ ἑστῶτες προσεύχονται· πᾶς δὲ, ὁ μὴ ἐπιβεβηκὼς εὐθείας ὁδοῦ, ταῖς γωνίαις κέχρηται· *πλατεία δὲ γωνία ἐστὶν, ἡ πολλὴ * ἴσ. πλατείας. καὶ ἀνειμένη κακία.

Cùm ſic audiſſet Jobus, ſurgens, diſcîdit veſtes ſuas, & totondit comam capitis ſui.

Οὕτως ἀκούσας Ἰὼβ, ἀναστὰς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐκείρατο τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ.

OLYMPIODORI. Probabile eſt, ob ſuperiores narrationes cogitabundum eum, rerum eventus admiratum fuiſſe. Ubi verò de tantæ ac tam ſpecioſæ ſobolis ſubito audivit interitu, ne doloris, communiſve ſenſus expers videretur, quod debetur, naturæ largitur; veſtemque diſcindit, ac comam, ad ſpeciem luctus, tondet. Neque enim victoriâ quis idcirco potitur, quia non patitur; ſed ideo, quia cùm patitur, animo perfert invicto.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐπὶ μὲν τῶν προτέρων ἀγγελιῶν σιωπῶν ἦν, ὡς εἰκὸς, καὶ ἐθαύμαζε τὸ γινόμενα· ὡς δὲ τὴν τῶν πολλῶν καὶ ὡραίων παίδων ἀθρόαν ἤκουσε τελευτὴν, ἵνα μή τις ἀνάλγητος εἶναι δόξῃ, καὶ ἀσυμπαθὴς, ἀποδίδωσι τῇ φύσει τὸ χρέος, καὶ διαρρήγνυσι μὲν τὴν ἐσθῆτα, κείρεται δὲ τὴν κόμην πενθικῶς· οὐ γὰρ ἐν τῷ μὴ πάσχειν ἡ νίκη, ἀλλ' ἐν τῷ *πάσχοντι καρτερεῖν. * ἴσ. πάσχοντα.

CHRYSOSTOMI. Quòd veſtem diſciderit, comamque totonderit, haud

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ οὖν διέρρηξε τὰ ἱμάτια, καὶ τὴν κόμην ἀπεκείρατο,

ἐκείρατο, μὴ θαυμάσῃς· πατὴρ γὰρ ἦν, καὶ πατὴρ φιλόστοργος· καὶ ἔδει, καὶ τὴν τῆς φύσεως δειχθῆναι συμπάθειαν, καὶ τὴν τῆς γνώμης φιλοσοφίαν. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐποίησε, τάχα καὶ ἀναισθησίας ἐνόμισεν ἄν τις εἶναι τὴν φιλοσοφίαν ταύτην· διὰ τοῦτο, καὶ τὰ σπλάγχνα δείκνυσι, καὶ τῆς φιλοσοφίας τὴν ἀκρίβειαν, καὶ ἀλγήσας οὐ περιετράπη.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Οὐδ᾽ ἂν ἐπείσθη, ἐξ ὧν ἔπαθε, λογίσασθαί τε καὶ εἰπεῖν, ὡς ἄρα οὐδεμία πρόνοια τάττει τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, οὐ κατηγόρησε τῆς οἰκονομίας τοῦ δεσπότου, καὶ κρίσεως· ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἅπασιν ἐφεξῆς ἠρίστευσε, καὶ πολλοῖς βέλεσιν ὑπὸ τοῦ διαβόλου βληθεὶς, οὐκ ἐδέξατο καιρίαν τὴν πληγήν. περιεῖλε μὲν γὰρ αὐτοῦ τὴν εὐπραγίαν τῶν οἰκείων, καταχῶσαι δὲ αὐτὸν ταῖς ἐπαλλήλοις τῶν κακῶν ἐπεβουλεύσατο φήμαις· ἔτι γὰρ τοῦ προτέρου τὴν τοιάνδε συμφορὰν ἐξαγγέλλοντος, ἕτερος ἄγγελος ἤρχετο χειρόνων πραγμάτων φέρων κατήφειαν. ἀλλήλοις ἐπισυνήπτετο τὰ δεινὰ, καὶ τὴν τῶν κυμάτων ἐπιδρομὴν ἐζήλουν αἱ συμφοραὶ, καὶ πρὶν ἢ παυθῆναι τὸ πρότερον δάκρυον, ἑτέρου προσήγετο *πρόρρησις. ὁ δίκαιος δὲ ὥσπερ τις πρόβολος εἱστήκει, τὰς τοῦ χειμῶνος ὑποδεχόμενος προσβολὰς, καὶ ἀλλοιῶν εἰς ἀφρὸν τῶν κυμάτων τὴν βίαν, καὶ οὐδὲν τῶν συμβαινόντων δακρύων ἠξίωσεν. ἐπεὶ δὲ ἧκέ τις ἀγγέλλων, ὡς τοῖς παισὶ καὶ ταῖς θυγατράσιν εὐωχουμένοις, ἐπετίναξε πνεῦμά τι βίαιον, τὸ τῆς εὐφροσύνης δωμάτιον· τότε μόνον τὴν ἐσθῆτα διέρρηξε, τὸ τῆς φύσεως ἐπιδεικνύμενος συμπαθὲς, καὶ ὅτι πατὴρ εἴη φιλόστοργος, οἷς ἔπραττε μαρτυρούμενος.

* πρό-φασις.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μὴ νομίσῃς ἧτταν εἶναι τὸ πρᾶγμα, τοῦτο μάλιστα δείκνυσι τὴν νίκην· Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐποίησεν, εἶπεν ἄν τις, ὅτι ἀναίσθητον αὐτὸν κατεσκεύασεν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς πάθεσι. νῦν δὲ δείκνυσιν, ὅτι καὶ ἀλγῶν φιλοσοφεῖ, ὄντως ἐπὶ τὴν πέτραν ἑαυ-

haud mireris, pater enim erat, ac pater liberorum amans; naturæ condoleſcentis ſenſus oſtendendus erat, animi quoque philoſophia minimè occultanda. Niſi enim illud feciſſet, ſuſpicatus forſitan quiſpiam eſſet, ejus philoſophiam, à communi ſenſu humanitatis abhorrere: quare & viſcera naturæ, ſimul & philoſophiæ præſtantiam oſtendit, nec dolor animum ejus perculit.

BASILII. Mala quibuſcum conflictabatur, nequaquam illi perſuadere poterant, ut cogitaret, vel diceret nullam rebus noſtris conſulere providentiam; ſummi Imperatoris judicium, & rerum diſpenſationem non accuſavit, verùm in ſingulis certaminibus deinceps ſtrenuè pugnavit, multiſque à diabolo petitus ſagittis, nullam tamen læthalem plagam accepit. Nimirum eum domeſticorum felicitate ſpoliavit, crebris malorum rumoribus ac nunciis illum obruere per inſidias conatus eſt: nam priori nuncio, calamitatem narranti, poſterior ſuperveniebat, qui acerbiorum rerum ægritudinem, mœrorémque adferret. Calamitas calamitati juncta erat, atque ærumnæ undarum concurſum imitabantur; nec dum prior lacryma exaruerat, quin ſubſequens altera prænunciaretur. Juſtus autem quaſi ſcopulus conſiſtebat, at vim tempeſtatis excipiens, fluctuum violentam incurſionem redigebat in ſpumam; nihilque eorum, quæ contigerunt, dignum lacrymis exiſtimavit. Poſtquam verò nuncius venit, qui diceret, convivantibus filiis & filiabus, ventum violentum hilaritatis domum concuſſiſſe; tunc demum naturæ affectum oſtendens veſtem conſcidit, & ex factis ſe patrem indulgentem teſtatus eſt.

CHRYSOSTOMI. Noli exiſtimare Jobum illo facto ſe victum oſtendiſſe, cùm victoriam ejus potius demonſtret; niſi enim illud feciſſet, dixiſſet quiſpiam, malorum ſenſum omnem ei Deum planè eripuiſſe. Nunc autem dolens ac mœrens philoſophatur, veréque ſuam

F ipſe

ipſe animam ſupra petram ædificârat. Deſcendit imber; *ignis enim*, inquit, *cecidit è cœlo, & devoravit omnes greges ovium*; venerunt fluvii, crebri, aſſidui, & ſine intervallo nuncii calamitatum, unus ovium, alter camelorum, alius filiorum interitum exponens: flaverunt venti, dira conjugis verba, *Dic*, inquit, *verbum contra Dominum & morere.* Corruit domus, ſed animus dejectus non fuit, nihil blaſphemum protulit juſtus, verùm gratias egit; quamvis diabolus bellum ei moveret, qui naturâ ſuâ malus & efferus eſt, qui generi humano nunquam reconciliatur, ſed bellum contra nos ſine fœdere & induciis gerit: neque iratum tantùm & offenſum ſe præbuit, verùm etiam omnes machinas, fallendíque artes adhibuit. Sed neque ſic juſti fortitudinem redarguit, qui tanquam miles ſtrenuus, illius jacula per irriſionem eluſit, ac vim belli acerrimi magnâ animi fortitudine excepit: idque non ſub gratiâ, ſed ante veteris teſtamenti, & gratiæ tempora; planumque fecit, prolapſionis cauſam, non ad tentationum naturam, ſed ad deſidioſorum hominum torporem, eſſe referendam; quemadmodum ærumna, viro forti vires addere, & fortiorem red-
Rom. 5. 3. dere, ſoleat. *Tribulatio enim*, inquit, *patientiam operatur.* Prout enim robuſtiores arbores, quamvis in eas magno impetu venti incurrant, & perflent eas undique, non poſſunt tamen evellere; quin etiam hujuſmodi incurſionibus vehementiùs corroborantur: ita animam ſtabilem, & religiosè enutritam, immiſſæ malorum tempeſtates non evertunt, ſed potiùs ad majorem patientiam præparant, & inungunt, nec hominis virtutem lædere poſſunt. Sed quæ tandem hominis eſt virtus? profectò non pecuniæ & opes; ne fortè egeſtatem vereare: non corporis valetudo; ne morbum pertimeſcas: non vulgi opinio; ne infamiâ terreare: non vivere ſolùm idque temerè ac fortuitò; ne mors tibi horribilis videatur: non libertas; ne fugias ſer-

τοῦ τὴν ψυχὴν ᾠκοδόμησε. κατέβη ἡ βροχή, πῦρ γάρ, φησίν, ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγε πάντα τὰ ποίμνια· ἦλθον οἱ ποταμοί, οἱ πυκνοί, καὶ συνεχεῖς, καὶ ἐπάλληλοι τῶν συμφορῶν ἄγγελοι, ὁ μὲν τῶν αἰπολίων, ὁ δὲ τῶν καμήλων, ὁ δὲ τῶν παίδων λέγων τὴν ἀπώλειαν· ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, τὰ πικρὰ τῆς γυναικὸς ῥήματα, εἰπὸν γάρ, φησί, τι ῥῆμα πρὸς κύριον, καὶ τελεύτα. * καὶ οὐκ ἔπεσεν ἡ οἰκία, οὐχ ὑπεσκελίσθη ἡ ψυχή, οὐκ ἐβλασφήμησεν ὁ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ εὐχαρίστησε, καίτοι διάβολος ἦν ὁ πολεμῶν, ὁ πονηρός, ὁ ἄγριος, ὁ μηδέποτε καταλλαττόμενος τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει, ἀλλὰ πόλεμον ἄσπονδον, καὶ μάχην ἀκήρυκτον πρὸς τὸ γένος ἡμῶν ἀράμενος· καὶ οὐχ ἁπλῶς ὠργίζετο, ἀλλὰ πάντα ἐκίνει τὰ μηχανήματα, καὶ πᾶσαν προσῆγε μαγγανείαν. καὶ οὐδὲ οὕτως ἤλεγξε τοῦ δικαίου τὴν ἀνδρείαν, ἀλλὰ κατεγέλασεν αὐτοῦ τῶν βελῶν ὁ γεννάδας, καὶ τὸν ἀφόρητον πόλεμον ἐκεῖνον γενναίως ἤνεγκεν· καὶ ταῦτα οὐκ ἐν τῇ χάριτι, ἀλλὰ πρὸ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, καὶ πρὸ τῆς χάριτος· καὶ ἔδειξεν, ὅτι οὐχ ἡ τῶν πειρασμῶν φύσις, ἀλλ᾽ ἡ τῶν ῥαθυμούντων ὀλιγωρία, τὴν πτῶσιν ποιεῖν εἴωθεν· ὡς τόνγε ἰσχυρόν, καὶ ἰσχυρότερον ἡ θλῖψις ἐργάζεται· ἡ θλῖψις γάρ, φησιν, ὑπομονὴν κατεργάζεται· καὶ καθάπερ τὰ ἰσχυρὰ τῶν δένδρων, ἡ τῶν ἀνέμων ῥύμη προσαράττουσα, καὶ πάντοθεν ῥιπίζουσα, οὐκ ἀνασπᾷ, ἀλλὰ καὶ ἰσχυρότερα ταῖς προσβολαῖς ταύταις κατασκευάζει, οὕτω καὶ ψυχὴν παγίαν, καὶ εὐλαβείᾳ συζῶσαν, αἱ τῶν θλίψεων ἐπαγωγαὶ οὐχ ὑποσκελίζουσιν, ἀλλὰ πρὸς πλείονα ὑπομονὴν ἀλείφουσι, καὶ τὴν ἀνθρώπου ἀρετὴν βλάψαι οὐ δύνανται. τί δέ ἐστιν ἀρετὴ ἀνθρώπου; οὐ χρήματα, ἵνα πενίαν δείσῃς· οὐδὲ ὑγίεια σώματος, ἵνα φοβηθῇς ἀρρωστίαν· οὐδὲ ἡ τῶν πολλῶν ὑπόληψις, ἵνα ὑποίδῃ δόξαν πονηράν· οὐδὲ τὸ ζῆν ἁπλῶς καὶ εἰκῆ, ἵνα μὴ φοβερός σοι γένηται ὁ θάνατος· οὐδὲ ἐλευθερία, ἵνα δουλείαν φύγῃς·

* ἴσ. ἔπεσεν ἡ οἰκία, ἀλλ᾽.

ψυχῆς· ἀλλ' ἡ τῶν ἀληθινῶν δογμάτων ἀκρίβεια, καὶ ἡ κατὰ τὸν βίον ὀρθότης. Ταῦτα οὐδὲ αὐτὸς ὁ διάβολος ἀποσυλῆσαι δυνήσεται, ἐὰν ὁ κεκτημένος αὐτὰ μετὰ τῆς προσηκούσης ἀκριβείας διαφυλάττῃ·
*ἴσ. τοῦτο. καὶ * ταῦτα καὶ ὁ πονηρότατος, καὶ ἄγριος δαίμων οἶδεν ἐκεῖνος. Διὰ γάρ τοι τοῦτο, καὶ τὴν οὐσίαν ἐσύλα τοῦ Ἰώβ, οὐχ ἵνα πένητα ποιήσῃ, ἀλλ' ἵνα βλάσφημόν τι ῥῆμα ἐκβάλλειν βιάσηται, καὶ τὸ σῶμα κατέτεμεν, οὐχ ἵνα ἀῤῥωστίᾳ περιβάλῃ, ἀλλ' ἵνα ὑποσκελίσῃ τὴν κατὰ ψυχὴν ἀρετήν. Ἀλλ' ὅμως πάντα αὐτοῦ
*ἴσ. κινήσας. *νικήσας τὰ μηχανήματα, καὶ πένητα ἀντὶ πλουτοῦντος ποιήσας, τοῦτο δὴ τὸ πᾶσιν ἡμῖν φρικωδέστατον εἶναι δοκοῦν, ἀντὶ πολύπαιδος ἄπαιδα, καὶ καταξάνας αὐτοῦ τὸ σῶμα ἅπαν, τῶν ἐν δικαστηρίοις δημίων χαλεπώτερον (οὐ γὰρ οὕτω διορύττουσιν οἱ ἐκείνων ὄνυχες τὰς πλευρὰς τῶν ἐμπιπτόντων, ὡς κατέξανε αὐτοῦ τὴν σάρκα τῶν σκωλήκων τὰ στόματα) καὶ περιθεὶς αὐτῷ πονηρὰν δόξαν (οἱ γὰρ φίλοι αὐτῷ παρόντες ἔλεγον, Οὐκ ἄξια ὧν ἡμάρτες μεμαστίγωσαι, καὶ πολλοὺς ἀπέτεινον κατ' αὐτοῦ κατηγορίας λόγους) καὶ οὐχὶ τῆς πόλεως ἐξέβαλε μόνον, οὐδὲ τῆς οἰκίας, καὶ εἰς ἄλλην κατῴκισε πόλιν, ἀλλὰ τὴν κοπρίαν, αὐτῷ καὶ οἰκίαν, καὶ πόλιν καταστήσας, οὐ μόνον οὐδὲν αὐτὸν ἐλυμήνατο, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερον, δι' ὧν ἐπεβούλευσεν, ἀπέφηνεν· οὐδὲ οὐ μόνον, τι τῶν ὄντων, οὐκ ἀφείλετο, καίτοι τοσαῦτα ἀφελόμενος, ἀλλὰ καὶ μείζονα αὐτῷ τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς εἰργάσατο· καὶ γὰρ πλείονος μετὰ ταῦτα ἀπέλαυσε παῤῥησίας, ἅτε καὶ σφοδρότερον ἀγωνισάμενος ἀγῶνα. Εἰ δὲ ὁ τοσαῦτα παθὼν, οὐδὲν ἠδίκηται, καὶ παθὼν οὐ παρὰ ἀνθρώπου, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πάντων ἀνθρώπων πονηροτέρου, δαίμονος, τίς ἕξει λοιπὸν ἀπολογίαν τῶν λεγόντων, ὅτι ὁ δεῖνά με ἠδίκησε, καὶ παρέβλαψεν; Εἰ γὰρ ὁ διάβολος, ὁ τοσαύτης γέμων κακίας, πάντα αὐτοῦ κινήσας τὰ ὄργανα, καὶ πάντα ἀφεὶς τὰ βέλη, καὶ ὅσα ἦν ἐν αἰ-

vitutem: ſed verorum dogmatum acurata obſervatio, & converſationis integritas. Hæc neque diabolus ipſe prædari poterit, ſi poſſeſſor, ea cum debitâ diligentiâ cuſtodierit, & hoc quidem improbiſſimus & immanis dæmon non ignorat. Propterea enim Jobum poſſeſſionibus ſpoliavit, non ut pauperem redderet, ſed ut blaſphemum aliquod verbũ evomere cogeret; corpus etiam plagis laceravit, non ut in ægritudinem conjiceret, ſed ut virtutẽ animi convelleret. Sed tamen, cùm omnes machinas admoviſſet, & ex divite egenum reddidiſſet, & (quod nobis omnium maximè formidabile videtur) liberis auctũ, prole omni orbâſſet, & tortorum, qui judicum tribunalia circũſtant, immanitate ſuperatâ, crudeliter illius corpus omne dilaniâſſet (neq; enim illorum ungues ferrei ita transfugarum latera perfodiunt, ut Jobi carnem vermium ora dilacerabant) & cùm malam opinionẽ de eo in mentibus hominum concitâſſet (amici enim qui aderant coràm ei in os dixerunt, *Nequaquam pares pec-* Iob. 34. 36.
catis pœnas luiſti, & multos alios accuſatione plenos ſermones produxerunt) quamvis denique homini, ſuâ urbe & domo ejecto, nullam aliam civitatem attribuiſſet, ſed ſtercorum, ſordiumq; domicilium, pro civitate & domo ei conſtituiſſet, nihilominus non modò nullo damno aut malo eum affecit, verũetiam ex iis ipſis, quæ clàm contra eum moliebatur, illuſtriorẽ eum reddidit. Et cùm tantorum bonorum poſſeſſione eum deturbâſſet, non ſolùm bonis non ſpoliavit; verũ etiam multo uberiores virtutis opes illi conflavit: grandioribus enim certaminibus, & majoris periculi exercitatus, audacior poſteà factus eſt. Quòd ſi tam multa perpeſſus, nullâ re tamen læſus eſt, quamvis non ab hominibus, ſed ab eo, qui cunctos homines improbitate ſuperat, illa pateretur; cui, in poſterum defenſionis locus poſſit eſſe relictus, dicenti, Hic, vel ille, me injuriâ, detrimentóque affecit? Si enim diabolus, qui tantâ improbitate abundat, omni comparato inſtrumento, cunctis emiſſis ſagittis, univerſa mala, quæ

hominì eveniunt, in juſti domum & corpus deprompſerit, & quidem ſupra omnem modum & menſuram; virum tamen hunc, nullâ in re violavit, ſed potius, (ut jam dixi) adjûvit; quomodò hunc vel illum accuſabit, quaſi ab eis, & non à ſeipſo injuriam pateretur? Sed quiſpiam dixerit; quî fieri poſſit, ut ipſe ſibi offenſionis ac mali auctor ſit, cùm ab alio flagris cæſus, aut bonis ſpoliatus, aut quapiam aliâ injuriâ violatus, verbum aliquod contumelioſè dixerit? Scilicet hic læſus eſt, vehementérque læſus, non tamen ab eo qui fecit injuriam, ſed à mentis ſuæ puſillanimitate: quod enim antè dixi, nunc iterabo, nullus mortalium, etiam nequiſſimus, alteri graviora atque acerbiora mala intulerit, quàm funeſtus ille & exitioſus dæmon, qui ſempiternas nobiſcum gerit inimicitias; nihilominus pernicioſus hic dæmon hominem, qui legis gratiæque tempora anteceſſit, licet tot & tam acerba undique in eum tela jaceret, ſupplantando proſternere nequaquam potuit.

OLYMPIODORI. Quòd ſi tunicam dilaceravit, cæſariémque circumcîdit, non propterea affectum, Philoſopho alienum, oſtendit: nam eundem ipſum Paulus,
Act.21.13. his verbis, in Actis, præ ſe tulit, *Quid facitis flentes, & affligentes cor meum?* Eundem David oſtendit, cùm non morigerum aliquem ex liberis, ſed eum, qui illi armis fuit infeſtiſſimus, deploraret, luctúque ac
Reg.2.18.33. mœrore acerbo ingemiſcens, diceret; *Fili mi Abſalon, fili mi!* Lachrymas etiam cum commiſeratione fudit, Deus & ſalvator no-
Ioh.10.35. ſter, ſive causâ Lazari, ſive (ut veriùs dicam) propter Judæorum exitium. Ergo Jobus quoque, ne communem ſenſum exuiſſe videretur (quod à naturâ, atque virtute alienum eſt) quod naturale fuit, paſſus eſt, ac mœrens, comam radit. Nam quibus comam nutrire ornamento erat, illi luctus tempore radebantur: contrà, quibus tonderi decorum ducebatur, ii, cùm in ſqualore, luctúque jacêrent, comam nutriebant,

ἀνθρώποις κακά, μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ δικαίου, καὶ εἰς τὸ σῶμα κενώσας, οὐδὲν τὸν ἄνδρα ἠδίκησεν, ἀλλ' (ὥσπερ ἔφην) καὶ μᾶλλον ὠφέλησε, πῶς δυνήσονταί τινες τὸν δεῖνα, καὶ τὸν δεῖνα αἰτιάσασθαι, ὡς παρ' αὐτῶν, ἀλλ' οὐχ ὡς οἴκοθεν ἠδικημένοι; πῶς οἴκοθεν, φησιν, ὅταν τις μαστιχθῇ παρά τινος, ἢ τὰ ὄντα ἀφαιρεθῇ, ἢ χαλεπήν τινα ἑτέραν ὑπομείνας ἐπήρειαν, βλάσφημόν τι ῥῆμα ἐξήνεγκε; ἐβλάβη μὲν ἐντεῦθεν, καὶ βλάβην μεγίστην, οὐ μὴν παρὰ τοῦ ἐπηρεάσαντος, ἀλλὰ παρὰ τῆς οἰκείας μικροψυχίας· ὅπερ γὰρ ἔμπροσθεν εἶπον, καὶ νῦν ἐρῶ, οὐδεὶς ἀνθρώπων κἂν μυριάκις ᾖ πονηρὸς, τοῦ ἀλάστορος ἐκείνου δαίμονος, καὶ ἀκαταλλάκτως πρὸς ἡμᾶς ἔχοντος τοῦ διαβόλου, πονηρότερα ἂν προσβάλλοι, οὐδὲ πικρότερα. ἀλλ' ὅμως ὁ χαλεπὸς οὗτος δαίμων, οὐκ ἴσχυσε, τὸν πρὸ τοῦ νόμου, τὸν πρὸ τῆς χάριτος, τοσαῦτα καθ' αὐτοῦ βέλη, καὶ οὕτω πικρὰ πανταχόθεν ἀφεὶς *ὑποσκελίσαι καταβαλεῖν. * ἴσ. ὑποσκελίσας.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Εἰ δὲ περιερρήξατο τὸν χιτῶνα, καὶ περιέτιλε τὴν κόμην, οὐκ ἀφιλόσοφον τὸ συμπαθές· καὶ τοῦτο δείκνυσι μὲν Παῦλος, λέγων ἐν ταῖς πράξεσι, τί ποιεῖτε κλαίοντες, καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; δείκνυσι δὲ καὶ Δαβίδ, οὐ τὸν τῶν παίδων τὸν πειθήνιον, ἀλλὰ τὸν πολεμιώτατον ὀλοφυρόμενος, καὶ μετὰ πικρῶν οἰμωγῶν ἀναστένων, καὶ λέγων, υἱέ μου Ἀβεσσαλώμ, υἱέ μου. δακρύει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σωτὴρ συμπαθῶς, εἴτε διὰ τὸν Λάζαρον, εἴτε διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπώλειαν, ὃ δὴ καὶ ἀληθέστερον εἰπεῖν· καὶ Ἰὼβ τοίνυν, ἵνα μὴ δόξῃ ἀσυμπαθής τις εἶναι), ὃ δὴ καὶ φύσει, καὶ ἀρετῇ ἀνοίκειον, πάσχει τὰ τῆς φύσεως, καὶ ἀλγήσας, κείρεται τὴν κόμην. οἷς μὲν γὰρ, τὸ κομᾶν πρὸς κόσμον νενόμιστο, οὗτοι ἐπὶ τοῖς πένθεσιν ἐκείροντο· οἷς δὲ τὸ κείρεσθαι εὐπρεπὲς ἐδόκει, οὗτοι ἐπὶ τοῖς πένθεσιν ἐκόμων, τὸ τῶν τριχῶν ἀνεχόμενοι βάρος·

βάρους· περιερρήγνυσι δὲ καὶ τὴν ἐσθῆτα, ὅπερ καὶ αὐτὸ πένθους ἦν τοῖς ἀρχαίοις σύμβολον. Εἴποι δ' ἄν τις, γλαφυρώτερον ἐξηγούμενος, ὅτι καὶ αὐτὴν τῷ διαβόλῳ τὴν ἐσθῆτα περιέρριψεν, οἷά τις ἀθλητὴς, εἰς πάλην ἀποδυόμενος, ὡς ἂν γυμνὸς γενόμενος, τὰ πολυύμνητα φθέγξηται ῥήματα.

ΝΕΙΛΟΥ. Οὐ γὰρ ἐνδεδυμένοι ἀθλοῦσιν οἱ ἀθλεύοντες· ἀλλὰ γυμνοὺς αὐτοὺς εἰς τὸ στάδιον ὁ ἀθλητικὸς εἰσάγει νόμος· Εἰ δέ τις αὐτῶν τὴν γύμνωσιν παραιτήσεται, καὶ τὸν ἀγῶνα * παρῃτήσατο. δυσάλωτος γὰρ, ἢ καὶ ἀνάλωτος, τοῖς ἐπιβουλεύουσιν ἐστὶν ὁ γυμνός. διὰ τοῦτο καὶ Ἰωσὴφ, ὁ τῆς σωφροσύνης ἀθλητὴς, τῇ κατέχειν ἐπιχειρούσῃ ἡδονῇ, ὡς ἱμάτια καταλιπὼν τὰ σωματικὰ πράγματα, ἔφυγε καὶ ἐξῆλθεν ἔξω· καθάπερ ἐν τῷ παραδείσῳ, τῇ ἀρετῇ γυμνὸς ἐμπεριπατῶν κατὰ μίμησιν τοῦ πρωτοπλάστου, ὃς ἐξαίρετον γέρας παρὰ Θεοῦ τὴν γύμνωσιν λαβὼν, εἶχεν, ἕως διὰ τῆς παρακοῆς, εἰς χρείαν ἐνδυμάτων κατέστη· μέχρι μὲν γὰρ ἠγωνίζετο, πρὸς τοὺς λύειν τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ συμβουλεύοντας ἀντιπάλους, γυμνὸς, ὡς ἀθλητὴς ἐπὶ τοῦ σκάμματος, ἑστήκει· ἡττηθεὶς δὲ, καὶ ἐξαγώνιος γενόμενος, εἰκότως ἐνεδύσατο, τὴν γύμνωσιν, μετὰ τῆς ἀθλητικῆς ἕξεως, * ἀποθέμενος. διὰ τοῦτο, ὁ * προοιμιαστὴς πρὸς τὸν ἀλείπτην φησὶν, ἄφελοῦ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, παρῆλθε γάρ· ἕως μὲν γὰρ ἦν ἔξω τοῦ σταδίου, καλῶς τοῖς τῶν οὐκ ἀθλούντων ἐνδύμασιν ἐκέχρητο, τὴν ἀγωνιστικὴν ἀνδρείαν, τοῖς τῶν ἐσθημάτων ἐνδύμασιν ἐπικρύπτων· ἐπεὶ δὲ εἰς τὸν ἀγῶνα παρῆλθε, ἄφελοῦ, φησιν, αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον, γυμνὸν γὰρ ἀγωνίζεσθαι δεῖ, μᾶλλον δὲ, οὐ γυμνὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ * ἐλαιωμένον. τὸ μὲν γὰρ γεγυμνῶσθαι, ἀνέπαφον ποιεῖ τῷ ἀντιπάλῳ τὸν ἀνταγωνιστήν· τὸ δὲ, ἐλαίῳ ἠλεῖφθαι, εἰ καὶ ληφθείη ποτὲ διολισθαίνειν ἐκ τῆς λαβῆς παρασκευάζει. καὶ διὰ τοῦτο, γῆν προσπάσαιεν φιλονεικοῦσι τοῖς ἀντιπάλοις, ἵνα τῇ κόνει τὴν τοῦ ἐλαίου ἐπιτραχύνοντες λειότητα, εὐλήπτους αὐτοὺς πρὸς τὰς λαβὰς

*ἴσ. παρῃτήσατο.

*ἴσ. ἀποδυσάμενος.

*ἴσ. προοιμιαστής.

*ἴσ. ἠλειμμένον.

& capillorum moleſtiam ferebant: veſtem etiam dilacerat, quæ priſcis hominibus, mœroris erat ſignificatio. Dixerit verò aliquis, qui concinniùs hæc ipſa volet interpretari, quaſi athletam quendam, nudatum ad luctam, diabolo veſtem proieciſſe, ut nudus exiſtens, celebria illa verba proferret.

NILI. Neque enim amicti luctari homines conſueverunt: verùm illos, nudos in ſtadium, lex certaminis deducit; ac ſiquis nudari recuſat, idem certamen recuſaverit: qui enim nudus eſt, difficulter ab inſidiantibus, vel potiùs, omnino comprehendi non poteſt. Ideóque Joſephus, ille pudicitiæ athleta, voluptati, illum tenere conanti, res corporeas tanquam indumenta relinquens, foràs egreſſus profugit; tanquam in Paradiſo, nudus cum virtute obambulans ad imitationem Protoplaſti, qui nuditatem, eximium ſibi donum à Deo datum, tantiſper retinuit, donec per inobedientiam veſtimentorum neceſſitas illi impoſita fuiſſet. Nam quamdiu cum adverſariis, ad divinam Legem perfringendam illum adhortantibus, conflixit, nudus, quaſi athleta in arenâ & palæſtrâ, ſtetit; victus autem, atque extra certamē poſitus, ut conſentaneum erat, cum certandi virtute, nuditatem deponens, veſtibus ſe operuit. Quare, qui in gymnicis certaminibus procemiatur, aliptæ dicit, *Aufer ejus veſtem, in arenam enim deſcendit:* quamdiu enim extra ſtadium fuit, rectè eiſdem veſtibus cum iis, qui non decertant, uſus eſt, fortitudinem athleticam veſtimentorum indumentis celans; poſtquam verò ſemel ſtadium ingreſſus eſt, *aufer ejus veſtem*, inquit, nudum enim, nec nudum tantum, ſed unctum etiam, certamen inire oportet. Corpore enim nudari, facit, ut luctator ab adverſario comprehendi non poſſit: oleo verò inungi, ut, ſi fortè comprehenſus fuerit aliquando, è manibus facilè elabatur: quamobrem, qui luctantur, adverſarios pulvere perſpergere nituntur; ut, olei lævitate à pulveris aſperitate ſuperatâ, eoſdem comprehendere faciliùs poſſint. Quod

igitur

igitur illic eſt pulvis, hoc item in noſtro certamine, res ſunt terrenæ; & quod illic eſt oleum, hoc in noſtrâ luctâ, anxiarum curarum vacuitas. Et ſicut illic, qui eſt delibutus, vincula, & nexus, (ut ab eis vocantur) perfacilè diſſolvit; ſi autem pulveris jactu conſpergi ſe paſſus fuerit, adverſarii manus ægrè evadit: ſic hîc, qui animo eſt à curis vacuo, haud facilè à diabolo capitur; qui verò ſollicitus eſt, & anxiis curis, tanquam pulvere, mentis tranquillitatem aſperam reddiderit, difficulter ex ejus manibus ſeipſum eripiet. Jobus autem rerum omnium poſſeſſione nudatus, ipſam etiam veſtem conſcidit. Atque hæc, cum venuſtate quâdam & concinnitate dicuntur.

ἀφηγήσονται. ὅσπερ δὲ ἐστὶν ἡ κόνις ἐκεῖ, τοῦτο ἐν τῷ ἡμετέρῳ ἀγῶνι, τὰ γήινα πράγματα· καὶ ὅσπερ ἐστὶν ἐκεῖ τὸ ἔλαιον, τοῦτο ἐνταῦθα τὸ ἀμέριμνον. καὶ ὥσπερ ἐκεῖ, ὁ ἠλειμμένος εὐχερῶς λύει τὰ λεγόμενα παρ' αὐτοῖς, ἅμματα· εἰ δὲ ἐδέξατο κόνιν, δυσκόλως ἐκφεύγει τὴν χεῖρα τοῦ περιπαλαίοντος· οὕτως ἐνταῦθα, ὁ μηδὲν μεριμνῶν, δυσληπτός ἐστι τῷ διαβόλῳ· φροντίζων δὲ, καὶ ταῖς μερίμναις, καθάπερ κόνει, τραχύνων τὸ λεῖον τῆς ἀμεριμνίας τοῦ νοῦ, δυσχερῶς * ἐξελεῖ ἐκ τῆς ἐκείνου χειρός. ἀλλὰ ὁ Ἰὼβ πάσης ἀπολυθεὶς τῶν χρημάτων σχέσεως, καὶ αὐτὸν τὸν χιτῶνα περιερρήξατο. καὶ ταῦτα μὲν κομψότερον εἴρηται.

* ἴσ. ἑαυτόν.

POLYCHRON. Atque illud quidem, *cùm ſic audiſſet*, multam juſti conſtantiam teſtatur; & imperturbato animo cæterarum rerum nuncios audiviſſe, ſolo autem liberorum interitu accepto, commotum fuiſſe, ſignificat. Sed neq; nunc, quidquam præter decorum loquitur, ſed in lugubrem habitum formámque mutatus, veſtimentorum ſciſſurâ, doloris magnitudinem declarat: tonſurâ verò capillorum, mœrorem pro liberis ereptis palam facit. Nam iis temporibus, lugubris erat hujuſmodi habitus.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τὸ μὲν, οὕτως ἀκούσας, πολλὴν μαρτυρεῖ καρτερίαν τῷ δικαίῳ· ὡς γὰρ οὐ διαταραχθέντα ἐπὶ τῇ τῶν λοιπῶν ἀκοῇ, πλὴν τῶν παίδων, μηνύει· τῷ νῦν δὲ, οὐδὲν ἀπρεπὲς φαίνεται φθεγγόμενος, ἀλλὰ μόνον εἰς πενθικὸν μεταβαλλόμενος σχῆμα, διὰ μὲν τῆς ἱματίων *, τὴν τοῦ πάθους ἐπίτασιν δῆλον ποιεῖ· διὰ δὲ τῆς ἀφαιρέσεως τῆς κόμης, τὸ ἐπὶ τοῖς παισὶ πάθος γνωρίζει· πενθικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον σχῆμα τὸ τηνικαῦτα.

* ἴσ. διαρρήξεως.

CHRYSOST. Noſtrâ hâc ætate, plerique eorum, qui in ſqualore & luctu ſunt, comam alunt; ille verò amputabat. Quîd ita? quoniam lugenti ſtudium erat, ut habitum & cultum corporis in contrarium mutaret: quare ubi in honore eſt coma, tonſus capillus doloris ſignificatio eſt. Veſtes autem laceravit, habitu quidem externo, propter mœroris acerbitatem luctum ſimulans, reipsâ autem, veſtem ad luctam exuens, & ad certamen ſe totum accingens, ut cum adverſario, tanquam nudus athleta, congredi poſſet.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Νῦν μὲν γὰρ ἐφ' ἡμῶν, πολλοὶ τῶν πενθούντων τρέφουσι κόμην, ἐκεῖνος δὲ περιῄρει. διὰ τί; τῷ πενθοῦντι τὸ σπουδαζόμενον ἦν, εἰς τὸ ἐναντίον σχῆμα περιστῆσαι τὴν κατάστασιν. ὅπου δ' οὖν τιμᾶται κόμη, σημεῖον πένθους τὸ κείρεσθαι. διέρρηξε δὲ τὰ ἱμάτια, τῷ μὲν σχήματι, πρὸς πάθος ἀποδυσάμενος, τῇ δὲ ἀληθείᾳ, πρὸς πάλην ἀποδυόμενος, καὶ εἰς τὸν ἀγῶνα λοιπὸν ἑαυτὸν καθιεὶς, ἵνα ὡς γυμνὸς ἀθλητὴς, περιπλακῇ τῷ ἀντιπάλῳ.

Et procumbens humi adoravit Dominum, & dixit, Ipſe nudus egreſſus ſum de utero

Καὶ πεσὼν χαμαὶ, προσεκύνησε τῷ κυρίῳ, καὶ εἶπεν, αὐτὸς γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοι-

λίας

λίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι ἐκεῖ.

matris meæ, nudus & revertar illuc.

* ἴσ. εὔτονον.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἀνάνδρου ψυχῆς, καὶ οὐδὲν * ἄτονον ἐκ τῆς ἐπὶ Θεὸν ἐλπίδος ἐχούσης, τὸ σφοδρῶς καταῤῥήγνυσθαι, καὶ ὑποπίπτειν τοῖς λυπηροῖς. ὥσπερ γὰρ οἱ σκώληκες τοῖς ἁπαλωτέροις τῶν ξύλων ἐντίκτονται μάλιστα, οὕτως αἱ λῦπαι τοῖς μαλακωτέροις ἤθεσι τῶν ἀνθρώπων ἐμφύονται. Μὴ γὰρ ἀδαμάντινος ἦν ὁ Ἰὼβ τὴν καρδίαν; μὴ γὰρ ἐκ λίθου ἦν αὐτοῦ πεποιημένα τὰ σπλάγχνα; ἔπεσον αὐτοῦ δέκα παῖδες, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ, μιᾷ πληγῇ συντελεσθέντες, ἐν τῷ οἴκῳ τῆς θυμηδίας, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀπολαύσεως, ἐπικατασείσαντος αὐτοῖς τοῦ διαβόλου τὸ οἴκημα. Εἶδε τράπεζαν αἵματι μεμιγμένην, εἶδε παῖδας, διαφόρως μὲν κατὰ τὸν χρόνον ἀποτεχθέντας, κοινὴν δὲ ὑπελθόντας τοῦ βίου τὸ τέλος· οὐκ ᾤμωξεν, οὐκ ἀφῆκέ τινα φωνὴν ἀγεννῆ, ἀλλὰ τὴν ἀοίδιμον ἐκείνην, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνυμνουμένην εὐχαριστίαν ἐφθέγξατο· μὴ ἀσυμπαθὴς ὁ ἄνθρωπος; καὶ πῶς ὅσγε περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ἐγὼ δὲ ἐπὶ παντὶ ἀδυνάτῳ ἔκλαυσα. ἀλλὰ ἄρα μὴ ἐψεύδετο ταῦτα λέγων; καὶ μὴν μαρτυρεῖ αὐτῷ ἡ ἀλήθεια, ὅτι πρὸς ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς, καὶ ἀληθινὸς ἦν.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Οὗτος ὁ Ἰὼβ συνέκοψε τοῦ διαβόλου τὴν ὄψιν, παιόμενος οὐ παίων· ἐκένωσεν αὐτοῦ τὴν βελοθήκην ἅπασαν, κατατοξευόμενος παρ' αὐτοῦ συνεχῶς· ἅπαν ὑπέμεινε πειρασμῶν εἶδος, καὶ ἕκαστον μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης. Τὰ γὰρ δοκοῦντα κατὰ τὸν βίον εἶναι λυπηρὰ, καὶ ὄντα, ταῦτα μάλιστα πάντων ἐστὶ, πενία, καὶ νόσος, καὶ παίδων ἀποβολὴ, καὶ ἐχθρῶν ἐπανάστασις, καὶ φίλων ἀγνωμοσύνη, καὶ λιμὸς, καὶ σαρκὸς ὀδύναι διηνεκεῖς, καὶ λοιδορίαι, καὶ συκοφαντίαι, καὶ τὸ πονηρὰν κεκτῆσθαι ὑπόληψιν· καὶ ταῦτα ἅπαντα εἰς ἓν ἐξεχύθη σῶμα, καὶ μιᾶς κατεσκεδάσθη ψυχῆς, καὶ

BASILII. Animi eſt effœminati, nec quicquam firmitudinis, ex ſpe divinâ habentis, diſcruciari vehementiùs, ac rebus ſuccumbere adverſis. Ut enim vermes in tenerioribus præcipuè lignis procreantur, ita ægritudines atque moleſtiæ, mollioribus hominibus innaſcuntur. An verò corde adamantino erat Jobus? nunquid ei viſcera lapidea? decem ei filii, brevi temporis momento, uno percuſſi vulnere, in ædibus lætitiæ ac voluptatis, oblectationis tempore, domicilium concutiente diabolo, occubuêre. Menſam vidit ſanguine reſperſam; vidit liberos non uno quidem tempore in lucem editos, communi tamen fato, vitæ exitum ſortitos: lamentis & ejulatu non eſt proſequutus, non vocem ullam edidit, generoſo homine indignam, ſed præclaram illam, & ſermone omnium percelebratam, & grati animi indicem, eloquutus eſt. Nunquid homo fuit à communi ſenſu doloris alienus? quî tandem? cùm de ſe, ipſe teſtetur, *Ego autem ſuper omni impotente flevi.* Iob.30.25. An verò, cùm hæc diceret, mentiebatur? atqui ipſa veritas de eo teſtatur, quòd præter alias virtutes, etiam verus fuerit.

CHRYSOSTOMI. Hic ipſe Jobus, plagam accipiens, non infligens, oculos diaboli confixit; & jaculis ab eo ſæpius petitus, pharetram ejus exinanivit univerſam: tentationum omne genus, & unumquodque quidem, cum ſummâ patientiâ perpeſſus eſt. In iis, quæ in vitâ moleſta ſunt, & habentur, præcipuè ſunt, egeſtas, & morbus, & orbitas liberorum, & inſurrectio inimicorum, & amicorum improbitas, & fames, & carnis cruciatus aſſidui, & convitia, & calumniæ, & improbæ exiſtimationis poſſeſſio: atque hæc omnia, in unum corpus, unámque animam effuſa ſunt, & quod gravius

vius eſt, nec opinantem invaſerunt. Quod autem loquor, id eſt ejuſmodi; qui ab egentibus parentibus procreatus eſt, & in pauperi domo educatus, is quaſi exercitatione & meditatione aſſuetus, paupertatis moleſtiam leviùs tulerit: qui verò facultatibus multis abundat, & divitiarũ copiâ affluit, ſi repentè in contrariam fortunam incidat, mutationem haud facilè ſuſtinuerit; quæ inexperto ſubitò ingruens, difficilior & moleſtior apparet. Ad hæc, homo obſcurus, & obſcuro loco natus, qui in perpetuo contemptu deſpicatus vixit, licèt convitio, & contumeliâ grandi afficiatur, non tamen commovetur: qui verò excelſâ gloriâ fruitur, & omnium ſatellitio ſtipatus ambulat, qui in omnium ore eſt, & ubique cum nominis celebritate prædicatur, ſi ad ignominiam & vilitatem dilabatur, idem patitur omnino, quod ille, qui ex locuplete, repentino caſu pauper evaſit. Præterea qui liberos amittit, quamvis orbetur omnibus, non tamen uno eodémque tempore, qui ſuperſtites ſunt, pro defunctis ſolatium ei præbent: & ſi reſtincto dolore, qui è primi interitu contractus erat, poſt temporis aliquod intervallum, ſecundi obitus contingat, acerbitas caſûs hâc ratione nonnihil minuitur; non enim recens adhuc ulcus offendit, ſed obductâ cicatrice ſedatum planè, & conſopitum, quod ad dolorem extenuandum, multùm valet, Hic autem ſuum illum chorum omnem, uno temporis momento, genere mortis acerbiſſimo abreptum vidit: nam & violentus erat interitus, & immaturus. Temporis verò, locíque ratio, dolori non parvum incrementum addidit; convivii enim tempore, & in ædibus quæ peregrinis & advenis patebant, domus ipſa facta eſt illis ſepulchrum. Et quod magis admirationem meretur, cuncta hæc ſimul perpeſſus eſt, quod duplò, immò triplò malorum moleſtiam augere ſolet; cùm certanti ex induciis, nullum ſolatium præbetur, ſed impetûs jugi frequentiâ, plures tumultus, turbæque majores concitantur, quod huic

τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ ἀμελετήτῳ ὄντι ἐπέθετο. ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστιν, ὁ ἐκ πενήτων τεχθεὶς, καὶ ἐν οἰκίᾳ τοιαύτῃ τραφεὶς, ἅτε γυμνασάμενος, καὶ μελετήσας, ῥᾳδίως ἂν ἐνέγκοι τῆς πενίας τὸ βάρος· ὁ δὲ τοσούτοις περιρρεόμενος χρήμασι, καὶ τοσούτῳ πλούτῳ κομῶν, εἶτα ἀθρόον εἰς τὸ ἐναντίον μεταπεσὼν, οὐκ ἂν εὐκόλως ὑπομείνῃ τὴν μεταβολήν· καὶ γὰρ ἀγυμνάστῳ ὄντι χαλεπωτέρα φαίνεται, ἀθρόον προσπεσοῦσα. Πάλιν, ὁ ἄσημος, καὶ ἐξ ἀσήμων γενόμενος, καὶ ἐν τῷ διηνεκῶς καταφρονεῖσθαι ζῶν, οὐκ ἂν σφόδρα λοιδορούμενος καὶ ὑβριζόμενος, ταραχθείη. ὁ δὲ τοσαύτης ἀπολαύσας δόξης, καὶ παρὰ πάντων δορυφορούμενος, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν ὢν, καὶ πανταχοῦ μετὰ πολλῆς ἀνακηρυττόμενος τῆς περιφανείας, εἰς ἀτιμίαν καὶ εὐτέλειαν κατενεχθεὶς, τὸ αὐτὸ ἂν πάθοι, τῷ ἀπὸ πλουσίου ἀθρόον γενομένῳ πένητι. ὁ παῖδας ἀποβαλὼν, πάλιν, κἂν ἅπαντας ἀποβάλῃ, μὴ ἐν ἑνὶ δὲ καιρῷ, τοὺς λειπομένους ἔχει τῶν ἀπελθόντων παραμύθιον· καὶ * τῆς ἐπὶ τῷ προτέρῳ τελευτῆς, τοῦ πάθους λήξαντος, ἂν ἡ τοῦ δευτέρου γένηται μετὰ χρόνον, οὕτω αὐτῷ πρᾳονέστερον γίνεται τὸ πάθος· οὐ γὰρ νεαρῷ ὄντι ἔπαισε τῷ ἕλκει, ἀλλὰ κοιμηθέντι ἤδη, καὶ ἀφανισθέντι, ὅπερ οὐκ ὀλίγον ὑποτέμνεται τῆς ὀδύνης. ἐνταῦθα δὲ, ὁλόκληρον αὐτοῦ τὸν χορὸν εἶδεν ἐν μιᾷ ἀναρπασθέντα καιροῦ ῥοπῇ, καὶ τρόπῳ πικροτάτῳ τελευτῆς· καὶ γὰρ βίαιος, καὶ ἄωρος ὁ θάνατος ἦν. καὶ ὁ καιρὸς δὲ, καὶ ὁ τόπος, οὐ μικρὰν ἐποιεῖτο τῷ πένθει προσθήκην· καὶ γὰρ ἐν ὥρᾳ συμποσίου, καὶ ἐν οἰκίᾳ τῇ τοῖς ξένοις ἀνεῳγμένῃ, καὶ τάφος αὐτοῖς ὁ οἶκος ἐγένετο. καὶ τὸ δὴ θαυμαστότερον, ὅτι ἅμα ταῦτα πάντα ὑπήνεγκεν, ὅπερ διπλασίονα, καὶ τριπλασίονα ποιεῖ τὰ χαλεπά· ὅταν μηδὲ τὴν ἐκ τῆς ἀνακωχῆς ἔχῃ παραμυθίαν ὁ ἀγωνιζόμενος, ἀλλὰ τῇ συνεχείᾳ τῆς ἐπαγωγῆς πλείων ὁ θόρυβος γὰρ, καὶ μείζων

* ἴσ. ἐπὶ τῇ τοῦ προτέρου τελευτῇ.

μείζων ἡ ταραχὴ, ὅσπερ ἐπὶ τούτου συνέβη· τὴν μὲν γὰρ τῶν προβάτων ἀπώλειαν, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν, διεδέχετο ἡ τῶν βοῶν ἁρπαγή· καὶ ταύτην, ἡ τῶν ὄνων ἀφαίρεσις, καὶ ταύτην, ἡ τῶν καμήλων αἰχμαλωσία, καὶ τῶν οἰκετῶν ἡ σφαγή· καὶ ταύτην, ἡ τῶν παίδων ἀπώλεια, καὶ ὁ φρικτὸς ἐκεῖνος, καὶ καινὸς θάνατος, καὶ ὁ φρικωδέστατος τάφος, ὁ αὐτὸς ὁμοῦ καὶ θάνατος, καὶ τάφος γενόμενος. καὶ ἡ τράπεζα, ἡ νῦν μὲν * ἑστιώμεθα [* ἴσ. ἑστιάμενα], νῦν δὲ κατακοπέντα δεξαμένη τὰ σώματα· καὶ φιάλαι καὶ τὰ ποτήρια, μετὰ τοῦ οἴνου, τὸ αἷμα ὑποδεχόμενα, καὶ κατακεκομμένα μέλη. Λόγισαι δὲ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, καὶ τὸ καινὸν ἐκεῖνο ναυάγιον, καὶ τὴν ξένην, καὶ παράδοξον τραγῳδίαν. * ἄλλως [* ἴσ. ἄλλος] μὲν γὰρ ἴσως ἕνα υἱὸν ἀπώλεσεν, ἢ δεύτερον, ἢ τρίτον, * ἐλεεινῶς [* ἴσ. ἐκεῖνος] δὲ τοσούτους, καὶ τοσαύτας, καὶ ὁ πολύπαις, ἐξαίφνης ἄπαις ἐγένετο· καὶ οὐδὲ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὰ σπλάγχνα ἀνηλίσκετο, ἀλλ' ἀθρόον ἅπας ὁ καρπὸς ἀνηρπάζετο· καὶ οὐδὲ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ, οὐδὲ εἰς γῆρας ἐλθόντες, ἀλλὰ τῷ ἀώρῳ τῷ βιαίῳ θανάτῳ, καὶ πάντες ὁμοῦ, καὶ οὐδὲ παρόντος, οὐδὲ παρακαθημένου, ἵνα καὶ ἐσχάτων ἀκούσας ῥημάτων, ἔχῃ τινὰ παραμυθίαν τῆς οὕτω πικρᾶς τελευτῆς. ἀλλὰ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν, καὶ μηδὲν τῶν γινομένων εἰδότος, ἀθρόον ἅπαντες κατεχώννυντο, καὶ ἡ οἰκία τάφος αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ παγίς. Οὐκ ἄωρος δὲ θάνατος μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλὰ, μετὰ τούτου, ἦν λυποῦντα, οἷον τὸ, ἐν ἀκμῇ πάντας εἶναι, τὸ, ἐναρέτους πάντας, τὸ, φιλικοὺς, τὸ, πάντας ὁμοῦ, τὸ, τῆς φύσεως ἑκατέρας, τὸ, μηδὲ ἕνα ὑπολειφθῆναι, τὸ, μὴ τῷ κοινῷ νόμῳ τῆς φύσεως, τὸ, μετὰ τοσαύτην ζημίαν, τὸ, μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότα πονηρὸν, μηδὲ ἐκείνοις, ταῦτα παθεῖν. τούτων γὰρ ἕκαστον ἱκανὸν μὲν, καὶ καθ' ἑαυτὸ, θορυβῆσαι· ὅταν δὲ καὶ ὁμοῦ φαίνεται συντρέχοντα, ἐννόησον τῶν κυμάτων τὸ ὕψος, ὅση τοῦ χειμῶνος ἡ ὑπερβολή· ἀλλὰ ὅμως οὐκ εἶπεν οὐδὲν τοιοῦτον, οἷα εἰκὸς τινας

noſtro accidit: nam ovium exitium atque incendium, boum abactio excepit; hanc verò, aſinarum ablatio, hanc item, camelorum captivitas, & ſervorum jugulatio; hanc demum, liberorum amiſſio, & novum illud & horribile mortis genus, ac ſepulchrum formidabiliſſimum, idémq; mors & ſepulchrum ſimul factum. Menſa etiam, quæ paulò antè eſculenta ſuſtinebat, nunc conciſa complectitur cadavera; phialæ & pocula, cum vino, cruorem, obtritóſque artus excipiunt. Illius calamitatis magnitudinem, ac novum illud naufragii genus, & peregrinam illam, incredibilémque tragœdiam, animo (quæſo) complectere. Fuerit fortaſſe aliquando, qui natum unum, aut alterum, aut tertium amiſerit, hic verò utriuſque ſexus multos amiſit, & qui liberis multis abundabat, ſubitò omnibus orbatus eſt: neque paulatim illius viſcera abſumebantur, ſed repentè fructus omnis eſt ademptus: neque communi lege naturæ & ad ſenectutem pervenientes, ſed violento atque immaturo interitu, cùm unà eſſent omnes, extincti ſunt, abſente illo, nec moribundis aſſiſtente, ut ſaltem noviſſimis verbis auditis, ſolatium aliquod tam acerbi funeris haberet. Imò præter omnem expectationem, cùm eorum, quæ acciderant, planè ignarus eſſet, ſubitâ ruinâ obruti ſunt univerſi, eadémque domus iis laqueus, & ſepultura fuit. Præter immaturam etiam liberorum mortem, alia erant multa, quæ mœſtitiam ejus augebant, quòd omnes in flore ætatis eſſent, quòd omnes virtute præditi, quòd concordes, quòd omnes ſimul utriuſque ſexus, & nemine relicto, conciderint, quòd non cõmuni lege naturæ è vivis exceſſerint, quòd poſt tantam jacturam, nec ſibi, nec filiis, culpæ alicujus conſcius, tanta pateretur. Singula enim hæc, ad perturbationem animi haud parum per ſe valent; ubi verò omnia concurrere viſa ſunt, tu fluctuum molem, & tempeſtatis magnitudinem, técum perpende. Sed tamen nullum tale verbum protulit, quale veriſimile

mile eſt imbecilliores uſurpare; Ergò ad hoc liberos educavi, & diligentiâ omni adhibitâ inſtitui? ad hoc prætereuntibus domum patefeci, ſcilicet ut poſt tam multos labores, egentium, nudorum, pupillorúmque causâ ſuſceptos, præmium hujuſmodi reportarem? verùm illorum loco, verba, quæ omni victimâ longè præſtantiora erant, poſt liberorum cladem protulit, quæque ſanctum illud caput, magnificentiùs mille coronis exornârunt, clarioréq; ſono, quàm multarum tubarum, laudes ejus prædicârunt: dixit enim, *Ipſe nudus egreſſus ſum ex utero matris meæ, nudus etiam revertar*; mea enim hæc non erant, à quibus paulò poſt divelli me oportebat: *Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus.* Et antequam verba illa pronunciaret, humi ſtratus Deum venerabatur; tantâque clade affectus, pietatem erga Deum non deſeruit, ſed in terram procidens, illum proſtravit, qui dixerat, *certè in faciem te benedicet.* Teſtatus eſt naturam, teſtatus item eſt pietatem: affectum enim paternum erga liberos moderatè oſtendens, animi ægritudinem fortitudine prævertit, neque ampliùs lamentatur, ſed divinas illas voces edit, *Nudus*, inquit, *egreſſus ſum de utero matris meæ, nudus etiam revertar illuc.* Cujus tandem uteri hîc meminit? num per uterum, ad primi hominis opificium alludens, primam creationem intelligit, quæ hominem nudum, & ab omni pravitate liberum, ex limo terræ formavit? ita ut verborum ſenſus hic ſit; Nudus è terrâ, divinâ gratiâ formatus ſum, nihil ſupervacaneùm habens, & quaſi ab omni materiâ ſecretus, *nudus etiam eò revertar*; quò? ad locum, nempe, à luctu & mœrore liberum. Si enim ad id quod in promptu eſt, & vulgò intelligitur, ſenſum traduxeris, & dixiſſe illum exiſtimaveris, ex alvo maternâ egreſſus, rurſus illam ſubiturus ſum, neque rationis decorum, neque verborum harmonia ſervatur. Quis enim mente præditus, tali ſenſu injuriam naturæ inferat,

Tim. 1. 6. 7.

* ἴσ. ἀπαλλάξομεν.

mirum, ſi opes projecerit? cùm ſæpenumero etiam corpus pro corpore profundamus, ictúmque aut oculo, aut capiti fortè intentatum, objectâ manu repellamus, ut pars corporis nobilior, & periculis magis obnoxia, ſit incolumis, ac pro ſalute noſtrâ tuendâ, divitias omnes alacri animo prodigamus. Licet etiam aliter verba illą intelligere, ut juſti famam & gloriam, apud Deum, ſceleſtus elevaret, *pellem*, inquit, *pro pelle*, dedit, id eſt, cùm leviter læſus ſit, levem quoque eſt laudem conſequutus; neque rem magnam præſtat homo, ſi facultates contemnat, ut ipſe à damno immunis ſit: illud enim, *pro animâ ſuâ*, pro, *ſeipſo*, dixit.

Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ ἀποστείλας τὴν χεῖρά σου, ἅψαι τῶν ὀστῶν αὐτοῦ καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ· ἦ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει.

Alioquin autem mittens manum tuam, tange oſſa ejus, & carnes ejus; certè in faciem te benedicet.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὠμὸν τὸ θηρίον, καὶ ἀναίσχυντον· οὐ γὰρ ἀνέχεται, μόνον τῶν ἡμετέρων ἐμφορηθῆναι σαρκῶν, ἀλλὰ καὶ μέχρις ὀστῶν καὶ μυελῶν διελθεῖν βούλεται· οὐκ ἀπορεῖ πονηρίας, εὑρίσκει πάλιν ἐπίνοιαν. Οὐδέν, φησι, μέγα, εἰ ἀπώλεσε κτήματα, ἡδέως πάντων καταφρονήσας, ἵνα ἑαυτὸν σώσῃ· ἀλλὰ μὴν * ἐπὶ τὴν ψυχὴν οὐ δίδως λαβεῖν; τοῦτο γὰρ ἐνέφηνε ζητῶν, διὰ τοῦ λέγειν, πάντα ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἐκτίσει· τὸ γοῦν σῶμα πλῆξον. Διὰ τί δέ, μὴ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο ᾔτησεν; ἐλογίσατο, ὅτι εἰ συμβῇ αὐτὸν ἡττηθῆναι, βέλτιον ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων τὴν νίκην ἐνεγκεῖν· εἰ δὲ μή, ἀπὸ τοῦ σώματος * περιέσομαι. Οὐ πολλοῦ λόγου, φησί, τὰ χρήματα τοῖς ἀνθρώποις, ὑπὲρ γὰρ σωτηρίας τῆς οἰκείας ψυχῆς, ἅπαντα διδόασιν. Οὐχ ἁπλῶς δέ, τῶν σαρκῶν, εἶπεν, ἅψαι, ἀλλ' ὥστε καὶ ἔνδοθεν * τεχθῆναι τὸ κακόν, οὕτω μετὰ πονηρίας διαλέγεται. Δείκνυται δὲ καὶ ἐντεῦθεν, ὡς οὐδὲ-

* ἴσ. ἢ τοῦτο.
* ἴσ. περιέσεσθαι.
* ἴσ. πεδῦναι.

OLYMPIODORI, & CHRYSOSTOMI. Truculenta eſt atque impudens bellua; neque enim ſatis habet, noſtris tantùm carnibus ſaturari, niſi in medullas etiam & oſſa pervadat; improbitate non caret, novum commentum excogitat. Res, inquit, levis momenti eſt, ſi bona amiſerit, omniáque libenter contempſerit, ut ſaluti ſuæ conſuleret: verùm quid hoc eſt, ſi in ejus animam poteſtatem non conceſſeris? Atque hoc ipſum is poſtulare videbatur, cùm diceret, *Omnia pro animâ ſuâ pendet:* corpori ergo plagam inflige. Sed quamobrem id non rogavit initio? nimirum, quia ſecum ipſe cogitabat, ſi fortè contigiſſet, victum illum diſcedere, è rebus puſillis, illuſtriorem ſe victoriam reportaturum; ſin ſecus, in corporis luctâ, ſe fore ſuperiorem. Haud magno, inquit, bonorum poſſeſſio æſtimatur ab hominibus; cuncta enim pro vitæ ſuæ ſalute largiuntur. Neque ſimpliciter tantùm dixit, *carnes tange*, ſed malum altiùs etiam penitrare voluit, tantâ viz. cùm improbitate loquitur. Hinc etiam perſpici-

tur nullam antiqui Draconis eſſe in nos poteſtatem, niſi detur à Deo, & quidem propter arcanam ſuam erga nos providentiam. Ac licèt, permittente Deo, homini poſſit vitam adimere, malum tamen inferre nequit, ſed à Deo veniam flagitat. Novit enim quamvis ipſe lapſus ſit, ſe nihil adversùs quempiam poſſe, niſi Deus permittat; quæ tamen permiſſio, non niſi ſapienter fieri judicanda eſt, quatenus à Deo proficiſcitur. Quod verò dicit, ejuſmodi eſt, nudato cum externi cultûs cuſtodiâ, & animæ curâ; non enim admirationem meretur, ſi intactum illum ab omni oppugnatione tueris: da mihi, ut tabe carnes ejus, ad medullas uſque conficiam. Solet enim calamitas animum prodere, qui virtutis diſciplinâ non eſt imbutus, & cui cultus & obſequii tui cauſa omnis, in luxu ac voluptate poſita eſt: quapropter ſi tetigeris carnes ejus, *in faciem te benedicet*, hoc eſt, apertè conſcindet te maledictis.

μίαν ἔχει καθ' ἡμῶν ἐξουσίαν ὁ ἀρχαῖος δράκων, εἰ μὴ ὑπὸ Θεοῦ συγχωρηθῇ, κατὰ τὰς ἀῤῥήτους αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας. καὶ ὡς ἀνελεῖν μὲν ἄνθρωπον δύναται, εἰ λάβοι συγχώρησιν, κακὸν δὲ ποιῆσαι οὐ δύναται, παρὰ Θεοῦ δὲ ἐξαιτεῖ. οἶδε γὰρ εἰ καὶ ἔπεσεν, ὅτι, εἰ μὴ Θεὸς ἐπιτρέψει, οὐδὲν αὐτὸς, κατά τινος δύναται, τῆς ἐπιτροπῆς οὕτω νοουμένης, ὅτι σοφῶς γίνεται, ἅτε παρὰ Θεοῦ γινομένης. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι, περίελε αὐτοῦ τὴν φρουρὰν τῆς ἔξωθεν θεραπείας, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ἐπιμελείας· οὐ γάρ ἐστι θαύματος ἄξιος, εἰ φυλάττεις αὐτὸν ἀπολέμητον· συγχώρησόν μοι διαφθεῖραι τὰς σάρκας ἄχρι καὶ μυελῶν. ἐλέγχειν γὰρ οἶδε συμφορὰ γνώμην ἀπαιδαγώγητον, * τρυφὴν καὶ μόνην τὴν περὶ σὲ θεραπείας, ὑπόθεσιν ἔχουσαν· ὡς εἴγε ἅψῃ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, τηνικαῦτα εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει, τουτέστι, φανερῶς σε βλασφημήσει.

* ἴσ. καὶ τρυφὴν μόνην

Dixit autem Dominus diabolo; ecce, trado tibi eum: tantummodo animam ejus cuſtodi. Theodotion verò, *animam ejus ne tetigeris*.

Εἶπε δὲ ὁ κύριος τῷ διαβόλῳ, ἰδοὺ, παραδίδωμί σοι αὐτόν· μόνον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαφύλαξον. Ὁ δὲ Θεοδοτίων, τῆς ψυχῆς αὐτοῦ οὐχ ἅψῃ.

CHRYSOSTOMI, & OLYMPIODORI. Rurſus benignus Deus, qui athletas ſuos coronâ inſigniẽdos, Angelis & hominibus ſpectaculum publicum proponit, etiam hoc diabolo largitur, nempe, ùt nos intelligamus, nihil ſine divino permiſſu, poſſe diabolum: cujus quidem hæc erat vox, *tu tange carnes ejus*. Sed ne diabolus fortè diceret; tu quidem vulnus ei, tanquam famulo tuo, in ſpeciem inflixiſti, quod petebat, facere noluit, verùm illius poteſtati hoc permiſit.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πάλιν ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, ὁ τοὺς οἰκείους στεφανίζων ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις δημοσιεύειν βουλόμενος, ἐπιτρέπει καὶ τοῦτο, ὥστε μαθεῖν ἡμᾶς, ὅτι ὅσα δύναται ὁ πονηρὸς, κατὰ συγχώρησιν δύναται· καὶ οὗ μὲν ἔλεγε, σὺ ἅψαι τῶν σαρκῶν αὐτοῦ. ἀλλ' ἵνα μὴ λέγῃ, ὅτι σὺ πεφασμένως αὐτὸν ἔπληξας, ὡς οἰκεῖον θεράποντα, οὐκ ἐποίησεν ὅπερ ἤτησεν ὁ διάβολος, ἀλλ' ἐκείνῳ ἐπέτρεψε.

DIDYMI. Et hoc quidem ad noſtram utilitatem, ut Jobus, character ac forma fortitudinis, tanquam in columnâ, relinqueretur inſculptus, eſſétque non ſolùm illius ætatis hominibus, verumetiam poſteris,

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ τοῦτο πρὸς ἡμετέραν ὠφέλειαν, ἵνα χαρακτὴρ καὶ τύπος ἀνδρείας, καθάπερ ἐν στηλογραφίᾳ, ὁ Ἰὼβ τεθεὶς, σκοπὸς τῆς τοιαύτης ἀρετῆς, καὶ τοῖς τότε, καὶ τοῖς μεταγενεστέροις,

ρεις, ὑπάρξῃ, ὃ καὶ γέγονεν· αὐτοῦ γὰρ ἔστιν ἀκοῦσαι τοῦ ἀθλητοῦ καὶ ἀγωνιστοῦ, λέγοντος, οἶδα ἐγὼ ὅτι δίκαιος ἀναφανοῦμαι· παραδιδοὺς δὲ ὁ κύριος, φησι, μόνον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαφύλαξον. ὅσον δ' ἐννοεῖν οὕτως· παρακοπὰς πολλάκις, καὶ τοῦ ἡγεμονικοῦ διαστροφὰς, ἔν τισιν ὁρῶμεν γινομένας, δι' οὓς οἶδε λόγους, ὁ τὰ κρυπτὰ γινώσκων, Θεός· ἐπεὶ οὖν εἰς παραφροσύνην τὸν δίκαιον ἀγαγεῖν ἐσπούδαζεν ὁ διάβολος, καὶ ἔκστασιν φρενῶν, ἵνα καὶ ἄκοντα αὐτὸν τοῖς τῆς βλασφημίας περιβάλῃ ῥήμασιν· ἰδού, φησι, παραδίδωμί σοι ὃν ἐξητήσω, ἵνα κἀκεῖνος πλέον εὐδοκιμήσῃ, καὶ σὺ* αἰσχυνθῇς· πλὴν μὴ κάρον αὐτοῦ, καὶ διαστροφὴν ἐργάσῃ τοῦ ἡγεμονικοῦ· τοῦτο γὰρ οὐκ ἐφεῖταί σοι, ἵν' ἐρρωμένου τοῦ λογισμοῦ, τὴν ἐν τοῖς πάθεσιν ἐνδείξηται ἀνδρείαν, ἀλλὰ σαρκῶν ἅπτου, καὶ ὀστέων, ὡς ἐξητήσω.

*ἴσ. αἰσχυνθῇς.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἢ τοίνυν τοῦτό φησιν, ὅτι τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ μὴ ἅψῃ, διὰ δὲ τῶν εἰς τὴν σωματικὴν βάσανον τὸν ἀγῶνα ποιοῦ· καὶ τοῦ μὲν σώματος * ἀπεξαγαγεῖν τὴν ψυχὴν, ἵνα ἐξ ἐπιγονῆς, τὰ διπλασίονα χαρίσηται ἀγαθὰ, καὶ ἀντεισαγάγῃ αὐτοῦ τὰ ἀπολωλότα.

*ἴσ. ἐξουσίαν δίδωσιν, οὐ συγχωρεῖ δὲ αὐτῷ μετὰ τοῦ σώματος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα δὲ οὐκ * εἶπε μόνον, τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μὴ ἅψῃ, ἀλλὰ, μόνον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διατήρησον, εἰς μέγαν αὐτὸν φόβον περιέστησε· τὴν σωτηρίαν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, φησὶ, παρὰ σοῦ * ζητῶ. ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν, τοιαύτην * αὐτῷ ὅσον ἐπιβαλεῖν, ὥστε ἀπολέσαι τὸ σῶμα, καὶ εἶχεν εἰπεῖν, ὅτι τῆς ψυχῆς αὐτοῦ οὐχ ἡψάμην· διὰ τοῦτό φησι, διατήρησον, μή τι πάθῃ κατὰ τὸν τῆς ζωῆς λόγον· ἐὰν γὰρ ἀνέλῃς, οὐκ ἔτι ἡμῖν τὸ θέατρον συγκροτήσει.

*ἴσ. εἶπεν.
*ἴσ. ζητήσω.
*ἴσ. αὐτῷ νόσον.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πάλιν μέντοι, κατὰ μέτρον, χρυσοῦν ἀνδριάντα, τῷ διαβολικῷ πυρὶ δοκιμάζει Θεὸς, οὐκ αὐτὸς γνῶναι θέλων, ὃν προ-

tam inſignis virtutis, ſcopus; quod profectò contigit: ipſum enim athletam & pugilem dicentem audire licet, *Novi ego quòd juſtus apparebo.* Iob.13.18. Dominus autem diabolo eum tradens dicit, *tantummodo animam ejus cuſtodi.* Quorum verborum ea videtur eſſe ſententia; quoſdam propter cauſas abditas & ſecretas, quas ſolus novit Deus, in mentis furorem inſaniámque ſæpenumero incidere videmus: quoniam igitur ad inſipientiam, & mentis emotionem, diabolus juſtum impellere nitebatur, ut vel invitum, impia & blaſphema verba proferre cogeret; idcirco, inquit Deus, trado tibi quem depopoſciſti, ut & ejus magis teſtata ſit virtus, & tu majore pudore perfundare: verùm cave, ne veternum inducas, & animi principatū pervertas; neq; enim id tibi permittitur, quia mentis ſanitate cōſervatâ, fortitudo ejus, in perferendis malis, oſtendenda eſt; ſed, ut petiiſti, carnes oſſaq; ejus tangito.

OLYMPIODORI. Aut igitur hoc dicit, principem animi partem noli attingere, ſed corporis cruciatibus certamen inito: & corporis quidem poteſtatem illi permittit, verùm ut cum corpore animam ſubducat, veniam non concedit; quia inſtauratione novâ duplicata bona illi reſtituenda erant, & quæ periêrunt redintegranda.

CHRYSOSTOMI. Ac vide, quemadmodum cùm dicat non ſolùm, animam ejus ne tangas, ſed *animam ejus tantùm cuſtodi*, metum magnum illi incutiat: animæ, inquit, ejus incolumitatem à te repoſcam. Nam quia veriſimile erat, eum Jobum in morbum adeò gravem conjecturum, ut corporis interitus inde ſequeretur, eóque reſponſo ſe excuſaturum, quòd animam minimè attigiſſet: idcirco cave, inquit, ne quid in vitæ ratione patiatur; etenim, ſi de medio eum ſuſtuleris, theatrum nobis non plandet ampliùs.

OLYMPIODORI. Rurſus ſimulachrum hoc aureum, diaboli igne probat Deus, ſed moderatione tamen adhibitâ; non eò profectò, ut perſpiceret ipſe, quem cognitum

gnitum habebat, ſed ut diabolum apertè refelleret, nobiſque, virum tantum faceret inſignem. Illúdque, *animam ejus cuſtodi*, pro illo eſt, divinam imaginem lædere ne tentes. Non enim inimico cuſtodiam animæ ejus commiſit: quâ enim ratione hoſtem, qui ad bene faciendum naturâ non eſt comparatus, tuendæ animæ præfeciſſet?

σατο, ἀλλ' εἰς ἔλεγχον διαβολικὸν, καὶ ἐφ' ᾧ τοῦτον ἡμῖν γνωρίσαι. τό γε μὴν, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαφύλαξον, ἀντὶ τοῦ, μὴ πειράσῃς τῆς θείας εἰκόνος. οὐδὲ γὰρ τῷ ἐχθρῷ φρουρεῖν τὴν ψυχὴν ἐπέτρεψε· πῶς γὰρ τὸν πολέμιον, εὐεργετεῖν μὴ πεφυκότα, φύλακα ψυχῆς προεστήσατο;

Exivit autem diabolus à Domino.

Ἐξῆλθε δὲ ὁ διάβολος ἀπὸ τοῦ κυρίου.

OLYMPIODORI. Rurſus docemur, eum, qui ad hominem adoriendum mentem convertit, à facie Domini exire. Nullum eſt enim ſtudium improbum, quod non per ſeipſum ſecernat à Deo, præſertim cùm nullum habeat cum bonitate commercium.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πάλιν διδασκόμεθα, τὸν εἰς πεῖραν ἀνθρώπου τετραμμένον, ἐξιέναι ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου. Θεοῦ γὰρ χωρίζεσθαι, πέφυκε πᾶσα πονηρὰ μελέτη, μηδεμίαν ἔχουσα πρὸς τὴν ἀγαθότητα συγγένειαν.

Et percuſſit Jobum ulcere maligno, à pedibus uſque ad caput.

Καὶ ἔπαισε τὸν Ἰὼβ ἕλκει πονηρῷ, ἀπὸ ποδῶν, ἕως κεφαλῆς.

CHRYSOSTOMI. Difficillimo, inquit, cruciatu eum affecit, lue atque elephantiaſi corpus omne infecit: totum enim ejus corpus, ulcus unum, & vibex una, factum eſt; ut ex omnibus membris coronati athletæ virtus eluceret. Parcere enim non novit improbitas, quæ naturæ ſuæ acerbâ diſpoſitione, peſtis quædam ac pernicies eſt.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπλήξε, φησιν, αὐτὸν χαλεπωτάτῃ βασάνῳ, λώβῃ καὶ ἐλέφαντι καθ' ὅλου τοῦ σώματος· ὅλον γὰρ αὐτοῦ τὸ σῶμα, ἓν τραῦμα ἐποίησεν, ἕνα μώλωπα· ἵνα δι' ὅλων τῶν μελῶν στεφανίτης ἀναδειχθῇ. οὐ γὰρ οἶδε φείδεσθαι κακία, φθορά τις κατὰ τὴν οἰκείαν ὑπάρχουσα πικροτάτην διάθεσιν.

POLYCHRON. Quadruplex fuit Jobi calamitas, in facultatibus, in liberis, in exiſtimatione nominis, & in corpore. Poſtquam enim opibus, ſervis, & liberis ſpoliatus fuiſſet, pernicioſo ulcere diabolus eum multavit, ita ut acri & mordace tabe totum corpus manaret; & rebus omnibus neceſſariis, ac famulorum ope, qui ægrum corpus curarent, prorſus deſtitueretur. Et extra urbem quidem, vitiato ac fœdato corpore, ſedebat (qui enim lepræ contagione infecti ſunt, in urbibus, unà cum aliis vivere non permittuntur)

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τετραχῶς δὲ τοῦ Ἰὼβ τὸ πάθος γέγονε, περὶ ὑπάρχοντα, περὶ τέκνα, περὶ δόξαν, καὶ περὶ σῶμα. μετὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων, καὶ τῶν οἰκετῶν, καὶ τῶν παίδων ἀφαίρεσιν, τότε τῆς λώβης ἕλκος ἐπήγαγεν ὁ διάβολος, ὡς δριμεῖς μὲν ῥεῖν ἰχῶρας, ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἔτι δάκνοντας· ἀπορίαν δὲ εἶναι παντελῆ, τῶν τε ἀναγκαίων, καὶ τῶν νοσοκομούντων. καὶ τῆς μὲν πόλεως, ὡς λελωβημένος, ἔξω καθῆσθαι (οὐκ ἐῶνται γὰρ ἐν πόλεσιν ὁμοδίαιτοι εἶναι τοῖς ἄλλοις, οἱ

ἐλα-

ἐλεφαντιῶντες) τῇ δὲ χειρὶ τοὺς μυδῶντας ἰχῶρας οὐχ ὑπεδέχετο, ἵνα * μὴ καὶ μᾶλλον ἀποκναίοιτο, ἀλλ᾽ ὀστράκῳ τούτους ἀπέξεεν· αἴθριος δὲ, καὶ ἐπὶ κοπρίας ἔκειτο, ἵνα κἂν ἀνθρωπίνης ἀκούσῃ φωνῆς, * ἢ καθαρὸν ἀναπνεύσῃ τὸν ἀέρα· ἢ τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν, τῇ μείζονι κακοπαθείᾳ τὸν Θεὸν ἐξιλεούμενος. ἕλκει δὲ πονήρῳ, παροξυτόνως, ἀναγνωστέον, ἵνα σημαίνῃ τὸ ἐπαχθὲς καὶ ἐπίπονον.

* ἴσ. delendum.
* ἴσ. μὴ.

manu verò, quò vehementiùs affligeretur, ſtillantem ac madore turpem tabem non excepit, ſed teſtâ radebat; ſub dio autem & in ſterquilinio jacebat, ut licèt humanas exaudiret voces, aërem tamen purum & incorruptum, non hauriret: vel, ut quod verius eſt dicam, ut majore perpeſſione doloris, placatum Deum redderet. Legendum autem eſt, *ulcere πονήρῳ*, accentu acuto in penultimâ, ut doloris acerbitas & moleſtia declaretur.

Καὶ ἔλαβεν ὄστρακον, ἵνα τὸν ἰχῶρα ξύῃ, καὶ ἐκάθητο ἐπὶ τῆς κοπρίας, ἔξω τῆς πόλεως.

Et ſumpſit teſtam, ut ſaniem raderet, & ſedebat in ſterquilinio, extra civitatem.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τινές φασι, τοῦ ἐλέφαντος αὐτῷ τὸ πάθος ἐπιγενέσθαι· πολλοῦ τοίνυν τοῦ ὑγροῦ φερομένου ἐν τῇ ἐκροῇ, ὥστε δριμυτέρους ἐμποιεῖν τοὺς πόνους, τὸ περιττὸν ἀποξύεσθαι διὰ τῶν ὀστράκων ἠβούλετο, αὐτὸς ἑαυτῷ γινόμενος δήμιος. Ὁ δὲ Ἑβραῖος, ἀντὶ τοῦ, ἵνα ξύῃ τῷ ὀστράκῳ τὸν ἰχῶρα, τὸ, κνᾶσθαι ἐν αὐτῷ, ἔχει. Περιέπεσεν οὖν τῷ πάθει ὁ Ἰὼβ, καὶ ᾤετο μὴ πειρασμὸν εἶναι τὰ συμβάντα, ἀλλὰ παρὰ Θεοῦ τιμωρίαν· διὰ τοῦτο ἀκοινώνητος ὢν τοῖς πολλοῖς, μᾶλλον δὲ βαρὺς ἅπασι νομιζόμενος, καὶ ἐκ τούτου τὴν καθ᾽ ἑαυτὸν ἀγαπήσας δίαιταν, πρὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐκαθέζετο, ἐξιλεούμενος τὸν Θεὸν, μήποτε ἐπ᾽ ἀδήλοις ἡμαρτηκὼς ἀγνοῇ, ἐφ᾽ οἷς, ᾤετο δεῖν εὐμενῆ καταστῆσαι, τῷ πενθικῷ σχήματι, τὸν τιμωρησάμενον.

APOLINARII. Aiunt nonnulli, elephantiaco cum morbo correptum fuiſſe: multâ igitur tabe fluente, ad acerbiores ciendos dolores, redundantem humorem teſtâ radebat, ſibique ipſe carnifex erat. Hebræus, pro illo, *ut ſaniem teſtâ raderet*, habet, *ad ſcalpendum ſe eâ.* Incidit igitur in illam calamitatem Jobus, neque quæ evenerant, tentationes eſſe, ſed ſupplicia divinitùs inflicta, arbitrabatur: idcirco cùm nullum ei conſortium cum pleriſque eſſet, immo potiùs, cùm ab omnibus moleſtus & inviſus haberetur; ſolitudinem delegit, in ſterquilinio ante urbem conſidebat, Deúmque exorabat, ob ea quæ per inſcitiam peccârat, & lugubri hoc habitu, oportere ſe, vindicem ſibi propitium reddere, exiſtimabat.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τίνος δὲ ἕνεκεν, οὐχὶ χερσὶν οὐδὲ δακτύλοις τὸν ἰχῶρα ἀπέξεεν, ὥστε * μὴ τὴν θεραπείαν μείζονα γενέσθαι ἀηδίας ὑπόθεσιν. ὁ δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν θεραπεῦσαι μὴ ἀνεχόμενος, πῶς ἂν ἑτέρων ἔτυχεν; αὐτὸς ἑαυτοῦ δήμιος ἦν, οὐ διορύττων τὰς πλευράς, ἀλλὰ τὴν πηγάζουσαν σηπεδόνα περικόπτων, καὶ τῷ νεκρῷ πηλῷ, τὸν ζῶντα πηλὸν ξέων. Τίνος δὲ ἕνεκεν, ἐπὶ κοπρίας ἐκαθέζετο; ὥστε

* ἴσ. delendum.

CHRYSOST. Cur nec manibus, nec digitis ſaniem abſtergebat? ſcilicet, ut curatio tædium & moleſtiam majorem crearet. Qui autem ſeipſum curare non ſuſtinuerat, quomodo aliorum opem invenire poterat? Ipſe ſuiipſius tortor erat & carnifex, non latus perfodiens, ſed tabem ſcaturientem vndique reſecans, lutóque inanimato, animatum lutum radens. Sed cur in ſterquilinio ſedebat? ut quæ è corpore decidebant, ſordium a-

cervo contegerentur. Cur ſub dio? ne odoris gravitate necaretur; quod profectò accidiſſet, ſi in gurguſtio aliquo incluſus fuiſſet; adde, quod tentator domum nullam ei reliquerit.

BASILII. Qui poſtquam athletam ſuperiorem evadentem cerneret, nec quidquam præteritis malis concuſſum, carni tentationis machinam admovit, & corpus plagis intolerabilibus afflixit, ita ut ex eo vermium fontes redundarent, ipſúmque regali ſolio deturbatum, in ſterquilinio collocavit. Ille verò tot malis vexatus, animo immotus permanſit, cúmque corpus ipſum laceraretur, theſaurum pietatis inviolatum, & illibatum, in mentis receſſibus cuſtodivit.

CHRYSOSTOMI. Gravis quidem fuit liberorum amiſſio, verùm poſt acerbam hanc tragœdiam, reſtabat alia atrocior, & quidem, vel ad tantillum, reſpirandi facultate illi denegatâ. Hinc vermium fontes, tabifici humoris rivuli, ſeſſio in ſterquilinio, latera teſtâ lacerata, fœtor ulcerum, qui novam illam inducebat famem, quæ nec cibos appoſitos & præ oculis, attingere ſinebat, ipſâque fame moleſtiam ipſi longè majorem creabat, idque non ad duos, nec decem, nec viginti, nec centum dies, ſed multos menſes. Ad mœrentium autem animos ſolandos non mediocrem vim habere poſſunt; exempla quæ à Jobo ſuppeditantur, & juſti vulnera, & ſterquilinium, quâvis regali ſellâ ſplendidius. Ex throni enim regii aſpectu, nullum intuentibus lucrum eſt, ſed momentanea quædam oblectatio, ſine fructu ullo conjuncto: qui verò Jobi ſterquilinium contemplatur, utilitatem inde omnem percipiet, & æquanimitatem ſummam, & in tolerandis adverſis conſolationem, diſcet. Propterea multi hodie longinquas ac maritimas ſuſcipiunt peregrinationes, ab ultimis terris in Arabiam properantes, ut ſterquiliniũ illud viſant, & videntes terram illam exoſculentur, quæ coronati athletæ certamina, & cruorem, quolibet

τὰ καταπίπτοντα συγκαλύψῃ τῇ ἐρημίᾳ. τίνος δὲ ἕνεκεν αἴθριος; ὥστε μὴ ἀποπνίξαι ἑαυτὸν τῇ δυσωδίᾳ, ὅπερ ἔπαθεν ἄν, εἴγε ἐν οἰκίσκῳ τινὶ κατακέκλειστο· ἄλλως τε, οὐδὲ οἶκον αὐτῷ καταλελοίπει ὁ πειραστής.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ὃς ἐπεὶ νικῶντα αὐτὸν εἶδε τὸν ἀθλητὴν, καὶ οὐδενὶ τῶν προλαβόντων πταῖσαι δυνάμενον, αὐτῇ τῇ σαρκὶ τὸ τῆς πείρας προσάγει μηχάνημα, καὶ τὸ σῶμα μαστίξας ἀρρήτοις πληγαῖς, σκωλήκων ἀναδίδοσθαι πηγὰς ἐξ αὐτοῦ παρεσκεύασε, καὶ τῶν τῆς βασιλείας θρόνων τὸν ἄνδρα καταγαγὼν, ἐπὶ κοπρίας ἐκάθισεν. ὁ δὲ ἐν τούτοις βαλλόμενος πάθεσιν, ἀκίνητος ἔμενε· καὶ σπαραττομένου τοῦ σώματος, ἄσυλον ἐφύλαττε τὸν τῆς εὐσεβείας θησαυρὸν, ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς ψυχῆς.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἦν μὲν γὰρ βαρεῖα καὶ ἡ τῶν παίδων ἀποβολὴ, ἀλλ' ὅμως τὴν χαλεπὴν ταύτην τραγῳδίαν ἑτέρα χαλεπωτέρα ἀνέμενε, καὶ μηδὲ μικρὸν ἀναπνεύσαντος. ἐντεῦθεν αἱ πηγαὶ τῶν σκωλήκων, οἱ τῶν ἰχώρων ῥύακες, ἡ ἐπὶ τῆς κοπρίας καθέδρα, τὸ ὄστρακον, τὸ τὰς πλευρὰς καταξαῖνον, ἡ δυσωδία τῶν ἑλκῶν, ἡ τὸν καινὸν ἐκεῖνον ἐπεισάγουσα λιμὸν, καὶ ὁρωμένων οὐκ ἀφεῖσα τῶν σιτίων ἅπτεσθαι, καὶ τοῦ λιμοῦ χαλεπωτέραν ἐντιθεῖσα τὴν ἀηδίαν, καὶ ταῦτα οὐκ ἐπὶ δύο, καὶ δέκα, καὶ εἴκοσι, καὶ ἑκατὸν ἡμέραις, ἀλλ' ἐπὶ μησὶ πλείοσιν. οὐ μετρίως δὲ τοὺς ὀδυνωμένους παρακαλέσει τὰ κατὰ τὸν Ἰὼβ παραδείγματα, καὶ τὰ τοῦ δικαίου τραύματα, καὶ ἡ κοπρία, ἡ παντὸς θρόνου βασιλικοῦ σεμνοτέρα. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ, θρόνον ἰδεῖν βασιλικὸν, οὐδὲν ἔσται τοῖς θεωμένοις τὸ κέρδος, ἀλλὰ πρόσκαιρος μόνον τέρψις, ὄνησιν οὐδεμίαν ἔχουσα· ἀπὸ δὲ τοῦ, τὴν κοπρίαν ἰδεῖν τοῦ Ἰὼβ, πᾶσαν μέν τις δέξεται ὠφέλειαν, καὶ φιλοσοφίαν πολλὴν, καὶ παράκλησιν εἰς ὑπομονῆς λόγον. διὰ τοῦτο πολλοὶ νῦν μακράν τινα, καὶ διαπόντιον ἀποδημίαν στέλλονται, ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς Ἀραβίαν τρέχοντες, ἵνα τὴν κοπρίαν ἐκείνην ἴδωσι, καὶ θεασάμενοι καταφιλήσωσι τὴν γῆν, τὴν τὰ σκάμματα τοῦ στεφανίτου δεξαμένην ἐκείνου, καὶ τὸ χρυσοῦ

πάντος

πολυτὸς τιμιώτερον αἷμα. οὐδὲ γὰρ οὕτως ἐστὶν ἁλουργὶς λαμπρὰ, ὡς τὸ σῶμα ἐκεῖνο τότε ἀπέστιλβεν, οὐκ ἀλλοτρίῳ, ἀλλὰ οἰκείῳ βαπτιζόμενον αἵματι· καὶ τὰ τραύματα ἐκεῖνα, ἀπάντων λίθων ἦν τιμιώτερα. μαργαριτῶν γὰρ φύσις οὐδὲν τὸν βίον ὠφελεῖ τὸν ἡμέτερον, οὐ χρείαν τινὰ πληροῖ τοῖς ἔχουσιν ἀναγκαίαν· τὰ δὲ τραύματα ἐκεῖνα, πάσης ἀθυμίας ἐστὶ παράκλησις. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἐὰν ἀποβάλῃ τις υἱὸν γνήσιον καὶ μονογενῆ, δεῖξον αὐτῷ μυρίους μαργαρίτας, καὶ οὐ παραμυθήσῃ τὸ πάθος, οὐδὲ θεραπεύσεις τὴν ὀδύνην. ἀναμνήσας δὲ αὐτὸν τῶν τραυμάτων τοῦ Ἰὼβ, ῥαδίως δυνήσῃ θεραπεῦσαι, οὕτω λέγων, τί πενθεῖς ἄνθρωπε; σὺ μὲν τέκνον ἀπέβαλες ἓν, ὁ δὲ μακάριος ἐκεῖνος, μετὰ τὸ τῶν παίδων ὁλόκληρον ἀφαιρεθῆναι τὸν χορὸν, καὶ αὐτῇ τῇ σαρκὶ πληγὴν ἐδέξατο, καὶ γυμνὸς ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐκάθητο ἰχῶρι πάντοθεν καταρρεόμενος, κατὰ μικρὸν αὐτῷ τῆς σαρκὸς δαπανωμένης, ὁ δίκαιος, ὁ θεοσεβὴς, ὁ τὸν Θεὸν, μάρτυρα τῆς ἀρετῆς, ἔχων· ἂν γὰρ ταῦτα εἴπῃς τὰ ῥήματα, πᾶσαν ἔσβεσας τοῦ πενθοῦντος τὴν ἀθυμίαν, καὶ πᾶσαν ἀνεῖλες τὴν ὀδύνην. καὶ [illegible] οὕτω χρησιμώτερα μαργαριτῶν τὰ τραύματα τοῦ δικαίου. ὑπογράψατε τοίνυν ἑαυτοῖς τὸν ἀθλητὴν, καὶ νομίζετε βλέπειν τὴν κοπρίαν ἐκείνην, καὶ αὐτὸν ἐν μέσῳ καθήμενον, τὸν ἀνδριάντα τὸν χρυσοῦν, τὸν διάλιθον, τὸν, πῶς εἴπω οὐκ οἶδα. οὐδὲ γὰρ ἔχω τιμίαν οὕτως ὕλην εὑρεῖν, ὡς δυνηθῆναι τὸ ᾑμαγμένον ἐκεῖνο σῶμα παραβαλεῖν. οὕτω καὶ πάσης ὕλης τιμαλφεστάτης, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τῆς σαρκὸς ἐκείνης ἡ φύσις ἦν τιμιωτέρα, καὶ τὰ τραύματα τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων φαιδρότερα· αὗται μὲν γὰρ, τὰς τοῦ σώματος καταυγάζουσιν ὄψεις, ἐκεῖνα δὲ τὰ τῆς διανοίας ἡμῶν φωτίζει τὰ ὄμματα, ἐκεῖνα καθάπαξ τὸν διάβολον ἀπετύφλωσε· διὰ γοῦν τοῦτο, μετὰ τὴν πληγὴν ἐκείνην, ἀπεπήδησε, καὶ οὐκ ἐφάνη λοιπόν. σὺ δέ μοι κἀντεῦθεν, ἀγάπητε, μάνθανε, τὸ τῆς θλίψεως κέρδος πόσον ἐστίν· ἡνίκα μὲν γὰρ ἐπλούτει, καὶ ἀνέσεως ἀ-

auro pretioſiorem; excepit. Nec enim tantus eſt ſplendor purpuræ, quantus illius tunc erat corporis, non alieno, ſed ſuo ac proprio ſanguine, reſperſi: illáque vulnera cunctis pretioſis lapidibus erant pretioſiora. Margaritarum enim natura in nullâ re vitæ noſtræ prodeſt, nulli neceſſitati poſſidentium ſatisfacit: vulnera autem illa, mœrori omni & anxietati ſolamen præbent. Atque ut hæc vera eſſe intelligas; ſi quis filio legitimo, & unico orbatus ſit, atque innumerabiles ei margaritas oſtenderis, nihil tamen ad leniendam ægritudinem, dolorique medendum, attuleris. Quòd ſi Jobi ulcerum, illi ipſi memoriam excitâris, facilè tali oratione morbum depuleris; Quid homo mœres? nempe tu filium amiſiſti unum; beatus autem ille, poſtquam natorum omnium chorum extinctum vidit, ipſo corpore plagam accepit, nudatus in ſterquilinio ſedebat, corpus ſanie manabat undique, artus tabe ſenſim depaſcente; qui juſtitiâ, ac religione commendatus erat, qui ſuarum virtutum teſtem, Deum habebat. Hæc profectò verba ſi dixeris, omnem lugentis triſtitiam extinxeris, & omnem dolorem ſuſtuleris; atque ita juſti vulnera omnem margaritam utilitate ſuperabunt. Fingite igitur vobis hunc athletam, & ſterquiliniũ illud ante oculos ponite, atque eum in medio reſidentem intuemini, auream, inquam, illam, gemmeámque ſtatuam, neque enim quo appellem nomine, ſatis invenio; nulla tanti pretii ſuppeditat ſe materia, quæ cum cruento illo corpore conferri poteſt. Sic carnis illius natura, pretioſiſſimâ quâque materiâ longè pretioſior erat, & vulnera, radiis ſolaribus ſplendidiora: hi enim corporis oculos irradiant, illa verò mentis aciem illuminant, illa diabolum penitus excæcaverunt; atque ob id ipſum, poſt eam inflictam plagam, conjectus in fugam, poſtea nunquam comparuit. Tu verò, dilecte, quantus ſit tribulationis fructus, mécum hinc diſce; quando enim juſtus opibus, animíque quiete ac remiſſione fruebatur,

illius

illius accuſandi locus erat aliquis diabolo, poterátque (ſed mendaciter tamen) dicere, *Num gratis Jobus te colit?* ubi verò cunctis illum rebus nudavit, atq; ad inopiam redegit, ne hiſcere quidem ampliùs auſus eſt. Cùm enim in re lautâ eſſet, cum eo ſe congreſſurum pollicebatur, illúmque ſupplantaturum minitabatur; poſtquam verò pauperem eum reddidit, rebúſque omnibus ſpoliavit, atque in ſummos cruciatus conjecit, in fugam ſe contulit: & quamdiu ſanum erat corpus, manus contrà ſuſtulit, quando autem carnē laniâſſet, tunc victus profugit. Vidiſti quanto, hominibus ſobriis & vigilantibus, paupertas divitiis præſtet, & utilior ſit morbus valetudine, & tentatio quiete, quantóque eos, qui in pulvere aciéque verſantur, clariores, fortioréſque efficiat? quis adeò mirificas contentiones, aut vidit unquam, aut audivit? In ethnicis certaminibus, pugiles, ubi adverſariorum caput præciderint, tunc ob victoriam coronâ donantur: hic autem poſtquam Juſti corpus, omni ulcerum genere perterebratum, conſcidiſſet, & imbecillius reddidiſſet, tum demum ſuperatus eſt, fugæque ſe dedit. Ac poſtquam latera undique perfodiſſet, ipſe quidem nullum inde quæſtum lucrúmve reportavit, theſaurum enim intus reconditum deprædatus non eſt; nobis verò, illum in clariore luce collocavit, fecitque ut ex eâ laterum effoſſione, nobis in interiora proſpectus pateret, illiúſque opes univerſas cerneremus: cúmque victoriam ſibi polliceretur, tunc cum ingenti dedecore aufūgit, nullámque vocem amplius emiſit. Quid actum eſt, ô diabole? cur retrò fugis? an non, quæ cupiebas, facta ſunt omnia? an non illius greges, armenta boum, equorúmque mandras, ac mulorum, interemiſti? an non chorum liberorum perdidiſti? an non carnem univerſam cōſcidiſti? cur pedem refers? nimirum, inquit, quia quæ optabam, perfecta ſunt omnia; verùm quod mihi maximè cordi erat, & quò ſtudia actionéſque meas referebam omnes, haudquaquam

πέλαυεν ὁ δίκαιος, διαβάλλειν εἶχεν αὐτὸν, ψευδῶς μὲν, εἶχε δ' ὅμως εἰπεῖν, μὴ δωρεὰν σέβεταί σε Ἰώβ; ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἐγύμνωσε, καὶ ἐποίησε πένητα, οὐδὲ γρύξαι λοιπὸν ἐτόλμησε. καὶ ὅτε μὲν πλούσιος ἦν, ὑπισχνεῖτο παλαίειν αὐτῷ, καὶ ὑποσκελίζειν ἠπείλει. ἐπειδὴ δὲ πένητα εἰργάσατο, καὶ πάντων ἀπεστέρησε, καὶ εἰς ἐσχάτην ὀδύνην ἐνέβαλε, τότε ἀπεπήδησε. καὶ ὅτε μὲν ὑγιὲς αὐτοῦ τὸ σῶμα ἦν, τὰς χεῖρας ἀντῆρεν, ὅτε δὲ αὐτοῦ κατέκοψε τὴν σάρκα, τότε ἔφυγεν ἡττηθείς. εἶδες πόσον, πενία πλούτου, καὶ νόσος ὑγιείας, καὶ πειρασμὸς ἀνέσεως, βέλτιον τοῖς νήφουσίν ἐστι, καὶ χρησιμώτερον, καὶ λαμπροτέρους, καὶ εὐτονωτέρους τοὺς ἀθλοῦντας ποιεῖ; τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν οὕτω θαυμαστὰ παλαίσματα; οἱ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων πύκται, ἐπειδὰν κατακόψωσι τὰς κεφαλὰς τῶν ἀντιπάλων, τότε νικῶσι, καὶ στεφανοῦνται· οὗτος δὲ, ὅτε κατέκοψε τὸ σῶμα τοῦ δικαίου παντοδαποῖς ἕλκεσιν αὐτὸ διατρήσας, καὶ ἀσθενέστερον ἐποίησε, τότε ἐνικήθη καὶ ἀνεχώρησε. καὶ ἐπειδὴ διώρυξεν αὐτοῦ πάντοθεν τὰς πλευρὰς, αὐτῷ μὲν οὐδὲν πλέον ἐγένετο· τὸν γὰρ ἐναποκείμενον θησαυρὸν οὐκ ἐσύλησεν, ἡμῖν δὲ φανερώτερον αὐτὸν ἐποίησε, καὶ διὰ τῆς διορυγῆς ἐκείνης, ἔδωκεν ἅπασιν, εἰς τὸ ἔνδον βλέπειν, καὶ καταμανθάνειν αὐτοῦ τὸν πλοῦτον ἅπαντα· καὶ ὅτε κρατεῖν προσεδόκησε, τότε μετ' αἰσχύνης πολλῆς ἀνεχώρησε, καὶ οὐδεμίαν οὐκέτι φωνὴν ἀφῆκε. τί γέγονεν, ὦ διάβολε; τίνος ἕνεκεν ἀναχωρεῖς; οὐκ ἐγένετο πάντα ὅσα ἠθέλησας; οὐκ ἀνεῖλες αὐτοῦ τὰ ποίμνια, τὰ βουκόλια, τὰς ἀγέλας τῶν ἵππων, τῶν ἡμιόνων; οὐχὶ καὶ τὸν χορὸν τῶν παίδων ἀπώλεσας, καὶ τὴν σάρκα κατέκοψας ἅπασαν; τίνος ἕνεκεν ἀναχωρεῖς; ὅτι ἐγένετο μὲν πάντα ὅσα ἠθέλησα, φησίν· ὃ δὲ γενέσθαι μάλιστα ἐβουλόμην, καὶ δι' ὃ πάντα ἐποίησα, τοῦτο οὐκ ἐγένετο. οὐδὲ γὰρ ἐβλασφή-

μησε

μησε. διὰ γὰρ τοῦτο πάντα ἐκεῖνα ἐποίουν, φησὶν, ἵνα τοῦτο ἐξέλθῃ. τούτου δὲ μὴ γενομένου, οὐδέν μοι πλέον ἀπὸ τῆς ζημίας τῶν χρημάτων, ἐγένετο, καὶ τῆς τῶν παίδων ἀπωλείας, καὶ τῆς τοῦ σώματος πληγῆς· ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπερ ἠβουλόμην ἐξέβη, λαμπρότερον ἐποίησα τὸν ἐχθρὸν, καὶ φαιδρότερον εἰργασάμην. ἔγνως ὅσον τῆς θλίψεως τὸ κέρδος; καλὸν μὲν γὰρ τὸ σῶμα καὶ ὑγιαῖνον ἦν· πολλῷ δὲ σεμνότερον γέγονε, κατατμηθὲν ἀπὸ τῶν τραυμάτων ἐκείνων. ἐπεὶ καὶ ἔρια, καλὰ μὲν καὶ πρὸ τῆς βαφῆς· ἐπειδὰν δὲ ἁλουργίδα γένηται, ἄφατον προσλαμβάνει τὸ κάλλος, καὶ πολλὴν τὴν εὐπρέπειαν. εἰ μὴ ἀπέδυσεν αὐτὸν, οὐκ ἂν ἔγνωμεν τοῦ στεφανίτου τὴν εὐεξίαν· εἰ μὴ διέτρησεν αὐτοῦ τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς, οὐκ ἂν ἀπέλαμψαν ἔνδοθεν αἱ ἀκτῖνες· εἰ μὴ ἐκάθισεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κοπρίας, οὐκ ἂν ἔγνωμεν αὐτοῦ τὸν πλοῦτον· οὐδὲ γὰρ οὕτω λαμπρὸς ἐπὶ θρόνου καθήμενος βασιλεὺς, ὡς ἐκεῖνος, ἐπὶ τῆς κοπρίας τότε καθήμενος, ἐπίσημος ἦν, καὶ περιφανής· μετὰ μὲν γὰρ τὸν βασιλικὸν θρόνον, θάνατος, μετὰ δὲ τὴν κοπρίαν ἐκείνην, οὐρανῶν βασιλεία. ταύτην προέθηκα τὴν ἱστορίαν, οὐχ ἵνα ἐπαινῆτε τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ἵνα τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὴν ὑπομονὴν μιμήσησθε· ἵνα διὰ τῶν ἔργων *αὐτῶν μάθητε, ὅτι οὐδὲν δεινὸν τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ἢ ἁμαρτία μόνη. οὐ πενία, οὐ νόσος, οὐχ ὕβρεις, οὐκ ἐπήρεια, οὐκ ἀτιμία, οὐ τὸ πάντων δοκοῦν ἔσχατον εἶναι τῶν κακῶν, ὁ θάνατος· ὀνόματα γὰρ ταῦτα μόνον ἐστὶ, τοῖς φιλοσοφοῦσι, συμφορῶν ὀνόματα, πραγμάτων ἔρημα· ἡ δὲ ἀληθὴς συμφορὰ, τὸ προσκροῦσαι Θεῷ, καὶ ποιῆσαί τι τῶν μὴ δοκούντων αὐτῷ.

* ἴσ. αὐτοῦ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Λείπεται δὲ κατορθωμάτων, καὶ παθημάτων ποιήσασθαι σύγκρισιν, ἵνα μάθῃς σαφῶς, ὅτι οὐ κατορθώμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ παθήμασιν, ἀμοιβαὶ κεῖνται, καὶ ἀμοιβαὶ σφό-

conſequutum eſt; nec enim Deo, impiis vocibus conviciatus eſt. Huc enim, & ut illud eveniret, omnes conatus mei ſpectabant; quod cùm minimè aſſequutus fuerim, ex opum jacturâ, ex filiorum interitu, ex corporis plagâ, non modò nihil lucri mihi acceſſit: imò contrarium ejus quod optabam, accidit, ſpendidiorem reddidi inimicum, & clariorem effeci. Animadvertiſti, quantum lucrum calamitas ſecum afferat? Pulchrum quidem fuit ejus corpus, cùm ſanum eſſet; multò tamen eſt ampliorem dignitatem adeptum cùm vulneribus illis confoſſum eſſet. Lanæ etenim priuſquam inficiantur, pulchræ ſunt, poſtquam verò colorem purpureum imbiberint, ineffabilem pulchritudinē, ac venuſtatem ſummā aſſequuntur. Niſi illum omnibus exuiſſet, victoris bonam habitudinem minimè cognoviſſemus: niſi corpus ejus plagis perforâſſet, qui intus latebant radii, fulgorem minimè reflexiſſent: niſi eum in fimo collocaviſſet, divitias ejus ignoraviſſemus: neque enim Rex ſolio inſidens, ſplendidus adeò ac illuſtris eſt, ut Jobus, qui in ſterquilinio tunc ſedebat; mors quippe regalem ſellam excipit; illam autem ſtercorum ſedem, regnum cœlorum. Hanc propoſui hiſtoriam, non ut, quæ expoſita ſunt, laudibus proſequamini, ſed ut viri virtutem, patientiámque imitemini; & ex illius factis eruditi, nihil grave eſſe diſcatis in humanis rebus, uno excepto peccato. Non paupertatem, non morbum, non contumeliam, non convicium, non dedecus, non (quod malorum omnium ſupremum judicatur) mortem: nomina enim hæc ſunt apud ſapientes, malorum nomina, inquam, re ipsâ carentia; vera autem calamitas, eſt Deum offendere, & eorum, quæ eidem non probantur, quidpiam admittere.

EJUSDEM. Reſtat, ut rectè factorum, & malorum quæ pertulit, comparationem inſtituamus, ut certò intelligas, non tantùm rectè factis, ſed malorum etiam tolerantiæ, præmia eſſe propoſita, & quidem ampla,

ampla, & huic non minùs quàm illis, imò interdum huic multo potiùs quàm illis. In medium, ſi placet, magnum patientiæ athletam, qui in utroque genere excelluit, adducamus, ut unde magis enituerit intelligas: comparatione igitur factâ, quo demum tempore illius virtus magis eluxerit, videamus; utrùm quando communis quidam portus erat egentibus? an potiùs cùm acerba, & quæ ejus animum gravi conficiebant angore, pateretur? utrùm, cùm domum cunctis adventantibus patefaceret? an verò cùm illâ eversâ, nullum verbum aſperius protulit, ſed Deum multò magis laudavit? atqui illud quidem rectè factum, hoc verò perpeſſio fuit. Dic mihi, quando is clarior fuit? utrùm, cùm pro liberis mactabat hoſtias, illóſque ad concordiam adducebat? an potiùs, cùm ruinâ oppreſſis, & acerbiſſimo mortis genere interemptis, cum magnâ animi æquanimitate, id quod acciderat, pertulit? Quando magis virtus ejus enituit? utrùm cùm agnorum ſuorum vellere, nudorum humeri concalefiebant? an verò, cùm allato nuncio de cœleſti igne, quo grex ovium, cum paſtoribus crematus eſt, non ſolùm nec turbatus eſt, nec commotus, verùm etiam caſum placidè tulit? Quando is major fuit? utrùm, cùm corporis ſanitate, ad patrocinandum iis utebatur, qui afficiebantur injuriâ, iniquorum molas conterens, & ex medio dentium rapinas eripiens, portúſque illis exiſtens? an verò, cùm ipſum illud corpus, quod calamitoſorum ſcutum erat, à vermibus devorari videbat, ſedénſque in ſterquilinio, ipſe ſumptâ teſtâ, illud radebat? Dicit enim,
Job.7.5. *infundo glebas terræ, à ſanie radens*: & tamen illa omnia facinora erant egregia, hæc autem omnia, malorum perpeſſiones: nihilominus hæc multo magis quàm illa, illuſtriorem eum reddiderunt. Hæc certaminis ejus & conflictûs pars erat longè acerrima, quæ majore fortitudine, conſtantiore animo, ſublimiore mente, Deíque amore magis accenſâ, indigebat. Ac

ἄρα μεγάλοις, ἢ παθήμασιν οὐκ ἔλαττον ἢ κατορθώμασι, μᾶλλον δέ ἐστιν ὅπου πλέον, ἢ κατορθώμασι. καὶ εἰσαγάγωμεν, εἰ δοκεῖ, τὸν μέγαν τῆς ὑπομονῆς ἀθλητὴν, τὸν ἐν ἑκατέροις διαλάμψαντα τούτοις, ἵνα εἰδῇς πόθεν μειζόνως διέλαμψεν· ἴδωμεν οὖν συγκρίναντες, πότε λαμπρότερος ἦν, ὅτε κοινὸς ἦν λιμὴν τοῖς χρῄζουσιν; ἢ ὅτε ἔπασχε τὰ ὀδυνηρὰ, καὶ πολλὴν ἐνετίθει αὐτοῦ τὴν ἀθυμίαν; ὅτε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ πᾶσι τοῖς παριοῦσιν ἀνέῳξεν; ἢ ὅτε κατενεχθείσης αὐτῆς οὐδὲν ἐφθέγξατο ῥῆμα πικρὸν, ἀλλ᾽ εὐφήμησε τὸν Θεόν; καίτοι τὸ μὲν κατόρθωμα ἦν, τὸ δὲ πάθημα. πότε φαιδρότερος ἦν, εἰπέ μοι; ὅτε ἔθυεν ὑπὲρ τῶν παίδων, καὶ πρὸς ὁμόνοιαν αὐτοὺς συνῆγεν; ἢ ὅτε καταχωσθέντων αὐτῶν, καὶ τῷ πικροτάτῳ τρόπῳ τῆς τελευτῆς καταλυσάντων τὸν βίον, μετὰ πολλῆς τῆς φιλοσοφίας ἤνεγκε τὸ συμβάν; πότε μᾶλλον ἐξέλαμψεν; ὅτε ἀπὸ τῆς κουρᾶς τῶν προβάτων αὐτοῦ ἐθερμαίνοντο τῶν γυμνῶν οἱ ὦμοι; ἢ ὅτε ἀκούσας, πῦρ ἐξ οὐρανοῦ ἔπεσε, καὶ κατέφαγε τὴν ἀγέλην, μετὰ τῶν ποιμένων, οὐ διεταράχθη, οὐδὲ ἐθορυβήθη, ἀλλὰ πράως ἤνεγκε τὴν συμφοράν; πότε μείζων ἦν; ὅτε τῇ ὑγιείᾳ τοῦ σώματος, εἰς τὴν τῶν ἀδικουμένων ἐκέχρητο προστασίαν, συντρίβων τὰς μύλας τῶν ἀδίκων, καὶ ἐκ μέσου τῶν ὀδόντων ἐξαρπάζων ἁρπάγματα, καὶ λιμὴν αὐτοῖς γενόμενος; ἢ ὅτε τὸ σῶμα τοῦτο αὐτοῦ, τὸ τῶν ἀδικουμένων ὅπλον, ἑώρα κατεσθιόμενον ὑπὸ σκωλήκων, καὶ καθήμενος ἐπὶ τῆς κοπρίας, αὐτὸς αὐτὸ κατέξαινε, λαβὼν ὄστρακον; τήκω γὰρ βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος ξύων, φησί. καίτοι ἐκεῖνα μὲν πάντα κατορθώματα, ταῦτα δὲ πάντα παθήματα ἦν· ἀλλ᾽ ὅμως ταῦτα αὐτὸν λαμπρότερον ἐκείνων ἀπέφηνε. τοῦτο γὰρ μάλιστα τὸ πικρότατον αὐτοῦ τῆς παρατάξεως μέρος ἦν, καὶ μείζονος δεόμενον τῆς ἀνδρείας, καὶ εὐτονωτέρας ψυχῆς, καὶ ὑψηλοτέρας διανοίας, καὶ πλεί-

ονα

ονα περὶ τὸν Θεὸν ἐχούσης ἀγάπην. διὰ τοι τοῦτο, ἐκείνων μὲν γινομένων, εἰ καὶ ἀναισχύντως, καὶ σφόδρα ἰταμῶς, ἀλλ᾽ ὅμως ἀντεῖπεν ὁ διάβολος λέγων, μὴ δωρεὰν Ἰὼβ σέβεται τὸν κύριον; τούτων δὲ συμβάντων, ἐγκαλυψάμενος ἀνεχώρησε, νῶτα δοὺς, καὶ οὐδὲ ἀναισχύντου τινὸς ἀντιλογίας σκιὰν γοῦν ἔχων προβαλέσθαι.

propterea, cùm hæc ita eveniſſent, diabolus, licèt impudenter quidem & audacter valdè, nihilominus tamen reſponſando dixit, *num gratìs Jobus colit Dominum?* cùm autem hæc adverſa contingerent, ne umbram quidem impudentis contradictionis, quam prætenderet, habens, opertus, ac terga vertens, retroceſſit.

ΝΙΚΗΤΑ. Ἀλλὰ γὰρ ἔοικα, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος τοῦ ἀνδρὸς κατεχόμενος, πορρωτέρω τῆς προκειμένης ἐληλακέναι ὑποθέσεως· διὸ δὴ πάλιν τῶν εἰρημένων ἅψομαι, τίνα δὲ ταῦτα ἦν;

NICETÆ. Verùm hujus viri ſtudio abreptus longiùs ab inſtitutâ oratione videor aberrâſſe; ergo ad ea, quæ dicta ſunt, revertar, cujuſmodi autem illa erant?

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἐλέγομεν, ὅτι τὸ, ἐπὶ κοπρίας ἔξω καθῆσθαι τῆς πόλεως, πολλὴν τῶν παθῶν ἐμήνυε τὴν βαρύτητα· ὡς γὰρ μηκέτι τῶν πολιτῶν, ἤτοι τῶν συγγενῶν, φερόντων τοῦ πάθους τὴν θέαν, ἐξῆλθε τῆς πόλεως, ὡς τοῦ κόσμου ἀλλότριος· τὸ δὲ, ἐπὶ κοπρίας καθῆσθαι, ἐξιλεουμένου ἦν τὸν Θεὸν, μή τι ἄκων ἥμαρτε. κατὰ μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, οὐδεμίαν κοινωνίαν ἀνθρώπων, καὶ ταῦτα τοῦ πάθους καταναγκάζοντος, προελόμενος, χωρίζεται τοῦ κόσμου, καὶ ἀπαλλάττεται τῶν ἐνοχλούντων, ἡνίκα καὶ δεῖσθαι τῶν πολλῶν ἡ τοῦ σώματος χρεία κατήπειγει· καὶ τοσοῦτον ἐφρόντισε τοῦ δυσμενοῦς, ὅτι καὶ αὐθαιρέτῳ γνώμῃ τὸ ἔσχατον τῆς πτωχείας μέτρον ἠσπάσατο, καὶ ὀστράκῳ τὸν ἰχῶρα τοῦ ἕλκους ἀποκαθαίρων τὴν ὑπομονὴν ἐγυμνάζει, προσεπιτείνων ἑαυτῷ τὰς τιμωρίας, καὶ ἀπόγνωσιν ἐμποιῶν τῷ βασκάνῳ, μηδὲ ἐπ᾽ αὐτῷ τοῦ πάθους τιμήσας τὸ ἀνειμένον. πρὸς δὲ νοῦν, τυποῖ μυστήριον, καὶ τῷ συγγενεῖ τὸ συγγενὲς θεραπεύει· καθὰ καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς ἡμετέροις ἐπανορθοῦται τὰ καθ᾽ ἡμᾶς· ὄστρακον γὰρ ἐκ γῆς ἐστὶ, καὶ πυρὸς, διὸ καὶ ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου, ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας ὁμολογεῖται τῆς παρθένου, καὶ θεοτόκου. τῇ οὖν εἰκόνι, θεραπεύεται οὐ τοσοῦτον τὰ ἕλκη, ὅσον ἡ ψυχή· ἀπὸ γὰρ ὀστράκου, τίς ἂν γένοιτο ἰατρεία σώματος, εἰ μὴ πρὸς θεωρίαν βλέποι τὸ γινόμενον;

POLYCHRONII. Sedem eum extra urbem ſortitum eſſe in ſterquilinio, ad dolorum & moleſtiarum multitudinem indicandum, diximus: civibus enim & cognatis, calamitatis adſpectum non ampliùs ferentibus, urbe egreſſus eſt, ut qui à mundo jam eſſet alienus. Sedebat autem in ſterquilinio, ut placaret Deum, veritus, ne quâ in re, præter voluntatem peccâſſet. Ad literam quidem, Jobus, calamitate cogente, omni hominum ſocietate repudiatâ, ſe à mundo ſecernit, ab iiſque ſe removet, quæ negotiū illi faceſſere poterant; idque eo tempore, cùm corporis afflicta valetudo multorum egeret operâ: tantámque maligni curam habuit, ut ſuâ ſponte extremam paupertatem complexus ſit, ac teſtâ ulcerum ſaniem detergens, tolerantiam exercuerit, ſupplicia ſua augendo, invidum ad deſperationem redigendo, & paſſionis tempore, doloris remiſſionem negligendo. Ad ſenſum verò magis reconditum, myſterium indicat, & cognatâ naturâ rem cognatam curat; ſicut & Chriſtus noſtra noſtris corrigit & inſtaurat: teſta enim è terrâ conſtat & igne; ita Chriſti carnem ex Spiritu Sancto, & ex Mariâ, Virgine, ac deiparâ, eſſe confitemur. Illâ ergo imagine ac typo, non tam ulcus, quàm animus curatur: quæ enim ab eâ teſtâ corpori medicina petatur, niſi ad magis reconditam contemplationem, factum illud referatur? Cur etiam ad tantam

tam inopiam redactus fuiſſet, præſertim cùm rex eſſet, ut tecto careret, atque extra urbem ſederet, niſi Chriſtum, qui extra portam paſſus eſt, propheticè nobis præfiguráſſet? Quemadmodum ſcriptum eſt, *Propter quod & Jeſus, ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.*

πῶς δ' αὖ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐπτώχευσε, καὶ ταῦτα βασιλεὺς ὤν, ὡς καὶ στέγης ἀπορεῖν, καὶ ἔξω καθῆσθαι τῆς πόλεως, ἀλλὰ προφητικῶς, τὸν ἔξω τῆς πύλης παθόντα Χριστὸν, ἡμῖν προεμήνυε; καθὼς γέγραπται, διὸ καὶ ὁ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε.

Tempore autem multo tranſacto, dixit ei uxor ejus, Quouſque ſuſtinebis, dicens, ecce permaneo tempus adhuc parvum, expectans ſpem ſalutis meæ.

Χρόνου δὲ πολλοῦ προβεβηκότος, εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, μέχρι τίνος καρτερήσεις, λέγων, ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου.

DIDYMI. Tot incurſionibus ac pugnis fractus diabolus, cùm quod ampliùs faceret, neſciret, in antiquæ fraudis memoriam redit, & mulierculæ animum ſubdolè ad ſe alliciens, illius operâ athletam ſubvertere conatur: & tertium contra eum certamen molitur, colloquium, ſcilicet, cum illâ, ſi fortè hâc ratione Jobum ineſcare poſſet, prout ab Evâ Adamus in fraudem illectus fuit. Tempore autem multo effluxo, cùm pietatis turrim, quatere ſe non poſſe videret, conjugi perſuadet, ut verba contemptûs proferat.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀπονήσας ἐκ τῶν τοσούτων προσβολῶν ὁ διάβολος, καὶ οὐκ ἔχων ὅ, τι ποιήσει λοιπὸν, ἐπὶ τὴν τῆς ἀρχαίας ἐπιβουλῆς ἔρχεται μνήμην, καὶ τὴν τῆς γυναικὸς διάνοιαν ὑποσύρας, δι' ἐκείνης σαλεύειν ἐπειρᾶτο τὸν ἀθλητήν· καὶ τρίτον αὐτῷ πλέκει πάλαισμα, τὴν αὐτῆς ὁμιλίαν, ἴσως διὰ ταύτης τὸν Ἰὼβ, ὡς καὶ διὰ τῆς Εὔας τὸν Ἀδὰμ, ἀπατήσειε. χρόνου γὰρ πολλοῦ προβεβηκότος, ὡς οὐδὲ αὐτὸς δεδύνηται σεῖσαι τὸν τῆς θεοσεβείας πύργον, τὰ τῆς ὀλιγωρίας προφέρειν, πείθει τὴν γυναῖκα ῥήματα.

OLYMPIODORI. Is quidem egeſtatem, acerbóſque caſus diu toleranter tulerat, ac ſeipſum ſolando tali oratione vtebatur. Ferendum eſt viriliter, mentis conſtantia adhibenda, à Deo auxilium expectandum; neque enim in opitulando, híſque malis depellendis, cunctabitur Deus. Conjux verò, quæ tanquam poſtrema machina, ad evertendum munitiſſimum aliquem murum, à diabolo reſervata fuit, in ferendis calamitatibus viribus fractis languebat: verſutus enim diabolus, cùm longo ſatis tempore juſtum oppugnâſſet, vxoris imbecillitate tum utitur, ipſámque contra eum armis inſtruit, prout priùs Evam adversùs Adamum. Illa igitur, cùm calamitatibus fracta,

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ μὲν γὰρ ἐνεκαρτέρει τῇ πενίᾳ, καὶ τοῖς πάθεσι χρόνον οὐκ ὀλίγον, καὶ πρὸς ἑαυτὸν παραμυθούμενος, ἔλεγε. δεῖ φέρειν ἀνδρικῶς, δεῖ καρτερεῖν, δεῖ τὴν ἐκ Θεοῦ προσμένειν βοήθειαν· οὐ * βραδύνει ὁ Θεὸς ἐπαμῦναι, καὶ τῶν περιόντων ἀπαλλάξαι δεινῶν. * ἐξασθενεῖ δὲ ἡ γυνὴ πρὸς τὰς συμφορὰς, ὑπὸ τοῦ διαβόλου τηρηθεῖσα, ὥσπερ ὕστερον μηχάνημα κατά τινος ἀσείστου τείχους· ὁ γὰρ πανοῦργος διάβολος, ὡς ἱκανῷ χρόνῳ κατειργάσατο τὸν δίκαιον, τότε τῇ τῆς γυναικὸς ἀσθενείᾳ συγχρῆται, καὶ ὁπλίζει ταύτην κατ' αὐτοῦ, ὥσπερ ποτὲ τὴν Εὔαν κατὰ τοῦ προπάτορος. ἡ δὲ καὶ πρὸς τὰς συμφορὰς ἀπει-

* ἴσ. βραδυνεῖ.
* ἴσ. ἐξησθένει

ἀπειποῦσα, καὶ τοῦ διαβολικοῦ πληρωθεῖσα πνεύματος, ἐπὶ τοὺς προῤῥηθέντας προσήχθη λόγους. καὶ πρῶτα μὲν αὐτοῦ, τὰς εἰς Θεὸν ἐλπίδας ἀνονήτους πειρᾶται δεικνύναι, τῷ πολλῷ παρεληλυθότι χρόνῳ, πιστουμένη τὸ μέλλον, εἶτα καὶ τὰ ἑξῆς ἐπάγει. Ὅρα δὲ τὸν κακοῦργον· ὅτε πολὺς διῆλθε χρόνος, τότε ἐπιτίθεται· τότε γὰρ μάλιστα τὰ τῆς ἐλπίδος ἐλέγχεται, τότε τὰ τῆς δυνάμεως ἐξασθενεῖ. διπλᾶ δὲ καὶ τῷ Ἰὼβ τότε τὰ τῆς ἀσθενείας ἦν· αὐτός τε γὰρ ἀσθενέστερος γέγονε τῷ μήκει τοῦ χρόνου, καὶ ἡ ἐλπὶς μᾶλλον ἀπέγνωστο. μὴ τοίνυν τοῦτο ἴδωμεν, ὅτι γυνὴ, ἀλλὰ τί συμβουλεύει· τοῦτο καὶ πᾶσι παραινῶ, μὴ πρὸς τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀξιώματα καὶ πρόσωπα βλέπειν, ἀλλὰ πρὸς τὸν τρόπον τῆς συμβουλῆς· γυνὴ γὰρ ἐδόθη, οὐχ ἵνα ὑποσκελίζῃ, ἀλλ' ἵνα βοηθῇ.

animum deſpondiſſet, ſpiritu diabolico plena, in hæc verba prorupit. Ac primò quidem oſtendere conatur, ejus in Deum ſpes prorſus eſſe inanes, à præteriti temporis diuturnitate, ad probationem futuri, ducto argumento; deinde quæ ſequuntur ſuperaddit. Obſerva autem aſtuti vafritiem; cùm multum temporis effluxiſſet, Jobum adoritur: tunc enim præcipuè ſpei rationes refelluntur, & vires fractæ debilitantur. Duplici autem imbecillitate eo tempore, Jobus laborare videbatur: ipſe enim temporis diuturnitate imbecillior evaſit, & ſpes omnis indies magis extenuata evanuit. Ne igitur illud ſpectemus quòd uxor fuit, ſed quod ſuadet potiùs videamus. Hoc etiam omnibus conſulo, non ut hominum dignitates, & ora, ſed conſilii rationem, & modum intueantur: uxor enim data eſt, non ut virum ſubverteret, ſed ut laboranti ſubveniret.

ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ. Ταύτην καὶ τότε κατὰ τῆς γυναικὸς ὁ δυσμενὴς ἐκίνησε, καὶ ὡς δόλερον ὄργανον, πρὸς τὸν ἄνδρα ἤρχετο, δόλερα προσφέρουσα ῥήματα.

THEOLOGI. Hanc etiam tunc adverſarius in ſtrenuum militem incitavit, quæ tanquam doloſum inſtrumentum, fraudulentâ oratione virum aggreditur.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ὁ δὲ περαιτέρω προϊόντος αὐτῷ τοῦ ἀγῶνος, πάλιν ἑτέροις ἀναδεῖται στεφάνοις, ἐκ τῶν πρὸς τὴν γυναῖκα ῥημάτων· καὶ γὰρ ἡ γυνὴ μᾶλλον λοιπὸν ὑπελείφθη, πάντων ἀφανισθέντων αὐτῷ, καὶ τῶν παίδων, καὶ τῶν χρημάτων, καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος, καὶ αὕτη πρὸς πεῖραν, καὶ ἐπιβουλήν· διὰ τοῦτο αὐτὴν μετὰ τῶν τέκνων οὐκ ἠφάνισεν ὁ διάβολος, οὐδὲ ᾔτησεν αὐτῆς τὴν σφαγὴν, ἐπειδὴ προσεδόκησε μεγάλως αὐτῷ συντελέσειν, πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ ἁγίου τούτου· διὰ τοῦτο, ὥσπερ τι μέγιστον ὅπλον, αὐτὴν αὐτῷ κατέλιπεν. εἰ γὰρ παραδείσου, φησὶ, δι' αὐτῆς ἐξέβαλον τὸν Ἀδὰμ, πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ κοπρίας ὑποσκελίσαι δυνήσομαι τὸν Ἰώβ. καὶ θέα τὴν κακουργίαν· οὐδὲ γὰρ τῶν βοῶν ἀπολλυμένων προσήγαγε τὸ μηχάνημα τοῦτο, οὐδὲ τῶν ὄνων, οὐδὲ τῶν καμήλων, ἀλλ' οὐδὲ τῆς οἰκίας κατενεχθείσης, οὐδὲ τῶν παίδων καταχωσθέντων, ἀλλὰ σιγᾷ τέως καὶ ἡσυχάζει, πρὸς τὸν ἀθλητὴν

CHRYSOSTOMI. At ille, cùm ulteriùs procederet certamen, novis rurſus coronis, ob verba ad conjugem, redimitur. Ex illâ enim rerum omnium, fortunarum, liberorum, & corporis ruinâ, uxor ei ſola ad tentationem & inſidias de induſtriâ relicta eſt: ac proinde diabolus illam unà cum liberis non extinxit, neque ejuſdem interitum popoſcit, quoniam ad inſidias juſto huic parandas, auxilium non leve ab ipsâ ſperabat; idcirco eam ſibi, tanquam maximum & validiſſimum telum reſervavit. Si enim ex Paradiſo, inquit, Adamum mulieris ope exturbavi, multò magis Jobum in ſterquilinio evertere potero. Ac vide ſceleratum artificium; neque enim poſt boum, aſinorum, ac camelorum greges abactos, neque poſt everſam domum, neque poſt obrutos liberos, machinam hanc adhibuit; ſed interim ſilet & quieſcit, oculis in unum athletam conjectis:

ctis : cùm autem vermium fontes redundarent, & tabe corruptâ cutis deflueret, & conſumpta caro putrem ſaniem graueolentiâ plenam gigneret, manúſque dæmonis acerbiore ſenſu doloris quàm ſartago, fornax, & quævis flamma, eum abſumeret, & quâlibet ferâ immaniùs undique corpus circumroderet, ac devoraret ; cúmque in hâc calamitate multum temporis effluxiſſet, tunc demum homini, macerato, & corporis languore confecto, uxorem ſubornat & admovet. Si enim in calamitatum primordiis illa acceſſiſſet, non offendiſſet eum adeo enervatum, neque ipſa vim calamitatis efferre verbis, & exaggerare tantopere potuiſſet. Cùm verò longinqui temporis pertæſum, calamitatum exitum, & liberationem à malis præſentibus ſitire eum, & vehementer expetere animadvertit, tunc demum accedit. Cúmq; vehementi oppugnatione defatigatus eſſet, nec reſpirare ampliùs poſſet, quinetiam mortem ipſam optaret, audi quid
Iob.30.24. dicat ; *Utinam poſſem mihi ipſe manum afferre aut rogarem alium, & faceret mihi hoc.* Ac mulieris conſidera cum ſcelere conjunctam calliditatem, quemadmodum à temporis diuturnitate, ſtatim ducat exordium, *Quouſque ſuſtinebis ?* inquit. Quòd ſi nuda verba, remotis rebus, animum mollire interdum poſſunt ; tute cogita, quid cum paſſum tunc eſſe veriſimile eſt, qui poſt hujuſmodi verba, rebus etiam ipſis torqueretur : & quod pejus eſt, cùm hæc ipſa ab uxore dicerentur, atque ab eâ uxore, cujus animus reciderat, ac deſperatione fractus erat ; ídque agebat, ut in eandem deſperationem virum conjiceret. Sed nimirum, ut machinam quæ adamantino huic muro admota eſt, apertiùs cognoſcamus, verba ipſa audiamus ; quænam verò ſunt illa ? *Quouſque ſuſtinebis dicens, ecce permaneo tempus adhuc parvum, expectans ſpem ſalutis meæ.* Tempus, inquit, ipſum tua verba refellit, quod licèt jam diuturnum fuerit, nullum tamen malorum finem affert. Hæc autem non eò tantùm loquebatur, ut ad deſpe-

ὁρῶν· ὅτε δὲ τῶν σκωλήκων ἀνέβλυσεν ἡ πηγὴ, καὶ σηπόμενον τὸ δέρμα κατέῤῥει, καὶ δαπανώμεναι αἱ σάρκες, ἰχῶρα πολλῆς γέμοντα δυσωδίας ἐποίουν, καὶ τηγάνου, καὶ καμίνου, καὶ πάσης φλογὸς ὀδυνηρότερον, αὐτὸν ἡ τοῦ διαβόλου κατανήλισκε χεὶρ, θηρίου παντὸς χαλεπώτερον διατρώγουσα πάντοθεν, καὶ καταδαπανῶσα τὸ σῶμα· καὶ ἐν ταύτῃ τῇ συμφορᾷ πολὺς παρῆλθε χρόνος, τότε αὐτὴν προσάγει, ἤδη τεταριχευμένῳ καὶ κατεργασθέντι. Εἰ γὰρ παρὰ τὰ προοίμια προσῆλθε τῆς συμφορᾶς, οὐδ' ἂν ἐκεῖνον εὗρεν οὕτως ἐκνενευρισμένον, οὐδ' ἂν αὕτη τὴν συμφορὰν εἶχεν ἐξογκῶσαι οὕτω καὶ ἐπᾶραι τῷ λόγῳ. νυνὶ δὲ ὅτε αὐτὸν εἶδε, διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου διψῶντα ἀπαλλαγῆς, καὶ ἐπιθυμοῦντα τῆς τῶν ἐπικειμένων λύσεως σφοδρῶς, τότε προσέρχεται. ὅτε γὰρ σφόδρα κατειργασμένος ἦν, καὶ οὐδὲ ἀναπνεῖν λοιπὸν εἶχεν, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν ἐπεθύμει, ἄκουσον τί φησιν· εἰ γὰρ ὄφελον δυναίμην ἐμαυτὸν χειρώσασθαι, ἢ δεηθείς γε ἑτέρου, καὶ ποιήσει μοι τοῦτο. καὶ θέα μοι τὴν κακουργίαν τῆς γυναικὸς, πόθεν εὐθέως προοιμιάζεται ἀπὸ τοῦ πλήθους τοῦ χρόνου, μέχρι τίνος καρτερήσεις λέγουσα. Εἰ δὲ πολλάκις, καὶ πραγμάτων οὐκ ὄντων, λόγοι μόνοι ἴσχυσαν μαλάξαι, ἐννόησον τί τότε πάσχειν αὐτὸν εἰκὸς ἦν, μετὰ τῶν ῥημάτων τούτων, καὶ τῶν πραγμάτων ὀδυνώντων αὐτόν· καὶ τὸ δὴ πάντων χεῖρον, ὅτι καὶ γυνὴ ταῦτα λέγουσα ἦν, καὶ γυνὴ ἀναπίπτουσα, καὶ ἀπαγορεύσασα, καὶ διὰ τοῦτο σπουδάζουσα καὶ αὐτὸν εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλεῖν. πλὴν ἀλλ' ἵνα σαφέστερον ἴδωμεν τὸ μηχάνημα, τῷ ἀδαμαντίνῳ τούτῳ προσαγόμενον τείχει, καὶ αὐτῶν ἀκούσωμεν τῶν ῥημάτων. τίνα οὖν ἐστι ταῦτα; μέχρι τίνος καρτερήσεις, λέγων, ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου. ἤλεγξε γάρ σου, φησὶ, τὰ ῥήματα ὁ χρόνος, μακρότερος μὲν γινόμενος, λύσιν δὲ οὐδεμίαν ἐμφαίνων. ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐκ εἰς ἀπό-

γνωσιν

γνῶσιν αὐτῷ ἐμβάλλουσα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀνειδίζουσα, καὶ κωμῳδοῦσα· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐνοχλοῦσαν αὐτὴν ἀεὶ παραμυθούμενος, καὶ διακρουόμενος, τοιαῦτα ἐφθέγγετο, ἀνάμεινον ἔτι μικρὸν, καὶ ταχέως ἔσται τούτων τὸ τέλος· ὀνειδίζουσα τοίνυν αὐτῷ, φησὶ, μὴ καὶ νῦν τὸ αὐτὸ ἐρεῖς; πολὺς γὰρ χρόνος ἤδη παρέδραμε, καὶ τέλος τούτων οὐδὲν ἀνεφάνη. τί τὸν ἀθλητὴν, ὦ γύναι, ἐκλύεις; τί καταστέλλεις τὰς χεῖρας; δέον εἰπεῖν, ἔτι μικρόν. καὶ θέα τὴν κακουργίαν· οὐδὲ γὰρ μέμνηται τῶν βοῶν, οὐ τῶν προβάτων, οὐδὲ τῶν καμήλων, ᾔδει γὰρ οὐ σφόδρα αὐτὸν τούτοις δακνόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν φύσιν εὐθέως ἔρχεται, καὶ τῶν παίδων ἀναμιμνήσκει· ἐπ' αὐτοῖς γὰρ εἶδεν αὐτὸν, καὶ τὴν ἐσθῆτα διαρρήξαντα, καὶ τὴν κόμην ἀποκειράμενον· καὶ οὐκ εἶπεν, ἀπώλετό σου τὰ παιδία, ἀλλὰ σφόδρα περιπαθῶς·

rationem eum adigeret, ſed etiam, ut conviciis, & mordacibus dictis inſectaretur: etenim eam Jobus, moleſtiam exhibentem, ſæpe conſolatus erat, atque his verbis repulerat, expecta adhuc pauliſper, & brevi dabitur his finis: convicium ergo illi faciens, inquit, an nunc etiam idipſum dicturus es? multum enim jam temporis fluxit, nec ullus harum rerum finis apparuit. Quid, ô mulier; athletam enervas? quid manus contrahis? cùm dicendum eſſet, *adhuc parvum.* Malitiam etiam inſignem conſidera; non boum meminit, aut ovium, aut camelorum (ſciebat enim harum rerum amiſſione haud magnopere illius animum exulceratum fuiſſe) ad naturam ſtatim properat, & liberos revocat in memoriam: ſiquidem in illorum ruinâ, tunicam illum diſcidiſſe, comámque totondiſſe, vidit; neque enim dixit, liberi tui perierunt, ſed cum magno animi affectu;

Ἰδοὺ γὰρ, ἠφάνισταί σου τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς· υἱοὶ καὶ θυγατέρες, ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι, οὓς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων.

Ecce enim deletum eſt memoriale tuum de terrâ; filii, & filiiæ, mei uteri dolores, & labores, quos in vacuum laboravi cum ærumnis.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν, ποθεινὸν τὸ τῶν παίδων ἦν, διὰ τὸ καταλιμπάνειν ἕκαστον μνημόσυνον, καὶ λείψανα τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. ἐπειδὴ γὰρ ἀναστάσεως οὐδέπω ἦσαν ἐλπίδες, ἀλλ' ὁ θάνατος ἐκράτει, καὶ μετὰ τῆς ἐντεῦθεν ζωῆς, ἀπόλλυσθαι ἐνομίζοντο οἱ τελευτῶντες· ἔδωκεν ὁ Θεὸς τὴν ἐκ τῶν παίδων παραμυθίαν, ὥστε τῶν ἀπελθόντων ἐμψύχους εἰκόνας μένειν, καὶ τὸ γένος ἡμῶν διατηρεῖσθαι, καὶ τοῖς μέλλουσι τελευτᾶν, καὶ τοῖς ἐπιτηδείοις τῶν ἐκείνων, μεγίστην εἶναι παραμυθίαν, τὰ ἐκείνων ἔκγονα. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι διὰ τοῦτο μάλιστα ποθεινὰ τὰ τέκνα ἦν, ἄκουσον τί πρὸς τὸν Ἰὼβ ἀποδύρεται, μετὰ τὰς πολλὰς καὶ ἀφάτους πληγὰς, ἡ γυνή· ἰδοὺ, φησιν, ἀπώλετό σου

EJUSDEM. Primitùs quidem liberi expetebantur, & in deliciis erant, quia hâc ratione memoriam quiſque & vitæ ſuæ quaſi reliquias, poſteris tradebat. Quia enim nondum mortalibus illis ſpes fulſerat reſurrectionis, verùm mors dominabatur, & unà cum vitâ hâc, qui moriebantur, extingui ſe arbitrabantur: ex liberis ſolamen eis præbuit Deus, quò vivæ imagines morientium permanerent, eſſétque genus noſtrum incolume, maximúmque morituris, & illorum amicis, ſoboles ſolatium afferret. Atque ut intelligas, vel ob hanc unam rem præcipuè, optabilem prolem fuiſſe, audi, quid poſt tam multas & ineffabiles plagas, apud Jobum conjux lamentetur; *Ecce deletum eſt*, inquit, *memoriale*

riale tuum de terrâ. Ac rurſus Saul ad Da- Reg.1.24.22. vid, *Jura mihi, ut non deleas ſemen meum, & nomen meum poſt me.* Etenim ſi nunc, in teſtatæ reſurrectionis luce, ideo chari ſunt liberi, quia defunctorum memoriam conſervent, tunc certè multo magis fuerunt; ac propterea execratio inde ducta tanto acerbior exiſtit; neque enim illis temporibus, qui malè precabatur, dicere eſt ſolitus, exterminentur liberi, ſed memoria ejus è terrâ deleatur. *Filii & filiæ.* Cùm dixiſſet, *memoriale*, rurſus utriuſque ſexûs naturam exequitur diligenter. Non filius, inquit, non filia ſuperſtes eſt, qui ſucceſſione memoriam perpetuare poſſint; ac ſi diceret, quamvis ipſe convaleſcas, ex recuperatâ valetudine fructum nullum percipies, extinctis liberis: priſci enim illi ſpem omnem perpetuitatis, in ſucceſſione liberorum poſitam habebant, futurámque promiſſionem, mortali reſurrectione æmulabantur. Facultatum non meminit, neque pecorum, noverat enim animi ejus magnitudinem, & quid eum præcipuè tangeret; quam operiris, inquit, rerum commutationem? an ſublati è medio, rurſus in vitam redire poſſunt? prolis expers, orbatus liberis, relicto prorſus nullo, qui memoriam tuam tueatur, evulſus es radicitus: quòd ſi ne hoc quidem tibi cordi eſt, id ſaltē quod meum eſt, attende. Ac vide vim affectûs incredibilem; *uteri mei dolores & labores, quos in vacuum laboravi cum ærumnis:* & *dolores*, quidem partûs ſunt; *labores* autem, educationis. Quod autem dicit eſt ejuſmodi, ego, quæ plus ſuſcepi moleſtiæ, injuriâ ſum, tuâ causâ, affecta, ac labores quidem pertuli, fructu autem privata ſum. Hæc vero propterea loquitur, ut ſe quoque conſortem calamitatis teſtetur; nam qui in malis alienis philoſophatur, dando conſilium, fidem nequaquam facere videtur. Illa igitur ſuam ſemper perſonã immiſcens, ſingulis verbis negligentiã illi exprobrans, quaſi jaculis eum configit, ut liberorum recordatione, ſuæque ærumnæ commemoratione, juſtum vehementiùs ad impatientiam

τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ πάλιν ὁ Σαοὺλ πρὸς τὸν Δαβίδ, ὤμοσόν μοι, ἵνα μὴ ἀφανίσῃς τὸ σπέρμα μου, καὶ τὸ ὄνομά μου μετ' ἐμέ. Εἰ γὰρ καὶ νῦν, ἀναστάσεως φανείσης, ἐντεῦθέν ἐστι τὰ παιδία ἐπέραστα, ἀπὸ τοῦ τὴν μνήμην τῶν ἀπελθόντων διατηρεῖν, πολλῷ μᾶλλον τότε· διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἀρὰ ἐντεῦθεν γέγονε πικροτέρα· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ, τὰ παιδία, ὁ ἐπαρώμενος εἶπεν, ἐξολοθρευθείη, ἀλλά, τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ ἀπὸ τῆς γῆς. Υἱοὶ καὶ θυγατέρες. Εἰποῦσα δὲ, τὸ μνημόσυνον, μετὰ ἀκριβείας πάλιν, ἑκατέρας τῆς φύσεως μέμνηται. οὐχ υἱός, φησιν, οὐ θυγάτηρ περιλέλειπται, οἳ τὴν μνήμην τῇ διαδοχῇ φυλάξωσι· μονονουχὶ λέγουσα, ὅτι εἰ καὶ ὑγιαίνειν συμβαίη, ἀνόνητος ἡ τῆς ὑγείας ἀπόλαυσις, παίδων οὐκ ὄντων· ἐπὶ παισὶ γὰρ εἶχον τὴν ἐλπίδα τῆς διαμονῆς οἱ πάλαι, καὶ τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν, ἀναστάσει ἐμιμοῦντο θνητῇ. οὐ μέμνηται τῶν χρημάτων, οὐδὲ τῶν θρεμμάτων, ᾔδει γὰρ μεγαλόψυχον, * ἀλλ' ὃ μάλιστα καθάψασθαι αὐτοῦ ἴσχυσε· (* ἴσ. καί.) ποίαν, φησι, προσδοκᾷς ἔσεσθαι μεταβολήν; μὴ τοὺς ἀφανισθέντας ἐπανελθεῖν ἔνι λοιπόν; ἄγονος, ἄπαις, πρόρριζος ἀνεσπάσθης, οὐ καταλειφθέντος τινος, δι' οὗ μνημονευθήσῃ. Εἰ δέ σοι, φησιν, οὐ μέλει τούτων, κἂν τὸ ἐμὸν σκόπει. καὶ ὅρα τὸ περιπαθές. τῆς ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι, οὓς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων. ὠδῖνες μὲν, τοῦ τόκου· πόνοι δὲ, τῆς ἀνατροφῆς. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, ἡ τὸ πλέον ἐνεγκοῦσα, ἠδίκημαι διά σε, καὶ τοὺς μὲν πόνους ὑπέστην, τῶν δὲ καρπῶν ἀπεστέρημαι. ταῦτα δέ φησιν, ἵνα δείξῃ, καὶ ἑαυτὴν κοινωνοῦσαν τῆς συμφορᾶς· ἀπίθανος γὰρ δοκεῖ σύμβουλος, ὁ ἐν ἀλλοτρίοις φιλοσοφῶν κακοῖς. διὰ πάντων οὖν τῶν ῥημάτων βέλος ὀλιγωρίας ἐξαποστέλλουσα, συμμίγνυσι καὶ τὸ ἑαυτῆς πρόσωπον, ἵνα τῇ τε τῶν παίδων μνήμῃ, τῷ τε ἑαυτῆς πάθει, μειζόνως ἐκκαλέσηται εἰς ἀποδυσπέτησιν τὸν δίκαιον·

τί,

τί, φησὶ, τὸ παρὸν αἰεὶ διωθούμενος, ἀπὸ τῶν μελλόντων σαυτὸν παραθαρσύνεις εἰκῆ, ἄπαις, ἄοικος, γυμνὸς, ἐξεφθαρμένος;

ſtimulet: cur, inquit, id quod præſens eſt ſemper amoliendo, teipſum futuri temporis expectatione fruſtra confirmas, cùm liberis ac domo careas nudúſque contabeſcas?

Σὺ δὲ αὐτὸς ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων κάθησαι, διανυκτερεύων αἴθριος.

Tu verò ipſe in putredine vermium ſedes, pernoctans ſub dio.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Μεγάλη ἔμφασις, αὐτὸς, ἐκεῖνος ὁ δίκαιος, ὁ θαυμάσιος, τὸ κεφάλαιον ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν. καὶ ὅρα· πῶς οὔτε τίθησι τὴν ζημίαν τῶν χρημάτων, οὔτε σιγᾷ αὐτὴν καὶ παρατρέχει, ἀλλ' ὡς ἐχρῆν, καὶ περιπαθῶς αὐτὴν ἀπαγγέλλει, οὕτως αἰνίττεται, ὅταν γὰρ εἴπῃ,

EJUSDEM. Magna hîc emphaſis, *ipſe*, id eſt, ille juſtus, ille admirabilis, ille bonorum omnium nobis ſumma. Vide, quemadmodum jacturam bonorum, nec commemoret, nec ſileat; & prætermittat, ſed ratione quâ decebat, & quo par erat affectu ſignificare prorſus indicet, dum addit;

Κἀγὼ πλανωμένη καὶ λάτρις, τόπον ἐκ τόπου, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας.

Et ego errans, & ancilla, locum ex loco, & domum è domo.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ τὴν ζημίαν αἰνίττεται, καὶ πολλὴν τὴν προσπάθειαν δείκνυσι· καὶ γὰρ καὶ αἱ λέξεις αὗται ἱκαναὶ ἐπᾶραι τὴν συμφορὰν, ἐπὶ γὰρ τὰς ἑτέρων ἔρχομαι θύρας, φησί.

EJUSDEM. Damnum ſimul indicat, & vehementem animi affectum oſtendit: hæc enim verba ad augendam calamitatem, ſatis per ſe valent, ad alienas januas, inquit, ventito.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Πλανῆτις καὶ λάτρις ἡ βασιλὶς δουλεύω, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἐμῶν οἰκετῶν χεῖρας ἠνάγκασμαι βλέπειν· ἡ θρέψασα πάλαι πολλοὺς ἀγαπητῶς, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων περιτρέφομαι νῦν.

BASILII. Ipſa, quæ eram regina, ut vaga nunc ancilla ſervio, & ad famulorum meorum manus, cogor reſpicere; & quæ olim multos benignè alebam, vivere nunc cogor de alieno.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Οὐ προσαιτῶ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πλανῶμαι, καὶ δουλεύω δουλείαν ξένην καὶ καινήν· πανταχοῦ περιϊοῦσα, καὶ τὰ σύμβολα τῆς συμφορᾶς περιφέρουσα, καὶ πάντας διδάσκουσα τὰ ἐμὰ κακὰ, ἄλλοτε ἄλλον τόπον ἀμείβουσα, καὶ θυροκοποῦσα τῆς ἐφημέρου ἕνεκεν τροφῆς, ἡ τοσαύτην χορηγίαν τῶν ἀγαθῶν κεκτημένη· ἵνα εἴπῃ, οὐ μόνον τοὺς παῖδας ἀπολελοίπαμεν, τῆς ἡμετέρας μνήμης τὴν ὑπόθεσιν, καὶ αὐτὸς δὲ σὺ ὑπὸ τοσούτων κατέχῃ δεινῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐσχάτην πενίαν ὑπεστήκαμεν, μισθωτῶν δίκην τὴν τροφὴν ἑαυτοῖς ἐκλέγοντες, οἱ

CHRYSOSTOMI. Nec ſtipem tantùm mendico, verùm etiam oberro, ac novam inuſitatámq; ſervio ſervitutem, loca omnia peragrans, ac notas circumferens calamitatis, cunctíſque mea mala oſtentans; dum ſubinde de loco in locum tranſeo, & cibi quotidiani cauſâ, fores alienas pulſo, quæ priùs neceſſaria aliis abundè ſuppeditare poteram: quaſi diceret, non ſolùm liberos, perennandæ noſtræ memoriæ materiam, amiſimus, neque tu ſolùm tot ærumnis vexaris, verùm etiam inopiam graviſſimam ſuſtinemus, victum nobis, mercenariorum more, comparantes, qui noſtra

adeò largè egentibus præbebamus; quanquã ego ipſa, neque ſervitute tueri me commodè poſſum, cùm vna domus non ſufficiat ad paupertatis turpitudinem reprimendam; verùm mendicando, & ſerviendo miſerè oberro, quæ priùs liberaliter enutrita fui. Vide, quemadmodum ſuas, cum illius rebus conjungat: non valent, inquit, tua, vincant mea.

ἄφθονον τοῖς δεομένοις τὴν χορηγίαν παρέχοντες· ἐγὼ γοῦν οὐδὲ δουλείας εὐπόρησα, οὐδὲ ἐν οἰκίᾳ μιᾷ καταστεῖλαι τῆς πενίας τὴν ἀσχημοσύνην ἔστιν, ἀλλὰ περίειμι δουλεύουσα, καὶ προσαιτοῦσα ἀθλίως, ἡ πρὶν ἐλευθερίως τραφεῖσα· ὅρα, πῶς πλέκει τοῖς ἐκείνου τὰ ἑαυτῆς· οὐκ ἰσχύει, φησὶ, τὰ σὰ, κρατείτω τὰ ἐμά.

OLYMPIODORI. Totum autem hoc divinâ permiſſione contigit, & diaboli oppugnatione, qui, Deo veniam indulgente, cum licentiâ operabatur, ut in omnibus certantem Jobum, victorem coronâ dignum oſtenderet. Quamobrem uxoris ejus nemo miſerabatur, nec quiſquam priſtinæ ejus fælicitatis memor, egeſtatem ejus ſolabatur; non paſſus eſt enim hoſtis quempiam, ejus miſericordiâ moveri; ſed mercede eam elocavit: id enim verbum, *ancilla*, declarat, ſe ſingulis rogantibus inſerviiſſe, quò ſuam & mariti vitam ſuſtineret.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ὅλον δὲ τοῦτο Θεοῦ ἦν συγχώρησις, καὶ διαβόλου προσβολὴ, μετ' ἐξουσίας πράττοντος διὰ τὸν συγκεχωρηκότα Θεὸν, ἐφ' ᾧ διὰ πάντων ἀγωνισάμενον τὸν Ἰὼβ στεφανίτην ἀναδειχθῆναι· διὸ καὶ τὴν γυναῖκα οὐδεὶς ἠλέει, οὐδὲ τῆς παλαιᾶς αὐτῆς εὐδαιμονίας μεμνημένος παρεμυθεῖτο τὴν ἔνδειαν· οὐ γὰρ συνεχώρει αὐτὴν ὁ ἐχθρὸς ἐλεεῖσθαι πρός τινος, ἀλλ' ἐθήτευεν ἐπὶ μισθῷ· τοῦτο γὰρ σημαίνει, τὸ, λάτρις, * τοῖς ἑκάστοτε δεομένοις ὑπηρετοῦσα, ἐφ' ᾧ ἑαυτὴν, καὶ τὸν συνευνον ἐπαρκέσαι, πρὸς τὸ ζῆν. * ἴσ. ἑκάστοτε τοῖς.

CHYSOSTOMI. Poſtquam, quod eſt cæteris rebus miſerabilius expoſuiſſet, de domo in domum, ſe migrare, finem hîc lamentis non fecit, ſed ſubjungens, dixit.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Εἰποῦσα δὲ ὃ πάντων ἐστὶν ἐλεεινότατον, τὸ, οἰκίαν ἐξ οἰκίας ἀμείβειν, οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη τῶν θρήνων, ἀλλ' ἐπήγαγε, λέγουσα.

Expectans Solem, quando occidet, ut requieſcam ab ærumnis, & doloribus, qui me nunc premunt.

Προσδεχομένη τὸν ἥλιον πότε δύσεται, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μου, καὶ τῶν ὀδυνῶν, αἵ με συνέχουσι.

EJUSDEM. Quod aliis jucundum eſt, inquit, Solis radios intueri, id mihi eſt acerbum; tenebras verò & noctem deſidero; nox enim ſola ſudoribus meis requiem largitur, ea mihi ſolatium adfert malorum; ſolatur me dies, & à moleſtiis liberat, cùm ſolem ad occaſum proſequitur: nox enim quæ in tenebris verſatur, malis mederi ſolet. Quare propter calamitates animum deſpondens, & furore diaboli agitata, corporis interitum, unicum malorum remedium, juſto relictum eſſe perſuadet; id autem poſſe illum

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὃ γὰρ τοῖς ἄλλοις ἐστὶν ἡδὺ, φησι, τὸ τὴν ἀκτῖνα ὁρᾶν, τοῦτο ἐμοὶ βαρύ· ποθεινὸν δὲ τὸ σκότος, καὶ ἡ νύξ, αὕτη γὰρ με ἀναπαύει τῶν ἱδρώτων μόνη, αὕτη μοι παραμύθιον γίνεται τῶν κακῶν· παρακαλεῖ με καὶ ἵστησι τῶν πόνων, ἡμέρα, τὸν ἥλιον πρὸς τὰς δυσμὰς παραπέμπουσα· νὺξ γὰρ θεραπεύειν οἶδε τὴν κακίαν, τὸ σκότος ἔχουσα ἐνδιαίτημα. ἀπειποῦσα μέντοι πρὸς τὰς συμφορὰς, καὶ διαβολικῆς ἐνεργείας πεπληρωμένη, ὑποτίθεται τῷ δικαίῳ, ταύτην αὐτῷ τῶν κακῶν λύσιν ἀπολελεῖφθαι, τὴν τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν·

ἀπαλλαγήν· δυνατὸν δὲ ταύτην αὐτῷ προσγενέσθαι, εἰ παροργίσοι διὰ τῆς βλασφημίας τὸν Θεόν, καὶ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν ὑπερεθίσοι καθ᾽ ἑαυτοῦ· κακοτέχνως δὲ τὴν τοιαύτην εἰσηγεῖται βουλήν, ἔκ τε τῆς τοῦ ἀνδρός, καὶ τῆς ἑαυτῆς συμφορᾶς, τὸν λόγον κατασκευάζουσα. Τὰς τῶν ὠδίνων, φησί, ἀλγηδόνας ὑπομεμένηκα, ἐμόχθησα παιδοτροφοῦσα, ἵνα μετὰ σὲ τὸ μνημόσυνόν σου, τοὺς παῖδας καταλίπῃς· ἐξεκόπη τούτων ἡ ἐλπίς, πάντες ἀπώλοντο, ἄρρενες ὁμοῦ, καὶ θήλεαι· εἰς τίνα λοιπὸν ἀναβλέψω; εἰς σέ, τὸν τούτων πατέρα, τὸν σκωλήκων πλήρη, τὸν πένητα, τὸν ἀπερριμμένον; * εἰς ἐμέ, τὴν ἀθλίαν, τὴν πλανῆτιν, τὴν ἐκ τῆς πολλῆς εὐδαιμονίας ἐπὶ μισθῷ θητεύουσαν, καὶ μέχρις ἑσπέρας ἐν ὀδύναις καὶ μόχθοις ἐξεταζομένην; ἀλλ᾽ εἴ τι μοι πείθῃ, φθέγξαι τι ῥῆμα πρὸς Θεόν, παροργίζων αὐτόν, ἵνα σε ἀνέλῃ· αὕτη γάρ σοι μόνη τῶν κακῶν ὑπολέλειπται λύσις· διὸ ἐπάγει.

* Ἰσ. 2.

conſequi, ſi contumelioſis verbis Deum laceſſat, atque ad inferendam ipſi necem, contra ſe provocet: flagitioſâ autem & callidâ arte, conſilium hoc ſuadet, ex ſuis, & viri calamitatibus orationem inſtituens. Partûs, inquit, dolores experta ſum, & in educandâ prole labores ſuſcepi, ut poſt te liberos, memoriam tui relinqueres: horum ſpes omnis evanuit, omnes extincti ſunt, mares ſimul & fœminæ; quem poſtea intuebor? téne, horum parentem, vermibus ſcatentem, egenum, abjectum? an me miſeram & vagam, quæ ex fœlicitate ſummâ pro mercede inſervire cogor, & à manè ad veſperam, cum doloribus & laboribus luctor? verùm ſi me audis, dic verbum aliquod in Deum, ad iram eum ſtimulans ut te perdat: unicum enim hoc eſt relictum malorum remedium; quare ſubjungit.

Ἀλλὰ εἰπόν τι ῥῆμα εἰς Κύριον, καὶ τελεύτα.

Sed dicito aliquod verbum in Dominum, & morere.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἶδες κἀνταῦθα τὴν κακουργίαν, πῶς οὐδὲ ἐν αὐτῇ τῇ συμβουλῇ εὐθέως εἰσήγαγε τὴν ὀλεθρίαν παραίνεσιν, ἀλλὰ διηγησαμένη πρότερον ἐλεεινῶς τὰς συμφοράς, καὶ ἐκτείνασα τὴν τραγῳδίαν, ἐν βραχεῖ τίθησι τὴν παραίνεσιν· καὶ οὐδὲ ἐμφανῶς σαφῶς αὐτήν, ἀλλὰ συσκιάσασα ἐκείνην, τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτῷ προτείνει, τὴν μάλιστα ποθεινήν, καὶ ἐπαγγέλλεται τελευτήν, ὃ μάλιστα ἐπεθύμει. καὶ σκόπει κἀντεῦθεν τοῦ διαβόλου τὴν κακουργίαν· ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει τὸν πόθον τοῦ Ἰὼβ τὸν περὶ τὸν Θεόν, οὐκ ἀφίησι τὴν γυναῖκα κατηγορῆσαι τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ὡς ἐχθρὰν εὐθέως ἀποστραφῇ· διὰ τοῦτο αὐτοῦ μὲν οὐδαμοῦ μέμνηται, τὰ δὲ συμβάντα, ἄνω καὶ κάτω στρέφει. Σὺ δέ, μετὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι καὶ γυνὴ ἦν ἡ ταῦτα συμβουλεύουσα, πρόσθες, δεινὸς καταγοητεῦσαι ῥήτωρ· τοὺς μὲν προσέχον-

EJUSDEM. Hoc item loco ſceleratam malitiam vides, quemadmodum dum conſulit, non ſtatim pernicioſam adhortationem in medium affert, ſed calamitatibus miſerabiliter priùs enarratis, & productâ tragœdiâ, paucis eam proponit; nec apertè quidem eam repræſentat, ſed callidè inumbrans, liberationem à malis, quam ille præcipuè deſiderabat, illi protendit, mortémque pollicetur, quod imprimis anhelabat. Atque hic etiam, diaboli plenum fraudis artificium, cognoſce; qui cùm flagrans Jobi erga Deum ſtudium perſpectum haberet, haud finit uxorem, accuſationem contra Deum inſtituere, ne eam tanquam adverſariam, ſtatim averſaretur: ideo nunquam Dei mentionem facit, calamitates autem quæ acciderant repetit & revolvit. Tu verò, his quæ dicta ſunt, adde, quòd conjux fuerat quæ conſilium hoc illi præbebat, quæ incautos verborum lenociniis fallere, plurimum

mum valet; multi enim ſine calamitatibus, ſolius conjugis conſilio, oppreſſi ſunt: quare hoc loco, conjugem juſto ultimò admovet, tanquam machinam ſuperioribus longè validiorem; ita ut optandum fuerit, ô ſceleſte, ut eam clade affeciſſes, vel unâ ruinâ cum filiis obruiſſes. Aiunt verò nonnulli, non uxoris ea verba fuiſſe, ſed diabolum in ejus ſimilitudinem transformatum, ea loquutum eſſe, neque enim veriſimile erat, Jobi uxorem ejuſmodi extitiſſe; niſi quiſpiam dixerit, calamitatis magnitudine perculſam, talem factam eſſe: atque hoc quidem non primum conſilium datum fuiſſe, ſed alia longè moleſtiora juſtum à conjuge ſæpenumero audiviſſe, à veritate alienum non eſt. Ac diaboli improbitatem diligenter perpende; Evam animo volutat; mulier primum, inquit, hominem proſtravit, hæc etiam hunc ſuperare poterit. Verùm, ô fatue, illi qui ventrem domare non poterat, facilè mulier virus ſuum inſevit; hunc autem philoſophantem vides, & naturâ ipsâ longè ſuperiorem. Non eum divitiarum jactura, nec immatura mors liberorum, nec corporis cruciatus intolerabilis, neque tam longi temporis diuturnitas, flectere potuit: & tu eum qui rebus ſuperari non potuit, verbis expugnare te poſſe confidis? Mulier autem poſt accuratã tragœdiæ narrationem, tunc impudens conſilium in medium adfert, neque tunc quidem apertè dicit, blaſphema: nam qui ſuadent improba, non audent perſpicuam adhibere adhortationem. Quid ais, mulier? cùm oporteat Deum propitium, & placatum reddere, tu me hortaris, ut iram ejus magis accendam? etenim ſi horum omnium Deus eſt author, precibus implorandus eſt, non conviciis inceſſendus.

APOLINARII. Affinitate hæc attingit diabolum, quæ pravâ hâc narratione, futurorum ſpem viro præcidere conatur, dum inquit, blaſphemiâ tibi mortem accerſe. Hoc autem conſilium miniſtrat, rata quemadmodum rerum bonarum ſtudi-

ται· πολλοὶ γοῦν, καὶ χωρὶς συμφορῶν, ἀπὸ γυναικῶν συμβουλῆς κατηνέχθησαν μόνης· κἀνταῦθα δὲ ὡς ἰσχυρότερον τῶν προλαβόντων μηχανημάτων, ὕστερον τὴν γυναῖκα τῷ δικαίῳ προσάγει· ὡς εἴθε καὶ ταύτην *ἔλαβες, ὦ πόνηρε, εἴθε μετὰ τῶν παίδων κατέχωσας. Τινὲς δέ φασιν, οὐδὲ τῆς γυναικὸς εἶναι τὰ ῥήματα, ἀλλ' αὐτὸν εἰς αὐτὴν τυπωθέντα, ταῦτα φθέγξασθαι· οὐδὲ γὰρ ἦν εἰκὸς τὴν γυναῖκα τοῦ Ἰὼβ τοιαύτην εἶναι· πλὴν εἰ μή τις εἴποι, τῇ συμφορᾷ περιτραπεῖσαν τοιαύτην γεγενῆσθαι· εἰκὸς δέ, μὴ ταύτην πρώτην γεγενῆσθαι τὴν συμβουλήν, ἀλλὰ πολλάκις πολλῷ τούτων χαλεπώτερα παρὰ τῆς γυναικὸς ἀκοῦσαι τὸν δίκαιον. καὶ ὅρα διαβόλου πονηρίαν· ἐνενόησε τὴν Εὔαν· γυνὴ γάρ, φησι, κατήνεγκεν τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, αὕτη καὶ τοῦτον περιγενέσθαι δυνήσεται. ἀλλ' ὦ ἀνόητε, ἐκεῖνον ἥττονα γαστρὸς εὑροῦσα, ἰὸν ἐνέσπειρε τὸν ἑαυτῆς, τοῦτον δὲ ὁρᾷς φιλοσοφοῦντα, καὶ αὐτῆς περιγενόμενον τῆς φύσεως. οὐκ ἐπέκαμψεν αὐτὸν χρημάτων ἀπώλεια, οὐ παίδων θάνατος ἄωρος, οὐ βάσανος σώματος ἀπαραμύθητος, οὐ μῆκος χρόνου τοσοῦτον· καὶ τὸν ὑπὸ πραγμάτων οὐχ ἁλόντα, τοῦτον ὑπὸ λόγων προσδοκᾷς χειρώσασθαι; πλὴν ἡ γυνὴ μετὰ τὸ τὴν τραγῳδίαν ἀκριβῶς διηγήσασθαι, τότε τὴν ἀναίσχυντον ἐπιφέρει συμβουλήν, καὶ οὐδὲ τότε λέγει φανερῶς, βλασφήμησον· οἱ γὰρ πονηρὰ συμβουλεύοντες, οὐ τολμῶσιν ἀνακεκαλυμμένην εἰσάγειν τὴν παραίνεσιν· τί λέγεις, ὦ γύναι; δέον ἐξιλεώσασθαι, δέον καταλλάξαι, παροξῦναι μᾶλλον παραινεῖς; εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ταῦτα ἐποίησε, παρακαλέσαι αὐτόν, οὐ βλασφημῆσαι δεῖ.

*ἴσ. ἔβλαβες.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐγγὺς αὕτη τοῦ διαβόλου, ἡ καὶ μελλούσης ἐλπίδος στερῆσαι τὸν ἄνδρα ἐθέλουσα διὰ τῆς φαύλης εἰσηγήσεως, λέγουσα, διὰ τῆς βλασφημίας ἐπίσπασαι τὸν θάνατον. ὡς δὲ τῆς περὶ τὰ καλὰ ἐμμελείας περιεχούσης

σης αὐτῷ τὴν ζωὴν, καὶ τοῦ Θεοῦ πάντως τιμωρησομένου αὐτὸν, εἰ βλασφημήσει, ταύτην προσάγει τὴν συμβουλὴν, ἄμεινον τὸ ἀποθανεῖν, τὴν ζωὴν μετ᾽ ὀδύνης, τιθεμένη. σὺ δὲ ὅρα, πῶς περὶ τῆς βλασφημίας εἶχεν ἡ γυνὴ, ὅτι καὶ παραχρῆμα αὐτὸν θάνατον ἐπάγειν ἱκανὴν ἡγεῖτο.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Τινὲς δὲ ὑπὲρ τῆς γυναικὸς ἀπολογούμενοι, φασὶν, ὅτι ὡς εὐσεβὴς, καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ πάλαι παιδευθεῖσα, συμβουλεύει δι᾽ εὐχῆς αὐτὸν λοιπὸν ἐπισπάσασθαι θάνατον, ἵνα μή τινες ἐπ᾽ αὐτῷ σκανδαλιζόμενοι, βλασφημῶσιν· ὅθεν καὶ ὁ Ἰὼβ ἄνοιαν αὐτῆς γυναικώδη καταγινώσκει, οὐ μὴν δὲ ἀσέβειαν· ἐμοὶ δὲ τοῦτο οὐκ ἀρέσκει, ἀλλ᾽ ἀποδοκιμάζω τὴν τοιαύτην ἐξήγησιν.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Η γυνὴ πρὸς τὸν μακρὸν χρόνον ἀπαγορεύσασα, τῷ δικαίῳ παρίσταται, κάτω νενευκυῖα, καὶ τὰς χεῖρας ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις συγκροτοῦσα, καὶ τοὺς τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ καρποὺς ὀνειδίζουσα, καὶ καταλέγουσα τὴν παλαιὰν εὐθηνίαν τῆς οἰκίας, ὑποδείκνυσα δὲ τὰ παρόντα κακὰ, καὶ οἷον ἐξ οἵου ἔλαχε βίον, καὶ τίνα τῶν πολλῶν θυσιῶν ἐδέξατο παρὰ τοῦ δεσπότου μισθόν· ἔλεγέ τε αἰεὶ τῆς μὲν γυναικῶν ὀλιγοψυχίας ἄξια ῥήματα, ταράξαι δὲ πάντα ἄνδρα δυνάμενα, καὶ περιτρέψαι καὶ γενναίαν διάνοιαν· καὶ συνεβούλευεν ἄντικρυς τῷ ἀνδρὶ, ὅτι καλὸν εἴη καὶ χρήσιμον, ἀσεβέσι χρησάμενον ῥήμασιν, ἑαυτὸν τῆς γῆς ἐκτεμεῖν, τὸ τοῦ κτίσαντος ὀργῆς ἀκονήσαντα ξίφος, ἢ διακαρτεροῦντα πρὸς τὰ δεινὰ, τὸν ἐν τοῖς ἀγῶσι μόχθον, ἑαυτῷ καὶ τῇ συνοικούσῃ μηκύνειν.

um vitam ei præberet, ſic Deum omnino ſupplicium de eo ſumpturum, ſi blaſphema verba proferret; mortem vitæ, quæ cum dolore conjuncta eſſet, longè præferens. Tu verò quæ de blaſphemiâ fuerit mulieri ſententia, vide, quòd ſcilicet, ad repentinam mortem conciliandam ſola ſufficeret.

JULIANI. Quidam verò, pro muliere apologiam inſtituentes, dicunt, quòd tanquam religioſa, & ab illo olim inſtructa, ſuaderet ei, ut precibus deinceps mortem ſibi arceſſeret, ne forte aliqui illius calamitate offenſi, Deum blaſphemarent; unde etiã Jobus muliebrem ejus amentiã, non impietatem condemnavit: verùm id mihi non placet, & expoſitionem illam improbò.

BASILII. Ob temporis diuturnitatem ſpe prorſus abjectâ, calamitatibus ſuccumbens uxor, caput demittens, & propter ea quæ viderat, manus collidens, ſiſtit ſe juſto, ac pietatis fructus ei exprobrans, ac fœlicitatem priſtinam domûs ſuæ enarrans, præſentiáque mala oſtendens, & quem vitæ ſtatum cum quali commutaverit, quam etiam mercedem pro tot victimis, à Domino reportaverit: verba protulit, muliebri puſillanimitate non aliena, quæ tamen virum quemcunque permovere poſſent, & generoſum animum de ſtatu ſuo deturbare; apertè enim viro ſuadebat, rectius & utilius futurum illi, ſi verborum impietate, Dei mucronem, qui illum exſcindat è terrâ, exacueret, quàm ſi malorum tolerantiâ, certaminum gravem moleſtiam, tum ſibi, tum conjugi produceret.

Ὁ δὲ ἐμβλέψας, εἶπεν αὐτῇ, ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας.

Ille verò inſpiciens, dixit ei, tanquam una inſipientium mulierum loquuta es.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ καὶ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀχθεὶς ἐπὶ τούτοις ῥήμασιν ὁ Ἰὼβ, ὡς ἐπ᾽ οὐδενὶ τῶν προτέρων κακῶν, καὶ θυμοῦ τὸ βλέμμα πληρώσας, καὶ πρὸς τὴν γυναῖκα, καθάπερ πρὸς πολεμί-

BASILII & CHRYSOSTOMI. Cùm ea verba ſtomachum Jobo moviſſent (id quod ſuperiora mala facere minimè potuerunt) pleno iracundiæ vultu, trucique aſpectu, ad uxorem, tanquam ad hoſtem,

hoſtem, converſus, priuſquam os aperuiſſet, ſolo vultu machinas ejus reppulit. Illa quidem lachrymarum fontes moturam ſe, ſperabat; hic autem, irâ & indignatione plenus, leone impetuoſior extitit, non propter mala quæ patiebatur, ſed propter ea, quæ illa diabolicè ſuadebat: ac vultu offenſionem animi præ ſe ferente, illam moderatè objurgat; quandoquidem in ærumnâ moderationem tuebatur. Quid autem loquitur? *tanquam una inſipientium mulierum loquuta es;* non ita te inſtitui, inquit, non ita enutrivi, ut non te jam ampliùs conjugem meam agnoſcam; verba enim iſta mulieris ſunt inſanientis, & conſilium planè delirantis. Mitte igitur, inquit, mulier, conſilium iſtud tuum, quamdiu ſermonibus iſtis communi vitæ injuriam facies? mentita es, & meam, (qualiter optavi nunquam) dictis tuis calumniata es, educationem: nunc vitæ meæ dimidium, impium factum eſſe puto; quandoquidem nuptiæ, nos ambos unum corpus reddiderunt, tu verò in blaſphemiam incidiſti. Vides inciſionem aptam, & plagam ad ſanandum morbum, idoneam. Haud dixit, ſtulta es, atque amens; ſed quid? *tanquam una inſipientium mulierum loquuta es:* id eſt, nihil te, nihil inſtitutione, diſciplinâque meâ dignum protuliſti. Deinde poſt objurgationem, conſilium rurſus adhibet, quod plenum rationis erat, & uxoris animum ſatis ſolari poterat, dicens;

αι, ἀποστραφεὶς, καὶ βλέψας εἰς αὐτὴν πικρὸν, καὶ πρὸ τῆς φωνῆς, ἀπὸ τῆς ὄψεως διεκρούσατο τὰ μηχανήματα. ἐκείνη μὲν γὰρ προσεδόκησε δακρύων κινήσειν πηγάς· οὗτος δὲ λέοντος σφοδρότερος γέγονε, θυμοῦ πληρωθεὶς, καὶ ἀγανακτήσεως, οὐχ ὑπὲρ ὧν ἔπασχεν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ὧν ἐκείνη διαβολικῶς συνεβούλευσε· καὶ τῷ βλέμματι τὸν θυμὸν ἐνδεικνύμενος, μεμετρημένην ποιεῖται τὴν ἐπιτίμησιν, καὶ γὰρ ἐν συμφοραῖς σώφρων ἦν· καὶ τί φησίν; ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας· οὐχ οὕτω σε ἐπαίδευσα, φησιν, οὐχ οὕτω σε ἔθρεψα. ὅθεν οὐδὲ ἐπιγινώσκω τὴν σύνοικον τὴν ἐμήν· τὰ γὰρ ῥήματα ταῦτα ἀνοήτου γυναικός, καὶ παραπαιούσης ἡ συμβουλή· κατάθου, φησὶν, ὦ γύναι, τὴν συμβουλὴν, μέχρι τίνος τὴν κοινὴν, ἐν οἷς λέγεις, * ὑβρίζεις ζωήν; ἐψεύσω, καὶ τὴν ἐμὴν, ὡς οὐκ ηὐχόμην, ἀνατροφὴν διέβαλες, ἐν οἷς ἐλάλησας· καὶ τὸν ἐμὸν βίον διὰ ἡμισείας, ἠσεβηκέναι νενόμικα νῦν, ἐπειδήπερ ἓν μὲν σῶμα ἀμφοτέρους ἡμᾶς ὁ γάμος ἐποίησε, σὺ δὲ εἰς βλασφημίαν κατέπεσες. εἶδες τομὴν σύμμετρον, καὶ πληγὴν ἱκανὴν διορθῶσαι τὸ νόσημα. οὐκ εἶπεν, ἄφρων εἶ, καὶ ἀνόητος· ἀλλὰ τί; ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας· τουτέστιν, οὐδὲν ἄξιον σεαυτῆς, οὐδὲ τῆς ἐμῆς ἐφθέγξω παιδεύσεως. εἶτα μετὰ τὴν ἐπίπληξιν, καὶ συμβουλὴν εἰσάγει πάλιν, ἀρκοῦσαν αὐτὴν παραμυθήσασθαι, καὶ πολὺ τὸ εὔλογον ἔχουσαν, λέγων,

* ἴσ. ὑβρίσεις.

Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala cur non ſuſtinebimus?

Ει τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν;

CHYSOSTOMI. Recordare, inquit, illorum ſuperiorum, & quis eorum auctor, cogita, atque hæc quæ nunc nos premunt, fortiter feres. Vides viri modeſtiam? neque enim fortitudini ſuæ malorum tolerantiam adſcribit, verùm ex ipsâ rerum conſequutione naſci affirmat. Pro quibus enim illa nobis eſt elargitus

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Αναμνήσθητι, φησι, τῶν προτέρων ἐκείνων, καὶ λογίζου τὸν αἴτιον, καὶ οἴσεις καὶ ταῦτα γενναίως. εἶδες μετριοφροσύνην ἀνδρός; οὐδὲ γὰρ τῇ ἀνδρείᾳ αὐτοῦ λογίζεται τὴν ὑπομονὴν, ἀλλὰ τῇ τῶν πραγμάτων ἀκολουθίᾳ αὐτὴν εἶναί φησι. ἀντὶ τίνων γὰρ ἐκεῖνα ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεός;

Θεός; ποίαν ἐκ τινὸς ἀμοιβήν; οὐδεμίαν, ἀλλ' ἐξ ἀγαθότητος μόνης. δωρεὰν γὰρ ἦν, οὐκ ἀμοιβὴ, καὶ χάρις, οὐκ ἀντίδοσις· οὐκοῦν καὶ ταῦτα φέρωμεν γενναίως· ἀνάμνησον τῶν φθασάντων σεαυτὴν ἀγαθῶν, ἀντιστήκωσον τὰ κρείττω τοῖς χείροσιν. οὐδενὸς ἀνθρώπων ὁ βίος δι' ὅλου μακάριος· τὸ διαπαντὸς εὐπραγεῖν, μόνου Θεοῦ· σὺ δὲ εἰ τοῖς παροῦσιν ἀλγεῖς, ἀπὸ τῶν παρελθόντων σεαυτὴν παραμύθησον. νῦν δακρύεις, ἀλλ' ἐγέλασας πρότερον· νῦν πτωχεύεις, ἀλλ' ἐπλούτησας πρότερον· ἔπιες τὸ διειδὲς νᾶμα τοῦ βίου, καὶ τὸ θολερὸν τοῦτο πίνουσα, καρτέρησον· οὐδὲ γὰρ τῶν ποταμῶν ῥεύματα δι' ὅλου φαίνεται καθαρά. ποταμὸς δὲ, ὡς οἶσθα, ὁ βίος ἡμῶν, ῥέων ἐνδελεχῶς, καὶ κύμασιν ἀλλεπαλλήλοις πληρούμενος· τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ παρεῤῥύηκεν ἤδη; τὸ δὲ ἔτι παρρύεται, τὸ δὲ ἄρτι προέκυψε τῶν πηγῶν, τὸ δὲ μέλλει, καὶ πρὸς τὴν κοινὴν ἅπαντες τοῦ θανάτου σπεύδομεν θάλασσαν. εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; *ἀναγκάζομεν τὸν κριτὴν ὅμοια χορηγεῖν πράγματα δι' αἰῶνος ἡμῖν; *διδάσκομεν τὸν δεσπότην ὅπως χρὴ διεξάγειν τὸν ἡμέτερον βίον; αὐτὸς τῶν οἰκείων ψήφων ἔχει τὴν ἐξουσίαν, ὅπως βούλεται πάντα τὰ καθ' ἡμᾶς· σοφὸς δέ ἐστι, καὶ τὸ λυσιτελοῦν ἐπιμετρεῖ τοῖς οἰκέταις· μὴ περιεργάζου δεσπότου τὴν κρίσιν, ἀγάπα μόνον τὰ παρὰ τῆς αὐτοῦ σοφίας οἰκονομούμενα· ὅπερ ἂν δῷ σοι, τοῦτο δέχου μεθ' ἡδονῆς, δεῖξον ἐν τοῖς ἀλγεινοῖς, ὡς καὶ τῆς εὐφροσύνης ἀξία ἧς πρόσθεν ἐτύγχανες. Ταῦτα ὁ Ἰὼβ λέγων, ἀπεκρούσατο καὶ ταύτην τοῦ διαβόλου τὴν προσβολὴν, καὶ τελείαν αὐτῷ τὴν τῆς ἥττης αἰσχύνην ἐπήγαγεν. ἔδειξε διὰ τοῦ βλέμματος, τὸν κατὰ τῆς ἁμαρτίας μέγιστον ζῆλον, (ὀφθαλμὸν γὰρ κατήγορον τῶν κρυπτομένων ἡ φύσις ἐγνώρισε,) καὶ ὁ τὴν τοσαύτην ἔφοδον τοῦ πονηροῦ πράως καὶ φιλοσόφως διενεγκὼν, τὴν πρὸς κακίαν παράκλησιν οὐχ ὑπέμεινε, μείζονα τῶν τοῦ σώ-

* ἴσ. ἀναγκάσομεν.

* ἴσ. διδάξομεν.

Deus? quam nobis mercedem perſolvit? nullam, ex ejus ſolâ benignitate fluxerunt. Donum fuerunt, non merces; gratia, non compenſatio; quare & hæc forti animo feramus: in memoriam, bona quæ priùs aſſequuta es, revoca, & meliora deterioribus adæquato. Nullius hominis vita uſquequaque beata; ſolius Dei eſt, in omnibus proſperè agere: quare ſi propter præſentia doles, rebus prioribus teipſam ſolare. Nunc quidem lachrymaris, verùm anteà riſiſti; nunc mendicitate urgeris, ſed anteà locuples fuiſti; è limpido vitæ rivulo bibiſti, è turbido nunc cùm haurias, ferendum tibi eſt fortiter; nec enim ſemper fluviorum decurſus puri ſunt. Fluvius (quod teipſam minimè fugit) eſt vita noſtra, in fluxu perpetuo, & continuis, ſibique invicem ſuccedentibus fluctibus, auctus; & illius quidem pars jam fluxit, pars verò labitur, pars etiam jam primùm è fonte effluxit, pars alia poſteà manabit, ac cuncti ad communem mortis oceanum properamus. *Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala cur non ſuſtinebimus?* An judicem cogemus, eundem rerum ſtatum nobis perpetuò tribuere? an Dominum docebimus, quemadmodum vita noſtra traducenda ſit? Ille ſuorum decretorum poteſtatem habet, ſuo arbitratu noſtra diſpenſat: ſapiens autem eſt, & ſervis ſuis, quod utile eſt, largitur. Ne curioſiùs in Domini judicium inquirito, tu iis quæ ab ejus prudentiâ diſpenſantur, ſolùm acquieſcito, quicquid tibi dederit, id libenter accipe, in rebus triſtibus oſtende, te non indignam fuiſſe hilaritate & lætitiâ, quâ priùs fruebaris. Hâc Jobus oratione, diaboli incurſionem atque impetum repulit, ac propter acceptam cladem, pudorem maximum ei incuſſit. Ipſo oris vultu, contra peccatum ſummum zelum oſtendit (eorum enim quæ in receſſu latent, oculum pro indice natura agnoſcit) & qui talem improbi dæmonis impetum placatè, & æquanimiter tulit, is adhortationem ad ſcelus ferre non potuit, ratus ſcelerata illa quæ audierat, acerbiora

acerbiora multò, quàm tela quæ corpori inhærebant infixa, & uxorem ſuá his verbis objurgavit. Quemadmodum curationem libenti animo admiſimus, ſic etiam diſciplinam moderatè feramus: *bona*, enim dicit, quæ delectant, *mala*, verò tentationes. Illud verò, *tanquam una inſipientium loquuta es*, quidam ad Evam retulerunt; illam, inquit, imitata es, quæ peccati nubem primùm amplexa eſt, & conſiliis haud diſſimilibus, illum, qui Dei imagine ornatus, omnique vitio liber erat, circumvênit.

DIONYSII. Ignorabat enim illa ſerpentis varium & vafrum ingenium, ejúſque agreſtem & efferâtam calliditatem, ob quam, non hominibus prudentior appellatus eſt; neque enim ſanctis & juſtis injuſtus, Deique aſſeſſoribus prudentior, apoſtata eſſe poteſt: ſi verò ſtultos & fatuos luto & opere lateritio faſcinans, decipit, & inſidiis ſuis paulatim aſſuefacit, hi jure optimo belluis annumerandi ſunt, quibus ſolis ſapientior eſt nuncupatus. Erat etiam tunc imperfectus, qui ab illo primus in fraudem inductus eſt Adam, qui in animam tantùm erat viventē, nondum factus in ſpiritum vivificantē, ejus item coſta quæ in mulierē priùs ædificata fuerat: quare nec hominibus nec Angelis ſapientiâ antecellit. Quî enim poterat, ludibrio ab eis afficiendus? nec ab illis tantùm, verùm etiam ab iis qui in terris, ad Angelorum naturam proximè accedunt; qualis Jobus exſtitit, qui ſuperior illo evaſit, & utrinq; illum debellavit, neq; magnâ rerum externarū affluentiâ & fœlicitate victus, vel dolis ab eo circumventus: ſed irreprehenſibilis, juxta Dei teſtimonium perſtitit, neque propter morbum intolerabilem, & ulcus immedicabile, quod corpus univerſum depaſcebat, eidem ceſſit, ſed ut Dei erga ipſum providentia finem ſuum ſortiretur & juſtus appareret, omnia perpeſſus eſt; atque ita munus illud & certaminis præmium reportat, *Accipies* inquit, *eum ſervum* (Iob. 40.23.) *ſempiternum; ludes autem in eo, ſicut avi.* Viſne tu etiam in certaminibus clarus evade-

ματος βελῶν τὴν πονηρὰν ἀκοὴν ἡγησάμενος, καὶ τῇ γυναικὶ ἐπετίμησεν. ὥσπερ γάρ, φησι, τὴν θεραπείαν εὐθύμως προσηκάμεθα, οὕτω καὶ τὴν παιδείαν σωφρόνως ἐνέγκωμεν· ἀγαθὰ γὰρ λέγει, τὰ εὐφραίνοντα, κακὰ δέ, τοὺς πειρασμούς. τὸ δέ, ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων ἐλάλησας, τινὲς εἰς τὴν Εὔαν ἐξέλαβον· ἐκείνην, φησίν, ἐμιμήσω τὴν πρώτην δεξαμένην τὸ τῆς ἁμαρτίας τὸ νέφος, καὶ συμβουλαῖς ὁμοίαις παρακρουσαμένην, τὸν εἰκόνι Θεοῦ τετιμημένον ἐκεῖνον, καὶ πάσης κακίας ἐλεύθερον.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. Ηγνόησε γὰρ τοῦ ὄφεως τὰ πολύπλοκα καὶ σκολιὰ νοήματα, καὶ τὴν ἀγρίαν καὶ ἀτίθασον φρόνησιν, δι' ἣν οὐκ ἀνθρώπων φρονιμώτερος λέλεκται· οὐδὲ γὰρ ἂν δύναται τῶν ἁγίων τῶν δικαίων, ὁ ἄδικος, τῶν τοῦ Θεοῦ παρέδρων ὁ ἀποστάτης· εἰ δὲ τοὺς ἄφρονας καὶ ἀνοήτους κατασοφίζεται, τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ γοητεύων, * καὶ ἐπιβουλῆς αὐτοῦ συνεθίζει, εἰκότως ἐν τοῖς θηρίοις ἐκεῖνοι λογισθεῖεν, ὧν μόνον φρονιμώτερος εἶναι λέλεκται. ἀτελὴς γὰρ ἦν ἔτι καὶ ὁ ὑπ' αὐτοῦ πρῶτος ἀπατηθεὶς ὁ Ἀδάμ, εἰς ψυχὴν ζῶσαν μόνον, μηδέπω δὲ καὶ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν γενόμενος, καὶ ἔτι γε περὶ αὐτοῦ ἡ πλευρὰ οἰκοδομηθεῖσα εἰς γυναῖκα· οὕτω μὲν οὖν οὐ φρονιμώτερος ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐδὲ ἀγγέλων· πῶς γὰρ ὁ εἰς τὸ καταπαίζεσθαι ὑπ' αὐτῶν γενόμενος; οὐκ αὐτῶν δὲ μόνων, ἀλλὰ καὶ εἴ τις τῶν ἐνταῦθα ἰσάγγελος· ὥσπερ ὁ Ἰώβ, ὃς περιγενόμενος αὐτοῦ, καὶ κατακρατήσας ἑκατέρωθεν, καὶ μήτε διὰ τῆς εὐθηνίας, καὶ τῆς εὐπραγίας ἁλούς, ἢ παρακρουσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ· ἀλλὰ διαμείνας, ὡς μαρτυρεῖται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἄμεμπτος, μήτε διὰ τὴν δύσποιστον νόσον, καὶ τὸ ἀνήκεστον, καὶ ὁλοσχερὲς ἕλκος, ἐνδούς, ἀλλὰ πάντα ὑποστάς, ἵνα ἡ περὶ αὐτὸν τελειωθῇ τοῦ κυρίου πρόνοια, καὶ δίκαιος ἀναφανῇ· * ἐστὶ γέρας τούτων καὶ ἄθλων λαμβάνει, λήψῃ, φησὶν αὐτὸν δοῦλον αἰώνιον. παίξῃ δὲ ἐν αὐτῷ ὥσπερ ὀρνέῳ. βούλει καὶ σὺ λαμπρὸς ἐν τοῖς ἀγῶσιν εἶναι; ἐν τῇ παλαίστρᾳ γυμνάσθητι.

* ἴσ. ἐπιβουλαῖς αὐτοῦ συνεθίζεται.

* ἴσ. ἐστι γέρας τοῦτο καὶ ἄθλον.

γυμνάσθητι, φέρε γενναίως τὰς κατὰ διάνοιαν ὀδύνας, ἵνα καὶ τὰς τοῦ σώματος ἐνέγκῃς· καὶ γὰρ ὁ μακάριος Ἰὼβ, εἰ μὴ καλῶς γυμνασάμενος πρὸ τῶν ἀγώνων, * ἔλαμψεν· εἰ μὴ * μελετήκει πάσης ἀθυμίας ἐκτὸς εἶναι, εἶπεν ἄν τι τολμηρὸν, τῶν παίδων ἀποθανόντων. νυνὶ δὲ * πάντων ἔστη καὶ τὰ παλαίσματα, πρὸς χρημάτων ἀπώλειαν, καὶ περιουσίας τοσαύτης ἀφανισμὸν, πρὸς παίδων ἀποβολὴν, πρὸς γυναικὸς συμπάθειαν, πρὸς σώματος μάστιγας, πρὸς ὀνείδη φίλων, πρὸς λοιδορίας οἰκετῶν. εἰ δὲ θέλεις καὶ * τὰ γυμνάσια αὐτοῦ ἰδεῖν, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος πῶς κατεφρόνει χρημάτων· εἰ ἔταξα χρυσίον εἰς χοῦν μου, εἰ δὲ καὶ λίθῳ πολυτελεῖ ἐπεποίθησα, εἰ δὲ καὶ εὐφράνθην πολλοῦ πλούτου μοι γενομένου· διὰ τοῦτο οὐδὲ ἁρπαζομένων ἐθορυβεῖτο, ἐπειδὴ καὶ παρόντων οὐκ ἐπεθύμει. ἄκουσον πῶς καὶ * κατὰ τοὺς παῖδας διῴκει, οὐ καταμαλακιζόμενος παρὰ τὸ δέον, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν παρ' αὐτῶν ἀπαιτῶν· ὁ γὰρ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδήλων θυσίαν ἀναφέρων, ἐννόησον πῶς ἦν ἀκριβὴς τῶν φανερῶν δικαστής. εἰ δὲ καὶ τοὺς περὶ σωφροσύνης ἀγῶνας ἀκοῦσαι βούλει, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος, διαθήκην ἐθέμην τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένον· διὰ τοῦτο αὐτὸν οὐ κατέκλασεν ἡ γυνὴ, ἐφίλει μὲν γὰρ αὐτὴν καὶ πρὸ τούτου, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τὸ μέτρον, ἀλλ' ὡς εἰκὸς γυναῖκα. ὅθεν μοι καὶ θαυμάσαι ἔπεισι, πόθεν ἐπῆλθε τῷ διαβόλῳ, εἰδότι αὐτοῦ * τὰ γυμνάσια, κινῆσαι τοὺς ἀγῶνας. πόθεν οὖν ἐπῆλθε; πονηρόν ἐστι τὸ θηρίον, καὶ οὐδέποτε ἀπογινώσκει, ὃ μέγιστον ἡμῖν κατάκριμα γίνεται, ὅτι ἐκεῖνος μὲν οὐδέποτε ἡμῶν ἀπελπίζει τὴν ἀπώλειαν, ἡμεῖς δὲ τὴν ἑαυτῶν ἀπογινώσκομεν σωτηρίαν. ἀλλὰ σώματος πήρωσιν καὶ λώβην, σκόπει πῶς ἐμελέτα. ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς οὐδέποτέ τι

* ἴσ. οὐκ ἂν ἐνίκα.
* ἴσ. μεμελετήκει.
* ἴσ. ἠνδραγάθησε πρὸς πάντα.
* ἴσ. τὰς γυμνασίας.
* ἴσ. τὰ.
* ἴσ. τὰς γυμνασίας.

re? exerce te in palæſtrâ, ærumnoſos dolores qui animo obverſantur tuo, fer fortiter, ut corporis item poſſis: etenim beatus Jobus, ſi non ante certamen egregiè ſe exercuiſſet, non tantoperè inclaruiſſet; ſi non ſtuduiſſet omni deſperatione vacare, audacius verbum aliquod, extinctis liberis, protuliſſet. Nunc autem adverſus cuncta certamina, adverſus divitiarum amiſſionem, tantarúmque opum jacturam, adverſus liberorum interitum, adverſus conjugis condoleſcentis affectum, adverſus corporis vulnera, adverſus probra amicorũ, adverſus ſervorũ contumelias, invictum animum præſtitit. Ac ſi illius ſtudia, diſciplinæque exercitationem, cupis intueri, ipſum audi his verbis pecunias contemnentem, *Si poſui aurum in congium meum; quòd ſi & in lapide pretioſo fidebam; ſi & lætatus ſum, cùm eſſet mihi cenſus multus:* Iob 31. 24. 25. propterea neq; cùm eriperentur, animo perturbabatur, quoniã cùm adeſſent, eas minimè concupiſcebat. Audi etiam, quâ ratione liberos gubernaverit, quos, more noſtro, contra decorum non emolliebat, ſed ſeveræ diſciplinæ omnem ab iis rationem repoſcebat: nam qui pro occultis ſacrificia offerebat, quàm ſeverus, eorũ quæ manifeſta erant, judex fuerit, tecum perpende. Quòd ſi cupis, de continentiæ certaminibus etiam audire, illum ipſum dicentem attende, *teſtamentum* Iob. 31. 1. *poſui oculis meis, & non intelligam ſuper virginem:* ac proinde conjux animum ejus non fregit, diligebat enim eam anteà, verùm non effuſè, ſed potiùs quemadmodum uxorem diligi par erat. Unde admirari ſubit, quomodo diabolo in mentem venire potuerit, contra eum certamina movere, cujus ſtudia & exercitationes minimè ignorabat. Verùm unde ei illud in mentem venit? bellua nimirum improba eſt, nec ſpem abjicit aliquando, quod in noſtram maximam condemnationem cedit, nec enim is unquam de ruinâ noſtrâ deſperat, nos autem de noſtrâ ſalute deſperamus. Sed quemadmodũ truncationem corporis, ac perniciem meditatus fuerit, attende. Cùm Jobus nihil

ſimile aliquando paſſus eſſet, ſed vitam opibus, deliciis, cunctâque gloriâ affluentem degeret, aliorum tamen calamitates quoti-
Iob.3.25. die ſomniabat; idque ſignificans aiebat, *Timor enim quem verebar, venit mihi:* & rurſus,
Iob.30.25. *Ego ſuper omni impotente flevi, gemui videns virum in neceſſitatibus:* ac propterea nihil eorum quæ acciderunt, illum commoverat, licèt eſſent illa gravia & intolerabilia. Noli igitur fortunarum damna intueri, nec liberorum interitum, nec ulcus illud inſanabile,
c nec conjugis inſidias, verùm ea, quæ his multò ſunt acerbiora, conſidera. Quid autem his gravius & moleſtius paſſus eſt Jobus? præter enim ea quæ commemorata ſunt, ex hiſtoriâ nihil diſcimus. Quoniam dormitamus, non diſcimus; qui verò diligentem curam adhibet, & accuratè margaritam ſcrutatur, multò his plura cognoſcet: alia enim his graviora erant, & quæ perturbare eum poterant vehementiùs. Primum, quòd de cœleſti regno, ac reſurrectione nihil certi cog-
Iob.7.16. noſceret, id quòd lamentando dicebat; *Non enim in ſempiternum vivam, ut longanimiter agam.* Secundum, quòd multorũ rectè factorũ ſibi conſcius eſſet. Tertiũ, quòd nullius ſceleris conſcientiâ conſtrictus teneretur. Quartum, quòd à Deo illa immiſſa exiſtimaret; ſi enim diabolũ auctorem credidiſſet, hoc ſatis ei ad offenſionem fuiſſet. Quintũ, quòd voces amicorũ, crimina ei per calumniam ex-
Iob.11.6. probrantiũ audiret, *Nequaquã pares peccatis pœnas luiſti.* Sextũ, quòd homines ſceleratos vitam beatã tranſigentes, ipſumq; accuſantes, videret. Septimũ, quòd nullũ alium intueri poſſet, qui talia unquam paſſus fuiſſet. Quòd ſi quanta ſint hæc, ſcire aves, rerũ præſentiũ ſtatum conſidera; ſi enim hodie (cùm regnũ expectetur, & reſurrectio, cum bonis inenarrabilibus ſperetur, cùm infinitorum malorũ nobis conſcii ſimus, cùm tot exempla præ oculis habeamus, ac tantâ philoſophiâ abundemus) nonnulli, auro exiguo amiſſo, quod ſæpenumerò per rapinã acquiſiverunt, vitam injucundã, nec ampliùs ſibi vitã eſſe arbitrantur: licèt uxor non urgeat,

τοιοῦτον ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἐν πλούτῳ, καὶ τρυφῇ, καὶ τῇ ἄλλῃ περιφανείᾳ διετέλεσε ζῶν, τὰς ἀλλοτρίας καθεκάστην ὠνειροπόλει συμφοράς· καὶ τοῦτο δηλῶν, ἔλεγε, φόβος γὰρ ὃν ἐφοβούμην, ἦλθέ μοι. καὶ πάλιν, ἐγὼ δὲ ἐπὶ παντὶ ἀδυνάτῳ ἔκλαυσα, καὶ ἐστέναξα ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις· διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲν ἐθορύβει τῶν προσπεσόντων, τῶν μεγάλων ἐκείνων καὶ ἀφορήτων. μὴ γάρ μοι τὴν ἀπώλειαν ἴδῃς τῶν χρημάτων, μηδὲ τὴν τῶν παίδων ἀφαίρεσιν, μηδὲ τὴν πληγὴν ἐκείνην τὴν ἀνίατον, μηδὲ τὴν τῆς γυναικὸς ἐπιβουλήν, ἀλλὰ τὰ πολλῷ τούτων χαλεπώτερα. καὶ τί τούτων χαλεπώτερον, φησίν, ἔπαθεν ὁ Ἰώβ; παρὰ γὰρ τῆς ἱστορίας οὐδὲν τούτων πλέον μανθάνομεν· ἐπειδὴ καθεύδομεν, οὐ μανθάνομεν, ὡς ἔγε μεριμνῶν, καὶ τὸν μαργαρίτην καλῶς διερευνώμενος, πολλῷ πλείονα τούτων εἴσεται· τὰ γὰρ χαλεπώτερα καὶ ἰσχυρὰ μείζονα ἐνεῖναι θόρυβον, ἕτερα ἦν. καὶ πρῶτον, τὸ, μηδὲν εἰδέναι περὶ βασιλείας οὐρανῶν καὶ ἀναστάσεως σαφές· ὅπερ οὖν καὶ θρηνῶν ἔλεγεν, οὐ γὰρ εἰς τὸν αἰῶνα ζήσομαι, ἵνα μακροθυμήσω. δεύτερον, δὲ, πολλὰ ἑαυτῷ συνειδέναι καλά. τρίτον, δὲ, μηδὲν συνειδέναι πονηρόν. τέταρτον, δὲ, παρὰ Θεοῦ νομίζειν ταῦτα ὑπομένειν. εἰ δὲ καὶ παρὰ διαβόλου, καὶ τοῦτο ἱκανὸν ἦν αὐτὸν σκανδαλίσαι. πέμπτον, τὸ, ἀκούειν τῶν φίλων, ἐπὶ κακίᾳ διαβαλλόντων αὐτόν, οὐκ ἄξια γὰρ ὧν ἥμαρτες μεμαστίγωσαι. ἕκτον, δὲ, τοὺς ἐν πονηρίᾳ ζῶντας, εὖ πράττοντας ὁρᾷν, καὶ ἐπαγγέλλοντας *αὐτῷ. ἕβδομον, δὲ, μὴ ἔχειν εἰς ἕτερον ἰδεῖν τοιαῦτα πεπονθότα ποτέ. καὶ εἰ βούλει μαθεῖν ἡλίκα ταῦτά ἐστι, ἐννόησον τὰ παρόντα· εἰ γὰρ νῦν, βασιλείας προσδοκωμένης, καὶ ἀναστάσεως ἐλπιζομένης, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν, καὶ μυρία *συνειδότες ἑαυτοῖς κακά, καὶ τοσαῦτα *ἔχοντες παραδείγματα, καὶ τοσαύτης *μετέχοντες φιλοσοφίας, ἂν ὀλίγον χρυσίον ἀπολέσωσί τινες, καὶ τοῦτο πολλάκις ἁρπάσαντες, ἀβίωτον τὸν βίον εἶναι νομίζουσιν· οὐ γυναικὸς ἐπικειμένης, οὐ παίδων

*ἴσ. αὐτόν. *ἴσ. συνειδότων. *ἴσ. ἐχόντων. *ἴσ. μετεχόντων.

παίδων ἀφαιρεθέντων, οὐ φίλων ὀνειδιζόντων, οὐκ οἰκετῶν ἐπεμβαινόντων, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ὄντων τῶν παρακαλούντων, τῶν μὲν διὰ ῥημάτων, τῶν δὲ διὰ πραγμάτων. πόσων *οὐκ ἄξιος ἐκεῖνος ἂν εἴη στεφάνων; τὰ ἐκ δικαίων πόρων συλλεγέντα ὁρῶν, ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἁρπαζόμενα· καὶ μετὰ πάντα ἐκεῖνα μυρίας ὑπομένων πειρασμῶν νιφάδας, καὶ διὰ πάντων ἀκίνητος μένων, καὶ τὴν προσήκουσαν ἀναφέρων τῷ δεσπότῃ περὶ τούτων εὐχαριστίαν. ἂν γὰρ μηδὲν τῶν ἄλλων μηδεὶς εἴπῃ, τὰ τῆς γυναικὸς μόνον ῥήματα καὶ * πέτραν ἦν ἡ κακουργίαν. οὐ μέμνηται χρημάτων, καὶ ποιμνίων, καὶ βουκολίων*, συνῄδει γὰρ τῷ ἀνδρὶ τὴν ἐπὶ τούτων φιλοσοφίαν, ἀλλὰ τοῦ πάντων τούτων φορτικωτέρου, τῶν παίδων, λέγω, καὶ πλατύνει τὴν τραγῳδίαν, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῆς προστίθησιν· εἰ δὲ ἐν εὐθηνίᾳ ὄντας, καὶ μηδὲν πάσχοντας ἀηδὲς, πολλοὺς πολλάκις ἔπεισαν γυναῖκες· ἐννόησον, πῶς ἦν ἐκείνη νεανικὴ ἡ ψυχή, μετὰ τοσούτων ὅπλων αὐτὴν ἐπελθοῦσαν ἀποκρουσαμένη, καὶ δύο τυραννικώτατα πάθη καταπατήσασα, ἐπιθυμίαν, καὶ ἔλεον· καίτοι πολλοὶ τῶν κρατησάντων ἐπιθυμίας, ἐπ' ἐλέου ἐκάμφθησαν. ὁ γοῦν γενναῖος ἐκεῖνος Ἰωσὴφ, τῆς μὲν τυραννικωτάτης ἡδονῆς κατέσχε, καὶ τὴν βάρβαρον γυναῖκα ἐκείνην διεκρούσατο, μυρία προσαγούσης μηχανήματα· δακρύων δὲ οὐ κατέσχεν, ἀλλ' ἰδὼν τοὺς ἀδελφοὺς, τοὺς ἠδικηκότας, * ἐνεπρήσθη τὰ πάθη, καὶ τὸ πρόσωπον ταχέως νίψας, ὃ δρᾶμα ἀπεκάλυψεν. ὅταν δὲ καὶ γυνὴ ᾖ καὶ θρηνῳδὰ λέγῃ, καὶ τὸν καιρὸν ἔχῃ συμπράττοντα, καὶ τὰ τραύματα καὶ τοὺς μώλωπας, καὶ τὰ μυρία κύματα τῶν συμφορῶν, πῶς οὐκ ἄν τις δικαίως ἀδάμαντος παντὸς στερροτέραν, τὴν οὐδὲ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος παθοῦσαν ψυχὴν, εἰ[illegible] ἀποφήναιτο.

* ἰσ. ἰοῦ.

* ἰσ. πέτραν στερροτέραν καταπείσειν ἱκανὰ ἦν. ὅρα δὲ τὴν κακουργίαν.

* ἰσ. ἀπωλείας.

* ἰσ. [illegible]

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁ γὰρ μακάριος οὗτος πανταχόθεν βαλλόμενος

neque liberi erepti ſint, nec amici convicientur, aut famuli inſultent, ſed potiùs multi ſint, qui partim verbis, partim rebus ipſis, ſolatium illis præbere parati ſint. Quot igitur laureis is dignus fuerit, qui facultates ſuas omnes, ex honeſtis proventibus congeſtas, penitùs, & ſinè ullo jure ſibi ereptas, vidit: ac poſt hæc omnia, mille tentationũ procellas tulit, in omnibus autẽ immotus manſit, & Domino gratias pro iis aptas & acceptas egit. Et quidem ſi reliqua ſilentio prætereantur, ſolius conjugis voces, ad firmiſſimum quodvis ſaxum convellendum ſatis eſſe videbantur. Vide autem malitiam; de pecuniarũ, de gregum, & armentorum jacturâ, tacet (in his enim viri philoſophiam perſpectam habebat) ſed ejus, quæ omnium longè graviſſima erat, liberorũ, ſcilicet, meminit, ac tragœdiam pluribus verbis dilatat, quæq; ipſã urgebant mala, ſuperaddit. Quòd ſi mulieres multos homines in rerũ abundantiâ exiſtentes, nihilq; moleſtum tolerantes, perſuaſione ſæpe vicerunt: cogita, quàm fortis Jobi animus fuerit, qui illam, tot armis inſtructã, & adorientem, profligârit, duáſq; perturbationes, quæ tyrannide incredibili mortalium mentes opprimunt, cupiditatẽ, & miſericordiam conculcârit; etenim pleróſq; eorũ qui cupiditatem vicerunt, inflexit miſeratio. Joſephus quidem, generoſus ille athleta voluptatem compreſſit, quæ ſummam inter mortales exercet tyrannidem, & barbarã fœminam infinitas machinas adhibentẽ propulſavit: à lachrymis autẽ ſe continere non potuit, ſed fratres conſpicatus, à quibus injuriâ læſus fuit, affectu accenſus fuit, vultum celeriter lavit, ac rem geſtam omnem expoſuit. Cùm verò uxor ſit, & triſtia narret, tẽporis etiam opportunitatem, vulnera, vibices, & calamitatum innumeros fluctus, opitulantes ſibi habeat, quis tandem ejus animum, qui tantam procellam ſuperârit, non quovis adamante jure optimo fortiorem ac ſolidiorem dixerit?

CHRYSOSTOMI. Hic enim beatus, licèt in eum undique mitterentur ſagittæ,

gittæ, tutior ac firmior nihilominus conſiſtebat; cúmque jacula innumerabilia excepiſſet, nihil de animi virtute remiſit, imò verò diaboli thecam omnem jaculis exhauſit, ipſe verò nec cecidit, nec ſupplantatus eſt: ſed tanquam gubernator optimus, neque furente mari, ſeſéque fluctibus efferentibus, obruebatur, neq; in tranquillitate atque malaciâ ſocordior erat, ſed in utroque temporis diſcrimine artem ſuam pariter ſervavit. Neque enim divitiæ illum extulerunt, neque depreſſit inopia, neque cùm ex animi voto res proſperè fluerent, ſupinum animum jacentémque præ ſe tulit, neque omni domo eversâ, funditúſque deletâ, perturbatus eſt, & fortitudinem ſuam redarguit. Audiant hæc divites, audiant pauperes, utriſque enim perutilis eſt narratio, & cunctis hominibus hiſtoria hæc prodeſt, ſive ſecundis ii rebus potiantur, ſive affligentur adverſis. Hic enim pietatis athleta, orbiſque terrarum victor laureatus, utroque armorum genere in utriſque uſus, victoriæ trophæa erexit; & diabolo impetum in ipſum faciente, ad omne genus belli in aciem inſtructus prodiit, & in omnibus victor renunciatus eſt. Ac prout fortis & ſtrenuus miles, qui noctu manum conſerere, mœnia oppugnare, pedeſtre certamen inire, navali bello contendere, jaculari, haſtam vibrare, & fundis, miſſilibúſque telis, quovis denique pugnæ genere, & quovis loco ſuperare novit adverſarium: ſic prorſus generoſus hic, tentationem omnem, ab inopiâ, fame, morbo, cruciatu, liberorum clade, amicis, inimicis, uxore, & ſervis, proficiſcentem, cum multâ animi fortitudine, ſuſtinuit. Nulla enim humanæ miſeriæ fuit ærumna, quæ non fuerat in illius corpore exhauſta, laqueis tamen omnibus, & viſcatis calamis diaboli ſuperior evaſit: & quod omnium multò eſt mirabilius, quòd cuncta ſimul & ſemel ſupra modum gravia, impetum in eum fecerint. Neque enim id attendas, quòd tam multa ſit paſſus; ſed illud adde, quòd non paulatim, non

ἀσφαλέστερον ἵστατο· καὶ μυρία βέλη δεχόμενος οὐκ ἐνεδίδου, ἀλλ' ἐκένωσε μὲν τοῦ διαβόλου τὴν βελοθήκην, αὐτὸς δὲ οὐ κατέπεσεν, οὐδὲ ὑπεσκελίσθη· ἀλλ' ὥσπερ ἄριστος κυβερνήτης, οὔτε μαινομένης τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν κυμάτων διεγειρομένων, κατεποντίζετο, οὔτε γαλήνης οὔσης ῥαθυμότερος ἐγίνετο, ἀλλ' ἐν ἑκατέρᾳ τῇ τῶν καιρῶν διαφορᾷ, ἴσην τὴν ἑαυτοῦ τέχνην διετήρησε. καὶ οὔτε πλοῦτος αὐτὸν ἐφύσησεν, οὔτε πενία ἐταπείνωσεν, οὔτε κατὰ ῥοῦν τῶν πραγμάτων φερομένων ὕπτιος ἦν, καὶ ἀναπεπτωκὼς, οὔτε ὅλης σχεδὸν τῆς οἰκίας ἀνατραπείσης, καὶ πανωλεθρίας γενομένης διεταράχθη, καὶ τὴν ἀνδρείαν ἤλεγξε τὴν ἑαυτοῦ. ἀκουέτωσαν πλούσιοι, ἀκουέτωσαν πένητες, ἑκατέροις γὰρ τὸ διήγημα χρήσιμον, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἱστορία λυσιτελὴς, καὶ τοῖς ἐν εὐημερίᾳ, καὶ τοῖς ἐν συμφοραῖς. ἑκάτερα γὰρ τὰ ὅπλα μεταχειρίσας, ὁ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὴς, ὁ τῆς οἰκουμένης στεφανίτης, ἐν ἑκατέροις τὸ τρόπαιον ἔστησε· καὶ παρὰ πᾶν εἶδος πολέμου, τοῦ δαίμονος ἐπελθόντος ἐκείνῳ, πρὸς ἅπαντα παρετάξατο, καὶ ἐν πᾶσιν ἀνεκηρύττετο. καὶ καθάπερ στρατιώτης γενναῖος, * καὶ εἰδὼς νυκτομαχεῖν, τειχομαχεῖν, πεζομαχεῖν, ναυμαχεῖν, καὶ τοξεύειν, καὶ δόρυ σείειν, καὶ σφενδόναις, καὶ ἀκοντίοις, καὶ παντὶ τρόπῳ μάχης περιγίνεσθαι τῶν ἐναντίων, καὶ πανταχοῦ κρατεῖν· οὕτω δὴ καὶ ὁ γενναῖος ἐκεῖνος ἅπαντα πειρασμὸν μετὰ πολλῆς ἤνεγκε τῆς ἀνδρείας, τὸν ἀπὸ πενίας, τὸν ἀπὸ λιμοῦ, τὸν ἀπὸ νόσου, τὸν ἐξ ὀδύνης, τὸν ἀπὸ τῆς τῶν παίδων ἀπωλείας, τὸν ἀπὸ τῶν φίλων, τὸν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν, τὸν ἀπὸ τῆς γυναικὸς, τὸν ἀπὸ τῶν οἰκετῶν. οὐδὲ γὰρ ἦν ἀνθρωπίνη συμφορὰ, ἣ μὴ εἰς τὸ σῶμα ἐξεκενώθη ἐκείνου, ἀλλ' ὅμως ἁπάντων ὑπερηνέχθη τῶν δικτύων, καὶ ὑψηλότερος γέγονε τῶν τοῦ διαβόλου καλάμων· καὶ τὸ δὴ θαυμαστότερον, ὅτι καὶ πάντα αὐτῷ, καὶ πάντα μεθ' ὑπερβολῆς, καὶ πάντα ὑφ' ἕν. μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδῃς, ὅτι τοσαῦτα ἔπαθεν, ἀλλὰ προσθεὶς,

* ἴσ. [illegible]

θεις, ὅτι οὐδὲ κατὰ μικρὸν, οὐδὲ ἐκ διαστήματος, ἀλλ᾽ ὑφ᾽ ἓν καὶ ὁμοῦ· οὐ μικρὰ δὲ αὕτη πειρασμῶν προσθήκη. * τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἕκαστος ἀνθρώπων, πρῶτον μὲν οὐδεὶς ἂν εὑρεθείη πάντα ὑπομείνας ὁμοῦ, ἀλλ᾽ εἰ καὶ πενίᾳ παλαίει, ὅμως ὑγιείας ἀπολαύει· εἰ δὲ καὶ πενίᾳ, καὶ νόσῳ περιεπάρη, ἀλλὰ γυναικὸς πολλάκις ἀπήλαυσε παραμυθουμένης τὰ δεινὰ, καὶ ἀντὶ λιμένος αὐτῷ γινομένης· εἰ δὲ μὴ γυναικὸς ἀπήλαυσε τοιαύτης, ἀλλ᾽ οὐχ οὕτω συμβουλευούσης ὀλέθρια, εἰ δὲ καὶ οὕτω συμβουλευούσης ὀλέθρια, ἀλλ᾽ οὐχὶ καὶ τοὺς παῖδας ἀθρόον ἀπώλεσεν ἅπαντας· εἰ καὶ ἀθρόον, ἀλλ᾽ οὐ τοιούτῳ τρόπῳ τελευτῆς· εἰ δὲ καὶ τοιούτῳ τρόπῳ τελευτῆς, ἀλλὰ φίλους εἶχε παρακαλοῦντας· Εἰ δὲ οὐκ εἶχε παρακαλοῦντας, ἀλλ᾽ οὐχὶ καὶ οὕτως ἐπεμβαίνοντας· Εἰ δὲ καὶ ἐπεμβαίνοντας, ἀλλ᾽ οὐχὶ καὶ οἰκέτας ὀνειδίζοντας· Εἰ δὲ καὶ ὀνειδίζοντας, ἀλλ᾽ οὐχὶ καὶ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐμπτύοντας· Εἰ δὲ καὶ εἰς τὸ πρόσωπον ἐμπτύοντας, ἀλλ᾽ οὐχὶ καὶ νόσῳ τοιαύτῃ περιεπάρη· Εἰ δὲ καὶ νόσῳ τοιαύτῃ περιεπάρη, ἀλλὰ δώματος καὶ σκέπης ἀπήλαυσε, καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐκάθητο· Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐκάθητο, ἀλλ᾽ εἶχε τοὺς χεῖρα ὀρέγοντας· Εἰ δὲ μὴ εἶχε τοὺς χεῖρα ὀρέγοντας, ἀλλ᾽ οὐχὶ καὶ ἐπεμβαίνοντας· οὗτος δὲ ἅπαντα ταῦτα ὑπήνεγκε.

* ἴσ. πρῶτον μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἴδοις.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ τοῦ ΘΕΟΛΟΓΟΥ. Ἦν μὲν γὰρ ἄκακος, δίκαιος, ἀληθινὸς, καὶ ὅσα μεμαρτύρηται· τοσαύταις δὲ πλήττεται παρὰ τοῦ ἐξῃτηκότος ταῖς προσβολαῖς, καὶ οὕτως ἀλλεπαλλήλοις καὶ φιλοτίμοις, ὥστε πολλῶν πολλάκις ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος κακοπαθησάντων, τῶν δὲ, ὡς εἰκὸς, καὶ ταλαιπωρησάντων, μηδένα εἶναι τῆς ἐκείνου παραβαλεῖν συμφοραῖς. οὐ γὰρ μόνον χρήματα, κτήματα, εὐτεκνίαν, πολυτεκνίαν, ἃ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστὶ περισπούδαστα, οὐ ταῦτα ζημιοῦται μόνον, ὡς μηδὲ θρήνοις γενέσθαι χώραν, διὰ τὸ συνεχὲς τῶν κακῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα πε-

ex intervallo, verùm conjunctim univerſa; haud enim exiguum eſt hoc calamitatum additamentum. Primò quidem, qui cuncta hæc mala uno ſit eodemq; tempore expertus, ex omni hominum genere nemo reperietur: ſi enim quiſpiã cum paupertate luctetur, commodâ nihilominus utitur valetudine; ſi egeſtate & morbo confoſſus eſt, ſæpenumero conjugem, triſtes caſus ſolantem, & quæ ei pro portu ſit, ſortitus eſt; ſi conjugem talem nactus non eſt, eam tamen non habet quæ pernicioſa conſilia ſuggerit; & ſi talem quidẽ experitur, quæ noxia & lethalia ſuadet, liberos tamen omnes uno interitu ſimul non perdidit; quòd ſi ſimul, certè non eo mortis genere; quòd ſi eo lethi genere, amicos tamen qui ſolarentur, habuit; & ſi amici qui ſolarentur, non aderant, non tamen ſic inſultantes deprehendit; & ſi inſultantes quidem, at ſervos conviciantes non habuit; ſi autem conviciantes, non autem ſputo os fœdantes; quòd ſi ſputo vultum fœdantes, in morbum tamen adeò gravem non incidit; quòd ſi in morbum tam gravem incidit, domicilium tamen & tectum aliquod habuit, nec in ſterquilinio ſedem poſuit; quòd ſi in ſterquilinio ſedit, qui tamen manum auxiliatricem præberent, habuit; quòd ſi manum auxiliatricem præbentes non habuit, ſaltem inſultoribus carebat: hic autem hæc omnia perpeſſus eſt.

GREGORII THEOLOGI. Erat quidem innocens, juſtus, verus, & quicquid præterea de eo Scriptura teſtatum reliquit: ab eo tamen qui ipſum depopoſcerat, tot támque continuis, & cum æmulationis ſtudio conjunctis, aſſultibus feritur, ut cùm multi ſæpe, ex omni hominum memoriâ, in ærumnas & calamitates inciderint, nonnulli etiam, ut probabile eſt, afflicti fuerint, nemo tamen cum illius miſeriis comparari queat. Non enim in divitiis tantùm, & facultatibus, & præclarâ, ac numeroſâ ſobole (quæ res ab hominibus vehementer expetuntur) damnum & jacturam paſſus eſt, ita ut luctibus, propter malorum concatenationem, locus non

non eſſet; ſed poſtremò, in ipſo quoque corpore, incurabili plagâ, & viſu horribili affectus, pro calamitatis cumulo, conjugem habebat, quæ pravis conſiliis eum ſolaretur: ut enim anima, unà cum corpore vulneraretur, ſedulò contendebat.

CHRYSOSTOMI. Cùm in his malis conſtitutus eſſet, & quaſi in ſartagine intùs, extrà, & undique frigeretur, mulier dolos nectit, & conjux dæmonis telum efficitur, linguámque diabolo utendam tradens, virum jaculis petit, multóque in eum atrociora, & perniciosiora, quàm ea quæ diximus, contorquet. Nec verò hic exitus fuit certaminum, immo verò novi conflictûs initium & primordia; convicia enim mille amici in eum jaciebant. Vos autem nonne audiendis hiſce nunquam intermittentibus calamitatibus, defatigati eſtis? & tamen illis ferendis laſſus ille non erat. Quamobrem veſtram charitatem hortor, ut adhuc parumper expectetis; necdum enim omnia ſumus ezequuti, neque alterum exceſſum addidimus. Unus enim calamitatis ejus exceſſus erat, quòd mala omnia quæ in hominem cadunt, unum corpus ſuſtinuerit. Alter, quòd omnia ſimul, & ſine ullis induciis, paſſus fuerit. Volo etiam & tertium addere; quis autem ille eſt? quòd ſingula quæ enarravimus, non certatim tantummodò, ſed etiam inuſitatâ quâdam, & incredibili ratione, illum adorta ſint: ſive egeſtas, quâvis paupertate acerbior; ſive morbus, ſive ſeſſio, ſive liberorum interitus; ſive bonorum omnium jactura. Tecum autem perpende; amiſit quis facultates; non tamen ſic funditus, neque eo modo: liberis eſt orbatus; verùm non ſimul omnibus, non tot, non talibus: morbo eſt oppreſſus; verùm non hujus generis; ſed aut febri, aut mutilatione, aut alio quopiam uſitato morbi genere. Illa autem plaga inſolens fuit, eique ſoli nota, qui eam perpeſſus eſt; ulcerum enim illorum atrocitatem, & vulnerum acerbitatem, nulla oratio exprimere valet: ſufficit autem ad plagæ

λυπηρὸν πληγεὶς πληγὴν ἀνίατον, καὶ δυσθεώρητον, εἶχε μὲν παραθήκην τῆς συμφορᾶς τὴν γυναῖκα παραμυθουμένην τοῖς χείροσι· πληγῆναι γὰρ ἐφιλονείκει καὶ τὴν ψυχὴν πρὸς τῷ σώματι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐν τούτοις γὰρ ὄντος αὐτοῦ, καὶ ἀποτηγανιζομένου πάντοθεν, ἔνδοθεν, ἔξωθεν, * ἐπεὶ τῆς γυναικὸς τὰ μηχανήματα, καὶ γίνεται τοῦ δαίμονος ὅπλον ἡ σύνοικος, καὶ τοξεύει τὸν ἄνδρα, τὴν γλῶτταν δανείσασα τῷ διαβόλῳ, καὶ βάλλει τῶν εἰρημένων πικρότερα καὶ ὀλεθριώτερα. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα τέλος ἐλάμβανε τὰ παλαίσματα, ἀλλ' ἀρχὴ πάλιν καὶ προοίμια τῆς παρατάξεως ἦν· καὶ ὑπὸ τῶν φίλων μυρίοις ἐβάλλετο τοῖς ὀνείδεσιν. ἆρα οὐκ ἐκάμετε ἀκούοντες τὰς ἐπαλλήλους ταύτας συμφοράς; ἀλλ' ἐκεῖνος οὐκ ἔκαμνε πάσχων. διὸ δὴ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἀναμεῖναι πάλιν· οὐδέπω γὰρ τὸ πᾶν εἰρήκαμεν, οὐδὲ τὴν ἑτέραν προστεθείκαμεν ὑπερβολήν. μία μὲν γὰρ ἦν, ὅτι πάντα τὰ ἐν ἀνθρώποις κακὰ, ἓν σῶμα ὑπέμεινεν. ἑτέρα δὲ, ὅτι πάντα ὁμοῦ, καὶ οὐδὲ τὴν * πάσχουσαν ἔχεν ἀνακωχήν. βούλομαι δὲ καὶ τρίτην εἰπεῖν· τίς δέ ἐστιν αὐτή; ὅτι τῶν εἰρημένων ἕκαστον, οὐχ ὁμοῦ μόνον ἐπῆλθεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς, καὶ τῆς καινότητος· εἴτε πενία, πενίας ἁπάσης χαλεπωτέρα, εἴτε νόσος, εἴτε καθέδρα, εἴτε τῶν παίδων ἀπώλεια, εἴτε τῶν ὄντων ἀπάντων *. σκόπει δὲ, ἀπώλεσέ τις τὰ ὄντα, ἀλλ' οὐκ οὕτως ὁλοσχερῶς, οὐδὲ τρόπῳ τοιῷδε. ἀπέβαλε παῖδας, ἀλλ' οὐδέποτε ὑφ' ἓν ἅπαντας, οὐδὲ τοσούτους, οὐδὲ τοιούτους. νόσῳ περιέπεσεν, ἀλλ' οὐ τοιαύτῃ, ἀλλ' ἢ πυρετοῖς, ἢ λώβῃ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ πάθει συνήθει. ἐκείνη δὲ ἡ πληγὴ ξένη τις ἦν, καὶ τῷ πάσχοντι μόνῳ σαφής· λόγος γὰρ οὐδεὶς παραστῆσαι δύναιτ' ἂν τὸ πικρὸν τῶν ἑλκῶν ἐκείνων, καὶ τὸ τῶν τραυμάτων ὀδυνηρόν· ἀλλ' ἀρκεῖ μόνον τὰ

ἐργα-

* ἴσ. πλέκει ἡ γυνή.

* ἴσ. τοῦ πάθους.

* ἴσ. ἀποβολῇ.

ἐργασάμενον εἰπόντα, καὶ τὸν ἀκόλαστον αὐτοῦ θυμὸν, ἐνδείξασθαι τῆς πληγῆς τὸ μέγεθος. καινὴ δὲ καὶ ἡ καθέδρα ἦν, καὶ ξένη· οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδεὶς πένης, οὕτω ποτὲ καθεσθεὶς αἴθριος διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, ὥσπερ ἐκεῖνος ὑπέμεινε γυμνὸς ἱματίων, στέγης ἀπεστερημένος ἁπάσης, ἐπὶ τῆς κοπρίας καθήμενος. ἔσχε τις γυναῖκα πονηρὰν πολλάκις, ἀλλ' οὐδεμία οὐδέποτε ἐγένετο οὕτω πονηρὰ, ὡς ἐν τοιαύτῃ συμφορᾷ ἐπιτίθεσθαι τῷ ἀνδρὶ, καὶ ξίφος ἀκονῆσαι κατὰ τῆς ἐκείνου ψυχῆς, καὶ συμβουλεῦσαι τοιαύτας συμβουλάς. καὶ τὸ τῶν φίλων δὲ ξένον, καὶ τὸ τῶν οἰκετῶν· καὶ τὸ τοῦ λιμοῦ δὲ καινότερον πάλιν, * ὅτι παρακειμένης οὐκ ἀπεγεύετο τῆς τραπέζης. Εἴπω καὶ τετάρτην ὑπερβολὴν, τὸν πλοῦτον λέγω, τὸν ἔμπροσθεν, καὶ τὴν εὐημερίαν· ὁ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐν πενίᾳ ζήσας, εὐκολώτερον ἂν ταύτην ἤνεγκεν, ἅτε μελετήσας τὸ πάθος· ὁ δὲ ἐξ εὐημερίας τοσαύτης κατενεχθεὶς, διὰ τὸ ἀγύμναστον, καὶ ἀμελέτητον, χαλεπωτέραν ὑπομένει τὴν αἴσθησιν καὶ πικροτέραν τὴν ὀδύνην, καὶ μείζονα τὴν ταραχήν. εἴπω καὶ ἑτέραν ὑπερβολὴν, μάλιστα στεφανοῦσαν, καὶ ἀνακηρύττουσαν τὸν ἀθλητὴν ἐκεῖνον, καὶ δεικνῦσαν αὐτοῦ ὑψηλὴν, καὶ τὴν οὐρανοῦ ἁπτομένην τὴν ψυχήν. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; ἡ ἀπὸ τοῦ χρόνου διαφορά· πρὸ γὰρ τῆς χάριτος, καὶ πρὸ τοῦ νόμου γενόμενος, τοιαῦτα ἐφιλοσόφησεν, οὐ διδασκαλίας ἀπολαύσας, οὐ γράμμασιν ἐντυχὼν, οὐ βιβλίοις, οὐχ ἑτέρους τοιούτους θεασάμενος, οὐκ εἰς τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἀναδραμεῖν ἔχων, καὶ τοὺς κατορθωκότας ἐννοῆσαι· οὐδέπω γὰρ ἦν γραφὴ, ἡ ἱστορία τὰ γεγενημένα παραδιδοῦσα· ἀλλ' ἐν ἀτριβεῖ τῇ ὁδῷ, ἐν ἀπλώτῳ τῇ θαλάττῃ, ἐν ζόφῳ τοσούτῳ κακίας, μόνος καὶ πρῶτος ἐκεῖνος τότε ταύτην τῆς φιλοσοφίας ἔτεμε τὴν ὁδὸν, τῷ κεφαλαίῳ τῶν ἀγαθῶν μεθ' ὑπερβολῆς ἄκρος ἀποδειχθείς. μέγιστον γὰρ καὶ τὸ, τὰ ἐλάττονα μέρη τῆς ἀρετῆς κατορθοῦν, πολλῷ δὲ μεῖζον, τὸ ἐν τῷ ἀκροτάτῳ πάντων ἀκρότατον εἶναι· ὅτι δὲ ὁ πάν-

* ἴσ. ἐπ.

magnitudinem declarandam, authorem tantùm nominaſſe ejuſque iracundiam effrænem. Nova quoque nec anteà audita ſeſſio illa fuit; nemo enim eſt, nemo eſt adhuc inventus pauper, qui ſub dio ſemper ſederit, prout ille, veſtimentis nudatus, & tecto omni excluſus, in ſterquilinio ſedere ſuſtinuit. Habuit quis ſæpenumero uxorem improbam, verùm nulla unquam adeò ſcelerata reperta eſt, quæ in hujuſmodi calamitate virum inſectaretur, & mucronem contra illius animam exacueret, atque ejuſmodi conſilia ſuggereret. Amicorũ etiam & famulorum ratio, quâ ſe erga illum gerebant, peregrina & inuſitata erat: magis autem inuſitatum famis genus, cùm appoſitas dapes non guſtaret. Dicam etiam & quartum exceſſum, divitias, ſcilicet & fœlicitatem, quâ priùs fruebatur: nam qui ab initio in paupertate vixit, faciliùs eam fert, meditatione mali aſſuetus; qui verò ex amplâ fœlicitate fuerit deturbatus, ut qui nec exercitatione, nec meditatione animum præmunierit, aſperior fit illi calamitatis ſenſus, cum vehementiore dolore, atque perturbatione conjunctus. Dicam etiam alium exceſſum, qui inſigni præ reliquis coronâ & laude athletam illum exornat, ejuſque excelſum animum, cœlumque contingentem teſtatur. Quis autem eſt? temporis ratio atque diſcrimen; ante gratiam enim & legem exiſtens, talia philoſophatus eſt, non diſciplinâ imbutus, non literas, nec libros habens, non alios ſibi ſimiles videns, nec priorum ſæculorum viros egregios, & exempla habens, ad quæ recurreret (nondum enim res geſtæ, ſcriptis & hiſtoriis mandabantur) ſed in viâ inviâ, & à nemine tritâ, & mari navigiis nondum tentato, ac tantâ malitiæ caligine, primus & ſine comite, hanc philoſophiæ viam tunc ingreſſus eſt, in eo quod bonorum omnium præcipuum eſt, ſummum & in exceſſu ſe oſtendens. Maximum enim eſt, minores virtutis partes explevisse, verùm multò majus eſt, in eo quod ſummũ eſt, præ aliis eximium exiſtere: quòd autem

autem patientia omnium ſummum ſit, & emineat, nemo eſt qui inficiabitur. Hoc igitur cùm diabolus minimè ignoraret, dixit, *Pellem pro pelle, & quæcunque ſunt homini, pro animâ ſuâ pendet. Alioquin autem mittens manum tuam, tange oſſa ejus & carnes ejus.* Unde patet, facinus hoc maximè præclarum fuiſſe, & quòd animo forti, & planè ferreo indigeret.

ATHANASII. Præliabatur igitur Jobus, eratque tentatio grandis, major tamen tentatione certantis virtus apparebat. Magno quidem impetu adverſarius ferebatur, & hoſtis infeſtus erat, qui tamen tentabatur, fortiorem ſe oſtendit, invicto animi robore, irrumpentis hoſtis conatus atq; impetus, ſuperans. Patientia enim fortitudinem indicat; atque hâc ſancti omnes inſtructi, humanæ vitæ incommoda & moleſtias tolerando contra diabolum prævalebant: quod utrumque cùm Spiritus ſanctus à nobis poſſideri velit, ſic præcipit in Pſalmo,
Pſal. 25. 14. *Viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.* Nam qui ſuſtinet, fortis eſt; & qui fortis, eſt ad ſuſtinendum idoneus. Itaque beatus Jobus ſuſtinendo corroborabatur, & fortiter ferendo ærumnas ſuſtinebat, & uxorem à ſerpente deceptam, mentéque corruptam, repellebat. Quoniam verò mali architectus omni odio plenus eſt, idque unum quærit, quem rapiat, & devoret, ideò ingenium ille ſuum celat & tegit, veritatem autem, quæ à cunctis expetitur, externâ ſpecie ſimulans, virus ſuum, animis eorum qui ipſum ſequuntur, immittit. Hâc ratione Evam fraudulenter decepit, non ſua uſurpans, ſed Dei verba fingens, & mentem ejus circumveniens. Sic etiam Jobi conjugem, ſuadendo ei, ut amorem & ſtudium erga virum ſimularet, & ut Deum blaſphemaret docendo, ſubornaverat. Sic falſis imaginationibus vafer, hominibus illudit, clàm ſurripiens, & trahens unumquemque in foveam iniquitatis ſuæ.

CHRYSOSTOMI. Ego verò non

τῶν ἀκρότατον ὑπομονὴ, οὐδεὶς ἀντερεῖ. Ταῦτα γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ διάβολος εἰδὼς, ἔλεγε, δέρμα ὑπὲρ δέρματος, καὶ πάντα ὅσα ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ, ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἐκτίσει. οὐ μὴν δὲ ἀλλ' ἀποστείλας τὴν χεῖρά σου, ἅψαι τῶν ὀστῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ. ὅθεν δῆλον, ὅτι πάντων ἀκρότατον τοῦτο κατόρθωμα, καὶ νεανικῆς τινὸς καὶ σιδηρᾶς δεόμενον ψυχῆς.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἠγωνίζετο μὲν οὖν ὁ Ἰὼβ, καὶ μέγας ἦν ὁ πειρασμὸς, μείζων δὲ ἐφαίνετο ὁ ἀθλητὴς τοῦ πειρασμοῦ· καὶ πολὺς μὲν ἔρρεεν ὁ πειράζων, καὶ χαλεπὸς ἦν ὁ μαχόμενος, ἀνδρειότερος δὲ ἐφαίνετο ὁ πειραζόμενος, νικῶν τὰς ἐπιχειρήσεις καὶ προσβολὰς τοῦ πονηροῦ, τῷ μεγέθει τῆς διανοίας. γνώρισμα τῆς ἀνδρείας ἐστὶν ἡ ὑπομονή· ταύτῃ γὰρ ἕκαστος τῶν ἁγίων φέρων τὰ συμβάντα ἐν τῷ βίῳ ἐπίπονα, καὶ λυπηρὰ, ἴσχυε κατὰ τοῦ διαβόλου· ἅπερ τὸ πνεῦμα θέλον ἡμᾶς ἀμφότερα κτᾶσθαι, προστάττει λέγων ἐν τῷ ψαλμῷ, Ἀνδρίζου, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν κύριον. ὁ γὰρ ὑπομένων, ἀνδρεῖός ἐστι, καὶ ὁ ἀνδρεῖος ὑπομονητικὸς ἂν εἴη. διὸ καὶ ὁ μακάριος Ἰὼβ διὰ τοῦτο * ὑπομένειν ἐκραταιοῦτο, καὶ διὰ τοῦτο ἀνδρείως * φέρειν τοὺς πόνους ὑπέμεινε, καὶ τὴν γυναῖκα διωθεῖτο, ἐξαπατηθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ὄφεως, καὶ φθαρεῖσαν τὰ νοήματα. ἐπεὶ γὰρ ὅλως ἐστὶ μισητὴς ὁ τῆς κακίας εὑρετὴς, καὶ μόνον φαινόμενος ζητεῖ τινα ἁρπάσει, καὶ καταπίει, διὰ τοῦτο ὃ μὲν ἐστιν αὐτὸς ὑποκρύπτει καὶ σκέπει, ὑποκρινόμενος δὲ τῇ φαντασίᾳ, τὴν πᾶσι ποθουμένην ἀλήθειαν, τὸν ἴδιον ἰὸν * ἐπιβάλλει τοῖς ἀκολουθήσασιν αὐτῷ. οὕτω καὶ τὴν Εὔαν ἠπάτησεν, οὐ τὰ ἴδια λαλῶν, ἀλλ' ὑποκρινόμενος τὰ τοῦ Θεοῦ ῥήματα, καὶ τὴν διάνοιαν * αὐτῆν παραποιῶν. οὕτω καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ Ἰὼβ ὑπέβαλε, πείσας αὐτὴν ὑποκρίνεσθαι φιλανδρίαν, διδάξας δὲ βλασφημεῖν εἰς τὸν Θεόν. οὕτω τοὺς ἀνθρώπους ὁ δόλιος παίζει ταῖς φαντασίαις, ὑποκλέπτων καὶ σύρων ἕκαστον, εἰς τὸ ἴδιον τῆς κακίας βόθρον.

* ἴσ. ὑπομένων.
* ἴσ. φέρων.
* ἴσ. ἐμβάλλει.
* ἴσ. αὐτῆς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐγὼ δὲ

οὐχ

οὐχ οὕτω θαυμάζω τὸν Ἰὼβ περὶ τῆς παραινέσεως τῆς γυναικὸς, ὡς μετὰ τὴν ὀλεθρίαν συμβουλὴν ἐκείνην. καὶ μή τις παράδοξον εἶναι νομιζέτω τὸ λεγόμενον· πολλάκις γὰρ οὓς ἡ τῶν πραγμάτων φύσις οὐχ ὑπεσκέλισε, ῥῆμα, καὶ παραίνεσις διεφθαρμένη κατέλυσεν. ὅπερ οἶδε καὶ ὁ διάβολος σαφῶς, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς πείρας πληγὴν, καὶ τὴν διὰ τῶν ῥημάτων ἐπάγει προσβολήν. ὅπερ ἐποίησε καὶ ἐπὶ τοῦ Δαβίδ· ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτὸν γενναίως ἐνεγκόντα τὴν ἐπανάστασιν τοῦ παιδὸς, καὶ τὴν παράνομον ἐκείνην τυραννίδα, βουλόμενος ὑποσκελίσαι τὴν διάνοιαν, καὶ πεῖσαι εἰς ὀργὴν ἐκπεσεῖν, καθῆκεν ἐκεῖνον τὸν Σεμεὶ, ῥήμασι πικροῖς παρασκευάσας δακεῖν αὐτοῦ τὴν ψυχήν. τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ ἐκακούργησεν· ὡς γὰρ εἶδεν ἐκεῖνον καταγελάσαντα αὐτοῦ τῶν βελῶν, καὶ ὥσπερ ἀδαμάντινον πύργον πρὸς πάντα στάντα γενναίως, καθώπλισε τὴν γυναῖκα, ἵνα ἀνύποπτος ἡ συμβουλὴ γένηται, καὶ ἐνέκρυψε τὸ δηλητήριον τοῖς ἐκείνης ῥήμασι, καὶ τὴν συμφορὰν ἐτραγῴδησε. τί οὖν ὁ γενναῖος; ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας· εἰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; εἰ γὰρ μὴ δεσπότης ἦν, φησὶ, μηδὲ τοσοῦτον ἡμῖν ὑπερέχων, ἀλλὰ φίλος τις ὁμότιμος, ποίαν ἔχομεν ἀπολογίαν, τοσαῦτα εὐεργετηθέντες, καὶ τὰ ἐναντία μὴ φέροντες; εἶδες ἄνδρα φιλόθεον, καὶ πῶς οὐ μεγαλοφρονεῖ, οὐδὲ ἐναβρύνεται, ἐπὶ τῷ γενναίως ἐνεγκεῖν τὰς ὑπὲρ φύσιν ἐκείνας πληγὰς, οὔτε σοφίας εἶναι νομίζει καὶ μεγαλοψυχίας, τοσαύτην ὑπομονήν· ἀλλ' ὥσπερ ἀναγκαῖον ὄφλημα ἐκτιννὺς, καὶ οὐδὲν ἀπεικὸς παθὼν, οὕτως ἐκ περιουσίας τὸ γύναιον ἐπεστόμισεν.

ΟΛΥΜΠΙΩΔΩΡΟΥ. Ὁρᾷς διδασκάλου καὶ ἐν τοῖς πάθεσι γνώμην, καὶ πρόσοψιν· ἐπειδὴ γὰρ τὴν γυναῖκα τοῖς θεοσεβέσιν * ἐπαίδευσε νόμοις, τὰ παρ' ἐλπίδα * ἀκούσας, καταπλη-

* ἴσ. παιδεύσας.
* ἴσ. ἤκουσε.

ita Jobum, ante mulieris adhortationem, ut poſt exitioſum illud conſilium, admiror. Et ne cui videatur incredibile, quod dico; frequenter enim quos rerum natura evertere non potuit, ſermo & prava adhortatio fregit. Id cùm Diabolus minimè ignoraret, poſt plagam tentationis inflictam, verbis etiam hominem adoritur. Quod ipſum adversùs Davidem fecit; poſtquam enim eum, concitatam in ſe à filio ſeditionem, & iniquam illam tyrannidem, fortiter tuliſſe vidit, velletque animum ejus labefactare, & iracundiâ inflammare, Simeam illum incitavit, Sam. 2.16.7. ac mordacibus verbis inſtruxit, quibus animam illius arroderet. Id etiam contra Jobum eſt callidè machinatus; cùm enim illum animadvertiſſet per irriſionem jacula ſua eluſiſſe, & tanquam adamantinam turrim contra omnia præſenti animo conſtitiſſe, vxorem armavit, ut ſuſpicione vacaret conſilium, & venenum verbis illius occuluit, cùm calamitatem tragicè exaggeraret. Quid igitur vir fortis? *tanquam una inſipientium mulierum locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu Domini; mala cur non ſuſtinebimus?* Quamvis enim Dominus non eſſet, quamvis non tantopere, inquit, nobis antecelleret, ſed amicus aliquis pari loco nobiſcum & conditione, quam excuſationem prætendere poſſumus, ſi tantis affecti beneficiis, adverſa ferre noluerimus? vides hominem Dei cupidum, ut non magnopere de ſeipſo glorietur, neque animo efferatur, quòd plagas illas quæ naturam excedebant, fortiter tulerit, neque ſapientiæ ſuæ, aut animi fortitudini, tantam tolerantiam adſcribat; ſed quaſi debitū neceſſarium exolviſſet, nihilq; præter æquum ipſi accidiſſet, ſic abundanter mulierculæ os obturavit.

OLYMPIODORI. Vides in ærumnis magiſtri animum, & vultum: poſtquam enim ex conjuge, quam legibus religioſis erudierat, ea quæ nunquam ſperâſſet audiviſſet, primùm formidoloſo illam

terret

terret aſpectu; deinde verbis etiam pudore ſuffundit, iſta enim, inquit, dixiſſe, ſtultæ erat mulieris. An non ſtultitia eſt, exiſtimare fore ut mors blaſphemiam ſtatim comitetur, aut etiam audere ſceleratum ullum verbum in Deum dicere? Ita caſtigatam uxorem, tum oratione, tum vultu, cum gratiarum actione calamitatum impetum ferre, admonet. Multi enim, inquit, nullam omnino fœlicitatem, & rerum copiam experti ſunt; nos verò, quibus Deus hanc indulſit, cur adverſa iniquo animo patimur? cur non cum multâ gratiarum actione, tanquam à vero & germano Domino, hæc etiam amplectimur? Quibus illa auditis conquievit, monitíſque obtemperans, nihil obloquuta eſt; ita ut facilè crediderim, bonorum quæ poſtea evenerant, participem illam cum Jobo factam fuiſſe. Egregius autem athleta plagam triplicem diabolo inflixit, cùm ipſe minimè ſuccumberet, & ſubverſam uxorem denuò erigeret, & voces illas, grati animi teſtes, omníque laude, ac indelebili memoriâ dignas, proferret.

τικῷ φόβῳ τῷ βλέμματι, εἶτα καὶ λόγοις ἐνέτρεπε, ταῦτα γάρ, φησιν, ἄφρονος ἦν εἰπεῖν γυναικός. ἢ γὰρ οὐκ ἀφροσύνη, τὸ νομίζειν ὁμοῦ τῇ βλασφημίᾳ καὶ τὴν τελευτὴν ἀκολουθεῖν, ἢ ὅλως τολμᾶν βλάσφημόν τι ῥῆμα προσφέρειν κατὰ Θεοῦ; τούτοις παιδαγωγήσας τῷ τε λόγῳ, καὶ τῷ βλέμματι, νουθετεῖ φέρειν εὐχαρίστως τῶν δυσχερῶν τὴν ἐπαγωγήν. πολλοὶ μὲν γάρ, φησιν, οὐδὲ εὐθηνίας τινὸς ἐπειράθησαν, ἡμεῖς δὲ ταύτης ἀπολελαυκότες ἐκ Θεοῦ, τί πρὸς τἀναντία δυσχεραίνομεν; τί δὲ μὴ μετὰ πολλῆς τῆς εὐχαριστίας, ὡς παρὰ γνησίου δεσπότου, καὶ ταῦτα δεχόμεθα; ἡ μὲν οὖν ταῦτα ἀκούσασα ἐφησύχασε, καὶ τὴν νουθεσίαν ἐδέξατο, μηδὲν ἀντιφθεγξαμένη· διὸ γὰρ οἶμαι καὶ τῶν ὕστερον ἀγαθῶν κοινωνὸν αὐτὴν γεγενῆσθαι τῷ Ἰώβ. ὁ δὲ γενναῖος ἀγωνιστὴς τριπλᾶς τῷ διαβόλῳ δέδωκε τὰς πληγάς, αὐτός τε μὴ καμφθείς, καὶ τὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ παρατραπεῖσαν γυναῖκα ἐπανορθώσας, καὶ τὰς * εὐχαρίστους, καὶ παντὸς ἀξίας ἐπαίνου, καὶ ἀλήστου μνήμης φωνάς, ἀναφθεγξάμενος.

* ἴσ. εὐχαριστείας.

In omnibus his quæ acciderunt ei, nihil peccavit Jobus labiis coram Deo.

Ἐν πᾶσι τούτοις συμβεβηκόσιν αὐτῷ, οὐδὲν ἥμαρτεν Ἰὼβ τοῖς χείλεσιν ἐναντίον τοῦ Θεοῦ.

CHRYSOSTOMI. Fas, inquit, non eſt, dicere, quòd uxori talia loquutus ſit, cùm interea ſecretæ ejus cogitationes iracundiâ atque impatientiâ plenæ eſſent, ſed ne labiis quidem ſuis, quicquam loquutus eſt. Hebræus codex hoc non habet, contentus ſenſum explicuiſſe.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐκ ἔστι, φησίν, εἰπεῖν, ὅτι πρὸς μὲν τὴν γυναῖκα ταῦτα ἔλεγε, τὰ δὲ ἀπόρρητα αὐτοῦ τῆς διανοίας ἔγεμε θυμοῦ καὶ ἀποδυσπετήσεως, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐφθέγξατό τι. ὁ ἑβραῖος αὐτὸ οὐκ ἔχει, ἀρκούντως τὴν ἔννοιαν προεκφράσαι.

POLYCHRONII. Non ſolùm priora, excelſo & invicto animo tulit, verùm etiam contra plagam virum ſe fortem oſtendit, reſponſione ſuâ pietatem erga Deum liquidò demonſtrans; nec tantùm cordis affectu contra Deum nihil loquutus eſt, ſed ne labiis quidem primoribus. Ac rurſus teſtimonium de cœlo juſtum coronat, confirmans, cum in tantorum malo-

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Οὐ μόνον γὰρ ἤνεγκε τὰ πρότερα γενναίως, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν πληγὴν ἀνδρεῖος ὤφθη, διὰ τῆς ἀποκρίσεως, τὴν εἰς Θεὸν ἐνδειξάμενος εὐσέβειαν· καὶ οὐ μόνον κατὰ διάθεσιν οὐκ εἶπέ τι κατὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐξ ἐπιπολῆς τοῖς χείλεσι. πάλιν δὲ ἡ ἄνωθεν μαρτυρία στεφανοῖ τὸν δίκαιον, καὶ ἐν τῷ πλήθει τῶν τοσούτων κακῶν,

μηδὲ

μηδὲ μέχρι ψιλοῦ ῥήματος ἁμαρτεῖν αὐτὸν βεβαιωσάμενον· ὃ τούτου γέγονεν αἴτιον, τὸ βλέπειν ἀεὶ πρὸς Θεὸν, ἐναντίον τε αὐτοῦ δοκεῖν ἑστάναι. μηδαμῶς οὖν συλλαβαῖς προσέχοντες τραχυτέραις κατὰ τὸ πρῶτον φαινομένον, τὴν γλῶτταν κατὰ τῆς τοῦ δικαίου κινήσωμεν ἀρετῆς· παραχωρήσωμεν δὲ μᾶλλον τῇ θείᾳ κρίσει, κατὰ πάντων φέρειν τὰ νικητήρια, ἀκούοντες παρὰ Θεοῦ κατωρθωκέναι τὸ ἄμεμπτον τοῖς χείλεσι, καὶ τὸ γενναῖον τοῖς πάθεσιν. εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων, κατὰ τὴν θείαν τοῦ Παύλου φωνήν; ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο πάλιν ἡμᾶς ἡ γραφὴ ἀσφαλίζεται, καὶ τῇ ἐν τοῖς πειρασμοῖς τοῦ ἀνδρὸς μεγαλοψυχίᾳ προσμαρτυρεῖ, ὡς ἂν ἐπαξίως τῆς τοιαύτης ψυχῆς, καὶ τὰ ἐν παντὶ τῷ βιβλίῳ τοῦ ἀνδρὸς νοήσωμεν ῥήματα. διαδειχθείσης οὖν αὐτοῦ πανταχόθεν τῆς μεγαλοψυχίας, καὶ ὡς περὶ ὅλους τοὺς ἀγῶνας ἐνίκησε, μηδὲν ταπεινὸν ἐννοήσωμεν περὶ αὐτοῦ, ἐν τῇ τῶν ἑξῆς ῥημάτων προφορᾷ.

rum multitudine, ne in nudâ quidem voculâ, peccâſſe: cujus quidem cauſa fuit, quòd Deum ſemper intueretur, atque in ejus conſpectu ſtare ſe ſemper arbitraretur. Ne igitur ſyllabis attendentes, quæ primâ facie aſperiores videntur, linguam adverſus juſti virtutem moveamus; ſed divino potiùs judicio acquieſcamus, ſuperatis, ſcilicet, omnibus, victoriæ præmia illum reportâſſe, cùm Deum ipſum, inculpatum illum labiis fuiſſe, & ſtrenuum in ærumnis ſe oſtendiſſe, pronunciantem audiamus. Si enim (ut Divi
Pauli verbis utar) *Deus eſt qui juſtificat; quis* Rom. 8. 33.
eſt qui condemnet? Hanc etiam ob cauſam 34.
rurſus Scriptura nos ſtabilit & firmat, & animi magnitudini, quam in tentationibus Jobus oſtendit, novum teſtimonium dat, ut pro dignitate talis animæ, etiam verba illius, quæ per totum librum ſparſa ſunt, interpretemur. Cùm igitur illius magnanimitas ſeſe ex omni parte oſtendat, cúmque in omnibus certaminibus victoriam reportaverit, propter verba quæ deinceps protulit, nihil humile de eo cogitemus.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ τρεῖς φίλοι αὐτοῦ τὰ κακὰ πάντα τὰ ἐπελθόντα αὐτῷ, παρεγένοντο ἕκαστος ἐκ τῆς ἰδίας χώρας πρὸς αὐτόν.

Cùm audiſſent autem tres amici ejus mala omnia quæ ſupervenerant ei, advenerunt unuſquiſque è propriâ regione ad eum.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐάν τις ζητῇ, διὰ τί μετὰ τοσοῦτον χρόνον, οἱ φίλοι παραγεγόνασιν, ἐννοείτω, πρῶτον μὲν, ὡς διαφόρους ᾤκουν χώρας, καὶ μετὰ πολὺ μὲν ἴσως ἤκουσαν. τὸ δὲ παράδοξον τῆς συμφορᾶς καὶ ἄπιστον ἐδόκει, εἰ ἐπὶ κοπρίας ἀνεπικούρητος ὁ Ἰὼβ κάθηται· καὶ περιέμενον διὰ πλειόνων πιστώσασθαι τὴν ἀκοὴν, καὶ ἐκπέμψαι, καὶ ἰδεῖν εἰ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα· ἐν τούτοις οὖν ὁ χρόνος ἐτρίβετο. πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τὸ ἀληθὲς ἔγνωσαν, βασιλεῖς ὄντες, καὶ ἐκδημεῖν μέλλοντες, ἀνάγκην εἶχον πρότερον εὖ διαθεῖναι τὰ κατὰ τὸν οἶκον, καὶ ἐπιστῆσαι τοῖς ἀρ-

OLYMPIODORI. Si quærat quiſpiam, quamobrem poſt tantum temporis intervallum, amici venerint, intelligat, primùm quidem, eos diverſarum provinciarum incolas fuiſſe, ac multò pòſt nuntium fortaſſe accepiſſe; quinetiam calamitatis magnitudo, quòd Jobus, ſcilicet, in ſterquilinio omni ope deſtitutus ſederet, fide videbatur carere: præterea, ſermone plurium famam confirmari, & miſſione quorundam, qui rei veritatem explorarent, præſtolabantur; interea dum hæc fiunt, tempus labitur. His adde, quòd rei veritate cõpertâ, cùm Reges eſſent, & peregrinationẽ cogitarent, neceſſarium illis fuerit, res domeſticas primùm

primùm rectè conſtituere, & illorũ loco, qui ſubditis præeſſent, vicarios imperii ſubſtituere. Hæc omnia morã illis injecerunt, & iter tardârunt; & ſanè niſi charitate ſummâ, cum juſtitiâ abundâſſent, nunquã provinciis ſuis regniſq; relictis, viſendi causâ illũ adiiſſent, ſed per alios potiùs hoc munus adimplevisſent. Cogitare illud item poſſumus, divinâ quâdam diſpenſatione accidiſſe, ut diutiùs illorum adventus procraſtinaretur; cùm enim ſtatim poſt amicorum colloquia, certamini finis impoſitus ſit, Deo (qui juſtũ interea alloquebatur, refocillabat, & coronabat) diſpenſante, factum eſt, ut amici adventum tardarent, idque ut morbi miſeria produceretur, virtúſque certantis juſti, juſtioribus præconiis à Deo celebraretur.

POLYCHRONII. Illud, *cùm audiſſent*, quandam temporis indicat intercapedinem, quâ ſolus fuit, nimirum quoad nuntiatum malum, cauſam auditoribus conveniendi, præberet.

SEVERI. Et ſanè una erat Jobo reliqua conſolatio, amicorum adventus; verùm hàc etiam diabolus ad tentationem abuſus eſt.

CHRYSOST. Veniunt quidem amici tres ut ſolarentur; quod autẽ contrariũ erat, præſtant; amicus enim fuit adventus, nõ item amica adhortatio: immo illorũ tantũ aſpectus, antequã verba ulla proferrent, ad juſti animum conſternendum, ſuffecerat. Caſuũ enim noſtrorũ atrocitatem, alienorũ bonorum intuitu, perſpicaciùs contemplari ſolemus. Tecũ enim conſidera, quàm grave fuerit, ſeipsũ in ejuſmodi malis vidiſſe, familiares autẽ & notos ſibi, in eodẽ ſtatu quo fuerant, ac priſtinâ fœlicitate utentes, intueri. Quin & illud acerbũ fuit, calamitatem ſuam ad omnium aures perlatam fuiſſe: ſi enim ii, qui tanto locorũ intervallo disjuncti erant, famâ acceperunt, quantò magis qui propiùs aberant. Præcipuè verò ægrè ferebat, nõ tam miſeriarum ſuarũ magnitudinem, quã quòd tanquam homo impius & ſceleratus, tanquã Dei hoſtis & adverſarius, & qui anteacta vi-

χωρίοις τοὺς ἀνθ' ἑαυτῶν. ταῦτα πάντα αὐτοὺς ἀπησχόλει, καὶ ἐνεβράδυνε· καὶ εἰ μὴ σφόδρα γε ἀγαπητικοί τινες ἦσαν, καὶ δίκαιοι, οὐκ ἂν τὰς οἰκείας καταλιπόντες χώρας, καὶ βασιλείας, ἀφικνοῦντο πρὸς τὴν ἐπίσκεψιν, ἀλλὰ δι' ἑτέρων τὴν χρείαν ἐπλήρουν. ἔστι δὲ εἰπεῖν, ὡς καὶ οἰκονομία τις ἦν θεία, τῆς ἀφίξεως ἡ ἀναβολή. ἐπειδὴ γὰρ ὁμοῦ τῇ τῶν φίλων διαλέξει, καὶ τὸ πᾶν τοῦ ἀγῶνος ἐλύθη, τοῦ Θεοῦ χρηματίσαντος, καὶ τὸν δίκαιον ἀνακτησαμένου, καὶ στεφανώσαντος, οἰκονομία τις γέγονε θεία ἐμβραδῦναι τοὺς φίλους, ἵνα παραταθῇ τὰ τοῦ νοσήματος, καὶ μειζόνως ἀθλήσας ὁ δίκαιος, δικαιότερον ἀναρρηθῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τὸ οὖν, ἀκούσαντες, μηνύει ὡς ἐπενόει τινὰ χρόνον καθ' ἑαυτὸν ὤν, μέχρις οὗ διηγγελμένον τὸ κακὸν, συνελθεῖν παρεσκεύαζε τοὺς ἀκούοντας.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Καὶ μία μέν τις ὑπολέλειπται τῷ Ἰὼβ παραμυθία, ἡ τῶν φίλων παρουσία· ἀλλὰ καὶ ταύτην αὐτῷ πρὸς πειρασμὸν ἐπέτρεψεν ὁ διάβολος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Παραγίνονται μὲν γὰρ οἱ τρεῖς φίλοι, ὥστε παραμυθήσασθαι, τὸ δὲ ἐναντίον ποιοῦσι τῆς παραμυθίας· φιλικὴ μὲν γὰρ ἡ παρουσία, οὐ φιλικὴ δὲ ἡ παραίνεσις· καὶ πρὸ τῶν ῥημάτων δὲ αὐτῶν, ἱκανὴ μόνη ἡ ὄψις τὸν δίκαιον καταβαλεῖν. τὰ γὰρ ἡμέτερα δεινὰ, μάλιστα ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἀγαθοῖς ἀκριβέστερον καθορῶμεν. Ἐννόησον γὰρ ὅσον ἦν, ἑαυτὸν ἐν τούτοις ὁρᾶν, καὶ ἐκείνους τοὺς συνήθεις, καὶ γνωρίμους, ἐπὶ τῆς προτέρας εὐπραγίας μένοντας. καὶ τὸ δὲ δεινὸν, τὸ πανταχοῦ περιηχεῖσθαι τὴν συμφοράν· εἰ γὰρ οὗτοι, τοσοῦτον ἀπέχοντες, ἤκουσαν, πολλῷ μᾶλλον οἱ πλησίον ὄντες. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἔθλιβεν, οὐ τὸ μέγεθος τῶν δεινῶν, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν, ὡς ἀσεβῆ καὶ παράνομον πάσχειν, ὡς ἐχθρὸν τοῦ Θεοῦ καὶ πολέμιον, ὡς ἐν ὑποκρίσει τὸν ἔμπροσθεν ζήσαντα χρόνον.

ιον. οὐκ ἔμελεν αὐτῷ τοῦ σώματος διαφθειρομένου, ἀλλὰ τῆς δόξης καταβαλλομένης· οὐχ ὅτι φιλότιμος ἦν, ἢ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἔζη δόξαν, ἀλλ' ὅτι πολλοὺς ἐπὶ τούτοις σκανδαλιζομένους ἑώρα. τίθησι δὲ ὁ συγγραφεὺς καὶ τὰ τῶν φίλων ὀνόματα, λέγων.

tæ curſũ in hypocriſi, trãſegiſſet, pati illa videretur: nec ita de corporis clade, ut de nominis exiſtimatione ſollicitus erat; nõ ambitione quidẽ ullâ, ſive quòd ad vulgi opinionẽ vitã inſtitueret, ſed quia ſuis illis ærũnis pleroſq; offendi animadvertebat. Ponit autẽ libri author ipſa nomina amicorũ, dicens.

Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμανῶν βασιλεύς, Βαλδὰδ ὁ Σαυχέων τύραννος, καὶ Σωφὰρ ὁ Μιναίων βασιλεύς.

Eliphaz Thæmanorum rex, Baldad Sauchæorum tyrannus, & Sophar Minæorum rex.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἔστι δὲ ἡ μὲν Θαιμὰν, πόλις τῆς Ἰουδαίας περὶ τὸ Σινά. ἡ δὲ Σαυχὴ, πόλις Μωαβιτῶν, ὧν βασιλεὺς ἦν ὁ Βαλδάδ. τὸ γὰρ, τύραννος ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ, βασιλεὺς, κεῖται. Μιναῖοι δὲ οἱ Ἀμμανῖται, ἢ ὡς ἐν δευτέρῳ τῶν Παραλειπομένων εὑρίσκομεν, ἕτεροι παρὰ τοὺς Ἀμμανίτας. ἀνέστησαν γάρ, φησιν, υἱοὶ Ἀμμὼν καὶ Μωὰβ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας ὄρος Σηείρ, ἐξολοθρεῦσαι καὶ ἐκτεῖναι αὐτούς· καὶ ὡς συνετέλεσαν τούτοις, ἀνέστησαν εἰς ἀλλήλους. ἐπίσκεψαι τοίνυν εἰ ἄλλοι εἰσὶν οἱ Μιναῖοι παρὰ τοὺς Ἀμμανίτας, οἱ καὶ τὸ Σηεὶρ ὄρος οἰκοῦντες. ἑρμηνεύεται δὲ Ἐλιφὰζ, Θεός με διέσπειρεν, ἢ, Θεοῦ μου φαυλισμός. Θαιμὰν δὲ, ἔκλειψις αὐτῶν. Βαλδὰδ, παλαίωσις, ἢ, ἐπίδοξος. Σαυχαίων, ἀδολεσχία αὐτῶν. Σωφὰρ, σκοπὸς, ἢ φαυλισμός. εὑρίσκομεν δὲ ἐν τῇ Γενέσει, τὸν Σωφὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ Ἐλιφὰζ, τοῦ υἱοῦ Ἡσαῦ, ἐκ τῆς Ἀδάς· ὁ δὲ * Ἐλιφὰζ υἱὸς Θαιμὰν, ἀφ' οὗ ἡ χώρα καὶ κώμη Θαιμὰν, ἀπέχουσα Πετρῶν δεκαπέντε σημείοις. φαίνονται οὖν οἱ φίλοι οὗτοι, καὶ τῇ τοῦ σώματος οἰκειότητι, παρρησίαν ἔχοντες. πρὸς γὰρ τῷ τέλει τῆς ἱστορίας, ἀκούομεν τὸν Ἐλιφὰζ, ἐκ τῶν Ἡσαῦ υἱῶν εἶναι, ἐξ ὧν καὶ ὁ θαυμαστὸς οὗτος ἕλκει τὴν γενεάν· ὅθεν καὶ ὡς ἑτοίμως, διὰ τὴν οἰκειότητα πείσοντες, φιλοσοφίας πολέμιοι πέμπονται

* Ἴσ. Θαιμὰν υἱὸς τοῦ Ἐλιφάζ.

OLYMPIODORI. Eſt autem Thæman, urbs Judææ circa Sina. Saucha urbs eſt Moabitarum, quibus Baldadus imperabat: hic enim, *tyrannus*, pro rege ponitur. Minæi verò, ſunt Ammanitæ; aut certè, ut in poſteriore Chronicorum libro proditur, alii ab Ammanitis. *Surrexerunt enim*, inquit, *filii Ammon &* Chron. 2. 20. 23. *Moab contra habitantes montem Seir, ad exterminandum & atterendum eos; & poſtquam hos conſummaverunt, ſurrexerunt contra ſe invicem.* Conſidera igitur, ſintne alii Minæi ab Ammanitis, qui etiam montem Seir incolebant. *Eliphaz* autem, per interpretationem ſignificat, Deus me diſſipavit, vel, Dei mei contemptio. *Thæman* autem, defectio eorum. *Baldad*, vetuſtas, vel, glorioſus. *Sauchæorum*, loquacitas eorum. *Sophar*, ſcopus, vel, contemptio. In libro autem Geneſeos reperimus, Sophar filium E- Gen. 36. liphaſi fuiſſe, quem Eſau ex Adâ ſuſcepit: Eliphazi autem filius Thæman exſtitit, à quo regio, & oppidũ, Thæman nomen invenit, quinto decimo lapide ab urbe Petrâ diſtans. Videntur autem amici hi, propter neceſſitudinem & cognationem, liberiore oratione uſi fuiſſe. Sub finem enim hiſtoriæ audimus, Eliphazũ unũ ex numero filiorũ Eſau fuiſſe, á quibus etiã hic admirandus generis originem traxit: unde philoſophiæ & æquanimitatis adverſarii, tanquã facili negotio ipſi perſuaſuri eſſent propter ſanguinis affinitatem, ad ipſum mittuntur.

Et acceſſerunt ad eum unanimiter, ad conſolandum & viſitandum eum.

Καὶ παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν ὁμοθυμαδὸν, τοῦ παρακαλέσαι καὶ ἐπισκέψασθαι αὐτόν.

EJUSDEM. Symmachus verò ſic reddidit, *Condixerant enim, ut ſimul venientes compaterentur ei, & conſolarentur eum.* Atque hinc etiam conſidera, aliud tempus effluxiſſe, dum miſſis inter ſe nuntiis, congrediuntur, unáque iter ſuſcipiunt. *Viſitare* autem, pro conſolari, dictum eſt: multum enim temporis videntur apud eum fuiſſe; haud ſanè id facturi, ſi inviſere tantùm in animo habuiſſent, quandoquidem plures alii ſolo viſendi ſtudio ad eum ventitârant.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Σύμμαχος οὕτως ἐξέδωκε, συνετάξαντο γὰρ ὁμοῦ ἐλθόντες, συμπαθῆσαι αὐτῷ, καὶ παραμυθήσασθαι αὐτόν. ὅρα δὲ ἐντεῦθεν ὡς καὶ ἕτερος παρῆλθε χρόνος, ἕως ὅτε πρὸς ἀλλήλους διαπεμψάμενοι, τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ σύνοδόν τε καὶ ἄφιξιν ἐποιήσαντο. τὸ δὲ, ἐπισκέψασθαι, ἀντὶ τοῦ, συμπαθῆσαι, εἴρηται· φαίνονται γὰρ ἐπὶ πολὺ προσμείναντες αὐτῷ, οὐκ ἂν τοῦτο πεποιηκότες, εἰ μόνον ἐπισκέψασθαι προῃροῦντο, ἐπεὶ ψιλῆς εἵνεκα θέας πολλοὶ καὶ ἄλλοι παρεγίνοντο.

Cum vidiſſent autem eum de longè, non agnoverunt.

Ἰδόντες δὲ αὐτὸν πόῤῥωθεν, οὐκ ἐπέγνωσαν.

OLYMPIODORI. Hoc item loco, mali atrocitatem conſidera. Non agnoverunt autem eum, quia lues priſtinos ejus characteres obliteraverat: ulceribus enim, corporis formam in ſummam turpitudinem, vertentibus, immutatos eos fuiſſe, veri ſimile eſt.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὸ τοῦ πάθους ἐπαχθὲς κἀντεῦθεν σκόπει. οὐκ ἐπέγνωσαν δὲ, τῆς λώβης τοὺς παλαιοὺς αὐτοῦ χαρακτῆρας ἐξαφανισάσης· ἠλλοιώθησαν γὰρ, ὡς εἰκὸς, τῶν ἑλκῶν εἰς ἐσχάτην δυσείδειαν μεταβαλλόντων τὴν μορφήν.

Et clamantes voce magnâ ploraverunt, ſcindentes unuſquiſque ſtolam ſuam.

Καὶ βοήσαντες φωνῇ μεγάλῃ ἔκλαυσαν, ῥήξαντες ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ στολήν.

POLYCHRONII. Hoc illorum amicitiam liquidò demonſtrat: amici enim, calamitate perſpectâ, ac ſubitam rerum mutationem animo reputantes, lamentando ejulârunt, veſtéq; diſciſsâ, tanquã mortuum eum luxerunt, qui mortuis miſerabiliùs abjectus jacebat. Libri autem nonnulli habent, *Cúmque in cœlum ſuſpexiſſent, Deum exorantes*; quaſi dixiſſent, propitius eſto Domine, & ne talibus nos malis implices: id quod facere ſolemus, admirantes ſimul & metuentes, cùm alios in mala haud opinata incidere videmus.

ΠΟΛΥΧΡ. Τοῦτο τῆς φιλίας ἀπόδειξιν ἔχει· τὴν γὰρ τοῦ φίλου συμφορὰν ἰδόντες, καὶ τὸ ἀγχίστροφον τῆς τῶν πραγμάτων μεταβολῆς ἐνθυμηθέντες, ἔκλαυσαν μετ᾽ οἰμωγῆς, ἔρρηξάν τε τὴν στολὴν, ὡς νεκρὸν πενθοῦντες, τὸν τῶν τεθνηκότων ἀπερριμμένον ἐλεεινότερον. Τινὰ δὲ βιβλία ἔχουσι, καὶ ἀναβλέψαντες εἰς οὐρανὸν, τὸν Θεὸν ἐξιλεούμενοι, καὶ μονονουχὶ λέγοντες, ἵλεως ἔσο δέσποτα, καὶ μὴ τοιούτοις ἡμᾶς περιβάλῃς κακοῖς· ὃ* δὴ καὶ ποιεῖν εἰώθαμεν, θαυμάζοντες ὁμοῦ καὶ φοβούμενοι, ὅταν ὁρῶμεν τινὰς ταῖς ἀδοκήτοις περιπεπτωκότας συμφοραῖς. * ἴσ. δὴ.

ΟΛΥΜΠ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τάχα δὲ, τὸ, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέψαι, τοιαύτην ἔχει τὴν ἔννοιαν, ὅτι, ὅπως ταῦτα γέγονε, σὺ μόνος ἐπίστασαι, δέσποτα· ἡμᾶς γὰρ ἀμηχανία κατέχει, οὐ δυναμένους ἐφικέσθαι τῆς αἰτίας τῶν γινομένων.

OLYMPIODORI. Fortè etiam illud, *in cælum ſuſpexiſſe*, hunc ſenſum habet, Quâ demum ratione hæc evenerint, tu ſolus nôſti, Domine; nos enim præ mentis inopiâ, eorum quæ acciderunt, cauſas aſſequi non poſſumus.

Καὶ καταπασάμενοι γῆν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, παρεκάθισαν αὐτῷ ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ ἑπτὰ νύκτας.

Et aſpergentes terram ſuper capita eorum, aſſederunt ei ſeptem dies, & ſeptem noctes.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τοῦτο ἐμφαντικώτερον ἔχει ὁ ἑβραῖος· φησὶ γὰρ, καὶ ἐκάθισαν παρ' αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐ μόνον τὴν καθέδραν λέγων, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον μηνύων· τουτέστιν, οὐ μετ' ἀξίας ἐκαθέζοντο, ἀλλὰ συμπάσχοντες, καὶ τὸ σχῆμα τὸ πενθικὸν ἐνδεικνύμενοι.

POLYCHRONII. Hebræus codex ſignificantiùs hoc expreſſit: *Et ſederunt*, inquit, *juxta ipſum in terrâ*. Neque enim ſeſſionem ſolùm, ſed & modum ejus indicat; quòd ſcilicet, non ex dignitate ipſorum ſederint, verùm communis cum eo doloris participes, lugubrem habitum formámque oſtentârint.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οὐκ εἶπε δὲ ἡ γραφὴ ὅτι παρεκάθηντο ἑπτὰ ἡμέρας πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας, οὐδὲ ἑπτὰ νύκτας ἀφ' ἑσπέρας μέχρι πρωΐας. δῆλον οὖν, ὅτι τὸ πλεῖον τῆς ἡμέρας παρακαθεζόμενοι ὑπανεχώρουν τὰς ἀναγκαίας ἐκπληρώσοντες χρείας, καὶ πάλιν ἐπανήκοντες μέχρι πολὺ τῆς νυκτὸς παρεκαθέζοντο, καὶ αὖθις ἀπιόντες, πάλιν ὤρθριζον πρὸς αὐτόν· ὃ δὴ τῶν γνησιωτάτων, καὶ συμπαθεστάτων φίλων ἴδιον. τῇ δὲ κοινῇ συνηθείᾳ χρωμένη ἡ γραφὴ, οὕτως ἀπολύτως εἶπε, παρεκάθισαν αὐτῷ ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ ἑπτὰ νύκτας. ἐπεὶ καὶ ὅτε λέγει τὸν Ἰακὼβ δεκατέσσαρα ἔτη δουλεῦσαι, καὶ συγκαίεσθαι τῷ καύσωνι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, ἆρα ὑπὸ στέγην οὐκ εἰσῆλθέ ποτε; ἆρα οὐδεμιᾶς ἀναπαύσεως ἔτυχεν ἐν ὅλῳ τῷ χρόνῳ; ταῦτα μὲν οὖν καὶ λεπτολογεῖν, φλυαρόν· ὡς γὰρ ἔφην, ἡ γραφὴ κοινῇ συνηθείᾳ χρῆται. ἐπειδὴ δέ τινες, κωμῳδοῦντες τὴν γραφὴν, καὶ ἐντεῦθεν αὐτὴν ὡς ψευδῆ διασύρουσιν· οὐ γὰρ ἂν, φησιν, ἄσιτοι διετέλουν, καὶ ἄϋπνοι.

OLYMPIODORI. Quòd autem ſeptem integros dies à manè ad veſperam, ſeptémque noctes à veſperâ ad manè, juxta illum ſederint, Scriptura non dixit. Perſpicuum igitur eſt, eos, ubi magnam diei partem aſſediſſent, diſcedere ſolitos, ad neceſſaria munera obeunda; ac rurſus redeuntes, ad multam noctem aſſediſſe, rursúſque abeuntes, primo diluculo ad eundem revertiſſe; quod ſanè veriſſimorum amicorum, & mutuo calamitatum ſenſu maximè affectorum, peculiare eſt. Quotidiani verò ſermonis conſuetudinē Scriptura ſequuta, ſic liberè & ſolutè dixit, *aſſederunt ei ſeptem dies, & ſeptem noctes*. Sic cùm dicit Jacob, annos quatuordecim ſerviiſſe, & diei æſtu exuſtum fuiſſe, ac noctis glacie obriguiſſe, num idcirco ſub tectum nunquam ingreſſus eſt? nullámque laborum requiem toto illo tempore habuit? hæc igitur ſubtiliter & argutè nimis exponere velle, ridiculum eſt: Scriptura enim, ut dixi, familiari loquendi conſuetudine utitur. Quia tamen nonnulli Scripturam ſubſannantes, ex hoc loco mendacii illam inſimulant (impoſſibile enim fuiſſe inquiunt, ut tot dies ſine cibo, & ſomno, tranſigere

 potuerint)

potuerint) coacti ſumus hoc in loco importunam illorum & loquacem nugacitatem imitari.

Et nemo eorum loquutus eſt.

CHRYSOSTOMI. Animus enim ſemel mœrore afflictus, ad audiendum inidoneus redditur. Quare illi cùm domûs illius tragœdiam ſpectarent, juſtúmque in ſtercore ſedentem, & vlceroſum viderent, veſtes diſciderunt, planxerúntque vehementer, & juxta eum tacitè ſederunt: nihil iis qui in ægritudine ſunt aliquâ, taciturnitate & ſilentio, in primo doloris acceſſu, convenientius eſſe, oſtendentes; quin & calamitas ejus major erat, quàm ut verbis ſolari poſſet. Ad conſolandum quidem illi venerant, cùm autem conſolationis nullam imaginem cernerent, obmutuerunt: & hoc quidem prudenter fecerunt, rebus ipſis, ſeſſione, ſcilicet, juxta eum, & veſtium diſciſſione, ſolatium illi præbentes. Et hæc quidem præclara, & amicis digna, & quòd illius malorum ſenſu tangerentur, manifeſta indicia; quæ verò conſequuntur, non item.

OLYMPIODORI. Interea quidem illi, diebus & noctibus perſiſtentes ratione quâ dixi, & quam lex charitatis poſtulabat, nullam ad levandam ægritudinem orationem idoneam invenerunt, cùm calamitas omni verborum ſolatio longè major eſſet.

POLYCHRONII. *Nemo*, inquit, *ei loquutus eſt verbum*. Planum igitur eſt, quòd graviora expectatione videntes, tacitè juxta eum ſederint, propter plagæ magnitudinem, ſpeciem nullam habentes, unde conſolationem adhibere poſſent. Itaque cauſam affert.

Videbant enim plagam eſſe gravem, & magnam valdè.

EJUSDEM. Reputantes ſecum, nudum ſermonem homini tot malis vex-

ἐπὶ τοσαύταις ἡμέραις ἠναγκάσθημεν αὐτῶν συναπαχθῆναι τῇ ἀκαίρῳ λογολεσχίᾳ.

Καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐλάλησε.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ψυχὴ γὰρ ἅπαξ ὑπὸ ἀθυμίας βληθεῖσα, πρὸς πᾶσαν ἀκρόασιν ἐστὶν ἀνεπιτήδειος. διὰ τοῦτο καὶ οὗτοι τὴν τραγῳδίαν τῆς οἰκίας ἐκείνης ἰδόντες, καὶ τὸν δίκαιον ἐπὶ τῆς κοπρίας καθήμενον, καὶ ἡλκωμένον, διέρρηξαν τὰ ἱμάτια, καὶ μέγα ᾤμωξαν, καὶ σιγῇ παρεκάθηντο· δηλοῦντες, ὅτι οὐδὲν οὕτως ἐπιτήδειον περὶ τὴν ἀρχὴν τοῖς ὀδυνωμένοις, ὡς ἡσυχία καὶ σιγή· καὶ γὰρ ἦν μεῖζον τῆς ἀπὸ τοῦ λόγου παραμυθίας τὸ πάθος. ἦλθον μὲν γὰρ παρακαλέσοντες, οὐχ εὑρίσκοντες δὲ εἰκόνα ἐξ ἧς παραμυθήσονται, ἐσιώπων· καὶ τοῦτο δὲ συνετῶς ἐποίησαν, τοῖς πράγμασιν αὐτὸν παρακαλοῦντες, τῇ προσεδρίᾳ, τῷ διαρρῆξαι τὰ ἱμάτια. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πάντα καλὰ, καὶ φίλων ἄξια, καὶ συμπαθούντων τεκμήρια· τὰ μετὰ ταῦτα δὲ, οὐκέτι.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τέως μὲν τοι προσκαρτεροῦντες, τάς τε ἡμέρας καὶ νύκτας, καθ' ὃν ἔφην τρόπον, καὶ ὁ τῆς ἀγάπης ἀπῄτει θεσμὸς, οὐδένα λόγον εὕρισκον παραμυθίας, ὑπερνικώσης τῆς συμφορᾶς τὴν ἐκ τῶν λόγων παραψυχήν.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Οὐδεὶς γὰρ, φησιν, ἐλάλησε πρὸς αὐτὸν λόγον. εὔδηλον οὖν, ὡς μείζονα τῆς προσδοκίας θεασάμενοι, σιγῇ ἐκάθηντο, διὰ τὸ τῆς πληγῆς ἐπαχθὲς, οὐκ ἔχοντες εἰκόνα, ἀφ' ἧς τὴν παράκλησιν προσάγειν ἠδύναντο. ἐπάγει γοῦν τὴν αἰτίαν.

Ἑώρων γὰρ τὴν πληγὴν δεινὴν οὖσαν, καὶ μεγάλην σφόδρα.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Λογιζόμενοι γὰρ ὡς καὶ ψιλὴ λαλία φορτικὴ καθέστηκε

ἔγνωκε τὸν τοσούτοις περιεχομένῳ πάθεσιν, ὃ ἐπὶ τῶν ἀῤῥώστων μάλιστα συμβαίνειν φιλεῖ, ᾠήθησαν δεῖν ἡσυχίαν ἄγειν, μόνον δακρύων πηγὰς ἀφιέντες, καὶ ἐλεεινῶς ἀνακαλούμενοι, καθάπερ τινα τεθνεῶτα, καὶ τὰς ἐσθῆτας περιῤῥηγνύντες, ὡς ἐπὶ νεκρῷ.

ato futurum moleſtum (quod accidere iis ſolet maximè, qui morbo aliquo laborant) tacendum ſibi eſſe ſtatuerunt, fontes interea lachrymarum ex eorum oculis erumpebant, illumque tanquam mortuum flebili voce inclamabant, ac quaſi pro defuncto veſtimenta lacerabant.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΤΡΙΤΟΥ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ὁ δεύτερον ἤνυσται κεφάλαιον· τοῦ τρίτου δὲ προθεωρίαν ποιούμενοι φαμὲν, ὡς ἀλγεῖ μὲν ὁ δίκαιος, καὶ οὐκ ἄν τις ἀρνήσαιτο· οὐ γὰρ τῶν ἀναισθήτων ἡ ἀρετὴ, ἀλλὰ τῶν ἐν τοῖς πάθεσι φιλοσοφούντων. ὀδυνᾶται κατὰ τὸ φαινόμενον, ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ πληγῆς δριμυτάτως κεντούμενος· κατὰ δὲ τὸ νοούμενον, οἷα δίκαιος καὶ φιλόθεος ἀνὴρ ὁρῶν τινὰς σκανδαλιζομένους ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ πάθεσιν, ὡς τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἐπ' αὐτῷ διασυρομένης, εἰ ὁ δίκαιος τοιαῦτα ὑπομένει· καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ, διὰ τί ἔθου με κατεντευκτήν σου; οὐκ αὐτὸς κατὰ Θεοῦ
*Ἰσ. ἐν. ἐνετύγχανε, μὴ γένοιτο· * πῶς γὰρ εἶχεν ἐντυγχάνειν; ἀλλὰ τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν, ἵνα τί δι' ἐμὲ, δέσποτα, τὸ ὄνομά σου βλασφημεῖται; ἐθορυβεῖτο οὐδὲν ἧττον, καὶ ἰλιγγία σφοδρῶς, τῇ τοῦ Θεοῦ τετρωμένος ἀγάπῃ, μήπως τελείαν ἐγκατάλειψιν ὑπέστη παρὰ Θεοῦ. οὐδὲν γὰρ οὕτω τιμωρεῖται ψυχὴν φιλόθεον, ὡς τὸ ὑπονοεῖν καταλελεῖφθαι παρὰ Θεοῦ· καὶ μυριάκις ᾑρεῖτο τὸν θάνατον, ἢ μετ' ἀλγηδόνων καὶ τοιαύτης ὑπονοίας τοῖς ζῶσιν ἐγκαταλέγεσθαι. ἐπὶ μὲν οὖν τῇ τῶν χρημάτων ἀπωλείᾳ, καὶ τῇ τῶν παίδων ἀθρόᾳ τελευτῇ, οἵας ἀφῆκε χαριστηρίους φωνὰς ἠκούσαμεν· καὶ ὅπως τὴν γυναῖκα ἐξεπαίδευσεν, ἀπρεπές τι περὶ τοῦ δεσπότου λογισαμένην· καὶ ποῖα μετ'

PROTHEORIA CAPITIS TERTII.

OLYMPIODORI. Et in his quidem ſecundum caput abſolutum eſt; capitis autem tertii protheoriam præmittentes, juſtum in cruciatu eſſe dicimus, nemo enim eſt qui hoc negare poteſt: virtus quippe non eorum eſt qui ſenſu carent, ſed eorum qui in adverſis caſibus philoſophantur. Externum quidem dolorem & ſenſibus pervium, plaga corpori inflicta, quâ vehementiſſimè ſtimulabatur, creabat: internum verò animo alebat, quia cùm homo juſtus, Deoque charus eſſet, nonnullos ſuis calamitatibus ſcandalizari cerneret, ac ſi ejus causâ (qui juſtus exiſtens talia patiebatur) Dei gloria laceraretur. Etenim cùm dicit, *Quare* Iob.7.22.
conſtituiſti me obloquutorem tuum? ipſe Deo obloquutus non eſt, abſit: quâ enim in re hoc facere potuit? hoc autem eſt, quod dicit; cur meâ causâ, Domine, nomen tuum blaſphematur? Nihilominus Dei amore ſauciatus, plurimùm perturbabatur & vacillabat, ne fortè à Deo planè derelictus fuiſſet. Nihil enim adeo animum Dei amore inflammatũ excruciat, ut divinæ deſertionis ſuſpicio; mortemque millies priùs optaret, quàm cum angoribus & ejuſmodi ſuſpicione, viventium numero accenſeri. Quales igitur in fortunarum amiſſione, ac repentino liberorum interitu, voces grati animi indices protulerit; & quemadmodum conjugem contrà quàm decebat de Deo cogitantem, increpârit; & quænam poſt tentationem, ad nihilum

hilum redactionem, & graves cruciatus, loquutus fuerit; & quemadmodum nihil eorum quæ in vitâ hominum contingunt, eum perturbaverit, audivimus. Poſtquam autem amici, homines juſti, & malis ejus tacti, adveniſſent, cognitâ eorum charitate & patientiâ, dolores animi & cruciatus coram illis narrare, & palam facere, opportunum duxit: & in hiſtoriæ quidem contextu, res periculi plenas loquitur. Diaboli etenim ſtudium unicum & conatus omnis erat, ut juſtum ad maledicendum Deo impelleret; verùm ille, nullibi hoc feciſſe reperitur, imò potiùs honorificè de eo loquens, voces gratiarum actione plenas edidit. Execratur autem diem natalem ſuum, mortemque expetit, propter cauſas ſuprà memoratas. Si ſenſum autem verborum ſpectes, myſterium loquitur, & de præteritis philoſophatur, ac futurorum certam ſpem concipit; ejuſmodi enim ſanctorum prophetarum verba eſſe ſolent. Cùm autem ad verba ipſa ventum fuerit, mentem illorum aperiemus, ductum illius in interpretatione noſtrâ ſequentes, qui ſanctum Jobum ad certamina validum reddidit.

πεῖραν, καὶ ἐξουδένωσιν, καὶ τὸ δριμὺ πάθος ἐφθέγξατο· καὶ ὡς οὐδὲν αὐτὸν τῶν ἀνθρωπίνων συμπτωμάτων διεθορύβησεν. ὡς δὲ οἱ φίλοι παρεγένοντο, ἄνδρες δίκαιοι καὶ συμπαθεῖς, εὔκαιρον ᾠήθη, θεωρῶν αὐτῶν τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν ἀγάπην, ἐπ' αὐτῶν εἰπεῖν καὶ δημοσιεῦσαι, τὰς κατὰ ψυχὴν ἀλγηδόνας· καὶ φράζεται μὲν καθ' ἱστορίαν * ἀκίνδυνα. ἓν γὰρ ἦν τοῦ διαβόλου τὸ σπούδασμα, τὸ παρασκευάσαι τὸν δίκαιον βλασφημῆσαι Θεόν· ὁ δὲ οὐδαμῶς φαίνεται τοῦτο διαπραξάμενος, ἀλλὰ μᾶλλον εὐφημήσας, καὶ χαριστηρίους ἀναπέμψας φωνάς. καταρᾶται δὲ τὴν ἡμέραν τῆς γεννήσεως, καὶ τὸν θάνατον ἐπιποθεῖ, διὰ τὰς ἀνωτέρω λεχθείσας αἰτίας. πρὸς δὲ διάνοιαν μυστήριον λαλεῖ, καὶ περὶ τῶν ἤδη προγεγονότων φιλοσοφεῖ, καὶ πληροφορεῖται τὸ μέλλον· τοιαῦται γὰρ ἀεὶ τῶν ἁγίων προφητῶν αἱ ῥήσεις. ἐπὶ δὲ αὐτῶν τῶν λέξεων γενόμενοι, σαφηνίσωμεν τὴν ἔννοιαν, αὐτοῦ ποδηγοῦντος ἡμᾶς πρὸς τὴν ἑρμηνείαν, τοῦ καὶ τὸν ἅγιον Ἰὼβ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐνισχύσαντος.

*ἴσ. ἐπικίνδυνα.

POST hoc aperuit Jobus os ſuum.

ΜΕΤΑ τοῦτο ἤνοιξεν Ἰὼβ τὸ στόμα αὐτοῦ. Κεφ. γ'.

OLYMPIODORI. Quando juſtus os aperit, non negligenter iis quæ dicuntur advertendum eſt, ſed ex verbis fructus aliquis eſt nobis quærendus: ſanctorum enim voces utilitatis ſemper plenæ ſunt. Et juſtus quidem os aperiens, theſauros abditos recludit.* Quamobrem etiam vas electionis, Paulus, in Epiſtola ait, *Os meum apertum eſt ad vos, Corinthii.* Et de Domino ſcriptum eſt, *Et aperiens os ſuum, docebat.* Denique os aperire is dicitur, qui modum ſilentii anteà edoctus eſt. Enimvero & *Jobus poſt hoc aperit os ſuum*, id eſt, poſt inſigne trophæum, poſt calamitates & dolores corporis, quos ſupra modum

Cor.2.6.11.

Matth.5.2.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὅτε δίκαιος ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ, οὐχ ἁπλῶς οὑτωσὶ προσήκει προσέχειν τοῖς λεγομένοις, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῶν λόγων ἀναζητεῖν ὠφέλειαν· μεστὰ γὰρ ἀεὶ ὠφελείας τῶν ἁγίων τὰ ῥήματα. καὶ ἀνοίγων τὸ στόμα δίκαιος, κεκρυμμένους δημοσιεύει θησαυρούς. διὸ καὶ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς ὁ Παῦλος ἐπιστέλλων, φησὶ, τὸ στόμα μου ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι. καὶ περὶ τοῦ κυρίου γέγραπται, ὅτι ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκε. καὶ ἁπλῶς, ἐκεῖνος μαρτυρεῖται στόμα ἀνοίγειν, ὁ σιωπῆς μέτρα πρότερον διδαχθείς. Οὐκοῦν καὶ Ἰὼβ ἀνοίγει τὸ στόμα μετὰ τοῦτο, τουτέστι, μετὰ τὸ μέγα τρόπαιον, μετὰ ἐκεῖνα τὰ πάθη, οὐκ

ἄβα-

ἀβασανίστως φθέγγεται, προσαλγῶν τῷ σώματι, τῆς γλώσσης φθανούσης τὸ τῆς φρονήσεως ἔνθεσμον, ἀλλὰ σωφρονεῖν καὶ ταῖς φωναῖς ἀποδείκνυται. δηλοῖ δὲ καὶ τὴν γαλήνην τῆς ψυχῆς, καὶ τῶν ῥημάτων τὸ * ἀπρεπὲς, ἡ τοῦ ἀνοῖξαι τὸ στόμα αὐτοῦ μαρτυρία.

* ἴσ. εὐπρεπές.

graves pertulerat, nihil inexploratum loquitur, linguâ prudentiæ moderationem præcurrente; ſed animi ſapientiam ſermone prodit. Quin & teſtimonium illud Scripturæ de eo, quòd os aperuerit, mentis ejus tranquillitatem, & in verbis decorum, indicat.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ, καὶ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀκριβῶς δὲ κεῖται, τὸ, μετὰ τοῦτο. πολλοὺς μὲν γὰρ ὁρῶν, ὡς αὐτὸν ἀφικνουμένους, καὶ πάλιν ἀπιόντας, ἔμενε καρτερῶν ἐν τοῖς πάθεσιν· ἐπεὶ δὲ τοὺς περὶ Ἐλιφὰζ ἐθεάσατο γνησιότητι παραγενομένους, ἐπιπολύ τε προσμένοντας· οἳ καὶ ὅτι δεινὰ τὰ συμβεβηκότα διὰ τῆς σιγῆς ἐμαρτύρουν· οὐ γὰρ ἐτόλμησαν παραμυθήσασθαι, εἰ μὴ πρότερος αὐτὸς ἀρχὴν ἔδωκε· τότε δὴ φορτικὸς λοιπὸν αὐτοῖς ἔσεσθαι ἡγησάμενος διὰ τὴν σιωπὴν, λύει ταύτην. ἴδωμεν οὖν, τί ἀνοίξας τὸ στόμα φθέγγεται.

POLYCHRONII, & CHRYSOSTOMI. Non ſine ſtudio autem & ratione poſitum eſt illud, *poſt hoc*; licèt enim multos ad ſe venientes, ac rurſus abeuntes cerneret, calamitates nihilominus forti animo ferre, duravit: poſtquam autem Eliphazum cum ſociis ſuis ingenuâ quâdam germanitate adductos adveniſſe, diúque apud eum commoratos fuiſſe, cerneret, (qui quidem gravitatem malorũ quæ acciderant, ſilentio teſtabantur, neque priùs ſolari eum audebant, quàm ille loquendi anſam miniſtrâſſet) ne obſtinato ſilentio diutiùs moleſtus illis videretur, ſilentium rumpit. Quid autem, ore aperto, loquutus ſit, videamus.

Καὶ κατηράσατο τὴν ἡμέραν αὐτοῦ, λέγων, Ἀπόλοιτο ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἐγεννήθην, καὶ ἡ νὺξ ἐκείνη ἐν ᾗ εἶπαν, ἰδοὺ ἄρσεν.

Et maledixit diei ſuo, dicens, Pereat dies in quo natus ſum, & nox illa in quâ dixerunt, ecce maſculus.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὅτι μὲν ἀθυμοῦσιν ἐν ταῖς περιστάσεσιν οἱ δίκαιοι, δῆλον. Ἱερεμίου μὲν ἀκούσῃ λέγοντος, ἐπικατάρατος ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἐγεννήθην. Μωϋσέως δὲ, ἀπόκτεινόν με εἰ οὕτω μέλλεις μοι ποιεῖν. οὐκ ὀλιγωροῦσι δὲ, οὐδὲ καταπίπτουσιν, οὐδὲ φθέγγονταί τι παλίμφημον κατὰ Θεοῦ· ἀλλ᾽ ἢ καθ᾽ ἑαυτῶν, ἢ κατὰ πραγμάτων οὐδὲν βλαπτομένων, τὰ τῆς ἀθυμίας ἐκφέρουσι ῥήματα. καὶ γοῦν ὁ μέγας Δαβὶδ τὰ ὄρη τὰ Γελβουὲ καταρᾶται, διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς πεσεῖν τὸν ποθούμενον Ἰωνάθαν, μετὰ τοῦ πατρός. ἠθύμει τοίνυν καὶ Ἰὼβ, διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας· τολμηρὸν δὲ εἶναι κρίνας, τὸ κατὰ Θεοῦ ἄδικόν τι λογίζεσθαι, * ἔκφερε ἀθυμίας ῥήματα, οὐχὶ πονηρίας, καὶ

* ἴσ. ἐκφέρει.

OLYMPIODORI. Juſtos caſibus mœreri adverſis dubitari non poteſt. Hieremiam enim audire potes dicentem, *Maledictus dies in quo natus ſum.* Et Moyſem, *Interfice me, ſi ſic mihi facturus es.* Negligentiùs autẽ ſe non gerunt, nec animũ deſpondent, aut blaſphemiam aliquam vocem contra Deum proferunt; verùm contra ſeipſos, aut contra res quæ injuriam pati non poſſunt, verba mœſtitiæ eructant. Ita magnus David montibus Gelbue imprecatur, quia in iis dilectus Jonathas, cum patre, ceciderat. Propter cauſas igitur prædictas mœrore affligitur Jobus; cùm autem audax facinus exiſtimaret, de Deo iniquum aliquod vel mente concipere, voces mœroris, non improbitatis & blaſphemiæ profert:

Ier. 20. 14.
Num. 11. 15.
Reg. 2. 1. 21.

fert: & rei quæ nequaquam exiſtit, nocti, inquam ac diei, quæ præterierant, nec ampliùs erant, imprecatur, ut ægritudinis magnitudinem oſtenderet. Tanquam pius enim de Deo loqui non audebat (ratus humanâ ratiocinatione ejus providentiam longè ſuperiorem eſſe) contra ſeipſum verò duriora verba protulit, ut malis ſuis hâc ratione conſolationem aliquam præberet.

CHRYSOSTOMI. Ne igitur perfunctoriè hæc verba expendamus, ſed tanquam à mœrente animo profecta, conſideremus. Si enim illa loquutus non fuiſſet, communis expers naturæ videri potuiſſet.

SEVERI. Quamdiu cum uxore ſolus erat, aſpernantem illam erudiebat, nec interim ullam precatus eſt ſibi mortem, veritus ne ea res Deum offenderet: in adventu autem amicorum, cùm propter calamitatum ſuarum magnitudinem, animis eos concidiſſe cerneret, novo affligitur bello. Ne, ſcilicet, illius causâ, injuſtitiæ crimine Deum arceſſerent; atque eâ de causâ diem ortûs ſui deteſtatur, meliúſque, omnino non eſſe, quàm ſic eſſe, arbitratur, cùm inquit, utinam nunquam in lucem fuiſſem ſuſceptus, ne meâ causâ Deus accuſaretur: ſed, *pereat dies in quo natus ſum*, id eſt, nulla ejus mentio fiat; *& nox in quâ conceptus ſum*. Hunc enim ſenſum Hebræus habet; quem Symmachus ſequitur, cùm ait, *in quâ conceptus eſt homo*. Et ut paucis omnia abſolvam; ante gratiæ tempora, qui adverſa patiebantur, mœrore afficiebantur, Apoſtoli verò lætabantur: ea autem quæ gratiam præceſſerunt; non ſunt ita accipienda ac ſi cum gratiâ omnino congruant. Et quidem ad id quod expeditum ac in promptu eſt, hæc ſufficiant; Jobus autem tanquam Propheta ſub involucro myſterium loquitur: cúmque Scriptura nativitatem agnoſcat, non tantùm quæ ſecundùm carnem eſt, verùm etiam quæ morum mutatione fit, à virtute, ſcilicet, ad vitium, aut contrà, peccati diem Jobus optat extingui, in quo Adam tranſ-

βλασφημίας· καὶ καταρᾶται πρᾶγμα οὐχ ὑφεστηκὸς, ἀλλ' ἡμερονύκτιον παρελθὸν, καὶ οὐκ ὂν, ἵνα σημάνῃ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὀδύνης. ὡς μὲν γὰρ εὐσεβὴς περὶ Θεοῦ φθέγξασθαι οὐκ ἐτόλμα, * κρεῖττον αὐτὴν ἀνθρωπίνων λογισμῶν τὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν λογιζόμενος· καθ' ἑαυτοῦ δὲ ἐνέγκει τὸ τραχὺ τοῦ λόγου, παραμυθίαν τινὰ τῷ πάθει πορίζόμενος. *ἴσ. κρείττονα τῶν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μὴ οὖν ἁπλῶς τὰ ῥήματα ἐξετάζωμεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐξ ἀθυμούσης ψυχῆς λέγεται, ἴδωμεν. Εἰ γὰρ μηδὲ ταῦτα ἐφθέγξατο, ἔδοξεν ἂν μηδὲ τῆς κοινῆς μετέχειν φύσεως.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ἕως μὲν μόνος ἦν μετὰ τῆς γυναικὸς, ἐπαιδαγώγει ταύτην καταλιγωρήσασαν, καὶ οὐδὲ ἐπηράσατο ἑαυτῷ θάνατον, δεδοικὼς μὴ ἄρα τοῦτο λυπῇ Θεόν· ἡνίκα δὲ παραγεγόνασιν οἱ φίλοι, καὶ ἑώρα καταπεπτωκότας ἐπὶ ταῖς τοσαύταις αὐτοῦ συμφοραῖς, ἄλλῳ κατετρύχετο πολέμῳ. μὴ ἄρα ἐπ' αὐτῷ ἤτοι κατηγορήσωσιν ἀδικίας τὸν Θεόν· καὶ διὰ τοῦτο ἐπαρᾶται τὴν ἡμέραν τῆς ἑαυτοῦ γεννήσεως, καὶ ἄμεινον κρίνει, τὸ, μὴ γενέσθαι, τοῦ οὕτως εἶναι, φάσκων, Εἴθε μὴ ἐγεννήθην, ἵνα μὴ δι' ἐμὲ κατηγορηθείη Θεός· ἀλλ', ἀπόλοιτο ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἐγεννήθην, τουτέστι, μὴ μνημονευθείη, καὶ ἡ νὺξ ἐν ᾗ συνελήφθην. Ταύτην γὰρ τὴν διάνοιαν ὁ Ἑβραῖος ἔχει, καὶ ὁ Σύμμαχος, λέγων, ἐν ᾗ ἐκυήθη ἄνθρωπος. καθόλου δὲ εἰπεῖν, οἱ μὲν πρὸ τῆς χάριτος πάσχοντες, ἠθύμουν, οἱ δὲ ἀπόστολοι ἔχαιρον· οὐ χρὴ δὲ τὰ πρὸ τῆς χάριτος, ἐκλαμβάνειν εἰς ἀκολουθίαν τῆς χάριτος. καὶ πρὸς μὲν τὸ πρόχειρον ταῦτα, ἐπικεκρυμμένως δὲ, ὡς προφήτης, ὁ Ἰὼβ μυστήριον λαλεῖ· καὶ ἐπειδὴ γέννησιν οἶδεν ἡ γραφὴ, οὐ τὴν κατὰ σάρκα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ τρόπου εἰς τρόπον μεταβολὴν, οἷον ἀπὸ ἀρετῆς εἰς κακίαν, ἢ ἔμπαλιν, ἀπολέσθαι εὔχεται τὴν ἡμέραν τῆς ἁμαρτίας, ἐν ᾗ ὁ Ἀδὰμ παρέβη. τὸ γὰρ τῆς

ἀνθρω-

ἀνθρωπότητος οἰκειοῦται πρόσωπον, καί φησιν, ἀπόλοιτο ἡ ἡμέρα, καθ' ἣν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς εἰς τὴν φαυλότητα ὁ ἄνθρωπος ἐτράπη, καὶ πέπτωκεν εἰς πάθη, καὶ θάνατον, τὴν χάριν τῆς ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας ἀποβαλών. ἄλλως δέ, οὐκ εἶπεν, ἐν ᾗ ἐκτίσθην, ἀλλ', ἐν ᾗ ἐγεννήθην, δηλῶν, ὡς ἐκ τῆς παραβάσεως εἰσελθούσης τῆς φθορᾶς, ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐδέησε τῆς * γεννήσεως. οὕτω καὶ Δαβὶδ τὴν ἁμαρτίαν θρηνῶν, ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν παράβασιν ἀνατρέχει λέγων, ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου· ἠσθένησε γὰρ τὸ εὐόλισθον ἡ φύσις.

* ἴσ. ἀναγεννήσεως.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πρὸς μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, ἡμέραν μίαν οἶδεν ἡ γραφὴ, * τὸ ἡμερονύκτιον· πρὸς δὲ διάνοιαν, τὴν αὐτὴν ἡμέραν καὶ νύκτα καλεῖ, καθ' ἣν εἴληφε τὴν ἀρχὴν ἡ ἁμαρτία· ἡμέραν μὲν ὡς φωτισμοῦ ἔχουσαν ἐπαγγελίαν, ἔσεσθε γάρ, φησιν, ὡς Θεοί· νύκτα δὲ, ὡς ἐπιζοφώσασαν τὴν ψυχὴν, καὶ εἰσαγαγοῦσαν τὸν θάνατον, ὅτε λοιπὸν καὶ ἐναργέστερον ἡ διαφορὰ ὤφθη, τοῦ ἄρσενος πρὸς τὸ θῆλυ. ὥστε κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν, οὐδὲ τὴν ἡμέραν ὡς κακὴν καταρᾶται, καθὰ τοῖς Μανιχαίοις δοκεῖ, ἀλλὰ τὰ ἐν τῇ ἡμέρᾳ γινόμενα αἰτιᾶται· καθ' ὃ σημαινόμενον, καὶ αἱ ἡμέραι πονηραὶ λέγονται, οὐ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὰ ἐν αὐταῖς συμβαίνοντα. καταρᾶται δὲ ἑτέρως ὁ δίκαιος τοὺς ὀνομάσαντας αὐτὸν ἄρσενα, ὡς μόνου Χριστοῦ ὄντος ἄρσενος, καὶ αὐτῷ ἁρμοζούσης τῆς τοιαύτης προσηγορίας, διὰ τὸ ἐκθηλυνθῆναι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος τῇ παρακοῇ, καὶ μηκέτι τοῖς ἡγεμονικωτέροις ὀνόμασι κεκλῆσθαι * αὐτῷ δύνασθαι, ἡμέραν οὖν οἶδεν ἐκείνην, ἣν καὶ ἀπολέσθαι προσεύχεται, τὴν γέννησιν τοῦ σαρκικοῦ φρονήματος· διὸ καὶ ἰδίαν αὐτὴν ὀνομάζει, οὕτω καλῶν τὴν τοῦ προπάτορος, ἀπαλλάττων ταύτῃ τὴν δημιουργίαν πάσης κατηγορίας. τῆς πρώτης γὰρ κατακρίσεως ἡκούσης εἰς ἡμᾶς, ὡς ἰδίαν ταύτην πενθοῦμεν, ἐπιζητοῦντες

* ἴσ. καλεῖν.

* ἴσ. αὐτὸ.

greſſus eſt. Naturæ enim humanæ perſonam induit, dicitque, pereat dies quo à virtute ad ſcelus homo deſcivit, & in ærumnas mortemque incidit, incorruptibilitatis & immortalitatis gratiâ repudiatâ. Aliter verò ſic, non dixit, dies pereat in quo creatus ſum, ſed in quo natus ſum; ut oſtenderet; ſcilicet, poſt corruptionem, quæ tranſgreſſionem ſequuta, mundum eſt ingreſſa, regeneratione nobis opus fuiſſe. Ita cùm David peccatum deploraret, ad antiquam tranſgreſſionem recurrens, dicit, *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Psal. 50. 7. Natura enim noſtra in lubricitatis morbum incidit, & ad peccandum proclivis facta eſt.

OLYMPIODORI. Quod autem ad vocabuli vim attinet, diei ac noctis ſpatium, diem unum Scriptura appellare ſolet; ſi ſenſum autem conſideres, tempus illud quo peccatum primùm cœpit, diem, & noctem vocat: ac diem quidem, ob illuminationis promiſſionem, *Eritis*, inquit, *ſicut Dii*; Gen 3. 5. noctem verò, quoniam animam tenebris obduxit, & mortem introduxit, quando primùm diſcrimen inter marem & fœminam manifeſtiùs apparuit. Ita ut juxta hunc ſenſum, diei, tanquam rei malæ, neutiquam maledixerit, quæ Manichæorum opinio eſt, ſed illa tantùm quæ in die evenerant, accuſat: juxta quam ſignificationem, dies vocantur mali, non quòd tales naturâ ſint, ſed propter ea quæ in iis accidunt. Deteſtatur etiam aliâ quâdam ratione juſtus, eos, qui marem illum nuncupârunt, quia Chriſtus ſolus mas eſſet, eique maris appellatio propriè competeret, quandoquidem genus humanum Adami diſobedientiâ effœminatum evaſit, ut non amplius principalioribus appellationibus vocari queat. Diem igitur agnoſcit illum, quem & perire comprecatur, carnalis, ſcilicet, ſenſus generationem: quare ſuum vocat, qui fuit primi parentis; atque eâ ratione, creationem ab omni accuſatione liberat. Cùm prima enim illa condemnatio ad nos uſque pertingat, tanquam nobis peculiarem

culiarem, liberatorem quærentes deflemus, & pravitati malè precamur, quæ tanquam dies apparuit, & nos à pietate abduxit: quicquid enim alicui jucundum eſt, dies cenſetur, ſic nos errore judicii incauti decipimur. Hunc diem juſtus cupit deleri, ut qui ſolo nomine luci vicinus ſit: noctem verò dicit, peccati ſubitum ac furtivum introitum. Et hâc quidem appellatione bonitatis oſor dignus eſt, qui alius ab hominibus inſipientibus putatur, quàm quod re ipſâ eſt, qui cùm tenebræ ſit, lucem ementitur, & fraude deceptis hominibus talis apparet: quare utrique imprecatur, ne tanquam lux, fraude quæ ei ſemper ad manum eſt, aut tanquam nox, latentibus dolis fraudulenter, plebem circumveniat. Quod igitur dicit, ejuſmodi eſt, pereat prior ille dies, ille, inquam, primigenius, & tranſgreſſionis cauſa, qui triſtitiam, peccatum, & mortem, intulit hominibus, qui tenebrarum & ſingulorum errorum exſtitit procreator: dolorum enim initium, & primus triſtitiæ dies, Evæ conceptus, appellatus eſt, id eſt, exordium unde
Gen.3.16. execrationes fluxerunt, *In triſtitiis*, inquit, *paries filios*. Vt ergo corporis vehementem cruciatum Jobus indicaret, nativitati ſuæ, non item Deo, imprecatus eſt; non præſentem diem, ſed præteritum, & ærumnarum cauſam inſectando, ſéque in ærumnis ſuis ſolando, dum conviciis diem illum proſcindit. Solet enim miſerabilium verborum uſurpatio, dolores corporis mitigare.

τὴν λύτρωσιν, καὶ ἀρώμεθα τὴν κακίαν, ὡς ἡμέραν φανεῖσαν καὶ παραγαγοῦσαν ἡμᾶς τῆς εὐσεβείας· ὃ γὰρ ἂν ἑκάστῳ φίλον φανείη, τοῦτο καὶ ἡμέρα νενόμισται, καὶ οὕτω κλεπτόμεθα, τῆς ἐν ἡμῖν διακρίσεως σφαλλομένης. τὴν τοιαύτην ἡμέραν ὁ δίκαιος ἀπολέσθαι προσεύχεται, μέχρις ὀνόματος γυμνοῦ τῷ φωτὶ προσεγγίζουσαν· νύκτα δὲ λέγει τὴν ἁμαρτίας τὴν ἀθρόαν, καὶ λανθάνουσαν ἔφοδον. τῆς γὰρ τοιαύτης προσηγορίας ὁ μισόκαλος ἄξιος, οὐχ ὁ αὐτὸς τοῖς πράγμασιν ὤν, καὶ τοῖς ἄφροσι νομιζόμενος, ἀλλὰ σκότος ὤν, καὶ φῶς ὑποκρινόμενος, καὶ τοῦτο τοῖς ἀπατωμένοις δοκῶν· διὸ καθ' ἑτέραν φέρει τὴν ἀράν, ἵνα μὴ καθάπερ φῶς, τῆς ἀπάτης ὂν* ἑτοιμότατον, μήτε καθὸ νύξ ἐστι λανθάνουσι δόλοις τοὺς πολλοὺς παραχρήσηται. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, ἀπόλοιτο ἡ ἄνωθεν ἡμέρα, τουτέστιν, ἡ προοιμιαστική, καὶ αἰτία τῆς παραβάσεως, ἡ λύπην, καὶ ἁμαρτίαν, καὶ θάνατον τοῖς ἀνθρώποις κομίσασα, ἥτις καὶ τοῦ σκότους, καὶ τῆς πλάνης κατὰ μέρος ἐγένετο γεννήτεια· ἀρχὴ γὰρ ὠδίνων, καὶ πρώτη λύπης ἡμέρα, ἡ τῆς Εὔας ἐχρημάτισε σύλληψις, τουτέστι, τὸ γεννητικὸν τῆς κατάρας προοίμιον, ἐν λύπαις γάρ, φησι, τέξεις τέκνα. ἵνα οὖν δείξῃ ὁ Ἰὼβ πολλὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ τὴν ὀδύνην, κατὰ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ, καὶ οὐ κατὰ τοῦ Θεοῦ, τὴν κατάραν ἐφθέγξατο. οὐ τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν, ἀλλὰ τὴν παρεληλυθυῖαν αἰτιολογῶν, τὴν αἰτίαν τῶν θλίψεων, καὶ ἑαυτὸν παραμυθούμενος κάμνοντα, ἐν τῷ τὴν ἡμέραν ἐκείνην λοιδορεῖν. οἶδε γὰρ ψυχαγωγεῖν τοὺς σωματικοὺς πόνους, ἡ τῶν σχετλίων φωνῶν ὁμιλία.

* ἴσ. τὸ ἑτοιμότατον.

Nox illa ſit tenebræ, & non requirat eam Dominus deſuper, nec perveniat ad eam ſplendor; excipiant illam tenebræ, & umbra mortis.

Νὺξ ἐκείνη εἴη σκότος, καὶ μὴ ἀναζητήσαι αὐτὴν ὁ Κύριος ἄνωθεν, μηδὲ ἔλθοι εἰς αὐτὴν φέγγος· ἐκλάβοι δὲ αὐτὴν σκότος, καὶ σκιὰ θανάτου.

CHRYSOSTOMI. Cùm videret juſtus, malorum ſuorum atrocitate amicos accitos eſſe, & quanta plagæ eſſet acerbitas conſideraret, & ſeſſionem diutur-

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρῶν ὁ δίκαιος, ὡς ἡ βαρύτης τῶν συμβάντων, ἐκάλεσε τοὺς φίλους, καὶ τῆς πληγῆς τὸ φορτικὸν ἐννοῶν, καὶ τὸ παρακαθῆσθαι αὐτοὺς ἐπὶ

πολὺ

πολὺ κρίνων ἐπαχθὲς, καὶ ὡς οὐκ ἐπὶ τούτοις ὃ πρότερον αὐτοῖς συνεγένετο· καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν πάντα, ὁρῶν εἰς τοὐναντίον αὐτῷ περιστάντα, οὔτε ἀπωθεῖται αὐτοὺς *ἐμπληκτίως, ἄτοπον εἶναι νομίζων τοὺς ἐπὶ τιμῇ ἐληλυθότας, *τούτους ὕβρει ἀποπέμψασθαι, οὔτε ἁπλῶς ἀπιέναι παρακαλεῖ, αἰδούμενος αὐτῶν τὴν φιλίαν. ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἐννοῶν, καὶ ὑπὸ πάντων δακνόμενος, ἐπὶ τούτους ἧκε τοὺς λόγους, ὥσπερ τινὰ τοῖς φίλοις ἀπολογούμενος· ὡς ἐθέλοι μὲν διαλέγεσθαι, οὐ δύναται δὲ τῷ πλήθει τῶν δεινῶν βαρυνόμενος. τί δὲ λέγει; ἡ νὺξ ἐκείνη εἴη σκότος, τουτέστιν, ἐν ἀγνωσίᾳ εἴη μὴ μνημονευομένη, μηδ' ἀντιποιήσαιτο αὐτῆς ὁ κύριος, μηδὲ γένοιτο ἐν καταλόγῳ νυκτῶν. ἐπειδὴ γὰρ οὐ περὶ ὑφεστώσης φύσεως διελέγετο, ἢ τινος ζώου, θάνατον, ἢ φθορὰν οὐκ ἐπηύξατο, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου τῆς ἡμέρας παράτασιν ἔχειν· οἱονεὶ μεσολαβηθεῖσα ἡ ἡμέρα, ἑκατέραις ταῖς νυξὶ τῇ παρατάσει τοῦ σκότους, εἰς λήθην ἔλθοι τοῖς ἀριθμεῖν βουλομένοις.

* ἴσ. ἐπιπλήξεως.
* ἴσ. αὐτοὺς.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πρὸς μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, εὔχεται ἀφεγγῆ γενέσθαι τὴν ἡμέραν αὐτοῦ τῆς γεννήσεως, καὶ τὴν νύκτα, καὶ μὴ καταλαμφθῆναι ταύτην, ὑπὸ σελήνης, ἢ ἀστέρων, ἀλλὰ βαθεῖ καταχωσθῆναι σκότῳ, ὃ δὴ καὶ σκιὰν θανάτου καλεῖ. πρὸς δὲ διάνοιαν, δέξαιτ' ἂν τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ ἰδίᾳ κακίᾳ φαίνεσθαι, ὥσπερ ἐστὶ, μηδὲ ἔχειν φέγγος, ἵνα μὴ ἰσχύσῃ ὑποκρίνεσθαι ἀρετὴν, μηδὲ σχήματι φωτὸς τοὺς ἁπλουστέρους δελεάζῃ· ἀλλὰ γνωριζομένη ὅτι ζοφώδης ἐστὶ, φευκτὴ γένηται. εἰ δὲ βούλει, μὴ ἀναζητηθῆναι τὴν ἡμέραν ἐκείνην εὔχεται· ἀναζητουμένης γὰρ αὐτῆς, ἀναγκαίως εἰς μέσον τὸ συμβὰν πταῖσμα τοῖς ἀνθρώποις ἔρχεται· μὴ ἀναζητουμένης δὲ, λήθη τῆς ἐφ' ἡμῖν κατάρας, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀποφάσεως γίνεται· ὅθεν μηδὲ φέγγος ἐλθεῖν ἐπ' αὐτὴν παρακαλεῖ, ὡς μὴ ὀφθῆναι τὰ ἐν αὐτῇ παρὰ τοῦ Ἀδὰμ ἡμαρ-

nam juxta ſe, illis moleſtam eſſe judicaret, quódque diverſâ fortunâ priùs uſus fuerit, cùm eis congrederetur: &, ut verbo uno abſolvam, cùm videret omnia ſibi graviter adverſantia, neque cum objurgatione eos repellit (abſurdum exiſtimans cum contumeliâ eos ablegare, qui honoris causâ acceſſerant) neque omnino ut abitum parent, hortatur, veritus eorum amicitiam. Verùm cùm hæc omnia ſecum meditaretur, omnibúſque torqueretur, in hæc verba prorupit, amicis quodammodo excuſare ſe volens; ſibi quidem in animo eſſe, ſermones cum iis ſerere, ſed malorum multitudine gravatum retardari. Sed quid tandem dicit? *Nox illa ſit tenebræ*, id eſt, ignota maneat, nec in hominum verſetur memoriâ, non illam tanquam ſuam ſibi vendicet Dominus, neque in noctium catalogo recenſeatur. Et quia non de naturâ aliquâ ſubſiſtente, aut animali ſermo erat, mortem aut interitum ei non eſt precatus, ſed ut prolongationem ejus, quod diei contrarium eſt, haberet, optabat: quaſi diceret, diem illum utrinq; nox complectatur productioribus tenebris, nec in mentem veniat numerare cupientibus.

OLYMPIODORI. Si verba quidem ſpectentur, natalem ſuum diem optat ſine ſplendore eſſe, itemque noctem, nec Lunæ, nec Syderum luminibus illuſtrari, ſed denſiſſimis tenebris potiùs obrui; quod etiam mortis umbram nominat. Si ſenſum autem reſpicias, peccatum quale ſit, ſuâ ingenitâ pravitate, omni luce privatum, ut appareat, precibus enixè contendit, ne virtutem ſimulare valeat, aut lucis ſpecie, rudioribus fucum faciat; ſed ut cæcâ ejus caligine perſpectâ, ab omnibus vitetur. Vel, ſi mavis, ne dies ille requiratur, precatur; illo enim requiſito neceſſariò ruina quæ hominum generi accidit, in medium venit: quòd ſi minimè requiratur, execrationis contra nos, & ſententiæ quæ inde fluxerat, oblivio fit. Vnde poſtulat, ut nullo fulgore dies ille irradietur, ne ſcilicet, peccata quæ in eo Adamus commiſit, in conſpectum

veniant,

veniant, ac ſi diceret, aurem præbeat his precibus meis Deus, ut è dierum numero ille eximatur, ne ortûs mei recordatio, memoriam calamitatum adducat. Cùm autem adjungit, *Excipiant eam tenebræ, & umbra mortis*, in ipſum diabolum, mala quæ propter eum nobis evenerunt, recidere precatur, transfertque noctis nomen, ad ea quæ in illâ contigerunt (ad execrationem, inquam, atque ſententiam) tenebras, & umbram mortis diabolum appellans. Ad diverſorium, inquit, illud ablegetur, converſatione ſuâ dignum; qui mortem invênit, moriatur, & laqueis ſuis implicetur, neque propter eos, qui ex incogitantiâ ipſi obtemperant, improbitatis ſuæ licentiam ſortiatur.

τημένα· ὥσπερ εἰ ἔλεγε, δέξαιτό μου ταύτην τὴν ἱκεσίαν ὁ Θεὸς, ὥστε μὴ μετὰ τῶν λοιπῶν ἡμερῶν ταγῆναι, ὡς ἂν μὴ ἡ μνήμη τῆς γεννήσεως, ὑπόμνησις τῶν ἐμῶν συμφορῶν γένοιτο. Εἰπὼν δὲ, ἐκλάβοι αὐτὴν σκότος καὶ σκιὰ θανάτου, εἰς αὐτὸν τὸν διάβολον ἐπεύχεται τὰ δι' αὐτὸν ἡμῖν συμβεβηκότα κακά· αὐτὴν γὰρ, τὰ ἐν αὐτῇ συμβάντα λέγει, τὴν κατάραν, καὶ τὴν ἀπόφασιν, σκότος, καὶ σκιὰν θανάτου, τὸν διάβολον ὀνομάζων. πρὸς ἐκεῖνό, φησι, φερέσθω τὸ καταγώγιον τῆς οἰκείας πολιτείας ἐπάξιον· δέξαιτο τὸν θάνατον, ὁ τοῦτον εὑράμενος, ἔστω συμπλεκόμενος τοῖς ἑαυτοῦ δικτύοις. μὴ εὕροι παῤῥησίαν ἐπὶ κακίᾳ, διὰ τοὺς πειθομένους ἐξ ἀβουλίας.

Superveniat in eam caligo.

Ἐπέλθοι ἐπ' αὐτὴν γνόφος.

OLYMPIODORI. Aquila, Symmachus, & Theodotion, verbis aliis extulerunt; nam Aquila, *obnubilatio*, Symmachus, *caligo*, Theodotion, *nubium obductio*, dixit. Γνόφος autem, eſt caligo nebuloſa. Ad literam quidem diei obſcuritatem precatur; ad ſenſum verò magis reconditũ, ut peccatum, quale naturâ ſuâ eſt, appareat, enixè flagitat: ne Satanas in Angelum lucis transformatus, mala nobis pro bonis obtrudat; ſed potiùs ut cognita quòd mala ſint, & tenebrarum cauſa, odio habeantur. Verùm hìc fortè ſubinferes, peccatum inviſibile eſſe: quâ enim ratione, quæ non ſunt, videre aliquis poterit, cùm rerum non ſubſiſtentium ſenſum omnem unà cum illis perire deprehendat?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀκύλας, καὶ Σύμμαχος, καὶ Θεοδοτίων, ὁ μὲν, νέφωσις, ὁ δὲ, ἀχλὺς, ὁ δὲ, συννέφεια, ἐξέδωκαν· γνόφος δέ ἐστι, νεφελώδης ἀχλύς. πρὸς μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, τὸ ἀφεγγὲς τῆς ἡμέρας εὔχεται· πρὸς δὲ διάνοιαν, τὴν ἁμαρτίαν, ὅπερ ἐστὶν, αὐτὸ τοῦτο, ἐξαιτεῖ φαίνεσθαι· ἵνα μὴ ὁ Σατανᾶς, * ὡς ἄγγελος φωτὸς σχηματιζόμενος, δείξῃ τὰ φαῦλα, ὡς ἀγαθά· ἀλλὰ γνωριζόμενα ὅτι ἐστὶ φαῦλα, καὶ σκότους αἴτια, μισῆται. ἐπιβαλεῖς δὲ καὶ ὧδε, ἡ κακία ἀθεώρητος· πῶς γὰρ ἄν τις τὰ μὴ ὄντα καὶ ἱστορήσειεν, συναφανιζομένην εὑρίσκων τοῖς ἀνυποστάτοις καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς αἴσθησιν;

* ἴσ. εἰς ἄγγελον.

Maledictus ſit dies, & nox illa, auferant eam tenebræ.

Καταραθείη ἡμέρα, καὶ ἡ νὺξ ἐκείνη, ἀπενέγκοιτο αὐτὴν σκότος.

EJUSDEM. Numerus, inquit, illius diei ex hominum mentibus eradicetur; hoc enim illud eſt, *maledictus ſit*. Illud autem, *auferant eam tenebræ*, Aquila, *Lunæ obſcuratio*, reddidit:

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τῆς διανοίας, φησὶ, τῶν ἀνθρώπων ὁ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἀριθμὸς ἐξαρθείη· τοῦτο γὰρ τὸ, καταραθείη. τὸ δὲ, ἀπενέγκοιτο αὐτὴν σκότος, Ἀκύλας, σκοτομήνια, ἔφη·

λέγει

λέγει δέ, ὅτι ὥσπερ ἐν σκότῳ οἱ ἄνθρωποι ὁρᾷν οὐ δύνανται οὐδέν, οὔτε εἰδέναι τὰ πρὸ ποδῶν· οὕτως ἐν ἀγνοίᾳ γένοιτο καὶ ἡ τῆς γενέσεως ἡμέρα· πρὸς δὲ νοῦν, ἡ τῆς παραβάσεως, ἥ καθάπερ τι φῶς κλέψασα τοὺς πρώτους ἀνθρώπους, τοῦτο φαίνεσθαι βουλομένη· διὰ τὸ προέχειν τῆς ἀπάτης· ἡ γὰρ * ἡμέρα νὺξ ἡμέρα γέγονε τοῦ δυσμενοῦς, μηδὲν τῆς πονηρᾶς ἐνεργείας * εὑραμένη κώλυμα· αὖθις δέ, ἡ τοῖς φιλοσάρκοις ἡμέρα λογιζομένη, κατὰ τὸ εἰρημένον, καὶ νὺξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου, νύξ ἐστι, κυκλοῦσα πανταχόθεν τὸν ἄνθρωπον.

* ἴσ. δεῖ.

* ἴσ. εὑρομένη.

Dicit autem, Quemadmodum homines in tenebris, nec cernere quidquam, nec ea quæ ante pedes ſunt, videre poſſunt; ita in ignoratione ſit nativitatis meæ dies; ad ſenſum autem, tranſgreſſionis, quæ tanquam lux aliqua primos homines celans, propter fallendi facilitatem ſub lucis ſpecie apparere voluit: nox enim immani hoſti dies fuit, qui pravarum ſuarum operationum nullum impedimentum objectum habet; ac rurſus, qui iis qui corporis voluptatibus deliniti ſunt, videtur dies, (juxta illud, *Et nox illuminatio in deliciis meis*) nox eſt, quæ undiquáque hominem umbrâ ſuâ involvit. Pſal. 38.11.

Μὴ εἴη εἰς ἡμέρας ἐνιαυτοῦ, μηδὲ ἀριθμηθείη εἰς ἡμέρας μηνῶν.

Non ſit in diebus anni, neque numeretur in diebus menſium.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ Σύμμαχος, μηδὲ συναφθείη. πρὸς μὲν τὸ ῥητόν, ἐξαφανισθείη, φησίν, ἡ ἡμέρα τῆς γενέσεώς μου, συστελλομένου τοῦ ἐνιαυσιαίου κύκλου. καὶ ἐπεὶ τῶν μηνῶν, οἱ μὲν πλείους, οἱ δὲ ἐλάττους ἔχουσι τὰς ἡμέρας· καὶ ὁ ἐνιαυτὸς κατά τινα περίοδον προσθήκην δέχεται, ὡς ἐπὶ τῆς τετραετηρίδος, φησίν, ὅτι μήτε εἰς μηνῶν ἀριθμὸν ἔλθοι, μήτε ὡς ἡμέρα τοῦ ἐνιαυτοῦ εἴη ἀριθμουμένη πρὸ τῆς εἰθισμένης περιόδου, μέλλουσα δὲ ἀναφαίνεσθαι, παντελεῖ λαβέσθω λήθῃ. Πρὸς δὲ διάνοιαν, ἐνιαυτὸν καλεῖ, τὸν καιρὸν τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐκ προσώπου αὐτοῦ, καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. εὔχεται οὖν, ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ μὴ γενέσθαι αὐτῆς μνείαν, ἵνα μὴ λογίζηται ἡμῖν τὰ παραπτώματα, ἐπιφανεὶς τῷ κόσμῳ Χριστός, ἀλλὰ πάντων ἀμνηστίαν χαρίζηται.

OLYMPIODORI. Symmachus, *Neque copuletur.* Id eſt, ſi verba ipſa ſpectemus, Deleatur dies ille nativitatis meæ, anni contractâ periodo. Et quoniam menſium, alii pluribus, alii paucioribus conſtant diebus; & annus certo quodam confecto circuitu augetur (id quod quarto quoque anno ſolet accidere) dies illa, inquit, in numerum menſium non veniat, nec tanquam dies anni, ante uſitatam periodum numeretur, & cùm apparere debeat, oblivione prorſus obruatur. Ad ſenſum autem, Domini adventum, annum vocat, juxta illud quod ſub ejus perſonâ dictum eſt, *Vocare annum Domini acceptabilem.* Ef. 61.2. Precatur igitur, ne illo tempore, ejus diei ulla fiat memoria, ne Chriſtus, cùm ſeſe orbi terrarum oſtenderit, peccata nobis imputet, ſed omnia potiùs oblivione ſempiternâ deleat.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Τάχα δὲ προφητικῶς καὶ ἐσχηματισμένως περὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εὔχεται, καθ' ὃν ζῶσιν οἱ ἅγιοι μακαρίαν ζωὴν ἐν ἀκαταπαύστῳ φωτὶ ἡμέρας, παυομένου τοῦ νῦν αἰῶνος, τοῦ ἐν μησὶ καὶ ἐνιαυτοῖς ἀριθμουμένου, ὃν καὶ ἐπεύχεται ἀφανισθῆναι.

SEVERI. Fortaſſe etiam prophetice & figuratè de futuro ævo vota facit, in quo Sancti, ſeculo hoc, menſium & annorum numeris & intervallis diſtincto, ceſſante, (cujus finem & terminum obnixè precatur) perpetuo diei lumine illuſtrati, vitam beatam ducunt:

Sed nox illa ſit dolor.

POLYCHRONII. Symmachus verò, *Ejecta & expoſita*; Hebræus, *Solitaria*. Nox, inquit, illa doloribus plena, nec lætitiæ ullius particeps ſit, quamvis quietis & laxamenti cauſa nox exiſtat.

Ἀλλὰ ἡ νὺξ ἐκείνη εἴη ὀδύνη.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἔκβλητος, εἶπεν· ὁ δὲ Ἑβραῖος, μεμονωμένη. νὺξ ἐκείνη εἴη, φησὶν, ὀδυνηρὰ, καὶ μὴ μετάσχοι τινὸς εὐθυμίας, ὡς τῆς παύλης ἀνέσεως οὔσης αἰτίας.

Et non veniat ſuper eam lætitia, neque gaudium.

OLYMPIODORI. Nihil contra Deum, neque contra ejus opera loquitur, verùm rebus non exiſtentibus maledicit, ſibi ipſi, & doloribus ſuis ſolatium adferens. (nox enim etiam illa præteriit, & aſtrorum & Phoſphori lumen, quod nocte illâ reſplenduit:) Et quemadmodum qui à medicis uruntur, ſeu ſecantur, ad doloris ſignificationem, morſus veſtibus infigunt; ita beatus hic illa omnia flebiliter lamentatur. Ad ſenſum verò, *Nox illa ſit dolor*, id eſt, Peccatum, quòd malum ſit, cognoſcatur, ac proinde tanquam doloris cauſa odio habeatur. *Et non veniat ſuper eam lætitia*; ſi enim peccatum non remitteretur, ſed nobis imputaretur, adverſarius noſter, nox ſcilicet illa, & peccatorum parens, gaudium gauderet maximum. Utinam igitur hoſtis ſceleratum ſuum finem minimè aſſequatur, ac proinde lugens prædâ fruſtretur, ut acerbiùs mœreat; ne ſim ego infenſo hoſti lætitiæ cauſa, illius jaculis vulneratus.

Καὶ μὴ ἔλθοι ἐπ' αὐτὴν εὐφροσύνη, μηδὲ χαρμονή.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οὐδὲν δεῖν κατὰ Θεοῦ φθέγγεται, οὐδὲ κατὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῖς οὐκ οὖσι καταρᾶται, παρηγορῶν ἑαυτὸν, καὶ τὰς ὀδύνας παραμυθούμενος· καὶ γὰρ καὶ ἡ νὺξ ἐκείνη, καὶ τὸ φῶς τῶν ἀστέρων, καὶ τοῦ ἑωσφόρου τὸ λάμψαν ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, παρῴχηκε. καὶ ὥσπερ οἱ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν καιόμενοι, ἢ τεμνόμενοι, τὸ ἱμάτιον ἐνδάκνουσι, καὶ ἐκφαίνουσι τῆς ὀδύνην, οὕτω καὶ ὁ μακάριος οὗτος ταῦτα πάντα σχετλιάζει. πρὸς δὲ διάνοιαν, τὸ, ἡ νὺξ ἐκείνη εἴη ὀδύνη, ἀντὶ τοῦ, γνωσθήτω ὅτι φαύλη ἐστὶν ἡ ἁμαρτία, καὶ διὰ τοῦτο μισείσθω ὡς ὀδύνης αἰτία. καὶ μὴ ἔλθοι ἐπ' αὐτὴν εὐφροσύνη· εἰ γὰρ ἐλογίσθη ἡμῖν, καὶ μὴ ἀφεθῇ ἡ ἁμαρτία, ἔμελλεν αὖ σφόδρα εἶναι ἐν χαρᾷ ὁ ἡμέτερος ἐχθρὸς, ἡ νὺξ ἐκείνη, τῶν ἁμαρτιῶν μήτηρ. * εἴπου αὐτὸς ὁ πολέμιος ἔσω * τῆς ἁμαρτωλῶν τοῦ πονηροῦ σκοποῦ, καὶ διὰ τοῦτο * ὀδυνώμενος διαπιπτέτω τῆς θήρας, ἵνα μειζόνως πενθήσῃ· μὴ γενοίμην αὐτὸς ὁ δυστυχὴς χαρᾶς πρόξενος, τρωθεὶς τοῖς αὐτοῦ τοξεύμασιν. * ἴσ. εἴθ' ἵνα * ἴσ. διαμαρτάνων. * ἴσ. ὀδυρόμενος.

Sed maledicat ei qui maledicit diem illam, qui habet magnum cetum opprimere.

POLYCHRONII. Execrationem, inquit, meam ad exitum perducat Deus, qui ſolus hoc facere poteſt.

OLYMPIODORI. Simul optat & vaticinatur futura, ad Chriſtum tradu-

Ἀλλὰ καταράσαιτο αὐτὴν ὁ καταρώμενος τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειρώσασθαι.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τὰς τῆς ἐμῆς, φησὶ, κατάρας πληρώσαι Θεὸς, ὁ μόνος τοῦτο ποιῆσαι δυνάμενος.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁμοῦ δὲ προσεύχεται καὶ προφητεύει τὰ μέλλοντα,

Εἰς

εἰς Χριστὸν ἀναπέμπων τὴν διάνοιαν, ὃς τὸν ἰσχυρὸν δήσας διάβολον, τὰ τούτου σκεύη διήρπασε. τίς γὰρ ἕτερος τὴν ἁμαρτίαν κατηράσατο, καὶ ἐξηφάνισεν ἐν ἑαυτῷ; τίς δὲ τὸ νοητὸν ἐχειρώσατο κῆτος; τὸν ἀρχαῖον ὄφιν, τὸν τῆς ἁμαρτίας εἰσηγητὴν, τὸν τῇ ὑγρότητι τῶν ἡμετέρων ἡδονῶν ἐνδυναστεύοντα λευιαθὰν, καὶ μετὰ πολλῆς ὅσης ἀδείας ἐννηξάμενον· ὃν πολλαχοῦ ἡ θεία γραφὴ δράκοντα ὀνομάζει, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς τελευταίοις τοῦδε τοῦ βιβλίου, ἡνίκα καὶ ἰσχυρὸν, καὶ πάντα ὑπερφέροντα, διὰ τῶν οἰκείων λόγων δείκνυσιν ὁ Θεός· διὰ τοῦτο καὶ νῦν οὐχ ἁπλῶς, κῆτος, εἴρηται, ἀλλὰ, μέγα. ὁ τοίνυν, φησὶ, μόνος τὸ μέγα κῆτος ἑλεῖν δυνάμενος, τὸ ἄμαχον ἔχων τὴν δύναμιν, αὐτὸς καὶ περὶ τὴν ἡμέραν, καὶ περὶ τὴν νύκτα, εἰργάσατο τὰ τῆς αἰτήσεως.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καλῶς δὲ, τὸ, ὁ μέλλων χειρώσασθαι, εἴρηται, δηλοῦν τὸ κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν μυστήριον, ὡς μήπω τότε γεγονὸς, μέλλον δὲ γενέσθαι. οὐ γὰρ ἥρμοζε γυμνῇ τῇ θεότητι * καταργῆσαι τὸν κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, διάβολον, ἀλλὰ διὰ τοῦ * ναοῦ τοῦ λόγου γεγενημένου ἐκ σπέρματος τοῦ ἀπατηθέντος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. καύχημα γὰρ ἦν τῷ πονηρῷ, εἰ γυμνῇ τῇ θεότητι χειρωσάμενος, αὐτὸν ὑπῆρξε. Τὰ διάφορα δὲ ὀνόματα τοῦ διαβόλου, ἐνεργείας αὐτοῦ διαφόρους, οὐκ οὐσίας, δηλοῖ. διάβολος γὰρ ὁ ἀντικείμενος, καὶ πονηρὸς, καὶ λέων, καὶ δράκων, καὶ ὄφις, καὶ θηρίον, καὶ κῆτος, διὰ τὸν τρόπον λέγεται, διαφόρως αὐτοῦ τὴν κακίαν ἐνεργοῦντος· ὅπερ ἀνατρεπτικόν ἐστι τοῦ Μανιχαϊκοῦ δόγματος.

ἴσ. καταργῆσαι.

ἴσ. τοῦ λόγου ἀνθρώπου.

cens cogitationem, qui fortem vinciens diabolum, vaſa ejus diripuit. Quis enim alius peccato maledixit, illúdque in ſeipſo delevit? quis cetum qui intellectu comprehenditur, in poteſtatem redegit? Serpentem antiquum, peccati ſuaſorem, Leviathan illum, qui in voluptatum noſtrarum mollitiem & facilitatem, tyrannidem exercet, & cum ſummâ licentiâ innatat; quem Scriptura multis in locis, *Draconem*, appellat, præcipuè verò ſub finem hujus libri, cùm ſuis vocibus teſtetur Deus, fortem illum eſſe, atque omnibus ſuperiorem: quare nec hoc loco, *cetus*, ſimpliciter, ſed, *magnus*, vocatur. Is igitur, inquit, qui ſolus cetum immanem capere poteſt, qui poteſtate, cui nequit obſiſti, pollet, is circa diem & noctem poſtulationis meæ votum adimpleat.

DIDYMI. Rectè autem dictum eſt, *Qui habet opprimere*, ut incarnationis myſterium manifeſtaret, quod tum non fuerat, ſed poſtea futurum erat. Neque enim ſolâ divinitate Diabolum, qui mortis imperium habebat, aboleri decebat, ſed H.b.2.14. per Verbum factum hominem, ex ſemine ejus quem decepit diabolus; improbo enim dæmoni gloriationis materia fuiſſet, ſi ſolâ divinitate eum ſubjugâſſet. Porro, diaboli diverſæ appellationes, diverſas ejus operationes, non item multiplicem eſſentiam, declarant. Diabolus enim, Adverſarius, Malus, Leo, Draco, Serpens, Bellua, & Cetus, propter ingenii mores, appellatur, quoniam multiplici artificio malitiam ſuam operatur: quod Manichæorum dogma funditus evertit.

Σκοτωθείη τὰ ἄστρα τῆς νυκτὸς ἐκείνης· ὑπομείναι, καὶ εἰς φωτισμὸν μὴ ἔλθοι, καὶ μὴ ἴδοι ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα.

Obtenebreſcant ſydera noctis illius; permaneat, & in lucem non veniat, & non videat Luciferum exorientem.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, προσδοκηθείη φῶς, καὶ μὴ

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Symmachus verò, *Expectetur lumen, & non ſit, maneat in*

tenebris. Ad verbum, ne impertiant, inquit, ſuum ſplendorem, id eſt, ne luceant noctis illius ſydera, ſed obſcura ſint, neque aſtrorum uſum oſtendant, curſúſque ſyderum illius noctis planè inutilis ſit. *Permaneant*, id eſt, à curſu & illuminatione ceſſent, neque lucere ampliùs pergant, aut curſum ſuum conficere; ſed neque noctem illam lux excipiat, neque præteriiſſe illam quiſpiam agnoſcat; hoc enim ſignificat illud, *Non videat Luciferum exorientem*, id eſt, ſtellam matutinam, aut Solem. Ad ſenſum autem, peccatum intelligit, quod noctem etiam appellat; Apparentes, inquit, pulchritudines & deliciæ obſcurentur; neve aliquando virtutem vincat improbitas: illud enim, *In lucem non veniant*, idem eſt ac ſi diceret, Cognoſcantur peccati jucunditates, quòd tenebræ ſint, neque fallere, aut in errorem inducere aliquos boni ſpecie valeant: in peccati nocte ſtella matutina non ſit, id eſt, ſermo lucidus & clarus propter probabilitatem apparens. Nam qui peccatis delectatur, ſæpenumerò perſeverat in prolapſione, aut quia voluptatem amplectitur, ejuſdémque illecebris delinitur, aut quia probabiles ſibi fingit rationes, ob quas putat nequaquam ſe in errore verſari.

OLYMPIODORI. Illud, *Non videat Luciferum exorientem*, fortaſſe non deprecando pronunciavit, verùm id quod eſt indicavit; peccatum enim Verbum de Domino ſuſtinere non poteſt, quod Luciferappellatur (ſicut Petrus in Epiſtolis ſuis
Petr. 1.19. ſcribit) in cordibus noſtris exoriens, ſplendeſcente enim luce, tenebræ diffugiunt.

εἴη, ὑπομεῖναι ἐν σκότῳ. πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν, μὴ δοῖεν, φησὶ, τὸ οἰκεῖον φέγγος, ἀντὶ τοῦ, μὴ λάμψωσι τὰ ἄστρα τῆς νυκτὸς ἐκείνης, ἀλλ' ἀφανῆ γένοιτο, μηδὲ τὴν τῶν ἄστρων ἐπιδείξαιντο χρείαν, ἄχρηστος ὀφθείη τῆς νυκτὸς ἐκείνης τῶν ἀστέρων ὁ δρόμος. ὑπομεῖναι, τουτέστι, παύσαιντο τοῦ δρόμου, καὶ τοῦ φωτίσαι, καὶ μὴ ἐμμένοιεν φαίνοντα, μηδὲ τὸν οἰκεῖον ἐκτελοῦντα δρόμον· ἀλλὰ μηδὲ διαδέξηται τὴν νύκτα ἐκείνην φῶς, μηδὲ γνωσθείη αὕτη ὡς παρεληλυθυῖα· τοῦτο γὰρ δηλοῖ διὰ τοῦ, μὴ ἴδοι ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα, τουτέστι, τὸν ἑωθινὸν ἀστέρα, ἢ καὶ τὸν ἥλιον. πρὸς δὲ διάνοιαν, * τὴν ἁμαρτίας φησὶ, ἣν καὶ νύκτα καλεῖ. αἱ δοκοῦσαι τερπνότητες, καὶ τὰ κάλλη, ἐξαφανισθείησαν, καὶ μὴ νικήσοι τὰ πονηρὰ τὴν ἀρετήν ποτε· τοῦτο γὰρ λέγει, τὸ, εἰς φωτισμὸν μὴ ἔλθοι, ἀντὶ τοῦ, γνωσθείησαν αἱ τῆς ἁμαρτίας τερπνότητες, ὅτι σκότος εἰσὶ, καὶ μὴ ἰσχυσάτωσαν ἀπατῆσαι, μηδὲ * πλανᾶσθαι, ὅτι ἔχουσί τι ἀγαθὸν ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ, μηδὲ ἑωσφόρος γένοιτο, λόγος δοκῶν εἶναι φωτεινὸς διὰ πιθανότητα. πολλάκις γὰρ ὁ φιλαμαρτήμων ἐμμένει τῷ σφάλματι, ἢ τὴν ἡδονὴν ἀποδεχόμενος, καὶ τῷ λείῳ ταύτης θελγόμενος, ἢ λογισμοὺς πιθανοὺς ἀνακινῶν, ἐξ ὧν οἴεται μὴ σφάλλεσθαι.

* ἴσ. τὴν ἁμαρτίαν.

* ἴσ. πλανῆσαι.

ΟΛΥΜΓΙΩΔΩΡΟΥ. Ἴσως δὲ τὸ, μὴ ἴδοι ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα, οὐκ εὐκτικῶς φησιν, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ ὂν ἀπαγγέλλει· οὐ γὰρ δύναται ἡ ἁμαρτία ὑπομεῖναι τὸν παρὰ τοῦ Κυρίου λόγον, ἑωσφόρον λεγόμενον, καθὼς ἐπιστέλλει Πέτρος, ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἀνατέλλοντα· τοῦ γὰρ φωτὸς ἐπιλάμψαντος, τὸ σκότος ὑποδιαχωρεῖ.

Quia non concluſit portas ventris matris meæ.

EJUSDEM. Ad verbum, quia meum, inquit, ortum non prohibuit? atqui quo minùs ex utero materno egrederetur, in noctis poteſtate non erat. Horum autem verborum omnium hæc mens

Ὅτι οὐ συνέκλεισε πύλας γαστρὸς μητρός μου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Κατὰ μὲν τὸ ῥητὸν, ὅτι, φησὶν, οὐκ ἐκώλυσέ με γεννηθῆναι· καίτοιγε οὐκ ἐν τῇ νυκτὶ ἐτύγχανε, τὸ κωλῦσαι αὐτὸν ἐκ μήτρας προελθεῖν. ἀλλ' ὁ διὰ πάντων λέγει,

τοιοῦτον

τοιοῦτον ἔχει τὸν νοῦν, ὅτι ἄμεινον ἦν μὴ γεννηθῆναι, ἢ γεννηθέντα τοιαῦτα παθεῖν. πρὸς δὲ διάνοιαν, ἐπαρῶμαι, φησί, τῇ ἁμαρτίᾳ, ὅτι μὴ ἐκωλύθησάν μου αἱ τῆς προθέσεως ὁρμαί· ἀλλὰ καὶ ὤδινησα τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀπέτεκον, τουτέστιν, ἔργῳ ἔπραξα, τοῦ ἀπηγορευμένου ξύλου γευσάμενος, καὶ μὴ μέχρι ὁρμῆς στάς.

eſt, Multo melius fuiſſe, omnino non naſci, quàm natum talia perpeti. Ad ſenſum autem, Peccatum, inquit, execror, quia primi voluntatis meæ motus non ſunt repreſſi, ſed peccatum concepi & peperi, id eſt, guſtando lignum vetitum reipsâ patravi, neque intra primos motus conſtiti.

Ἀπήλλαξε γὰρ ἂν πόνον ἀπὸ ὀφθαλμῶν μου.

Abſtuliſſet enim utique laborem ab oculis meis.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἐπειδή, φησίν, εἰς φῶς προῆλθον, ἵνα τί μὴ συναπέθανον ταῖς μητρικαῖς ὠδῖσιν; οὕτω γὰρ ἂν μὴ γενόμενος, οὐδὲ μίαν πεῖραν τῶν παρόντων ἔλαβον δεινῶν· εἰ γὰρ μὴ ἐτέχθην, οὐκ ἂν ταῖς παρούσαις περιέπεσον συμφοραῖς. Πρὸς δὲ διάνοιαν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἁμαρτίαν, φησί, καὶ τὴν γενομένην παρεκτροπήν, οὐκ ἂν αἱ φθοραί, καὶ νόσοι τοῖς ἀνθρώποις συνέβαινον.

POLYCHRONII. Poſtquam, inquit, in lucem prodii, cur non cum matris meæ doloribus vnà extinctus ſum? ſic enim non exiſtens, nihil præſentium malorum expertus fuiſſem; ſi natus non fuiſſem, in has calamitates haudquaquam incidiſſem. Senſus autem myſticus eſt, Abſque peccato, inquit, & deflexione à mandato, morbi & interitus nequaquam hominibus accidiſſent.

Διατί γὰρ ἐν κοιλίᾳ οὐκ ἐτελεύτησα; ἐκ γαστρὸς δὲ ἐξῆλθον, καὶ οὐκ εὐθὺς ἀπωλόμην;

Quare enim in ventre non obii? ex utero autem exii, & non protinus perii?

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὥσπερ οὖν ὁ Χριστὸς εἰπών, καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη, οὐδὲν ἕτερον ἐδήλωσεν, ἢ ὅτι δεινὰ αὐτὸν ἀναμένει, καὶ χαλεπά· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ὁ Ἰὼβ λέγων, Εἴθε μὴ ἐγεννήθην, ἢ γεννηθεὶς εὐθὺς ἀπωλόμην, ὡς συνδρομεῖν τῇ γενέσει τὸν θάνατον, οὐ τῆς δημιουργίας τοῦ Θεοῦ κατατρέχει, ἀλλὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς παρίστησιν. ὅρα δὲ τὴν εὐλάβειαν, ὡς ἅπαντα τὸν θυμὸν εἰς τὴν ἡμέραν ἐκχέει, οὐ τολμῶν ὑπερβῆναι τοῦτον τὸν ὅρον, ἀλλ' ἀεὶ ταῦτα λέγων, ἡ ἡμέρα, καὶ ἡ νύξ· ἵνα εἴπῃ, ὅτι τέως τῶν παρόντων οὐκ ἐπειρώμην κακῶν, κἂν μὴ μισθὸν τῆς εὐσεβείας ἐκομιζόμην.

CHRYSOSTOMI. Quemadmodum igitur, cùm Chriſtus diceret, *Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet*, nihil aliud ſignificare voluit, quàm quòd difficilia & acerba illum manerent: ita cùm hoc loco Jobus ait, Utinam natus non eſſem, aut natus continuò periiſſem, ita ut mors nativitati comes exſtitiſſet; non Dei ſuccenſet opificio, ſed magnitudinem tantùm calamitatis ob oculos ponit. Pietatem autem ejus tecum perpende, ut iracundiam omnem in diem effundat, nec terminum hunc tranſilire audeat, ſempérque diem ac noctem inculcet; ac ſi diceret, Tamdiu præſentium malorum expers fuiſſem, licèt nullam pietatis mercedem reportâſſem. Mat. 26. 24.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Κατὰ μὲν οὖν τὸ ῥητόν, ἡ ἔννοια πρόδηλος, ὅτι

OLYMPIODORI. Ad literam ſi verba ſumantur, ſenſus planus eſt, melius

 illi

illi fuiſſe, aut non naſci, aut natum confeſtim extingui. Secundùm anagogiam verò, Bonum, inquit, eſt, aut nullam cogitationem pravam mentibus noſtris innaſci, aut conceptam ſtatim deleri.

ἄμεινον ἦν, ἢ μὴ τεχθῆναι, ἢ τεχθέντα παραχρῆμα ἀποθανεῖν. κατὰ δὲ ἀναγωγήν, καλόν ἐστι, φησίν, ἢ μηδὲ ὅλως τινὰ φαῦλον ἡμῖν γεννηθῆναι λογισμόν, ἢ καὶ εἰ γένοιτο, παραχρῆμα αὐτὸν ἐξαφανισθῆναι.

Utquid autem occurrerunt mihi genua? quare autem ubera ſuxi?

Ἱνατί δὲ συνήντησάν μοι τὰ γόνατα; ἱνατί δὲ μαστοὺς ἐθήλασα.

APOLINARII. Amplificat ſua, dum oſtendit, ſibi in votis præcipuè fuiſſe, ne ab initio quidem extitiſſet. Nam, *Ut quid mihi genua occurrerunt?* pro illo eſt, Cur ſupra genua enutritus ſum, à nutrice geſtatus? cur inventa eſt mulier, quæ pueriles moleſtias ſuſtineret? quæ genibus ſuis me exciperet, & eſcam infantibus aptam præberet?

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Κατὰ αὔξησιν τὰ καθ' ἑαυτὸν λέγει, δεικνὺς ὡς αἱρετὸν αὐτῷ ἦν, ὃ τῆς ἀρχῆς μὴ γενέσθαι. τὸ γάρ, ἱνατί δὲ συνήντησάν μοι γόνατα; ἀντὶ τοῦ, διατί ἐπεθηνήθην ἐπὶ γονάτων, βασταχθεὶς παρὰ τῆς τροφούσης; διατί εὑρέθη ἡ τῆς παιδικῆς δυσχερείας ἀνεχομένη, καὶ τοῖς γόνασιν * αὐτοῖς ἐπικαθίζουσα, καὶ τὴν νηπιώδη χορηγοῦσα τροφήν; * ἴσ. αὐτόν

OLYMPIODORI. Ad literam ſic, Neque in genibus, inquit, nutricis collocari debebam, neque ut vivificarer, lac ſugere. Ad theoriam verò & ſenſum magis reconditum, Cur in tranſgreſſione non titubavi, aut ſupplantatus fui, quando ad ligni vetiti guſtum proficiſcerer? cur in malis progreſſus aliquos feci? Illud enim, *Suxi ubera*, idem eſt ac, Mores improbos auxi.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Κατὰ μὲν τὸ ῥητὸν οὕτως, οὐκ ὤφειλον, φησίν, οὔτε εἰς γόνατα τεθῆναι τῆς τροφοῦ, οὔτε γάλακτος μεταλαβεῖν, ἵνα καὶ ζωοποιηθῶ. κατὰ δὲ τὴν θεωρίαν, ἱνατί, φησίν, οὐκ ὤκλασα ἐπὶ τῇ παραβάσει, ἢ ὑπεσκελίσθην, πορευόμενος εἰς ἀπηγορευμένην γεῦσιν τοῦ ξύλου; ἱνατί δὲ καὶ ἐπίδοσίν τινα ἐποίησα ἐπὶ τὰ φαῦλα; τοῦτο γὰρ λέγει, μαστοὺς ἐθήλασα, τουτέστι, τοὺς τρόπους τῆς κακίας ηὔξησα.

Nunc utique dormiens quieſcerem, ſomnum autem capiens requieſcerem cum regibus, conſiliariis terræ, qui gloriabantur in gladiis; aut cum principibus, quibus multum fuit aurum, qui compleverunt domos ſuas argento.

Νῦν ἂν κοιμηθεὶς ἡσύχασα, ὑπνώσας δὲ ἀνεπαυσάμην μετὰ βασιλέων, βουλευτῶν γῆς, οἳ ἐγαυριῶντο ἐπὶ ξίφεσιν· ἢ μετὰ ἀρχόντων, ὧν πολὺς ὁ χρυσός, οἳ ἔπλησαν τοὺς οἴκους αὐτῶν ἀργυρίου.

APOLINARII. Dormitionem & ſomnum, mortem dicit, ab imagine & formâ nomen mutuatus; vel propter reſurrectionis ſpem, eâ appellatione indigitans. Vult autem dicere, Nihil novum & inuſitatum paſſus ſum; quod enim eſt hominum naturæ commune, id

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Κοίμησιν καὶ ὕπνον, τὸν θάνατον λέγει, ἀπὸ τοῦ σχήματος τὴν προσηγορίαν θέμενος· ἢ οὕτως ὀνομάζων, διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι ξένον ἂν ἐπεπόνθειν οὐδέν· ὃ γὰρ κοινόν ἐστι τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων, τοῦτο καὶ αὐτὸς

ὑπάρξαι

ὑπάρξαι ἐζήτησα. οὐ γάρ ἐστιν οὐδεὶς, ὃς διαφεύξεται τὴν τελευτὴν, κοινὸς καὶ βασιλέων, καὶ τῶν ἐπὶ συνέσει μέγα φρονούντων, ἀπεξιόντων τὸν βίον· τί γὰρ τὸ περιφανέστερον τῆς βασιλείας, καὶ τῆς φρονήσεως;

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐκ τούτων παιδευόμεθα, μὴ μέγα φρονεῖν ἐπὶ δυναστείᾳ, ἢ πλούτῳ, ἢ φρονήσει· ὅπουγε καὶ βασιλεῖς, καὶ οἱ τῆς γῆς βουλευταὶ, τουτέστιν, οἱ ἐπὶ σοφίᾳ καὶ βουλῇ μέγα φρονοῦντες, καὶ οἱ γαυριῶντες ἐπὶ ξίφεσιν, ἤγουν ταῖς ἀρχαῖς, ταῖς δυναστείαις, τοῖς κατὰ πολεμίων τροπαίοις, πρὸς δὲ τούτοις, καὶ οἱ πολύχρυσοι, τὸν κοινὸν ἅπασιν ὑφίστανται θάνατον. οὐδὲν οὖν ἔπαθον δεινὸν, σύνδρομον ὑπομένων τῇ γεννήσει τὸν θάνατον, καὶ μηδενὸς τῶν ἐν βίῳ δοκούντων καλῶν ἐν μεθέξει γενόμενος· ὅπουγε καὶ οἱ ἐπὶ τούτοις μέγα φρονήσαντες, ἴσα τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις τεθνήκασι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ τοὺς φίλους καταστέλλειν, καὶ πείθειν, μὴ μέγα τι νομίζειν εἶναι τὰ ἀνθρώπινα. ὅρα οὖν καὶ ἐν τῇ συμφορᾷ τῆς φιλοσοφίας ῥήματα.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τί θρηνεῖτε ταῦτα, φησὶν, ἃ μὴ παραμένειν πέφυκεν; *ἀλλὰ τὸν θάνατον ἡγεῖσθε βαρύν; ἀλλὰ γὰρ μᾶλλον ἡσυχία ἐστὶ τῶν εἰς τὸν παρόντα βίον κακῶν, δι' ἣν κἀγὼ ἀπηλλάγην ἂν τῶν κατεχόντων δεινῶν, μηδὲ εἰς φῶς παρελθών· ἀλλὰ καὶ νῦν τελευτήσας, ὅμοιος ἔσομαι βασιλεῦσι, καὶ ἄρχουσι. ποῦ γὰρ νῦν ἡ ἐκείνων δυναστεία, καὶ ἡ ἐπὶ τῷ πλούτῳ πεποίθησις, ἥτε ἐν βουλῇ, καὶ ἐν συνέσει μεγαλαυχία; πλὴν κατὰ τὸ ῥητὸν, πῶς ὁ μηδόλως τεχθεὶς ἔμελλεν ὑπνοῦν καὶ ἀναπαύεσθαι; πρόδηλον οὖν, ὅτι κατὰ τὸ θεωρηματικὸν νοηθήσεται, ὡς εἰ μὴ τὴν ἁμαρτίαν ὁ προπάτωρ εἰργάσατο, εἰς αἰῶνας ἀνεπαύετο, οἷά τις ὑπνῶν ἡδέως.

*Ισ. ἄρα

mihi contingere petii. Nec enim quiſquam eſt qui mortem evadet, quandoquidem Reges, & qui ſapientiæ nomine gloriantur, pari lege vitâ hâc excedant; quid autem regno & ſapientiâ præſtantius eſt?

OLYMPIODORI. Ex his erudimur, propter poteſtatem, divitias, aut ſapientiam, non eſſe magnopere gloriandum; quandoquidem Reges, & conſiliarii terræ, hoc eſt, qui propter ſapientiam & conſilium elato animo ſunt, & qui gloriantur in gladiis, id eſt, in imperio, dominatione, & in victoriis ac trophæis de hoſtibus partis, adde eos etiam qui copiâ auri abundant, communem omnibus mortis conditionem ſubire coguntur. Nihil igitur grave & acerbum paſſus fuiſſem, ſi ortus comitem, interitum, ſubijſſem, nulliúſque eorum particeps fuiſſem, quæ in vitâ videntur bona; præſertim cùm illi, qui ob eas res ſuperbierunt, non ſecus ac alii homines morte abſorpti ſint.

CHRYSOSTOMI. Mihi verò videtur amicos reprimere, iiſque perſuadere, ne magno in pretio res humanas habeant. Vide autem in ipsâ etiam calamitate, philoſophiæ & æquanimitatis verba.

OLYMPIODORI. Quamobrem hæc, inquit, lugetis, quæ ſuâ naturâ fluxa ſunt & fugacia? Num mortem duram & moleſtam putatis? at illa præſentis hujus vitæ malorum requies potiùs eſt, quæ me, ſi in lucem non exiiſſem, circumſtantibus ærumnis liberâſſet: & nunc quidem moriens, Regibus, & Principibus ſimilis ero. Ubi enim nunc illorum dominatus, & in divitiis fiducia? ubi conſilii & prudentiæ ſuperba jactantia? Verùm ſi verba nuda ſpectentur, qui fieri poteſt, ut in lucem nunquam editus, ſomnum & quietem capere potuerit? Manifeſtum igitur eſt, quòd ſecundùm theoriam intelligendum ſit, ſcilicet, ſi primus parens peccatum non admiſiſſet, ſempiternâ ſe quiete, quaſi jucundiſſimo ſomno, fruiturum fuiſſe.

Aut tanquam abortivum exiens de vulua matris, aut tanquam infantes qui non viderunt lucem.

POLYCHRONII, & OLYMPIODORI. Poſtquam dixiſſet, optâſſe ſe, ut mors egreſſum ſuum ex utero materno ſtatim excepiſſet, amplificandi cauſâ ſubinfert, Aut quaſi embryon lucem non videns. Utinam, inquit, maternos dolores mors inſequuta fuiſſet, ut ad ſepulchrum elato, lactis nutrimento mihi opus non fuiſſet; ſic enim non modò nihil grave & acerbum pertuliſſem, ſed etiam à vitæ moleſtiis liberatus fuiſſem. Quid autem dico, ſtatim à nativitate emori me exoptâſſe? utinam ne primitus quidem ad membrorum in utero efformationem perveniſſem. Ne videatur ſeipſum efferre, fœtui abortivo ſe comparat. Abortus eſt, fœtus nondum in utero perfectè formatus: infantem autem dicit eum, qui nec malorum nec bonorum, quæ in vitâ ſunt, ſenſum adhuc percepit. Horum autem ratio & cauſa, cur nonnulli, ſcilicet, fœtus minimè abſolvantur, alii verò perfecti quidem, ſed tamen mortui in lucem edantur, quidam etiam in ipſo partu extinguantur, judicio divino, quod captum noſtrum longè exuperat, relinquendum eſt. Fœtibus autem informibus invideo, qui ægritudinem nullam experti ſunt, neque in difficultates aliquas aut moleſtias inciderunt; ſed quemadmodum ſine labore in mundum venerunt, ſic ſine ullo doloris ſenſu inde abierunt. Illis etiam invideo, qui immaturâ ætate deceſſerunt; hi enim brevi tempore vitam intuentes, ſubitò extincti ſunt. Dein, ne quis illic paria eſſe omnia arbitretur, inter pium & impium diſcrimen eſſe poſitum oſtendit, dum addit;

Η ὥσπερ ἔκτρωμα ἐκπορευόμενον ἐκ μήτρας μητρὸς, ἢ ὥσπερ νήπιοι οἳ οὐκ εἶδον φῶς.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ ἔφησεν, ἐπελθεῖν τὴν ἐκ τῆς μητρικῆς γαστρὸς πρόοδον διαδέξασθαι θάνατον, κατ᾽ αὔξησιν ἐπάγει, ἢ ὥσπερ ἔμβρυον μὴ ἰδὸν φῶς. εἴθε, φησὶ, τὰς μητρικὰς ὠδῖνας διεδέξατο θάνατος, ὥστε μηδὲ τῆς τοῦ γάλακτός με δεηθῆναι τροφῆς, εἰς τάφους ἀπενεχθέντα· οὕτω γὰρ οὐ μόνον οὐδὲν δεινὸν ὑπέμεινα, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ βίου δυσχερείας ἀπηλλάγην. τί δὲ * φημι λέγων γεννηθέντα ἀποθανεῖν; εἴθε μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἰς διαμόρφωσιν ἦλθον. ἵνα μὴ δόξῃ ἑαυτὸν ἐπαίρειν, καὶ τοῖς ἀμβλωθριδίοις ἑαυτὸν παραβάλλει. ἔκτρωμα γάρ ἐστι, τὸ μηδέπω διαμορφωθὲν τελείως ἐν τῇ γαστρί· νήπιον δὲ λέγει, τὸν μήπω δεξάμενον αἴσθησιν τῶν τοῦ βίου καλῶν, ἢ κακῶν. τὸν δὲ περὶ τούτων λόγον, διότι οἱ μὲν οὐδὲ τελεσφοροῦνται, οἱ δὲ καὶ τελεσφορηθέντες νεκροὶ γεννῶνται, οἱ δὲ ὁμοῦ τῇ γεννήσει τὸν θάνατον ὑπομένουσι, τοῖς ἀνεφίκτοις τοῦ Θεοῦ κρίμασι καταλειπτέον. πλὴν, φησὶ, ζηλῶ τὰ ἔμβρυα, ἃ οὐδεμιᾶς ἐπειράθη ὀδύνης, οὐδὲ πραγμάτων τινῶν δυσχερείαις περιέπεσεν· ἀλλ᾽ ὥσπερ ἀπόνως ἦλθεν, ἀνωδύνως ἀπῆλθεν, οὐδενὸς ἐπαισθόμενα. ζηλῶ δὲ καὶ τοὺς ἐν ἀώρῳ τῇ ἡλικίᾳ θανόντας· καὶ οὗτοι γὰρ πρὸς ὀλίγον παρακύψαντες εἰς τὸν βίον, ταχέως ἀπεσβέσθησαν. εἶτα, ἵνα μή τις οἴηται πάντα ἴσα εἶναι ἐκεῖ, δείκνυσιν ὡς ἔστι διαφορὰ ἀσεβοῦς τε, καὶ εὐσεβοῦς, ἐπάγει γάρ.

* ἴσ. φημι

Ἐκεῖ

Ἐκεῖ ἀσεβεῖς ἐξέκαυσαν θυμὸν ὀργῆς, ἐκεῖ ἀνεπαύσαντο κατάκοποι τῷ σώματι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀλλὰ τί λέγεις; ἀσεβὴς * ἐγὼ καὶ πονηρός; ἀλλὰ καὶ οὗτοι ταύτης ἔτυχον τῆς παραμυθίας; Εἶτα λοιπὸν ἐγκώμιον θανάτου, ὅτι οἱ μὲν τῆς κακίας ἀπέστησαν, οἱ δὲ τῆς ταλαιπωρίας ἀπηλλάγησαν, οἱ μὲν εὗρον λιμένα τῶν δεινῶν, οἱ δὲ κώλυμα τῆς πονηρίας, καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι οὐδ' ἔστι πάλιν προσδοκῆσαι τὰ πρότερα, ἀλλ' ἀναπαυσαμένους ἀεὶ μένειν ἐπὶ τῆς ἀναπαύσεως, διότι πάντων ἐστὶ λύσις τῶν δεινῶν.

* ἴσ. ἐκεῖ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Κάλλιστον οὕτω ἡμᾶς διδάσκει μάθημα, καὶ δείκνυσι τὸ τοῦ θανάτου ἐπικερδές· ὅτι εἰ καὶ διὰ ἁμαρτίαν ὁ θάνατος, ἀλλ' οὕτω χρησίμως καὶ φιλανθρώπως ὁ Θεὸς τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῦτον ᾠκονομήσατο· οἵτε γὰρ ἀσεβεῖς καὶ ἀλαζόνες ἀνακόπτονται τῆς κακίας, καὶ τῆς ἀνιάτου μανίας, καὶ ἄκοντες παύονται· οἵτε κατάκοποι τῷ σώματι, τουτέστιν, οἱ ἐν ὀδύναις σωματικαῖς ὄντες, καὶ ἐν δυσχερείαις πραγμάτων ἐξεταζόμενοι, τῶν πόνων λήγουσιν.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Εἶεν δ' ἂν κατάκοποι, οἱ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν βαδίσαντες, οἱ τῷ αἰῶνι τούτῳ μυρίοις τοῖς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἀγῶσιν ἐνιδρώσαντες, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀναλαβεῖν αὐτὴν ἐν κόποις * περισσοτέρως ἐξετασθέντες· ὡς ὁ πολλὰ κοπιάσας ἐν θλίψεσι Λάζαρος· ὡς ὁ κατάκοπος γενόμενος ἐν τοῖς πρὸς τὸν ἐναντίον ἀγῶσιν Ἰώβ. διὸ καὶ ὁ Κύριος καλεῖ πρὸς ἀνάπαυσιν, τοὺς ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς κοπιῶντας, τοὺς τὴν στενὴν καὶ ἔγκοπον ὁδὸν πρὸ τῆς λείας καὶ ἀνειμένης ἐκλεξαμένους.

* γρ. διαφόρως.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οὐδὲν οὖν, φησὶν, αἰτῶ συμβῆναί μοι φαῦλον· ἀλλὰ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις χρησίμως οἰκονομηθέντα, τὸν θάνα-

Illic impii accenderunt furorem iræ: ibi requieverunt fatigati corpore.

CHRYSOSTOMI. Quid ais? Illic ne impius & improbus? num hoc etiam hominum genus ſolatio iſto fruitur? Mortis deinde præconium inſtituit, quòd, ſcilicet, iniquitatem nonnulli deſeruerint, alii ex ærumnarum fluctibus emerſerint, quidam portum calamitatum, alii improbitatis ſuæ impedimentum, invenerint; &, quod præcipuum eſt, quòd priſtina expectare nequeant, ſed à laboribus ceſſantes, perpetuâ requie fruantur; mors enim malorum omnium ſolutio & finis eſt.

OLYMPIODORI. Diſciplinâ nos erudit præſtantiſſimâ, & mortis lucrum ac quæſtum nos docet; quòd licèt propter peccatum mors exiſtat, Dei nihilominus benignitate & diſpenſatione, in hominum bonum & utilitatem convertatur: impii enim & ſuperbi, eâ ratione ab improbitate & inſanabili furore, etiam inviti abſcinduntur, & ceſſant; & *qui corpore ſunt defatigati*, id eſt, qui corporis doloribus cruciantur, & rerum adverſarum moleſtiis exercentur, laborum exitum conſequuntur.

BASILII. Fuerint ſanè defatigati, qui arctam & ærumnoſam viam ambulârunt, qui in hoc ſeculo laborârunt, qui in mille, virtutis cauſâ ſuſceptis certaminibus, deſudârunt, & qui ut eam adipiſcerentur, laboribus exerciti ſunt abundantiùs. Talis fuit Lazarus, qui anguſtias & miſerias multas exantlavit; talis Jobus, qui in certaminibus contra Adverſarium defeſſus fuit. Itaque qui in bonis actionibus & rectè factis deſudârunt; qui anguſtam laborioſamque viam, præ facili & ſpatioſâ delegerunt, ad quietem eos Dominus invitat?

OLYMPIODORI. Nullam igitur malum mihi accidere poſtulo; ſed mortem, quam Deus ad mortalium commodum & utilitatem inſtituit. Verùm cùm

cùm libri quidam habeant, *Ibi impii accenderunt furorem iræ*, hic verborum ſenſus eſſe poteſt, quòd qui in hâc vitâ minimè caſtigantur, ſed in impietate permanent, divinæ iræ ſupplicium ſibi ipſis arceſſant. Theodotio autem ad hunc modum interpretatus, *Sedârunt furorem iracundiæ*, ſenſum alium adfert, quòd ſcilicet, ab improbitate ſuâ ceſſaverint :·

τον. Ἐπειδὴ δὲ ἕτερα βιβλία ἔχει, ἐκεῖ ἀσεβεῖς ἐξέκαυσαν θυμὸν ὀργῆς, οὕτω νοήσεις, ὅτι οἱ μὴ ἐνταῦθα παιδευθέντες, ἀλλ' ἐμμείναντες τῇ ἀσεβείᾳ, τὴν ἐκ τῆς θείας ὀργῆς κόλασιν ἑαυτοῖς ἐπισπῶνται. ὁ δὲ Θεοδοτίων, ἐκόπασαν ὀργῆς θυμὸν, ἐκδοὺς, ἕτερον νοῦν ὑποβάλλει, ὅτι ἐλώφησαν τῆς ἰδίας κακίας.

Pariter autem ſeculares non audierunt vocem exactoris.

Ὁμοθυμαδὸν δὲ οἱ αἰώνιοι οὐκ ἤκουσαν φωνὴν φορολόγου.

POLYCHRONII. Φορολόγος eſt, qui tributa colligit, exactor, quæſtor. Dicit igitur, Poſt mortem nullum eſſe diſcrimen inter Regem & privatum, exactorem & eum à quo exigitur, neque inter divitem & pauperem; mors autem, vitæ hujus figurâ & formâ ſublatâ, omnes pari honore ſimul & promiſcuè in poteſtate ſua detinet, hos quidem à laboribus relaxans, illorum verò tyrannidi finem imponens. Illic enim ſunt qui jam inde à mundi initio obierunt, gravibus quæſtorum exactionibus liberati; quaſi diceret, extra omnes vitæ hujus ærumnas conſtituti. Mors enim omnia vincit; & in ſepulchro, non tantùm mali quicquam pati, ſed ne auribus quidem adverſa haurire licet.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Φορολόγος ἐστὶν, ὁ τὰς εἰσφορὰς συλλέγων, ὁ ἀπαιτητὴς, ὁ πράκτωρ· φησὶν οὖν, ὅτι μετὰ θάνατον οὐκ ἔστιν * ἀξία βασιλέως καὶ ἰδιώτου, οὔτε ἀπαιτοῦντος καὶ ἀπαιτουμένου, οὔτε πλουσίου καὶ πένητος· ἀλλὰ λύσας ὁ θάνατος τοῦ παρόντος βίου τὸ σχῆμα, ἐν ἴσῃ τιμῇ ὁμοῦ καὶ κοινῶς πάντας κατέχει, τοὺς μὲν ἀφιεὶς τῶν πόνων, τοὺς δὲ παύων τῆς τυραννίδος. ἐκεῖ γάρ εἰσιν οἱ ἐξ αἰῶνος τελευτήσαντες, τῆς τῶν πρακτόρων ἐπηρείας ἀπαλλαγέντες· ἵνα εἴπῃ, ὅτι τῶν τοῦ βίου συμφορῶν ἐκτὸς γενόμενοι. πάντων γὰρ ἀνώτερός ἐστιν ὁ θάνατος· καὶ * οὐ μόνον οὐδὲν ἔστιν ὑπομεῖναι δεινὸν, ἀλλ' οὐδὲ μέχρις ἀκοῆς τὰ δεινὰ παραδέξασθαι.

* ἴσ. διαφορά.

* ἴσ. add. ἐν θανάτῳ vel, ἐν ᾅδου

CHRYSOSTOMI. Ad ſenſum autem magis reconditum, divinus ſermo beatos eos prædicat, qui vocem vectigalia ac tributa exigentis minimè audierunt. Qui enim corporis voluptatibus reſiſtunt, principatus pedibus proculcant, & ſpiritualia nequitiæ ſub jugum mittunt, voce exactoris, hoc eſt, diaboli, ſuperiores facti ſunt, qui ab iis qui ſe vltro in poteſtatem ejus dediderunt, tanquam tributum aliquod exigit, ut quæ ejus animo adlubeſcunt, exequantur. Juſti autem, quia illius vocibus ad mala hortantis non obtemperârunt, ideo in regno cœlorum felicitate ſimul fruuntur.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πρὸς δὲ διάνοιαν, ὁ ἱερὸς μακαρίζει λόγος τοὺς μὴ ἀκούσαντας φωνὴν φορολόγου. οἱ γὰρ τῶν τῆς σαρκὸς ἐπιθυμιῶν κατεξανιστάμενοι, καὶ πατοῦντες ἀρχὰς, καὶ νικῶντες τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, κρείττονες γεγόνασι τῆς τοῦ φορολόγου φωνῆς, τουτέστι, τοῦ διαβόλου, ὃς τοὺς ὑπ' αὐτοῦ προαιρετικῶς γενομένους, ὥσπερ τινὰ δασμὸν ἀπαιτεῖ, τὸ πράττειν τὰ αὐτῷ καταθύμια. ἀλλ' οἱ δίκαιοι ἐπειδὴ αὐτοῦ οὐκ ἤκουσαν, ὥστε τὰ φαῦλα πράττειν, ταύτῃ τοι ὁμοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν διαθηνοῦνται.

Μικρὸς

Μικρὸς καὶ μέγας ἐκεῖ ἐστι, καὶ θεράπων δεδοικὼς τὸν κύριον αὐτοῦ.

Puſillus & magnus ibi eſt, & ſervus timens dominum ſuum.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πολλὴ, φησὶ, κατὰ τὸν παρόντα βίον ἡ ἀνωμαλία, πολλὴ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἐλευθερία καὶ ἰσοτιμία· οὐκ ἔστιν ἐκεῖ φοβηθῆναι μεταβολὴν, καθάπερ ἐνταῦθα· κακῶν ἐστιν ὁ θάνατος ἐμπόδιον, ταλαιπωρίας λύσις. τὰ δοκοῦντα εἶναι δεινὰ, λέλυται· καὶ ὁ πάλαι δεδοικὼς τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, ἐκεῖ οὐ φοβεῖται. πάντες ἐκεῖ τυγχάνουσι, μικρός τε καὶ μέγας, τουτέστιν, καὶ ὁ ἐν ἀξίᾳ, καὶ ὁ ἐν ταπεινότητι.

CHRYSOSTOMI. Magna eſt, inquit, in hac vita inæqualitas, magna item poſt migrationem ex hac vita libertas & æqualitas: mutationis illic, ut hic, nullus metus, mors malorum ac ſcelerum eſt impedimentum, & ab ærumnis liberatio. Quæ gravia enim & moleſta videbantur, profligata ſunt; & qui olim herum metuebat ſuum, illic haudquaquam pertimeſcit. Illic omnes ſunt, *puſillus & magnus*, id eſt, qui in dignitate poſitus eſt, & qui humili loco eſt.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ταῦτα περὶ τοῦ θανάτου διὰ πολλῶν ἐφιλοσόφησεν ὁ σηπόμενος, καὶ σκώληκας βρύων, καὶ τῷ ἰχῶρι περιρρεόμενος, καὶ ὥσπερ τῶν ἀλγηδόνων ἐπιλαθόμενος, καθαρῷ διανοίας ὄμματι τὰ κάλλιστα ἡμῖν τῶν μαθημάτων παραδέδωκεν. ἡμεῖς δὲ τούτων εἰς ἔννοιαν οὐκ ἐρχόμεθα· εἰ γὰρ τοῦ θανάτου τὴν μνήμην εἴχομεν, βελτίους ἂν ἐγενόμεθα, καὶ πλούτου, καὶ δυναστείας, καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ δοκούντων τερπνῶν, ῥᾳδίως ἂν περιεφρονήσαμεν.

OLYMPIODORI. Hæc de morte pluribus philoſophatus eſt, qui tabe putreſcebat, qui vermium fontibus ſcatebat, & ſanie diffluebat, ac quaſi dolorum oblitus, clarâ mentis acie optimas nobis tradidit diſciplinas. Ipſi autem nullam harum rerum cogitationem ſuſcipimus; ſi enim mortis memoria animo noſtro obverſaretur, meliores evaderemus, & divitias, ac principatus, & quicquid eſt in vita jucundum, facilè contemneremus.

Ἱνατί γὰρ δέδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ φῶς; ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχαῖς;

Utquid enim data eſt eis qui in amaritudine ſunt, lux? & vita animabus quæ ſunt in doloribus?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πολλαχοῦ ἡ γραφὴ τὸ, ἱνατί; ἐπὶ παρακλήσεως εἴωθεν, οὐκ ἐπὶ ἀποδυσπετήσεως· ὡς ἐπὶ τοῦ, ἱνατί, Κύριε, ἀφέστηκας μακρόθεν; καὶ, ἱνατί, ὁ Θεὸς, ἀπώσω εἰς τέλος; οὐ γὰρ μέμφεται, οὐδὲ αἰτιᾶται, ἀλλ' ἱκετεύει μὴ ἐγκαταλειφθῆναι ἐν ταῖς θλίψεσι, μηδὲ ἀπωσθῆναι εἰς τέλος.

OLYMPIODORI. Scriptura multis in locis, illud, *ut quid?* ad deprecationem, non autem ad impatientiam ullam exprimendam uſurpat; juxta illud, *Utquid, Domine, receſſiſti longè?* Pſal.10.1.
Et, *Utquid, Deus, repuliſti in finem?* Non Pſal.73.1.
enim expoſtulat, aut criminatur, ſed precibus contendit, ne in rebus adverſis deſeratur, néve finaliter repudietur.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Καὶ λοιπὸν τοίνυν οὐκ ἐγκαλοῦντός ἐστι τὰ ῥήματα,

CHRYSOSTOMI, & POLYCHRONII. Hic igitur criminantis verba non ſunt, apage; (quæ enim ani-

mo diverſo efferuntur, eodem modo non ſunt accipienda) ſed mærentis, & ſciſcitantis ſunt voces, cur qui calamitatibus vexandi ſunt, vitæ ſtadium ingrediantur? Reliquis enim, qui in ſplendore vivunt, & corporis valetudine fruuntur, communis inter ſe converſatio ſolatium non leve adfert. Qui verò nullius horum participes futuri ſunt, ſed cum miſeriis in vitâ conflictabuntur, neſcio quod commodum vitam ingreſſi percepturi ſint: ac reliqui quidem aliquâ fortè ratione vitam communem juvabunt, hi autem quânam?

μὴ γένοιτο· τὰ γὰρ μὴ μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας λεγόμενα, οὐχ ὁμοίως ὑποληπτέον· ἀλλ' ἀλγοῦντος, καὶ ζητοῦντος, διὰ τί, οἱ ἐν συμφοραῖς ἐξετάζεσθαι μέλλοντες, εἰς τὸν βίον παρέρχονται; τοῖς μὲν γὰρ λοιποῖς, ἢ κατὰ τὸν βίον λαμπροῖς, ἢ ἐν ὑγιείᾳ σώματος οὖσι, φέρει τινὰ παραμυθίαν ἡ εἰς κοινὸν * αὐτῇ διατριβή· οἱ δὲ τούτων μὲν οὐδενὸς μεθέξοντες, ταλαιπωροῦντες δὲ κατὰ τὸν βίον μόνον, οὐκ οἶδ' ὅ, τι τὸ κέρδος, εἰς ζωὴν παρερχόμενοι * ἕξουσι· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἴσως τι καὶ ὠφελοῦσι τὸν βίον, οὗτοι δὲ τί;

* ἴσ. αὐτοῖς
* χ. ἔχουσι

OLYMPIODORI. Quandoquidem igitur tu, Domine, vitæ & lucis largitor es, tolle dolores, aufer animi ægritudinem: nam ut nunc ſe res habet, vitâ hâc doloribus plenâ mors optabilior eſt.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ τοίνυν φωτὸς καὶ ζωῆς εἶ χορηγὸς, Κύριε, περίελε τὰς ὀδύνας, περίελε τῆς ψυχῆς τὴν πικρίαν· ὡς νῦν γε τοῦ ὀδυνηροῦ βίου ὁ θάνατος αἱρετώτερος.

CHRYSOSTOMI. Hinc intelligimus, non vitam ſolùm, ſed mortem etiam à Deo datam eſſe utiliter, quandoquidem ita deſiderabilis ſit mors; quare ſubjungit.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐντεῦθεν μανθάνομεν, ὅτι οὐχὶ ἡ ζωὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ θάνατος χρησίμως γέγονεν, ὁπότε οὕτως ἐστὶ ποθεινός· ἐπάγει γοῦν.

Qui deſiderant mortem, & non contingit illis, effodientes quaſi theſauros; læti autem facti ſunt ſi fuerint conſequuti.

Οἳ ἱμείρονται τοῦ θανάτου, καὶ οὐ τυγχάνουσιν, ἀνορύσσοντες ὥσπερ θησαυρούς· περιχαρεῖς δὲ ἐγένοντο ἐὰν κατατύχωσι.

POLYCHRONII. Ardentiſſimum quoddam his verbis oſtendere vult deſiderium; Eandem, inquit, qui premuntur calamitatibus, è morte capiunt voluptatem, quam qui auri ſunt cupidi, ex inventione theſauri percipiunt. Quemadmodum enim qui aurum effodiunt, theſaurúmve ſcrutantur, ubi invenerint, lætantur: ita qui acerbis doloribus cruciantur, ſi mortem vicinam ſenſerint, quam liberationem fore à cunctis malis ſperant, vehementer gaudent.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τὴν ἄκραν ἐπιθυμίαν διὰ τούτων δεῖξαι προῄρηται· ταύτην γὰρ, φησὶν, ἔχουσι τὴν ἡδονὴν ἀποθνήσκοντες, οἱ ἐν συμφοραῖς ἐξεταζόμενοι, ἣν ἔχουσιν οἱ φιλόχρυσοι ἐπὶ τῇ εὑρέσει τοῦ θησαυροῦ. ὥσπερ γὰρ οἱ χρυσὸν μεταλλεύοντες, ἢ θησαυρὸν ζητοῦντες, ἐὰν εὕρωσι, χαίρουσιν· οὕτω καὶ οἱ ἐν πικραῖς ὀδύναις, ἐὰν πλησίον ὄντα τὸν θάνατον αἴσθωνται, λύσιν αὐτὸν τῶν κακῶν ἐλπίζοντες εἶναι, χαίρουσι.

Eccleſ.3.1. Syrac.41.1,2. CHYSOSTOMI. Idcirco, *Tempus eſt*, inquit, *omni rei*. Ac rurſus, *O mors, quàm amara eſt tui memoria homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis, viro quieto, & proſperè agenti in omnibus,*

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Διὰ τοῦτο, φησὶ, καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι. καὶ πάλιν, ὦ θάνατε, ὡς πικρόν σου τὸ μνημόσυνόν ἐστιν ἀνθρώπῳ εἰρηνεύοντι ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, ἀνδρὶ ἀπε-

ἀπερισπάστῳ, καὶ εὐθυμουμένῳ ἐν πᾶσι, καὶ ἔτι ἰσχύοντι ἐπιδέξασθαι τροφήν. καὶ αὖθις, ὦ θάνατε, καλόν σου τὸ κρίμα ἐστὶν ἀνθρώπῳ ἐπιδεομένῳ, καὶ ἐλαττουμένῳ ἐν ἰσχύϊ, ἐσχατογήρῳ, καὶ περισπωμένῳ περὶ πάντων, καὶ ἀπειθοῦντι, καὶ ἀπολωλεκότι ὑπομονήν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἰὼβ ἐν συμφοραῖς ὢν ἐπιθυμεῖ τοῦ θανάτου, καὶ ταῦτα λέγει, ἵν' ὅταν ἀκούσῃς τῆς γυναικὸς συμβουλευούσης αὐτῷ, Εἰπόν τι ῥῆμα εἰς Κύριον, καὶ τελεύτα, μὴ νομίζῃς διὰ φιλοζωίαν αὐτὸν μὴ εἰρηκέναι, ἀλλὰ δι' εὐσέβειαν. ὁ γὰρ οὕτω ποθεινὸν ἡγούμενος ἑαυτῷ, καὶ μέγα τι νομίζων ἀγαθὸν, τὸν θάνατον, * πρὸν αὐτὸν * εὑρεῖν οὐκ ἐτόλμησεν.

*ἴσ. παρόντα. *ἴσ. ἀρεῖν.

& adhuc valenti accipere cibum! Et rurſus, *O mors, bonum eſt judicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui cura eſt de omnibus, & diffidenti, & qui perdidit patientiam!* Propterea & Jobus, cùm in ærumnis eſſet, mortem exoptat; atque hæc loquitur, ne, ſcilicet, cùm audieris uxorem ei ſuadentem, *Dicito aliquod verbum in Dominum, & morere*, vitæ deſiderio, & non pietatis causâ, à dicto tali abſtinuiſſe eum exiſtimes. Qui enim mortem ſibi bonum adeo magnum & deſiderabile exiſtimavit, præſentem tamen & ad manum prehendere non eſt auſus.

Ibid. v. 3, 4. Iob. 2. 9.

Θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυμα· συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς κατ' αὐτοῦ.

Mors viro requies; concluſit enim Deus ſuper eam.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀπόφασίς ἐστιν αὕτη· Εἰ τοίνυν ἀνάπαυσις, τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐπιτρέχουσιν οἱ πολλοί; διὰ γὰρ τοῦτο ὁ Θεὸς τὴν ζωὴν ἡμῖν ποθεινὸν ἐποίησεν, ἵνα μὴ ἐπιτρέχωμεν τῷ θανάτῳ.

CHRYSOSTOMI. Hæc ſententia eſt; Si igitur mors requies eſt, quamobrem non ad eam feſtinant multi? propter hanc cauſam vitam nobis Deus deſiderabilem fecit, ne properantes mortem nobis acceleraremus.

ΙΣΙΔΩΡΟΥ. Ὅπερ μέντοι ἐπιχειροῦσι κατασκευάζειν τινὲς ἐκ τοῦ, θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, πειρώμενοι δεικνύναι τοῖς ἀνδρείοις μόνοις καὶ γενναίοις ἀνάπαυσιν εἶναι τὸν θάνατον, οὐ τοῖς ἄλλοις τοῖς λεγομένοις ἀνθρώποις, ἕωλόν μοι φαίνεται. Εἰ γὰρ καὶ ὄντως ἀνάπαυσίς ἐστι τοῖς γενναίοις ὁ θάνατος, τέλος ὢν τῶν ἄθλων, ἀρχὴ δὲ τῶν ἐπάθλων· ἀλλ' οὖν γε οὐ περὶ γενναίων νῦν τῷ ἀοιδίμῳ Ἰὼβ ἐνταῦθα ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ παντὸς ἀνθρώπου ἁπλῶς συμφοραῖς ἀφύκτοις περιπαρέντος. Εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, ἐκ τῆς συμφράσεως ῥᾳδίως ἂν γνοίη· περιέχει γάρ, ἵνα τί γὰρ δέδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ φῶς, καὶ ζωὴ ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχαῖς; ὅταν, φησί, πάντοθεν οἱ πειρασμοὶ οὐρανομήκεις ὦσι, καὶ ἄφυκτοι· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἔφη, ὀχύρωμα δὲ αὐτοῦ ἐπ' ἐμὲ ὕψωσε

ISIDORI. Quod ex hoc loco, *Mors viro requies*, adſtruere aggrediuntur nonnulli, oſtendere conantes, mortem fortibus tantùm hominibus, atque excelſa mente præditis requiem eſſe, non autem aliis qui hominis appellatione gaudent, frigidum mihi atque inane videtur. Licèt enim reverà viro forti mors requies ſit, quippe quæ certaminum exitus, & initium præmiorum ſit: Jobus autem hoc loco non de iis quorum generoſa eſt animi virtus, ſed ſimpliciter de hominibus quibuſvis, qui cum inevitabilibus calamitatibus luctantur, ſermonem habuit. Siquis dicto fidem non adhibet, ex conſenſu cum ſuperioribus facilè verum eſſe intelliget; ita enim circumſcribendo loquitur, *Utquid data lux eſt iis qui ſunt in amaritudine, & vita animabus quæ ſunt in doloribus?* Cùm, inquit, tentationes undique fuerint ad cœlum pertingentes & inevitabiles (prout alibi

Verſ. 20.

Cap.19.6. etiam, *Vallum ſuum ſuper me exaltavit*) tunc mors accepta & deſiderabilis eſt. Adde, quòd viri nomen, non de mare tantùm, ſed de fœminâ etiam dicatur; homicida enim eſt, qui mulierem interficit; &, *ἀνδριὰς*, non tantùm viri, ſed mulieris etiam, ſimulachrum dicitur.

OLYMPIODORI. Jobus autem cùm dixiſſet, Mortem viro quietem eſſe, cauſam ſtatim ſubjungit; *Concluſit enim Deus ſuper eam.* Duplici, inquit, nomine mors requies eſt; vitæ enim hujus terminus eſt, & actiones hominum quæ hìc geruntur concludit; ita ut ſceleratè agere ampliùs in poteſtate noſtra non ſit: quinetiam virtutis ſtudia & labores, in morte finem ſortiuntur; illic enim non ampliùs certamina, ſed corona; non ampliùs ſudores, ſed requies. Illud igitur, *Concluſit Deus ſuper eam*, id eſt, Laborum qui virtutis causâ ſuſcipiuntur, in morte finis eſt, & improbitatis ceſſatio. Fortaſſe etiam, ne quiſpiam diceret, ſi mors requies eſt, cur igitur non eam eligis? *Deus*, inquit, *concluſit ſuper eam*; portæ, inquit, clauſæ ſunt: ſic enim Symmachus reddidit, *Sepſit Deus contra eam*, id eſt, inefficacem eam reddidit. Verùm prius illud magis probo. Habent nonnulli libri, inter ea verba, *Mors viro requies*, atque inter hæc, *Concluſit enim Deus ſuper eam*, verſum hunc interjectum, *Cujus via abſcondita eſt ab eo.* Senſus autem hìc eſt, Mortis via abſcondita eſt ab homine; quando enim mors inſtet, propter incertum & ſubitum ejus adventum, ho-
Pe.2 3.10. mines ignorant; juxta illud, *Quia dies Domini, ut fur in nocte, ſic veniet.* Quidam autem illud, *Cujus via abſcondita eſt ab eo*, de homine interpretantur; mihi verò de morte potiùs intelligendum videtur: quod ex præcedentibus ſatis liquet, & ex eo quod
Cap.3.21. dicat, *Effodientes eam tanquam theſaurum*, ſcilicet, abſconditum.

τότε ὁ θάνατος ἀσπαστὸς, καὶ εὐκταῖός ἐστιν. οὐ μόνον δὲ ἐπὶ ἄῤῥενος, τὸ τοῦ ἀνδρὸς, εἴρηται ὄνομα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ γυναικός. ἀνδροφόνος οὖν καὶ ὁ γυναῖκα ἀποκτείνας· καὶ ἀνδριὰς, οὐ μόνον ὁ τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς γυναικός.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Εἰπὼν γε μὴν ὁ Ἰὼβ, ὅτι θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, καὶ τὴν αἰτίαν εὐθὺς ἐπήγαγε, συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς κατ' αὐτοῦ. καθ' ἑκάτερα, φησὶν, ὁ θάνατός ἐστιν ἀνάπαυσις· πέρας γάρ ἐστι τοῦ ἐνταῦθα βίου, καὶ συγκλείει τὰς ἐνταῦθα τῶν ἀνθρώπων πράξεις, ὥστε μὴ δύνασθαι ἡμᾶς ἔτι φαῦλόν τι πράττειν· ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τοὺς πόνους τῆς ἀρετῆς πέρας ἔχει. ἐκεῖ γὰρ οὐκέτι οἱ ἀγῶνες, ἀλλ' οἱ στέφανοι· οὐκέτι οἱ ἱδρῶτες, ἀλλ' ἡ ἀνάπαυσις· τὸ οὖν, συνέκλεισεν ὁ Θεὸς κατ' αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ· καὶ τῶν πόνων τῶν περὶ τὴν ἀρετὴν πέρας ἔχει ὁ θάνατος, καὶ τῆς κακίας ἀπαλλαγήν. τάχα δὲ, ἵνα μὴ λέγῃ τις, ὅτι εἴπερ ὁ θάνατός ἐστιν ἀνάπαυσις, τίνος ἕνεκεν * οὐ χαίρῃ αὐτόν; συνέκλεισε, φησὶν, ὁ Κύριος κατ' αὐτοῦ· αἱ πύλαι, φησὶ, κεκλεισμέναι εἰσίν· οὕτω καὶ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν, ἀπέφραξεν ὁ Θεὸς κατ' αὐτοῦ, τουτέστιν, ἀνενέργητον αὐτὸν ἐποίησεν. ἄμεινον δὲ οἶμαι τὸ πρότερον. Τινὰ δὲ τῶν βιβλίων ἐν τῷ μεταξὺ, τοῦ τε, θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, καὶ τοῦ, συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς κατ' αὐτοῦ, ἔχουσι καὶ τοῦτον τὸν στίχον, οὗ ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη ἀπ' αὐτοῦ. ὁ δὲ νοῦς ἐστὶ, τοῦ θανάτου ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου· οὐ γὰρ οἶδεν ὁ ἄνθρωπος, πότε ὁ θάνατος ἐφίσταται, διὰ τὸ ἀφνίδιον, καὶ τὸ ἄδηλον· κατὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται. Τινὲς δὲ τὸ, οὗ ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη, τοῦ ἀνθρώπου φασίν· ἐμοὶ δὲ τοῦ θανάτου δοκεῖ λέγειν· καὶ δῆλον ἐκ τῶν προειρημένων, καὶ τοῦ λέγειν, ἀνορύττοντες αὐτὸν ὥσπερ θησαυρὸν, δηλονότι κεκρυμμένον.

* ἴσ. οὐχ αἱρῇ.

Γρ

Πρὸ γὰρ τῶν σίτων μου στεναγμὸς ἥκει· δακρύω δὲ ἐγὼ συνεχόμενος φόβῳ.

OΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Αἰτίαν ἀποδίδωσι τοῦ ποθεῖν τὸν θάνατον. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐκ ἔχει τις εἰπεῖν, ὡς τυχαίως ταῦτά φημι, οὐδὲν δεινὸν παθών· οὐδὲ γοῦν τὴν τροφὴν, φησὶν, ἀπόνως λαβεῖν δύναμαι, οὐδὲ ἀστενακτὶ ταύτης μεταλαμβάνω· ἀεὶ δὲ τοῖς πάθεσι βαρούμενος στένω, καὶ ἑκάστοτε αὔξησιν τῶν δεινῶν ἐλπίζω, καὶ δέδοικα τὸ μέλλον ἀπὸ τῶν προηγηθέντων. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ δακρύω, φοβούμενος μή τι ἄρα τέλειον ὑπὸ Θεοῦ ἐγκαταλειφθείω· ὡς ἄμεινον μὴ γενέσθαι ὅλως, ἢ τοῦτο παθεῖν.

Ante eſcas quippe meas gemitus adeſt, & fleo ego coarctatus timore.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Cauſam exponit, cur mortem exoptet. Quod autem dicit eſt hujuſmodi; Haud quiſpiam dixerit, hæc leviter à me ac temere proferri, quaſi nihil mali paterer, quandoquidem nec cibum ipſum ſine labore capere poſſum, nec ſine gemitu eum ſumo; ſemper autem ærumnis gravatus ingemiſco, & malorum additamentum indies expecto, nec non ex præteritis futura pertimeſco; neque hoc tantùm, ſed, veritus ne me Deus planè deſeruerit, lachrymas fundo; ita ut melius omnino fuerit non extitiſſe, quàm hoc pati.

Φόβος γὰρ ὃν ἐφρόντισα, ἦλθέ μοι, καὶ ὃν ἐδεδοίκειν, συνήντησέ μοι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο ἄρα τὸ αἴτιον ἦν, τὸ ἐν τοσούτῳ χειμῶνι, καὶ κύμασιν οὕτως ἀπορρήτοις, τὸν δίκαιον στῆναι γενναίως, ὅτι ὅτε ἐπλούτει, προσεδόκα πενίαν· ὅτε ὑγίαινεν, ἤλπισε νόσον· ὅτε παίδων τοσούτων πατὴρ ἐγένετο, καὶ ἄπαις ἀθρόον ἤλπισεν ἔσεσθαι· καὶ τοῦτον ἀεὶ τὸν φόβον παρ' ἑαυτῷ, καὶ τὴν ἀγωνίαν ἔτρεφε, τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων εἰδὼς τὴν φύσιν, καὶ τὸ ἐπίκηρον αὐτῶν ἀναλογιζόμενος· διὸ καὶ ἔλεγεν, φόβος ὃν ἐδεδοίκειν, συνήντησέ μοι. καὶ καλῶς εἶπε, συνήντησέ μοι, ὡσανεὶ ἔλεγε, πρὸς ὃν ἀεὶ τοῖς λογισμοῖς ἠρχόμην· ἀεὶ γὰρ τῇ διανοίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐβάδιζεν, ἀναμένων αὐτὸν, ἐλπίζων, καὶ προσδοκῶν. Εἰ γὰρ καὶ ἐν πλούτῳ, καὶ τρυφῇ, καὶ περιφανείᾳ πολλῇ ζῶν διετέλεσεν, ἀλλὰ τὰς ἀλλοτρίας καθ' ἑκάστην ὠνειροπόλει συμφοράς· διὰ τοῦτο οὐδὲν αὐτὸν ἐθο-

Timor enim quem verebar, venit mihi; et quem metueram, occurrit mihi.

CHRYSOSTOMI. Hæc igitur cauſa fuit, cur in tantis procellis, & fluctibus inenarrabilibus, Juſtus invicto animo ſemper conſtiterit, quia cùm divitiis & opibus abundaret, paupertatem expectaret; cùm valeret corpore, morbum vereretur; cùm tot liberorum pater eſſet, ſubitò orbus fieri timeret; atque hunc metum, & animi anxietatem ſemper aleret, cùm rerum humanarum naturam non ignoraret, & earum fluxam conditionem animo ſecum reputaret: idcirco dixit, *Timor quem metueram, occurrit mihi.* Et præclarè quidem dixit, *Occurrit*, tanquam ſi dixiſſet, Ad quem cogitationes meæ ſemper tendebant; expectando enim, ſperando, & præſtolando, animus perpetuò eò recurrebat. Quamvis autem divitiis, & deliciis affluens, in magna gloria vixerit, nihilominus alienæ calamitates quotidie animo ejus obverſabantur; unde nihil illorum,

rum, quæ gravia & intolerabilia videntur, contingens, tranquillitatẽ ejus perturbavit.

ρύβεϛ προσαπαντησάντων μεγάλων καὶ ἀφορήτων.

OLYMP. Illa Davidis verba haudquaquam uſurpavit, *Ego dixi in abundantia mea, Non movebor in æternum:* ſed propter excellentem philoſophiam & æquanimitatem, rerum in contrarium ſtatum mutationem ſecum meditans, metum ſemper alebat.

Pſal. 29. 7.

ΟΛΥΜΠ. Οὐκ εἶπε κατὰ τὸν Δαβὶδ, ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλοσοφίαν, ἀεὶ περιδεὴς ἦν, τὴν εἰς τὸ ἐναντίον μεταβολὴν ἐννοῶν.

Neque in pace fui, neque in ſilentio, neque in requie; venit autem mihi ira.

Οὔτε εἰρήνευσα, οὔτε ἡσύχασα, οὔτε ἀνεπαυσάμην· ἦλθε δέ μοι ὀργή.

CHRYSOST. Non dixit, Non pacem habeo, nec in ſilentio ſum; verùm in tempore præterito, *Non in pace fui:* quamvis enim illa quæ priùs mihi evenerant, ut in deliciis viverem fecerint, rerum tamen triſtium expectatio, quieſcere animum, præſentibúſque frui deliciis, non ſinebat. Quare cùm re ipſâ ſibi eveniſſe videret, quæ mente & ſermone ſecum priùs agitaverat, fortiter tulit, ut quæ ſibi multò anteà fuerint præmeditata; & præ oculis cernens quæ priùs expectatione perceperat, nova ipſi non videbantur, neq; animo turbatus fuit: imò verò, Expectata, inquit, mihi venit ira, id eſt, pœna acerba atque intolerabilis, quam & expertus ſum, & antequam experirer animo mecum meditabar.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Οὐκ εἶπεν, οὐκ εἰρηνεύω, οὔτε ἡσυχάζω· ἀλλ', οὐκ εἰρήνευσα, ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ· εἰ γὰρ καὶ τὰ προγεγονότα τρυφᾶν ἐποίει, ἀλλ' ἡ προσδοκία τῶν λυπηρῶν, οὐκ εἴα ἡσυχάζειν, οὐδὲ ἐντρυφᾶν τοῖς παροῦσι. Διὰ τοῦτο, ἅπερ ἐμελέτησε διὰ τῶν λόγων, ταῦτα ἰδὼν ἐπὶ τῶν πραγμάτων συμβάντα, γενναίως ἤνεγκε τὰ πάλαι μελετηθέντα· καὶ τὰ τῇ προσδοκίᾳ προειλημμένα ταῦτα παρόντα βλέπων, οὐκ ἐξενίζετο, οὐδὲ ἐθορυβεῖτο· ἀλλ' ἦλθέ μοι, φησὶν, ἡ προσδοκωμένη ὀργὴ, τουτέστιν, ἡ πικρὰ καὶ ἀφόρητος τιμωρία, ἧς ἐπειράθην, ἣν καὶ πρὸ τῆς πείρας ἐμελέτων.

PROTHEORIA CAPITIS QUARTI.

OLYMPIODORI. Iis quæ Jobus philoſophatus eſt, palam oſtendit, quòd dolores quidem ſentiret; ſed in mediis cruciatibus extra corpus conſtitutus eſſet: quin & de immortalitate animæ præſtantiſſimam doctrinam propoſuit, animas cum corporibus nequaquam extingui, ſed neque ſepulchro includi, docens; & rerum omnium, terribilium ſimul, & quæ in vita ju-

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ μὲν Ἰὼβ ἐν οἷς ἐφιλοσόφησεν, ἔδειξεν, ὡς ἐπαισθάνεται μὲν τῶν ἀλγηδόνων, ἔξω δὲ γίνεται τοῦ σώματος ἐν αὐταῖς μέσαις ταῖς βασάνοις· εἰσηγήσατο δὲ καὶ τὸ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς κάλλιστον μάθημα, δι' οὗ διδάσκει, μὴ συναπόλλυσθαι τοῖς σώμασι τὰς ψυχὰς, ἀλλ' * ἐν ᾅδου τυγχάνειν. καὶ ἐπαίδευσε τοὺς πλησίους, καὶ παρεμυθήσατο * ἐς add. ed.

τοὺς

τοὺς ἐν ἀνάγκαις, πέρας ἀπαθῶν λέγων εἶναι, καὶ τὴν ἐν βίῳ φοβερῶν, καὶ τῶν δοκούντων ἡδέων· καὶ ὅτι χρησίμως ὑπὸ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις τὸ τοῦ θανάτου ᾠκονόμηται μυστήριον, διά τε καὶ κακίαν ἐπίσχειν, καὶ πόνων φέρειν ἀνάπαυλαν· καὶ ὡς οὐ δεῖ * καταφρονεῖν ἐν ταῖς εὐθηνίαις, ἀλλ' ὁρᾶν τοῦ βίου τὸ εὐμετάπτωτον, καὶ δεδιέναι· καὶ ὅτι τὸ ἀποθανεῖν ἄμεινον, ἢ ἐν προσκρούσει γενέσθαι Θεοῦ. ταῦτα δὲ οὐ νενοηκότες οἱ περὶ τὸν Ἐλιφὰζ, ὑπονοήσαντες δὲ βλασφημίαν εἶναι κατὰ Θεοῦ, τὸ ποθεῖν τὸν δίκαιον ἀπαλλαγῆναι τοῦ βίου, ἀλόγῳ κινοῦνται ζήλῳ, καὶ ἐκταραχθέντες αὐτοῖς τῷ θυμικῷ, πλανῶνται περὶ τοὺς τῆς προνοίας λόγους· καὶ νομίζοντες, ὅτι δι' ἁμαρτίας μόνον πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι, τὴν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ δῆθεν συνηγορίαν ἀναλαβόντες, ὅτι δικαίως, καὶ ὡς ἁμαρτωλὸν τιμωρεῖται τὸν Ἰὼβ, προσθήκη τῶν ἀλγηδόνων, οἱ ἐπὶ παραμυθίαν ἥκοντες, αὐτῷ γεγόνασι. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο, οὐ κακονοίᾳ τινὶ, ἀλλ' οἰόμενοι τὸν ἑαυτῶν φίλον ἐπιστρέφειν, καλλίονα ποιεῖν, καὶ διὰ τοῦ ἐκφοβεῖν, ἐπὶ μετάνοιαν προτρέπειν. διὸ καὶ ὑπὸ Θεοῦ ἀγανακτοῦνται μὲν, ὡς οὐ δίκαια λαλήσαντες· συγχωροῦνται δὲ, ὡς οὐ κακονοίᾳ τινὶ, εὐνοίᾳ δὲ μᾶλλον τῇ περὶ τὸν δίκαιον, καὶ τῇ πρὸς Θεὸν εὐλαβείᾳ, τοιαῦτα φθεγξάμενοι. ἔστιν οὖν οὐδὲ ἡ τῶν φίλων ἀντιλογία ἡμῖν ἀλυσιτελὴς, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὸ δέον, μηδὲ ἐν καιρῷ, μηδὲ ἐπὶ προσώπου τοῦ τὰ μὴ ὀφείλοντος ἀκούειν, γέγονε. πρῶτα μὲν γὰρ διδασκόμεθα, μὴ ὡς ἔτυχε τὰς παραινέσεις ποιεῖσθαι, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς εὐλαβείας, καὶ δεήσεως τῆς πρὸς τὸν Θεὸν, ὅπως ἀπλανεῖς ἡμῶν, καὶ ἀδιαστρόφους φυλάξῃ τοὺς λογισμούς· καὶ ὅτι οὐδεμία ὠφέλεια, μᾶλλον δὲ καὶ βλάβη, τῷ μὴ κατὰ τὸ δέον κρίνοντι, κἂν ὑπὲρ Θεοῦ δοκῇ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. χρὴ τοιγαροῦν μετὰ φόβου Θεοῦ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους· πέφυκε γὰρ ὁ πονηρὸς ἐφεδρεύειν ἡμῶν ταῖς διαλέξεσι, καὶ τὸ θυμικὸν τῆς ψυχῆς ἐκτα-

* ἴσ. περιφρονεῖν.

cundæ eſſe videntur, finem eſſe confirmans, divites etiam erudivit, & pauperes ſolatus eſt: & quòd mortis myſterio Deus hominum utilitati conſuluerit, quia, ſcilicet, improbitatẽ cohibeat, & laboribus ac moleſtiis quietem largiatur; quòd in proſpera fortuna inſanire non oporteat, ſed vitæ mutabilitatem potiùs conſiderare, & metuere; & quòd mori longè melius ſit, quàm Deum offendere. Hæc cùm Eliphazi comitibus minimè intellecta eſſent, ac verba, quibus moriendi deſiderium Juſtus teſtabatur, impia in Deum maledicta arbitrarentur, inconſideratò zelo concitati, & iraſcibili animi parte turbatâ, circa divinæ providentiæ rationes hallucinantur: & propter peccata ſolùm homines mala pati, exiſtimantes, Deique patrocinium ſuſcipientes (quòd Jobum, ſcilicet, tanquam peccatorem merito ſuppliciis afficeret) qui conſolandi causâ acceſſerant, dolorum incrementum facti ſunt. Verùm hoc nullâ malevolentiâ ab illis fit, ſed terrore injecto, amicum ad pœnitentiam agendam, & ad meliorem mentem, & ſaniora conſilia, traducturos ſe hâc ratione arbitrati ſunt. Quocirca, ſtomachatur iis Deus, tanquam hominibus minùs juſta loquutis; veniam tamen illis largitur, quia non à malevolo animo, ſed à benevolentiâ erga hunc juſtum, atque à pietate erga Deum, illorum inſtituta eſſet oratio. Altercatio autem amicorum Jobi, & contradictio, licèt neque ſecundùm decorum, neq; tempore opportuno, & coram perſona ad audiendum idonea, extiterit, nobis inutilis non eſt. Principio igitur hoc docemur, Non temerè adhortationes faciendas eſſe, ſed magna cum cura, ac precibus ad Deum fuſis, ut ſine errore & depravatione cogitationes noſtras cuſtodire velit; &, quòd is qui contrà quàm oportet judicat, non modò ex ſuo judicio utilitatem nullam, ſed damnum potiùs percipiat, quamvis Dei cauſam verbis tueri videatur. Cum timore igitur Dei omnis ſermo habendus eſt; improbus enim dæmõ, noſtris ſolet inſidiari ſermonibus, & partem animi iraſcibilẽ perturbare, ut mente oc-

 cæcati,

cæcati, & à recta via declinantes, qui utilitatis causâ ſæpenumero conveneramus, iidem nobis mali ac damni ſimus auctores. Eliphazus autem exordio uſus ad perſuadendum accommodato, in media oratione errat & vagatur, & Jobum propter peccata malis torqueri, probare nititur; ac converſum convertere, & ad pietatem traducere eum conatur, qui omni reprehenſione vacabat, & Deum religioſè colebat, quíque in mediis cruciatibus talia philoſophatus fuerat.

ἐστήκειν μέρος, ὡς ἂν σκοτωθέντες τὸν νοῦν, καὶ τῆς * εὐσεβείας παρεκτραπέντες, οἱ ἐπὶ ὠφελείᾳ πολλάκις συναχθέντες, βλάβης αἴτιοι ἑαυτοῖς γενώμεθα. πιθανῷ δὲ προοιμίῳ χρησάμενος ὁ Ελιφὰζ, ἐν μέσοις πλανᾶται τοῖς λόγοις, καὶ πειρᾶται δεικνύναι, ὡς δι' ἁμαρτίας πάσχει ὁ Ιὼβ, καὶ ἐπιστρέφειν τὸν ἐπεστραμμένον, καὶ πρὸς θεοσέβειαν ἕλκειν τὸν ἄμεμπτον καὶ θεοσεβῆ, καὶ παρ' αὐτὰς μέσας ἀλγηδόνας τοιαῦτα φιλοσοφήσαντα.

* ἴσ. εὐσταθείας.

CAP. IIII. *SUSCIPIENS autem Eliphaz Thæmanites, ait.*

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ελιφὰζ ὁ Θαιμανίτης, λέγει.

OLYMPIODORI. *Suſcipiens*, id eſt, Cùm Jobi verba excepiſſet.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὸ, ὑπολαβὼν, τουτέστι, τοὺς λόγους τοῦ Ιὼβ διαδεξάμενος.

Num ſæpe tibi ſermo eſt habitus in moleſtia? pondus autem verborum tuorum quis ſuſtinebit?

Μὴ πολλάκις σοι λελάληται ἐν κόπῳ; ἰσχὺν δὲ ῥημάτων σου τίς ὑποίσει;

CHRYSOST. Solet Scriptura *laboris* nomine peccatum ſignificare; ut cùm dicit, *Sub lingua eorum labor, & dolor.* Dicit ergo Eliphazus, Vide, Jobe, ne fortè aliquid loquutus ſis in peccato, atque ea de causa mala hæc nunc patiaris. Nec verò dicit, Nunquid geſtum eſt à te? ſed, *Num ſermo eſt habitus?* quoniam vita ejus clara & illuſtris eſſet, & ubivis gentium multa ejus virtutis extarent monumenta. Cave, inquit, hoc dixeris, licèt actiones tuæ præclaræ & bonæ ſint; accidit enim ut in verbis etiam peccatum committatur.

Pſal. 10. 7.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Κόπον, οἶδεν ἡ γραφὴ τὴν ἁμαρτίαν λέγειν· ὡς ὅταν λέγῃ, ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ κόπος, καὶ πόνος. Φησὶν οὖν ὁ Ελιφὰζ, ὅρα, ὦ Ιὼβ, μήποτε ἐλάλησάς τι ἐν ἁμαρτίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο νῦν οὕτω πάσχεις. Οὐκ εἶπε δὲ, μὴ πέπρακταί σοι; ἀλλὰ, μὴ λελάληταί σοι; ἐπειδὴ γὰρ ἔλαμπεν ὁ βίος αὐτοῦ, καὶ πολλὰ τῆς ἀρετῆς ὑπομνήματα πανταχοῦ τῆς γῆς εἶχε. μὴ τοῦτο, φησὶν, εἴπῃς, εἰ καὶ πράξεις σου καλαὶ καὶ ἀγαθαί· συμβαίνει γὰρ ἐν τοῖς ῥήμασι γενέσθαι τὴν ἁμαρτίαν.

DIDYMI. Vel illud, *Sæpe tibi ſermo habitus eſt in moleſtia?* ſignificat, te ſæpius ſermonem apud quoſdam habuiſſe, qui caſibus urgebantur adverſis, iiſdémque in labore conſolationem adhibuiſſe, id eſt, in calamitatibus & ærumnis: nunc autem verba tua contemptûs plena, nemo æquo animo ferre poteſt; & ſermonis tui tanta aſperitas eſt, ut eum, qui libenter ſileret, ad refellendum excitet.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Η τὸ, πολλάκις σοι λελάληται ἐν κόπῳ; δηλοῖ, ὅτι καὶ αὐτός σου πολλάκις ἐχρήσω λόγοις πρός τινας περιπεπτωκότας θλιβεροῖς, καὶ παράκλησιν αὐτοῖς προσήγαγες ἐν κόπῳ, τουτέστιν, ἐν ταῖς συμφοραῖς καὶ ταῖς θλίψεσι· νῦν δὲ τὰ σὰ ῥήματα ὀλιγωρίας πεπληρωμένα, οὐδεὶς οἷός τέ ἐστι φέρειν· ἀλλὰ τὸ τραχύ σου τῶν λόγων, καὶ τὸν ἄγαν ἡσυχάζειν βουλόμενον, διεγείρησι πρὸς ἀντιλογίαν.

ΟΛΥΜΠ-

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Ὁ μέντοι Θεοδοτίων, καὶ ὁ Σύμμαχος ὁ μὲν ἐκδέδ, Εἰ ληψόμεθα λαλῆσαι πρὸς σὲ, κοπιάσεις· ὁ δὲ, ἐὰν ἀναλάβωμεν λόγον, μοχθήσεις. Τοιὸν δέ τινα νοῦν περιϊστῶσιν, οἶσθα, φησὶν, ὦ Ἰὼβ, ὅτι οὐδέποτέ σοι λελαλήκαμεν λυπηρὰ, ὥστε σε * κοπῶσαι· νῦν δὲ, ἐπεὶ μὴ δυνάμεθά σου φέρειν τὴν τραχύτητα τῶν ῥημάτων, εἰς ἀντιλογίαν ἤλθομεν. δέον γὰρ χάριν γινώσκειν τῷ δημιουργῷ, ἐφ' οἷς οὐκ ὄντα σε * παρήγαγε, καὶ μεταμελείᾳ τῶν ἐπταισμένων αὐτὸν ἐξιλεοῦσθαι· μηδὲν δὲ ἄτοπον περὶ αὐτοῦ λογίσασθαι * ἐτόλμησας, καθ' αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῇ γενέσει, * ἀποδυσπετήσας. Ταῦτα μὲν ἔλεγεν Ελιφὰζ, ἀγνοῶν τὴν δύναμιν τῶν παρὰ τοῦ δικαίου εἰρημένων.

* ἴσ. κοπιάσαι.
* ἴσ. Interſer. εἰς τὸ εἶναι.
* ἴσ. τολμήσας.
* ἴσ. ἀποδυσπετήσας.

OLYMPIOD. Theodotio ſic exponit, *Si cœperimus loqui ad te, laborioſè feres:* Symmachus verò, *Si receperimus ſermonem, affligêris.* Quarum quidem interpretationum hic ſenſus eſt, Nôſti, ô Jobe, quòd nunquam triſtia loquuti ſimus, quæ moleſtiam tibi crearent: nunc verò, cùm verborum tuorum aſperitatem ferre nequeamus, cogimur contradicere. Oportebat enim te ortûs tui auctori gratias agere, quòd, cùm non eſſes, fecit ut eſſes, & pœnitentiâ pro peccatis admiſſis illum placare: cùm autem nihil abſonum de eo cogitare auderes, contra teipſum, & natalem tuum, graviter ſtomachatus es. Hæc loquebatur Eliphazus, vim eorum quæ à Jobo dicebantur, prorſus ignorans.

Εἰ γὰρ σὺ ἐνουθέτησας πολλοὺς, καὶ χεῖρας ἀσθενεῖς παρεκάλεσας, ἀσθενοῦντάς τε ἐξανέστησας ῥήμασι, γόνασί τε ἀδυνατοῦσι θάρσος περιέθηκας· νῦν δὲ ἥκει ἐπὶ σὲ πόνος, καὶ ἥψατό σου, σὺ ἐσπούδασας.

Si enim tu erudiviſti multos, & manus infirmas conſolatus es, & eos qui infirmabantur erexiſti verbis, genibúſque impotentibus fiduciam circumpoſuiſti; nunc autem venit ſuper te labor, & tetigit te, tu feſtinâſti.

ΧΡΥΣ. καὶ ΠΟΛΥ. Οὐκ εἶπε τὰ ἐν χρήμασιν αὐτοῦ κατορθώματα, ἐκεῖνο γὰρ ἀντιθεῖναι τῆς πενίας· ἀλλ' εἴ τινας ἀπὸ λόγων ὠφέλησεν. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι, μάχεται, φησὶ, τῇ παλαιᾷ ὑπολήψει τὰ παρόντα· ὁ γὰρ πολλάκις ἄλλους ἀναῤῥώσας τοῖς λόγοις, καὶ μονονουχὶ πεπτωκότας διαναστήσας, ἀγαθὰς ἐλπίδας αὐτοῖς ὑποθέμενος, τί πέπονθας; πῶς τὸν ἐπελθόντα σοι πόνον φέρειν οὐ δύνῃ; ἀλλὰ ἐσπούδασας, τουτέστι, τεθορύβησαι. Εἴρηται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τοῦ τοὺς θορυβουμένους σπεύδειν. καίτοιγε ἐχρῆν σε τῶν οἰκείων ὑπομιμνησκόμενον τῶν λόγων, καὶ τούτοις αἰδούμενον, μὴ ἐν ταῖς ἑτέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς αὐτοῦ συμφοραῖς φιλοσοφεῖν. ἐπισήμηναι δὲ, ὡς, πρὸς ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, μαρτυρεῖ τῷ Ἰὼβ ὁ Ελιφὰζ, ὅτι καὶ διδασκαλικὸν εἶχε χάρισμα, καὶ τὸ

CHRYSOST. & POLYCHR. Non Jobi egregia facta quæ in divitiis eluxerunt (ſic enim facilè paupertatem illi objicere potuiſſet) ſed quos ſermonibus juverat, commemorat. Quod autem dicit, ejuſmodi eſt, Præſentia hæc cum vetere illa tua pugnant ſententia; quid tu pateris, qui verbis tuis ſæpenumero alios confirmâſti, & prope labantes, bonâ ſpe objectâ erexiſti? quomodo invadentem dolorem ferre non potes? ſed *Feſtinâſti*, id eſt, perturbatus es. Ductum autem eſt vocabulum à perturbatis, qui gradum accelerant. Atqui oportebat te tuorum ſermonum memorem & reveritum, non ſolùm in alienis, verùm etiam in tuis calamitatibus philoſophari. Illud autem obſerva, quòd, præter alias virtutes, teſtetur Eliphazus docendi & conſolandi donum, Jobo divinâ gratiâ conceſſum fuiſſe; ita

ita ut ſermonibus ſuis conſolatoriis, & adhortationibus, eos, qui in calamitatibus eſſent, hilari animo redderet. Hæc quidem adhuc Eliphazi verba aſperitate carent; in eis autem quæ ſequuntur, perſonam ejus qui ſolari debuerat non reſpexit. Audi enim;

Nonne timor tuus eſt in ſtultitia? & ſpes tua, & iniquitas viæ tuæ?

CHRYSOST. Verùm Aquila, *Patientia tua, & ſimplicitas viarum tuarum.* Futilem ſyllogiſmum conficit; quia enim Jobus dixerat, *Timor quem metueram, venit mihi*, timorem illum in inſipientia fuiſſe, & ſpem à cordis improbitate profectam, ait; eſt enim amentiæ, virum bonum talia expectare: quare vel tuo teſtimonio, vitam tuam flagitioſam fuiſſe arguiſti; ſi enim puritati tuæ conſidebas, fruſtrà omnis metus.

Cap. 3.25.

POLYCHR. Nunc rebus ipſis comprobatum eſt, cùm ſceleratè ageres, dixiſſe te, in uno Deo tibi ſpem omnem poſitam eſſe; quod certum eſt ſtultitiæ argumentum. Senſus autem verborum complexus talis eſt, Si tu ægritudine laborantes conſolatus es, & mœrore dejectos erexiſti, quomodo ipſe in calamitates incidens, ærumnam impatienter fers? Fortitudinis opinio, quæ tum de te ferebatur, falſa fuit, & patientia tua ficta erat, cùm tantopere hæc plaga te commoverit. Præterea, ſi cùm vir probus eſſes, metuebas, & immedicabile aliquod te paſſurum ſperabas, metus ille & ſpes inanis fuit: hominem enim qui Deo placet, formidare non oportet, ſed fidere; neque triſtia, ſed bona potiùs expectare, & ſperare.

Recordare igitur, Quis cùm mundus eſſet, periit?

POLYCHR. Relictâ, inquit, præjudicatâ de teipſo opinione, æquus eſto

παρακλητικὸν μετὰ θείας χάριτος προσέφερε λόγον· ὥστε καὶ εὐθυμεῖν τοὺς ἐν συμφοραῖς παρασκευάζειν διὰ τῆς παραινέσεως. ταῦτα μὲν οὔπω βαρέα τοῦ Ἐλιφὰζ τὰ ῥήματα· τὰ δὲ ἐφεξῆς, οὐκέτι πρὸς τὴν τοῦ παραμυθουμένου προσώπου ποιότητα φθέγγεται. ἄκουε γάρ·

Πότερον οὐχ ὁ φόβος σου ἐστὶν ἐν ἀφροσύνῃ; καὶ ἡ ἐλπίς σου, καὶ ἡ κακία τῆς ὁδοῦ σου;

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ὁ δὲ Ἀκύλας, ἡ ὑπομονή σου, καὶ ἡ ἁπλότης τῶν ὁδῶν σου. μάταιον πλέκει συλλογισμόν· ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, φόβος ὃν ἐφρόντισα ἦλθέ μοι, φησὶν, ὅτι ἐστὶν ὁ φόβος ἐν ἀφροσύνῃ ἦν, καὶ ἡ ἐλπίς σου ἀπὸ τῆς κακίας τῆς καρδίας σου ἦν· ἀνόητον γὰρ, ἀγαθὸν ὄντα τοιαῦτα προσδοκᾶν. ὥστε σεαυτὸν ἤλεγξας, ὅτι βίου ἦς πονηροῦ· εἰ γὰρ ἐθάῤῥεις ἐπὶ καθαρότητι, μάταιος ὁ φόβος.

ΠΟΛΥΧΡ. Νῦν δέδεικται ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ὅτι ἐν κακίᾳ ὢν, ἔλεγες, ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅπερ ἀφροσύνης ἐστὶ τεκμήριον. τὸ δὲ συναγόμενον τοιοῦτο, εἰ σὺ τοὺς ὀδυνωμένους παρεμυθήσω, καὶ τοὺς ἐκ τῆς ἀθυμίας καταπεσόντας ἀνέστης, πῶς αὐτὸς περιπεσὼν συμφοραῖς, ἀνυπομόνως φέρεις τὴν ἀλγηδόνα; ψευδῆ ἄρα δόξαν ἀνδρείας εἶχες τότε, ψευδῆ δὲ ὑπομονὴν, ὁπότε νῦν τοσοῦτον ἐπὶ τῇ πληγῇ ἐθορυβήθης. ἔτι δὲ, εἰ ἀγαθὸς ὢν ἐφοβοῦ, καὶ προσεδόκας μή τι παθῆς ἀνήκεστον, ἀνόητος καὶ ἐστὶν ὁ φόβος, καὶ ἡ ἐλπίς· τὸν γὰρ εὐαρεστοῦντα, οὐχὶ καταπεπληχέναι, ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, οὐδὲ προσδοκᾶν, καὶ ἐλπίζειν τὰ σκυθρωπὰ, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ ἀγαθά.

Μνήσθητι οὖν, τίς καθαρὸς ὢν ἀπώλετο;

ΠΟΛΥΧΡ. Ἐάσας, φησὶ, τὴν περὶ σεαυτοῦ πρόληψιν, ἀκριβὴς τῶν πραγμάτων

μάτων ἐξεταστὴς γίνῃ· εὑρήσεις γὰρ, ὡς οὐδεὶς ἀμέμπτως βιώσας δέδωκέ ποτε δίκην.

rerum æſtimator; neminem enim inculpatè viventem invenies, qui pœnas luerit.

Η πότε ἀληθινοὶ ὁλόῤῥιζοι ἀπώλοντο;

Vel quando veraces radicitus perierunt?

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Οὐκ ἀφ' ὧν ἔπραξεν, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἔπαθε, κατακρίνει τὸν δίκαιον, ἀγνοῶν τὰς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας. Τὸ δὲ, ὁλόῤῥιζοι, ἔμφασιν ἔχει τοῦ, πάντα αὐτὸν ἀπολέσαι τὸν πλοῦτον, τοὺς παῖδας, τὸ σῶμα αὐτό. ἔστω, φησὶν, ἔχεις εἰπεῖν, ὅτι ἔπαθόν τι δεινὸν ἕτεροι· ἀλλ' οὐ μέχρι τῶν ἐκγόνων ἦλθεν αὖθις τὰ δεινὰ, ὡς σὺ πανέστιος ἀπόλωλας. ἀλλ' οὐκ ἀπωλεῖται, ὦ βέλτιστε, ὁ ἀληθινὸς Ἰώβ.

OLYMP. Non ob illa quæ geſſerat, ſed ob ea quæ patiebatur, divinæ adminiſtrationis ignarus, Juſtũ condẽnat. Illud autem, *Radicitus*, emphaſin magnã habet, & rerũ omniũ iacturam, divitiarum, liberorum, & corporis ipſius, ſubjiſſe illũ, ſignificat. Dicere fortaſſe poſſis, alios quoq; mala eſſe perpeſſos: ſit ita ſanè, inquit; at illa mala ad filios & poſteros haudquaquam permanârunt, prout tibi accidit, qui cum tota familia funditus interiiſti: quanquam, ô vir præſtantiſſime, verus Jobus haud unquã periturus ſit.

Καθ' ὃν τρόπον εἶδον τοὺς ἀροτριῶντας τὰ ἄτοπα· οἱ δὲ σπείροντες αὐτὰ, ὀδύνας θεριοῦσιν ἑαυτοῖς. ἀπὸ προστάγματος Κυρίου ἀπολοῦνται· ἀπὸ δὲ πνεύματος ὀργῆς αὐτοῦ ἀφανισθήσονται.

Quemadmodum vidi eos qui arabant abſurda: qui autem ſeminant ea, dolores metent ſibi. A præcepto Domini peribunt; à ſpiritu autem iræ ejus delebuntur.

ΟΛΥΜΠ. καὶ ΠΟΛΥΧΡ. Ὅτι οὗ, ὃ σπείρει τις, τοῦτο καὶ θερίζει, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον, πρόδηλον· καὶ καλῶς τοῦτο εἶπεν ὁ Ἐλιφάζ· ὅτι εἰς τιμωρίαν οἱ τὰ παράνομα δρῶντες παρέχονται. τούτους γὰρ, φησὶν, εἶδον ἐγὼ ὑπὸ τὴν τοῦ Θεοῦ πίπτοντας ψῆφον. καὶ εἰκότως, ἀξίως γὰρ τῶν σφετέρων ἔργων τὴν ἐπικαρπίαν δέχονται· οἷς γὰρ οἱ πονηροὶ σπείρουσι κακοῖς, κατάλληλον ἀποίσονται δράγμα, τὴν κόλασιν. ἐπεὶ δὲ δεῖ ἀροτριᾶν, εἶτα σπείρειν, εἶτα θερίζειν, ἀκολούθως ἐχρήσατο τῇ τάξει τοῦ λόγου, πρότερον εἰπὼν, οἱ ἀροτριῶντες τὰ ἄτοπα· εἶτα, οἱ σπείροντες αὐτά· καὶ τότε ἐπαγαγὼν, τὸ, θεριοῦσιν ὀδύνας. ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἐνόησεν, ὅτι οὐ πάντως ἐνταῦθα αἱ ἀνταποδόσεις· πολλοὶ γὰρ τῶν φαῦλα πραξάντων ἀνελέγκτως ἀπῆλθον, μὴ κολασθέντες

OLYMP. & POLYCHR. *Quod ſeminat quis, hoc & metit*, ut inquit Gal. 6.
ſanctus Apoſtolus, manifeſtum eſt: illud etiam præclarè ab Eliphazo dictum eſt, ſupplicia facinoroſis conſtituta eſſe. Hos egomet, inquit, vidi judicii divini calculum ſubeuntes; & meritò quidem, ſuis enim operibus fructum ferunt dignum: improbi enim homines, vitiis quæ ſeminant, congruum ſupplicium pro manipulo reportabunt. Et quoniam primùm arandum eſt, deinde ſerendum, tum ad extremum metendum, ordine ſervato vocum metaphorâ uſus eſt, dicendo primùm, *Arantes abſurda*; deinde, *Seminantes ea*; tum ſubjungendo, *Metent dolores*. Illud autem non animadvertit, quòd non ſemper in hac vita retributiones contingant; multi enim eorum qui ſcelera admiſerunt, ſine redargutione & ſupplicio

ex

ex hac vita migrârunt, & futuris illic tribunalibus ſervantur. Non rectè igitur illud affirmavit, quòd injuſti omnino in hac vita puniantur, & juſti & veri in calamitates non incidant; cùm hi plerúmq; ut eorum virtus ſpectetur, mala patiantur. Itaque errore mentis Eliphazus divinæ adverſatur Scripturæ, de Jobo his verbis teſtificanti, *Et erat ille homo verus*: ille verò inquit, Haud verus es; nam ſi eſſes, radicitus non periiſſes, id eſt, liberis, fortuniſque orbatus. Cap. 1. 1.

CHRYSOST. Illud autem, *A præcepto Domini*, hoc eſt, Noli putare, inquit, aut ab improbo dæmone, aut ab hominibus, hæc adverſa tibi accidiſſe; Deus eſt qui te ulciſcitur ac punit: dubitari igitur non poteſt, quin dignum, ac juſtum ſit ſupplicium.

POLYCHRON. Vel illud, *A præcepto Domini*, id eſt, Deus labore non indiget ad reorum ſupplicium; ſatis eſt, ſi fieri imperet.

OLYMPIOD. Illud verò, *A ſpiritu iræ ejus*, pro Dei minis ponitur. Dictum enim eſt, *Peribunt à ſpiritu*, ut ſeminibus à vento conſumptis accidere ſolet, ut hîc etiam metaphora retineatur: nam qui talem ſementem faciunt, ſterilitatem metunt.

ἐν τῷ βίῳ τῷδε, ἀλλὰ τηρούμενοι τοῖς ἐκεῖ δικαστηρίοις. οὐ καλῶς οὖν ἀπεφήνατο, ὅτι πάντως οἱ ἄδικοι ἐνταῦθα κολάζονται, ἢ ὅτι πάντως οἱ ἀληθινοὶ καὶ δίκαιοι οὐ περιπίπτουσιν ἐνταῦθα συμφοραῖς· οὗτοι γὰρ μάλιστα ὡς ἐπίπαν πάσχουσιν, ἵνα δοκιμασθῶσιν. ἀλλὰ πλανηθεὶς ὁ Ἐλιφὰζ ἀντιφθέγγεται τῇ γραφῇ· τῆς γὰρ γραφῆς εἰπούσης περὶ τοῦ Ἰὼβ, καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ἀληθινὸς, αὐτός φησιν, ὅτι οὐκ εἶ ἀληθινός· εἰ γὰρ ἂν ἦς, οὐδ' ἂν ῥιζόθεν ἀπώλου, τουτέστιν, αὐτοῖς τέκνοις, καὶ περιουσίᾳ.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Τὸ δὲ, ἀπὸ προστάγματος Κυρίου, μὴ νομίσῃς, φησὶ, δαιμόνων εἶναι πονηρῶν, μηδὲ ἀνθρώπων ἐπιβούλων, τὰ συμβεβηκότα· Θεός ἐστιν ὁ κολάζων, ὥστε οὖν ἀναμφισβήτητον δικαίαν εἶναι τὴν κόλασιν.

ΠΟΛΥΧΡΟΝ. Ἢ τὸ, ἀπὸ προστάγματος Κυρίου, τουτέστιν, οὐ δεῖται πόνων Θεός· ἀρκεῖται δὲ προστάξας εἰς τιμωρίαν τῶν ὑπευθύνων.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Τὸ δὲ, ἀπὸ πνεύματος ὀργῆς αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, διὰ τῆς ἀπειλῆς τοῦ Θεοῦ. εἴρηται δὲ τὸ, ἀφανισθήσονται ἀπὸ πνεύματος, ὡς ἐπὶ σπερμάτων γινομένων ἀνεμοφθόρων, ἵνα κἀνταῦθα ἡ τροπὴ τηρηθῇ· ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα σπείροντες, θερίζουσιν ἀκαρπίαν.

Robur leonis, & vox leænæ, & gaudium draconum extinctum eſt. Myrmicoleo periit, eò quòd non haberet eſcam: & catuli leonum diviſi ſunt ab invicem!

Σθένος λέοντος, φωνὴ δὲ λεαίνης, γαυρίαμα δὲ δρακόντων ἐσβέσθη. μυρμηκολέων ὤλετο παρὰ τὸ μὴ ἔχειν βοράν· σκύμνοι δὲ λεόντων ἔλιπον ἀλλήλους.

DIDYMI. Naturas ſumit brutorum, quæ noſtro generi non tantùm inutilia exiſtunt, verùm etiam eidem inſidioſa ſunt; probátque Eliphazus, quicquid iniquum eſt & arrogans, perdi à Deo. Nam cùm Deo viſum fuerit, inquit, intolerabilis concidit leo; & leænæ vox truculenta extinguitur, quâ infirmiores belluas territat;

ΔΙΔΥΜΟΥ. Λαμβάνει φύσιν ἀλόγων, οὐ πάνυ τι χρησίμων τῷ γένει τῷ ἡμετέρῳ, ἀλλὰ καὶ ἐπιβούλων, καὶ κατασκευάζει, ὅτι πᾶν τὸ ἄδικον, καὶ ὑπερήφανον, ἀπόλλυσιν ὁ Θεός. ἀπόλλυται γοῦν, φησὶν, ὁ ἀνυπόστατος λέων, ὅταν βούληται Θεός· σβέννυται δὲ τὸ ἄγριον φθέγμα τῆς λεαίνης, δι' οὗ ἐκδειματοῖ τὰ θηρία τὰ ἀσθενέστερα·

στράφη· καὶ οἱ δράκοντες ἐταπεινώθησαν· ἐξέλιπε δὲ ὁ μυρμηκολέων, μὴ χορηγηθείσης αὐτῷ τροφῆς· καὶ οἱ σκύμνοι τῶν λεόντων ἔλιπον ἀλλήλους, οὐκ εἰς διαδοχὰς παραπέμπονται.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὸν κληθέντα μυρμηκολέοντα, οἱ μὲν οὐδ᾽ ὅλως εἶναί φασι ζῶον καθ᾽ ἱστορίαν, ἀλλὰ κατὰ σύνθεσιν οὕτως εἰρῆσθαι· οἱ δὲ ζωΰφιον τοῦτο εἶναι λέγουσιν, ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ τὴν γένεσιν ἔχον, ἤτοι ἐκ γῆς φυόμενον· ἀπόλλυσθαι δὲ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὴν ἀναλογοῦσαν τροφήν· οἱ δὲ, καὶ δίχα τροφῆς φασιν αὐτὸ δύνασθαι ζῆν, οὕτω τοῦ Θεοῦ κατασκευάσαντος. πρὸς μὲν οὖν τὴν ἱστορίαν, πειρᾶται δεικνύναι ὁ Ελιφὰζ, ὅτι οὐκ ἔστι ἀληθινὸς ὁ Ἰὼβ, φυσικοῖς παραδείγμασι χρώμενος, καὶ κατ᾽ ἐρώτησιν τὸν λόγον ποιούμενος· Εἰπέ μοι γὰρ, φησὶν, ὦ Ἰὼβ, μὴ οἱ λέοντες τὴν οἰκείαν ἀλκὴν ἀπώλεσαν; οὐ μέχρι νῦν ἰσχυρόν ἐστι τὸ ζῶον ὁ λέων; μὴ τῶν δρακόντων ἐσβέσθη τὸ γαυρίαμα; οὐ μέχρι νῦν σώζουσι τὸ γαυρίαμα, καὶ τὸ ἀπτόητον; μὴ ὁ μυρμηκολέων ἀπώλετο, καὶ ταῦτα μὴ τρεφόμενος; μὴ τῶν λεόντων οἱ σκύμνοι ἀγεληδὸν, ὥσπερ τὰ θρέμματα, νέμονται; οὐ καθ᾽ ἑαυτοὺς ζῶσι; καὶ ἕκαστος ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ, ὡς ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τῆς φύσεως ἐτάγησαν; ὥσπερ οὖν, φησὶ, ταῦτα τηροῦσι τοὺς ὅρους τῆς φύσεως, καὶ τούτοις ἐμμένουσι, μικρά τε καὶ μεγάλα ζῶα· οὕτως καὶ σὺ, εἰ ἦς ἀληθινὸς ὄντως, καὶ μὴ μέχρι λόγων μόνον εἶχες τὸ θεοσεβὲς, οὐδὲν ἂν τούτων συνέπεσέ σοι, οὐδ᾽ ἂν μετέθης τοὺς ὅρους τοῦ Θεοῦ, ὥστε καὶ δικαιοπραγῶν δυστυχῆσαι. Κατὰ δὲ θεωρίαν, ταῖς ὁρμαῖς τῶν παθῶν τοῖς θηρείοις ἀπεικαστέον· τῷ δὲ μυρμηκολέοντι τὸν διάβολον, μύρμηκα μὲν ὄντα τοῖς εὐσεβέσι, λέοντα δὲ τοῖς ἀσεβέσι. Εἰ μὴ εὗρεν οὖν, φησὶ, παρὰ σοὶ τροφὴν ὁ διάβολος, τουτέστιν, εἰ μὴ ἦς ἄδικος, ἀπώλετο ἂν, ἀντὶ τοῦ, ἄπρακτος ἔμενε, καὶ αἱ τῶν παθῶν προσβολαὶ ἀπεσβέννυντο, καὶ διελύοντο.

dracones humiliati ſunt; myrmicoleo periit, cibo ipſi minimè miniſtrato; *& catuli leonum diviſi ſunt ab invicem*, hoc eſt, generis ſui ſucceſſione non propagantur.

OLYMPIODORI. Negant nonnulli, myrmicoleonem animal eſſe, ad veritatem hiſtoriæ, ſed vocum compoſitione duntaxat ita dictum eſſe. Alii, beſtiolam ex Oceano ortam, aut è terra procreatam eſſe ajunt, quæ naturali ſuo alimento deſtituta, interit. Quidam etiam affirmant, eam ſine cibo vivere poſſe, à Deo, ſcilicet, ſic fabricatam. Ad hiſtoriam quod attinet, exemplis à natura petitis, Jobum nequaquam hominem verum eſſe, conatur Eliphazus oſtendere, & per interrogationem in hunc modum loquitur; Dic mihi, Jobe, num leones ſuum amiſerunt robur? an non in hunc uſque diem robuſtum animal eſt leo? Nunquid draconum exultatio & gloriatio extincta eſt? annon in hunc uſque diem exultant, & impavidam naturam retinent? Num myrmicoleo periit, & quidem cibum non capiens? Num leonum catuli, armentorum more, gregatim paſcuntur? an non vitam degunt ſolitariam? atque in ſuo loco ſinguli commorantur, prout primitus à natura conſtituti ſunt? Ergo ut hæc, inquit, parva ſimul & magna animalia, naturæ metas tuentur, & intra eas ſe continent; ſic tu, ſi verus homo extitiſſes, nec in verbis tantùm pietatem erga Deum collocâſſes, profectò nihil tibi hujuſmodi accidiſſet, neque limites à Deo poſitos tranſtuliſſes, ita ut juſtè vivens infelix & ærumnoſus eſſes. Si verò ad theoriam ſenſum traducamus, belluis illis animorum impetus & perturbationes aſſimilandi ſunt; diabolus verò, myrmicoleonti; is enim pietate præditis hominibus formica, leo verò impiis eſt. Si igitur apud te, inquit, Diabolus eſcam non inveniret, id eſt, ſi injuſtus non eſſes, periret, hoc eſt, conatus ejus vani & irriti eſſent, ac perturbationum impetus reſtinguerentur, & diſſiparentur.

NILI.

. NILI. Animi enim perturbationes, in principio facilè vincuntur: poſtquam autem vires acquiſiverint, cum multo robore adoriuntur, & grave ac periculoſum bellum iis inferunt, qui in initio pugnæ negligentiùs ſe contra eas geſſerunt. Itaque
Ier.50.16. propheta, *ſemen è Babylone exterminare*, jubet, id eſt, ſpecies ipſas, dum adhuc in ſenſuum officinis manent, abolere; ne in animi terram incidentes, pullulent, & jugi meditatione, tanquam largo & impetuoſo imbre deſuper irrigatæ, multiplicem improbitatis fructum producant. Alius verò propheta, beatos illos prædicat, qui perturbationes nondum vigorem ſuum aſſequutas exceperunt, ſed mammis adhuc
Pſal.136.9. adhæreſcentes exſtinxerunt, *Beatus*, inquiens, *qui apprehendet, & allidet parvulos tuos ad petram.* Fortè etiam magnus Jobus de rebus ſuis differens, tale quippiam
Cap.8.11, 12. innuit, cùm in aqua ſcirpum virere, dicit, & carectum creſcere, omnémque herbam eâ deſtitutam, exareſcere: et illud, *Periit myrmicoleo eò quòd non haberet eſcam*, tale quid ſignificare videtur. Cùm enim perturbationum inſidiatricem naturam oſtendere vellet, ex ferociſſimo leone, & animalium omnium deſpicatiſſimâ formicâ, nomen componens, appellationem adinvenit. Perturbationum enim impetus à contemnendis rerum ſpeciebus primò oriuntur, & formicæ in modum latenter obrepunt; poſtremò autem, in tantam molem excreſcunt, ut non minùs quàm inſiliens leo, occurſanti periculum afferant. Quamobrem pugilem oportet cum perturbationibus luctari vel tum, cùm contemptibilitatem tanquam eſcam proponentes, formicarum more aggrediuntur (ſi enim vires leonis aſſequutæ fuerint, difficulter expugnari queunt) vel pabulum illis minimè præbere: rerum autem ſenſilium imagines, quæ ſenſibus percipiuntur, illarum pabulum exiſtunt; illæ enim, ſpectrum unumquódque ſucceſſivè contra animam armando, perturbationes nutriunt. Hæc autem, non quia

ΝΕΙΛΟΥ. Τὰ γὰρ πάθη ἐν ἀρχῇ μὲν εὐκαταγώνιστα· ἀκμαιότερα δὲ γεγονότα, μετὰ πολλῆς τῆς ῥώμης ἐπιτίθενται, βαρὺν καὶ ἐπικίνδυνον, τοῖς ἐν ἀρχῇ τῆς πρὸς αὐτὰ μάχης ἀμελήσασι, ποιοῦντα τὸν πόλεμον. διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης, ἐξολοθρεῦσαι σπέρμα ἐκ Βαβυλῶνος κελεύει, ἕως ἔτι ἐν ταῖς τῶν αἰσθήσεων ἀποθήκαις εἰσὶν αἱ μορφαί, ἀφανίσαι συμβουλεύων αὐτάς, ἵνα μὴ τῇ τῆς διανοίας ἐμπεσοῦσαι γῇ, βλαστήσωσι, καὶ τοῖς λάβροις, καὶ * ἀνωφερέσιν ὑετοῖς, ταῖς ἐπαλλήλοις μελέταις ποτισθεῖσαι, πολύχουν τὸν τῆς κακίας ἐνέγκωσι καρπόν. ἕτερος δὲ προφήτης μακαρίζει τοὺς μήπω τὴν ἀκμὴν τῶν παθῶν ἐκδεξαμένους, ἀλλ' αὐτῇ προσπεφυκότα τῇ θηλῇ διαφθείραντας, μακάριος, λέγων, ὃς κρατήσει, καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. τάχα δὲ καὶ ὁ μέγας Ἰώβ, τὰ καθ' ἑαυτὸν φιλοσοφῶν, τοιοῦτόν τι αἰνίττεται, ἐν ὕδατι μὲν θάλλειν πάπυρον, καὶ βούτομον, λέγων, στερηθεῖσαν δὲ τούτου πᾶσαν βοτάνην ξηραίνεσθαι· καὶ τό, μυρμηκολέων ὤλετο διὰ τὸ μὴ ἔχειν βορὰν, τοιοῦτόν τι σημαίνειν ἔοικε. τὸ γὰρ ἐνεδρευτικὸν τοῦ πάθους δεῖξαι θελήσας ὁ λόγος, σύνθετον ἐξεῦρεν αὐτῷ τὴν προσηγορίαν, ἐκ τοῦ θρασυτάτου λέοντος, καὶ ἐκ τοῦ πάντων εὐτελεστάτου μύρμηκος, συνθεὶς τὸ ὄνομα. αἱ μὲν γὰρ προσβολαὶ τῶν παθῶν, ἀπὸ εὐτελῶν ἄρχονται φαντασιῶν, μύρμηκος δίκην λανθανόντως προσέρπουσαι· τὰ δὲ τελευταῖα, ἐπὶ μέγαν ἐξαίρεται ὄγκον, ὡς οὐκ ἔλαττον λέοντος ἐπιδρομῆς τῷ περιτυχόντι παρέχειν τὸν κίνδυνον. διὸ χρὴ τὸν ἀγωνιστὴν, ἢ τότε παλαίειν πρὸς τὰ πάθη, ὅταν ὡς μύρμηξ προσέρχονται, δέλεαρ τὴν εὐτέλειαν προβαλλόμενα· ἐὰν γὰρ ἐπὶ τὴν τοῦ λέοντος φθάσωσιν ἰσχὺν προελθεῖν, δυσκαταγώνιστα γίνονται· ἢ βορὰν αὐτοῖς μὴ παρέχειν· βορὰ δὲ τούτων, αἱ διὰ τῶν αἰσθήσεων εἰσερχόμεναί εἰσιν εἰκόνες, αὗται γὰρ τρέφουσι τὰ πάθη, ἕκαστον εἴδωλον ἐκ διαδοχῆς ὁπλίζουσαι κατὰ τῆς ψυχῆς. ταῦτα δὲ, οὐχ ὡς τοῦ Ἐλιφὰζ

* ἰσχυροφερέσιν.

οὕτω

οὕτω * νοήσαντες, ἐθεωρήσαμεν· ἀλλ' ὡς δυναμένων τῶν ῥημάτων καὶ πρὸς ἀλληγορίαν τρέπεσθαι, ὅταν ἡ χρεία καλέσῃ· καὶ γὰρ οἱ παλαιότεροι τῇ θεωρίᾳ ἐχρήσαντο, καὶ μυρμηκολέοντα τὸν διάβολον ἐνόησαν· ὅτι ἐν ἀρχῇ μικρά τινα παρασκευάζων ἁμαρτάνειν καὶ λαθραίως ὑπεισιὼν, εἰς μεγάλα τελευτᾷ, ἐθίζων καταφρονεῖν.

* ἰσ. ποιήσω- σι.

Eliphazi ea mens fuerit, contemplati ſumus; ſed quia verba, uſu requirente, allegoriam admittant: veteres enim theoria uſi ſunt, & ſub myrmicoleonis appellatione, diabolum intellexerunt; ſiquidem in initio latenter ſubrepens, & exiguis peccatis viam ad majora muniens, in magnis tandem deſinit, & peccata contemnere aſſuefacit.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κατὰ μέντοι τὴν ἱστορίαν, ἐπειδὴ εἶπεν Ἐλιφὰζ, ὅτι οἱ σπείροντες τὰ ἄτοπα, ἀπὸ προστάγματος Κυρίου ἀπολοῦνται, ἐπήγαγεν, ὅτι καὶ λέων καὶ δράκων τὸ αὐτὸ πείσεται, Θεοῦ βουλομένου. ὁ τοίνυν καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις τὴν εὐταξίαν διατηρῶν, πολλῷ μᾶλλον ἐπ' ἀνθρώπων.

DIDYMI. Ad hiſtoriam quod attinet; Poſtquam dixit Eliphazus, eos, qui ſeminant abſurda, præcepto Domini perituros; ſubjungit, idem leoni & draconi eventurum eſſe, cùm Deus voluerit. Qui igitur in mutis tuetur ordinem, multò magis hunc inter homines conſervabit. Cap. 4. 8. 9.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἑτέρως δὲ, λέοντι τὸν Ἰὼβ, διὰ τὴν βασιλικὴν συνέκρινε δύναμιν· αἰνιττόμενος ἅμα, ὡς ἁρπακτικός τις ἦν, καὶ σοβαρὸς ἐν φρονήματι. τὸ δὲ, φωνὴ λεαίνης, εἰς τὴν γυναῖκα ὁρᾷ· εἰς δὲ τοὺς παῖδας, τὸ τῶν δρακόντων γαυρίαμα, καὶ οἱ σκύμνοι τῶν λεόντων· τὸ δὲ, ἔλιπον ἀλλήλους, δηλοῖ, ὅτι * τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν διέλυσεν ὁ θάνατος. πάντα δὲ ταῦτα σβεσθῆναί φησιν, ἐπεμβαίνων τοῖς πάθεσιν αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦ μυρμηκολέοντος δὲ τὸν Ἰὼβ αἰνίττεται, ἁμαρτωλὸν μὲν ὄντα, δικαίου δὲ κεκτημένον ὑπόκρισιν· ὅθεν ἐπάγει.

POLYCHRONII. Aliter verò ſic; Jobum, ob regiam poteſtatem, leoni comparat; innuens ſimul rapaci ingenio, & animo ſuperbo cum fuiſſe. Vox autem leænæ, conjugem reſpicit; & draconum exultatio, & leonum catuli, liberos: illud autem, *Diviſi ſunt ab invicem*, illorum concordiam morte diſſociatam eſſe oſtendit. Hæc verò omnia, calamitatibus ejus inceſſens, extincta eſſe dicit; ac myrmicoleonis nomine, Jobum indicat, qui, cùm peccator exiſteret, juſti appellationem, ſimulandi artificio, adeptus eſſet: unde ſtatim addit.

Εἰ δέ τι ῥῆμα ἀληθινὸν ἐγεγόνει ἐν λόγοις σου [Ὁ δὲ Σύμμαχος, πρὸς ἐμὲ δὲ ἐλαλήθη λαθραίως, ἐν κλοπῇ.] οὐδὲν ἄν σοι τούτων κακὸν ἀπήντησεν.

Si quod autem verbum verax fuiſſet in ſermonibus tuis [Symmachus autem, *Ad me autem dictum eſt clanculum, in furto.*] *nihil tibi horum malum accidiſſet.*

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐκ τῶν εἰκότων, φησὶ, συλλογίσαιτο ἄν τις, δίκην σε πλημμελημάτων τινῶν δεδωκέναι. εἰ μὲν γὰρ μόνον ἐν λόγοις εἶχες τὸ θεοσεβὲς, ἀλλὰ καὶ ἔργοις ὑπῆρχες ἀληθινὸς. καὶ οὐδέν τι τῶν μὴ προσηκόντων παρὰ σοῦ ἐγένετο, οὐκ

OLYMPIODORI. Ex veriſimilibus, inquit, colligere quis poteſt, te ſcelerum quorundam pœnas luiſſe. Si enim non tantùm in verbis Dei cultum poſuiſſes, ſed factis etiam veritatem religionis tuæ oſtendiſſes, nihilque, quod fieri minimè oportebat, à te factum fuiſſet, tan-

O torum

torum malorum acerbitatem non deguſtâſſes; præſertim cùm juſtorum hominum actiones, nullo pacto Deus aſpernetur.

δὺ τοσούτων πεῖραν ἔλαβες κακῶν, τοῦ Θεοῦ μὴ παρορῶντος τῶν δικαίων τὰς πράξεις.

CHRYSOSTOMI. Illud, *Si quod autem verbum verax fuiſſet in ſermonibus tuis*, indicat, quòd Jobus ſæpenumero præclara loquutus fuerit, vel ut alios ad æmulationem incitaret, vel propter alias divinæ diſpenſationis cauſas.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τὸ δὲ, Εἴ τι ῥῆμα ἀληθινὸν ἐγεγόνει ἐν τοῖς λόγοις σου, αἰνίττεται, ὅτι πολλάκις σεμνά τινα εἶπεν ὁ Ἰὼβ, ἤτοι εἰς ζῆλον τινας ἄγων, ἢ καὶ ἑτέρας ἕνεκεν οἰκονομίας.

Nunquid non capiet auris mea ab eo magnifica? [Symmachus autem, *Et accepit auris mea ſuſurrum ab eo*] *Timore autem, & ſonitu nocturno incidens timor ſuper homines, horror mihi occurrit & tremor, & valde oſſa mea concuſſit, & ſpiritus in faciem meam incurrit; horruerunt autem pili mei, & carnes: ſurrexi, & non cognovi; vidi, & non erat figura ante oculos meos, ſed auram & vocem audiebam.*

Πότερον οὐ δέξεταί μου τὸ οὖς ἐξαίσια παρ' αὐτοῦ; [Ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ ἐδέξατο τὸ οὖς μου ψιθυρισμὸν παρ' αὐτοῦ.] Φόβῳ δὲ, καὶ ἠχῷ νυκτερινῷ ἐπιπίπτων φόβος ἐπ' ἀνθρώπους, φρίκη μοι συνήντησε καὶ τρόμος, καὶ μεγάλως μου τὰ ὀστᾶ διέσεισε, καὶ πνεῦμα ἐπὶ πρόσωπόν μου ἐπῆλθεν· ἔφριξαν δέ μου τρίχες καὶ σάρκες· ἀνέστην, καὶ οὐκ ἐπέγνων· εἶδον, καὶ οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου, ἀλλ' ἢ αὔραν, καὶ φωνὴν ἤκουον.

OLYMPIODORI. Profundus eſt hic locus, & qui difficulter ſpectari poteſt, multáſque cogitationum ſemitas producit. Vel enim ut Juſto timorem incutiat Eliphazus, ſic loquitur; Timere, inquit, ô Jobe, nec Deum contemnere te oportet, quandoquidem non diu tantùm, ſed noctu etiam nocturnis viſis territans, ſupplicia irroget; prout ab aliis, mirabilia narrantibus quæ ipſis acciderunt, audivi, ipſéque ſæpenumero in ſomnis territus expertus ſum, ita ut totus contremiſcerem, pili capitis horrerent, oſſium compago univerſa quateretur, & ſpiritus quidam impetum in me facere videretur; cùm nullius rei tamen formam aut ſpeciem cernerem; ſed voces tantùm audirem, quæ ſenſim, & cum formidine aures feriebant, & tremorē mihi incutiebant. Vel tale quid-

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Βαθὺ τὸ χωρίον, καὶ δυσκατόπτον, καὶ πολλὰς ἐννοιῶν ἀτραποὺς παραβαλλόμενον. ἤτοι γὰρ εἰς φόβον ἐνάγων ὁ Ἐλιφὰζ τὸν δίκαιον, φησὶν, ὅτι δεῖ σε φοβεῖσθαι, ὦ Ἰὼβ, καὶ μὴ καταφρονεῖν τοῦ Θεοῦ, ἐπειδήπερ οὐ μεθ' ἡμέραν κολάζει, ἀλλὰ καὶ ἐν ὕπνῳ, διὰ νυκτερινῶν ὄψεων, ὡς καὶ ἑτέρων διηγουμένων τὰ περὶ * αὐτοῦ θαυμάσια, ἤκουσα, καὶ αὐτὸς ἐπειράθην πολλάκις, ἐν ὕπνῳ φοβηθεὶς, ὡς σύντρομόν με γενέσθαι, καὶ φρίξαι μου τὰς τρίχας, καὶ σεισμὸν ὑπομεῖναι τῶν ὀστῶν τὴν ἁρμονίαν, καὶ δοκεῖν τι πνεῦμα ἐπιέναι μοι, μηδὲν μέντοι μεμορφωμένον ὁρᾶν· φωνῶν δὲ μόνον * ἀκούειν ἠρέμα, ἐκπληκτικῶς μοι παραπιπτουσῶν, καὶ τρόμον ἐμβαλλουσῶν. ἢ καὶ τοιοῦτόν τι δοκεῖ λέγειν,

* ἴσ. αὐτῷ.
* ἴσ. ἀκούων.

γὰρ, φοβήθητι τὸν καὶ δι᾽ ἐνυπνίων κολάζοντα, οὗ καὶ ἡ ἔννοια φοβερά. ἐπεὶ γὰρ εἰς νοῦν ποτε λάβω τὴν περὶ τῆς φύσεως αὐτοῦ μεγαλειότητα, καὶ πῶς πανταχοῦ τέ ἐστι, καὶ ἔξω τοῦ παντὸς τυγχάνει, ταυτὸν ὑπομένω τοῖς ἀωρεὶ τῆς νυκτὸς, βαθείας σιγῆς κατεχούσης τὸ πᾶν, ἐν πολλῇ τῇ ἡσυχίᾳ ὑπὸ τοῦ ἤχου τοῦ νυκτερινοῦ καταπληττομένοις· ὥστε καὶ φρίκην μοι συμβαίνειν, καὶ τρόμον ἐν ταῖς τοιαύταις ἐννοίαις, καὶ γίνομαι μὲν ἐν περινοίᾳ ἀφανοῦς τινος καὶ ἀκαταλήπτου πνεύματος. εἰ δὲ καὶ ἐξαναστaίην ἐπὶ πλέον τοῖς λογισμοῖς, οὐδὲν ἐπιγινώσκω, οὐδὲ καταλαμβάνω. ὃ γὰρ ἀνείδεον τοῦ Θεοῦ διαφεύγει τὴν ὀπτικὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς· καὶ ὅσον ἄν τις ἀρθῇ τοῖς λογισμοῖς, τοσοῦτον αὐτὸν τοῦ ζητουμένου ἡ εὕρεσις ἀπολιμπάνει· τὴν γὰρ φύσιν ἐστὶν ἀκατάληπτος, συναισθάνεται δ᾽ οὖν ὅμως τῇ διανοίᾳ, ὥσπερεὶ αὔρας λεπτῆς καὶ φωνῆς ἠρεμαίας ἀναψυχούσης τὸν νοῦν, καὶ τῆς μὲν τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας ποιούσης συναισθάνεσθαι, τὴν μέντοι θείαν φύσιν οὐκ ἐπιδεικνύσης. παντελῶς γάρ ἐστιν ἀνέφικτος, καὶ φρίκης γέμουσα, καὶ σκοτοδινιᾷν τοὺς λογισμοὺς παρασκευάζουσα, ἡ τοιαύτη θεωρία· καὶ παραπλήσιόν τι γίνεται ἐπὶ τοῦ ἀνέμου, ὡς γὰρ ἐκεῖνον λαβεῖν ὀφθαλμοῖς οὐκ ἔνεστιν, οὕτως οὐδὲ Θεὸν εὑρεῖν λογισμῷ δυνατόν· ἀνέφικτος γὰρ νῷ, ὡς ἄνεμος ὀφθαλμῷ. καὶ καθάπερ ἡ φωνὴ, καὶ ἀνεμιαῖον πνεῦμα, διδόασι μὲν ἑαυτῶν τὴν συναίσθησιν, εἰς δὲ θέαν ἀνθρώπου οὐκ ἔρχονται· οὕτω καὶ ἡ θεία φύσις. πολλάκις γοῦν ὕψωσά μου τὸν λογισμὸν, οὐδὲν δὲ ἧττον τῆς θεωρίας ἀπωλίσθησα· καὶ Θεὸν ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἰδεῖν θέλων, μόνας εἶδον αὐτοῦ τὰς ἐνεργείας. ἐπιβάλλεις δὲ καὶ ὧδε·

*ἐν. ἄλλ. * μὴ φαυλίσῃς μου τοὺς λόγους, καὶ τὴν παραίνεσιν· καὶ γὰρ θείας ἀποκαλύψεως ἠξιώθην, καὶ δι᾽ ὀνείρων ὀπτασίας ἐθεώρησα, καὶ ἁγίου πνεύματος ἔλλαμψιν ἐδεξά-

piam loqui videtur Eliphazus, Verere eum, qui per inſomnia etiam punit, cujus vel ſola cogitatio formidabilis eſt. Etenim ſiquando naturæ illius admirabilem excellentiam mente complexus fuero; & quemadmodum, cùm loca compleat omnia, extra omnia tamen ſit, perpendero; accidere idem mihi ſentio, quod iis evenit, qui intempeſtâ nocte, altiſſimo ſilentio omnia occupante, mirâ quiete conſopiti, à nocturno nihilominus ſonitu perterrentur; ita ut in ejuſmodi meditationibus, tremor & horror me inceſſant, mentéque ſpiritum aliquem inviſibilem & incomprehenſibilem complectar. Quòd ſi ratiocinando altiùs me levare pergam, nihil tamen percipio, neque comprehendo; Dei enim natura, quæ formâ omni caret, opticam animi facultatem fugit; quantóq; altiùs quis ratiocinationibus aſcenderit, tanto magis quæſiti inventio eum deſerit: naturâ enim incomprehenſibilis eſt, animo tamen percipitur, tenui quaſi quadam aurâ, & voce tacitâ mentem refocillante, & divinâ efficaciâ ſenſum illum in nobis operante, ipſam autem divinam naturam minimè oſtendente. Cogitatio enim ejuſmodi omnino inacceſſa eſt, & horrore plena, ac caliginoſa vertigine ratiocinationis aciem ſuffundit: & quod in vento deprehenditur, ſimile quid accidit, quemadmodum enim illum oculis cernere non licet, ita nec Deum rationis diſcurſu invenire poſſibile eſt; intelligentiæ enim noſtræ vires non minùs ſuperat, quàm ventus oculorum. Et quemadmodū vox, & venti flatus, ſenſum quendam ſui præbent, ſub hominis tamen aſpectum non cadunt; ſic etiam divina natura. Sæpe enim ratiocinationis aciem in ſublime erexi, nihilóminus tamen à contemplatione divina lapſante greſſu, aberravi; Deúmque, cùm quid eſſet videre vellem, ſolos ejus effectus vidi. Verùm hìc fortaſſe objicies; Sermones meos & adhortationem noli vilipendere; nam ipſe quoque revelatione divinâ dignatus ſum, & in ſomniis viſiones vidi, Sanctíque Spiritus recepi illuſtrationem, atque intellexi,

intellexi, divinum numen ab omni ſpecie ac figurâ ſecretum eſſe, naturâ ſimplex, & incomprehenſum; ſenſum autem ejus, quaſi in aura tenui, percepi. Hæc eò diſſerit Eliphazus, ut gratior ipſius oratio reddatur, atque ut in iis quæ parat dicere, fide dignus habeatur: fortaſſe etiam terrorem Jobo incutere conatur, cúmque ad pœnitentiam deducere nititur. An non, inquit, auris mea magnifica quædam de Deo accepit, ut tibi fide dignus videar? (hoc enim loco, *capiet*, pro, *cepit*, ſcripturâ multis in locis tempus pro tempore ſubſtituente, intelligendum eſt) & quidem cùm ipſe ſæpenumero diſputantes de Deo audiam, ac ipſe diſſerere coner, formidine percellor, metúque omni plenus evado, & ſonitu nocturno, (hoc autem ab eo quod naturaliter accidit, dicit; nocte enim intempeſta, cùm alta quies cuncta complectitur, quaſi ſonum quendam circumcurſantem mente concipimus) & ſicut vento irruente, effectus ejus ſenſu percipio, oculis autem cernere non poſſum: ſic de Deo mihi cogitanti, quantum inveniſſe me arbitror, tantum rationis meæ conceptum fugit, licèt etiam divinæ illuminationis planè immunis non ſim; *Spiritus enim*, inquit, *in faciem meam incurrit*. Cur ergo, Jobe, contrà philoſopharis? & Deum non vereris, adeo præſtanti excellentíque natura præditum? quem quanto quis ſolertiore ratiocinationis indagatione aſſequutus eſſe videtur, tanto eum magis abſoluta perceptio fugit, ingeniíque ſui tenuitatem, & quæſiti pondus perſpicit.

μένω, καὶ οἶδα μὲν ὅτι ἀνείδεός ἐστιν ὁ Θεὸς, ἁπλοῦς τε, καὶ ἀκατάληπτος τὴν φύσιν· πλὴν ὡς ἐν αὔρᾳ τινὶ λεπτῇ συναίσθησίς μοι γέγονεν. Ταῦτα δέ φησιν ὁ Ἐλιφὰζ, ἀξιοπρόσδεκτον ἑαυτοῦ τὸν λόγον κατασκευάζων, ἵνα ἐν οἷς μέλλει λέγειν, πίστεως εἶναι ἄξιος δόξῃ· τάχα δὲ φοβεῖν πειρᾶται τὸν Ἰὼβ, καὶ εἰς μετάνοιαν ἐπιστρέφειν. Ἆρα γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐδέξατό μου τὸ οὖς ἐξαίσια * παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἵνα σοι φανείην ἀξιόπιστος; τὸ γὰρ, δέξεται, ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ, ἐδέξατο, νοήσεις, πολλαχοῦ τῆς γραφῆς χρόνον ἀντὶ χρόνου τιθείσης. καὶ μὴν πολλάκις καὶ περὶ ἄλλων ἀκηκοὼς, καὶ αὐτὸς περὶ Θεοῦ λογίζεσθαι βουλόμενος, εἰς δέος καθίσταμαι, φόβου τε παντὸς πληροῦμαι, καὶ μέντοι καὶ νυκτερινῆς ἠχοῦς (λέγει δὲ τοῦτο, ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ συμβαίνοντος· καὶ γὰρ ἀωρεὶ τῶν νυκτῶν, ἡσυχίας ἐπιλαβούσης τὸ πᾶν, οἷά τινος ἠχοῦς περιιούσης ὑπόληψιν ἔχομεν) καὶ καθάπερ ἀνέμου προσπεσόντος, αἴσθησιν μὲν τῆς ἐνεργείας ἔχω, οὐ μὴν τὸ δι' ὄψεως λαβεῖν δύναμαι· οὕτω καὶ περὶ Θεοῦ λογιζόμενος, ἐν ὅσῳ εὑρεῖν προσδοκῶ, διαδιδράσκει μου τὸν λογισμὸν τὴν κατανόησιν, καίτοιγε οὐδὲ ἄμοιρός εἰμι τῆς θείας ἐλλάμψεως· πνεῦμα γὰρ, φησὶν, ἐπὶ πρόσωπόν μου ἐπῆλθε. Τί οὖν σὺ, φησὶν, ὦ Ἰὼβ, ἀντιφιλοσοφεῖς; καὶ οὐ καταπτήσσεις τὸν Θεὸν, τὸν οὕτως ὑπερφυῆ; οὗ ἐν ὅσῳ τις ἐφικνεῖσθαι δοκεῖ τοῖς λογισμοῖς, τοσοῦτον αὐτὸν ἡ ἀκριβὴς διαδιδράσκει κατάληψις, καὶ τήν τε οἰκείαν ἐπιγινώσκει ἀσθένειαν, καὶ τοῦ ζητουμένου τὸ μέγεθος.

* ἴσ. ἀπὸ

Quid enim? nunquid homo coram Domino mundus erit? vel de operibus ſuis irreprehenſibilis vir?

Τί γάρ; μὴ καθαρὸς ἔσται βροτὸς ἐναντίον τοῦ Κυρίου; ἢ, ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ἄμεμπτος ἀνήρ;

POLYCHRONII. Poſtquam ab eo, quòd Deus incomprehenſibilis eſſet, Jobi audaciam vituperâſſet, nunc à naturæ etiam infirmitate reprehendere eum conatur. Ne putes, hæc, inquit, à me exprobrandi causâ dici, cùm peccata tibi obii-

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἀπὸ τοῦ περὶ Θεὸν ἀνεφίκτου καθίσας τὴν τόλμαν, νῦν καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τὴν φύσιν ἀσθενείας αὐτὸν ἐλέγχειν πειρᾶται· καὶ μὴ νόμιζε, φησὶν, ὅτι ὀνειδιστικῶς σοι ταῦτα λέγω, προφέρων σοι

ἁμαρτίας

ἁμαρτίας· καθόλου γὰρ οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐστὶν ἄμεμπτος· ἀλλὰ κἂν ἀνθρώπους λάθῃ, Θεὸν οὐ λησθήσεται. τοῦτο γὰρ σημαίνει, τὸ, ἐνώπιον τοῦ Κυρίου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ὅρα δὲ αὐτὸν ἀντιφθεγγόμενον τῷ Θεῷ· αὐτοῦ γὰρ εἰπόντος, ἄνθρωπος ἄμεμπτος, οὗτός φησιν, οὐκ ἄμεμπτος, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐπαίρων τὴν ψῆφον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐκ ἂν, φησί, τοῦτο εἴποις, ὡς ἁμαρτημάτων ἐκτὸς ὤν, ταῦτα πέπονθας· ἐπεὶ μηδὲ ἔστιν ἀνθρώπου φύσιν πρὸς τὴν τῶν νόμων ἀκρίβειαν πολιτεύσασθαι. ἔστι γὰρ, ὅτε μὲν καὶ ἑκουσίοις, πολλάκις δὲ καὶ ἀκουσίοις περιπίπτομεν, διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν. τοῦτο μέντοι πιθανὸν ὑπάρχον, εἰ κατὰ τὴν ἔννοιαν ἐξετάζοιτο, ἔχει τὸν ἔλεγχον· εἰ γὰρ δι' ἁμαρτίας ὁ περιπίπτων ἀνιαροῖς θλίβεται, οὐδεὶς δὲ καθαρὸς, οὐδεὶς ἐκτὸς ἀνιαρῶν ὑπάρξειεν ἄν.

ciam; nullus enim omnino homo eſt qui reprehenſione vacat; quamvis enim homines lateat, Deum tamen non latebit: hoc enim illud ſignificat, *coràm Domino.*

OLYMPIOD. Vide ut Deo contradicat; illo enim dicente, *Homo irreprehenſibilis*, hic, ex ſeipſo & factis ſuis judicium de eo ferens, reprehenſione illum carere negat. Cap. 1. & 2.

DIDYMI. Ne dixeris, hæc te nulli peccato obnoxium pati; cùm impoſſibile ſit hominis vitam ad perfectam Legis normam exigere. Fit enim per naturæ infirmitatem, ut ſponte interdum, ſæpe etiam invitè, in peccata incidamus. Quod quidem cùm probabile ſit, ſi adhibito judicio examinetur, reprehenſionẽ complectitur: ſi enim propter peccata, qui in miſerias & ærumnas incidit, affligitur, nemo autem eſt à labe integer, profectò ab ærumnis nemo liber erit.

Εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπενόησεν.

Si contra ſervos ſuos non credit, & adversùs Angelos ſuos pravum quid advertit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἀπὸ τοῦ μείζονος τὴν ἀπόδειξιν ἐπαγαγεῖν βούλεται, καὶ πιστώσασθαι, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ὑπὸ ἁμαρτίαν ἐστί· τί γὰρ δεῖ λέγειν περὶ ἀνθρώπων, φησὶν, ὅτε γε οἱ ἄγγελοι μὴ ὦσιν ἄμεμπτοι; τρεπτῆς γὰρ φύσεως καὶ αὐτοί· καὶ ὅσον πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀκρίβειαν, οὐδὲ αὐτοὶ οἱ γνήσιοι δοῦλοι αὐτοῦ καὶ λειτουργοὶ, ἐν πᾶσι τὸ πιστὸν καὶ βέβαιον ἔχουσι. καὶ τὴν ἔννοιαν ταύτην ὁ Σύμμαχος παρέστησεν, εἰπὼν, ἐν δούλοις αὐτοῦ ἀβεβαιότης, καὶ ἐν ἀγγέλοις αὐτοῦ εὑρήσει ματαιότητα. μὴ τοίνυν θαυμάσῃς, φησὶν, ὅτι εἶπον, ὡς οὐ καθαρὸς ἔσται βροτὸς ἐναντίον Κυρίου· ὁπότε οὐδὲ τοῖς παισὶν αὐτοῦ, καὶ θεράπουσιν ἀγγέλοις ἐμπεπίστευκε, τὸ, κατὰ φύσιν, καὶ ἑδραίως ἄμεμπτον· τῇ γὰρ αὐτοῦ καὶ αὐτοὶ συνέχονται χάριτι, ἐπειδὴ αὐτοῦ μόνου τὸ ἄτρεπτον.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἡ δὲ τῶν γενητῶν καὶ κτιστῶν φύσις τρεπτή ἐστι,

OLYMPIOD. A majore argumentum ducere vult, & affirmare, omnem hominem ſub peccato eſſe. Quid de hominibus, inquit, attinet dicere, cùm ne Angeli quidem reprehenſione careant? mutabilis enim & eorum natura eſt, & divinæ quidem perfectionis reſpectu, ne illi quidem qui legitimi ejus famuli & miniſtri ſunt, in omnibus fidelitatem & firmitatem habent. Et hunc quidem ſenſum Symmachus expreſſit, cùm diceret, *In ſervis ſuis inconſtantia, & in Angelis ſuis inveniet vanitatem.* Ne igitur mirere, inquit, quòd dixi, *Homo mundus non erit coram Domino*; quandoquidem neque Angelis, ſervis ac famulis ejus, ut naturaliter & conſtanter reprehenſione carerent, crediderit, & conceſſerit; illi enim illius gratiâ conſtricti tenentur, quandoquidẽ illius ſolius eſt, mutationem non agnoſcere.

ATHANASII. Rerum quæ generatione creationéve effectæ ſunt, mutabilis

eſt

eſt natura, ut quæ extra Dei ſit eſſentiam, atque ex iis quæ non erant, conſtet. Proinde, *Omnis homo mendax*. Et, *Peccaverunt omnes, & egent gloria Dei*. Diabolus verò, cùm inter medios Cherubinos verſaretur, eſſétque *Signaculum ſimilitudinis* Dei, *Tanquam fulgur de cælo decidit*. Et, *Angelos judicabimus*, eos ſcilicet, *qui principatum ſuum non ſervârunt*. Hìc etiam dicitur, *Si contra ſervos ſuos non credit*. Denique, res creatæ talem naturam ſortitæ ſunt, & mutationi obnoxiæ ſunt; ſola autem divina natura immutabilis.

Rom. 3. 4. Ibid. v. 23. Ezech. 28. 12. Luc. 10. 18. Cor. 1. 6. 3. Iud. ver. 6.

ἅτε δὲ ἔξωθεν οὖσα τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ὑποστᾶσα. διό, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. καί, πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ διάβολος ἐν μέσῳ τῶν χερουβὶμ ὤν, καὶ ἀποσφράγισμα ὁμοιώσεως γενόμενος, ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὡς ἀστραπή. καί, ἀγγέλους κρινοῦμεν, τοὺς μὴ τηρήσαντας δηλαδὴ τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν. καὶ ἐνταῦθα, εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει. καὶ ἁπλῶς, τὰ κτίσματα τοιαύτην ἔχει τὴν φύσιν, καὶ τρέπεται· μόνη δὲ ἡ θεία φύσις ἀναλλοίωτος.

OLYMP. Illud autem, *Pravum quid advertit*, id eſt, mutabilem eorum naturam fabricavit; ut propterea vituperationem incurrere contingeret: quod quidem & apoſtaticæ poteſtates paſſæ ſunt, quæ, quia naturam à mutatione alienam non ſunt ſortitæ, libertatis arbitrio de ſua ſtatione delapſæ ſunt.

ΟΛΥΜΠ. Τὸ δέ, σκολιόν τι ἐπενόησεν, ἀντὶ τοῦ, τρεπτὴν αὐτῶν τὴν φύσιν κατεσκεύασεν, ὡς ἐνδέχεσθαι καὶ μεμπτῶς αὐτοὺς γενέσθαι διὰ τοῦτο. ὅπερ δὴ καὶ πεπόνθασιν αἱ ἀποστατικαὶ δυνάμεις, ἐπεὶ μὴ τὴν φύσιν ἄτρεπτον ἐκληρώσαντο, προαιρετικῶς τῆς οἰκείας στάσεως ἀπολισθήσασαι.

CHRYSOST. Rectè illud dictum eſt, *Advertit*; per id enim Dei ſapientiam declarat, ne naturæ ſuæ, ſcilicet, excellentia eos efferret, ſed perpetuò divino imperio ſubjecti eſſent. Licet *Pravum quid contrà eos adverterit*, hoc eſt, Eos qui proprium deſeruerunt domicilium, ſupplicio multaverit.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Καλῶς δὲ εἶπε, τό, ἐπενόησε· τὴν γὰρ σοφίαν αὐτοῦ διὰ τούτου δείκνυσιν, ἵνα μὴ τὸ τῆς φύσεως αὐτοὺς μεγαλεῖον ἐπαίρῃ, ἀλλὰ διὰ παντὸς ὦσιν ὑποτεταγμένοι τῷ Θεῷ. εἴγε καὶ κατ' αὐτῶν σκολιόν τι ἐπενόησε, τουτέστιν, ἐκόλασεν αὐτοὺς ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον.

Habitantes autem domos luteas, ex quibus & ipſi de eadem luto ſumus. Percuſſit eos tanquam tinea; & à mane uſque ad veſperam ultrà non ſunt, eò quòd non poſſent ſibiipſis ſubvenire, perierunt. Inſufflavit enim eis, & exaruerunt; interierunt, quia non habebant ſapientiam.

Τοὺς δὲ κατοικοῦντας οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμέν. ἔπαισεν αὐτοὺς σητὸς τρόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐθεν μέχρι ἑσπέρας, οὐκ ἔτι εἰσὶ παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι, ἀπώλοντο. ἐνεφύσησε γὰρ αὐτοῖς, καὶ ἐξηράνθησαν. ἀπώλοντο παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν.

OLYMPIOD. Si Angelos, inquit, peccantes pœnis coërcuit, quid mirum, ſi nos peccata admittentes plectamur, qui longè illis inferiores ſumus, & è terra oriundi, circa terram volutamur, naturáque ea præditi ſumus, quæ facilè nos ad delicta

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Εἰ ἀγγέλους, φησίν, ἐκόλασεν ἁμαρτάνοντας, τί θαυμαστὸν εἰ ἡμεῖς, πλεῖστον ὅσον ἐκείνων λειπόμενοι, ἀπὸ γῆς τε ὄντες, καὶ περὶ γῆν εἰλούμενοι, αὐτῆς ἡμῶν τῆς φύσεως καθελκούσης εἰς πταίσματα εὐκόλως, τοῖς ἁμαρτή-

μασι

μασι προπίπτοντες, τιμωρούμεθα; καὶ τοῦτο τοῦ Θεοῦ σοφῶς οἰκονομοῦντος, ὥστε μὴ ἀπὸ τῆς ἀδείας, εἰς ἐσχάτην ἀσέβειαν ἐκβακχεύεσθαι. Εἰ γὰρ ἄγγελοι, πνεύματά τε ὄντες, καὶ οὐρανὸν οἰκοῦντες, οὐκ ἄμεμπτοι πρὸς τὴν θείαν ἀκρίβειαν, τί ἂν πάθοιμεν ἡμεῖς οἱ γήϊνοι, καὶ γῆν οἰκοῦντες; τοῦτο δηλοῖ καὶ ὁ Σύμμαχος, ἐκδοὺς, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς κατασκηνοῦσιν οἰκίας πηλίνας, ὧν γήϊνος ὁ θεμέλιος; Εἰ γὰρ πλήξει Θεὸς, οὕτω ῥᾳδίως δαπανώμεθα, καὶ οὐδὲ ὅλην ἡμέραν διαντέχομεν, ὥσπερ λάχανα ὑπὸ σκωλήκων βρωθέντα, ἢ ἱμάτια ὑπὸ σητὸς δαπανηθέντα. Ἐν τούτοις, καὶ τὸ δυνατὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τὸ ἡμέτερον παρίστησιν· ὥσπερ γὰρ τὰ λάχανα, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐσμεν ἀσθενεῖς, καὶ ταχὺ ἀναλυόμεθα, ὡς ἱμάτιον ὑπὸ
ἴσ. δεῖ. σητός· Θεὸς δὲ * οὕτω δυνατὸς, καὶ μετ' εὐκολίας ἀφανίζων οὓς ἂν θελήσῃ· ὅτι ὥσπερ ἀνθρώπῳ ῥᾴδιον τὸ φυσῆσαι, οὕτω Θεῷ τὸ θελῆσαι μόνον, καὶ ἀποξηρᾶναι.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Τὸ οὖν, ἔπαισεν αὐτοὺς σητὸς τρόπον, ἀντὶ τοῦ, εὐκόλως καὶ τὰ ἐνδότατα διέφθειρε. Τὸ δὲ, ἐνεφύσησε, τουτέστιν, οὐκ ἐδεήθη καμάτου, ἀλλ' ἠβουλήθη μόνον, καὶ τέλος ἔσχε τὰ κατ' αὐτούς. Τοῦτο δὲ ἐκ μεταφορᾶς εἴρηται τῶν ὀργιζομένων, οἳ ἔθος ἔχουσιν, ἀντὶ ἐπιτιμήσεως τῷ ἐμφυσήματι κεχρῆσθαι. Τὸ δὲ, ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας οὐκ ἔτι εἰσὶν, εἶπεν, ἢ διὰ τὸ τὸν Ἰὼβ αὐθημερὸν ἅπαντα ὑποστῆναι· ἢ ὥστε δεῖξαι, ὅτι οὐ δεῖται χρόνου Θεὸς, τοὺς ἀσεβεῖς τιμωρούμενος.

ΟΛΥΜΠ. Οὗ τὸ κρίμα, ἐμφύσημα τροπικῶς ὠνόμασεν, εἰπὼν, ἐνεφύσησεν αὐτοῖς, καὶ ἐξηράνθησαν, ὡς ἐπὶ ἀνέμου φυσῶντος, καὶ ἀνθῶν ξηραινομένων, διὰ τὸ παραστῆσαι αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν· μόνον γὰρ, φησὶν, ἀποφαινομένου, ταχεῖαν τὴν τιμωρίαν δέχονται, οὐκ ἀρκοῦντες ἀπώσασθαι τὴν ἐνεχθεῖσαν πληγήν. Εἶτα, ἵνα μὴ δόξῃ λέγειν, ὅτι ἐπ' ἐξουσίας ἅπαντα πράττων, ἀκρίτως ἐπιφέρει τὴν ὀργὴν,

trahat, & alliciat? & hoc quidem ex prudenti diſpenſatione divina, ne peccandi impunitatem ſperantes, ad ſummam impietatem furore inſano impellamur. Nam ſi Angeli, qui ſpiritus ſunt, ac cœli incolæ, ſi cum perfectione divina conferantur, reprehenſione non careant, quid nobis fiet, qui terreſtres ſumus, terrámque habitamus? Hoc ipſum Symmachi expoſitione ſignificatur, ſic enim ille, *Quanto magis qui domos habitant luteas, quarum terrenum eſt fundamentum?* Etenim ſi Deus percuſſerit, ſic facilè conſumimur, neque diem integrum ſuſtinemus, tanquam olera à vermibus pereſa, aut veſtimenta conſumpta à tineis. His verbis, quanta Deus poteſtate polleat, & quanta noſtræ ſit naturæ imbecillitas, ob oculos ponit; nos enim, ſicut olera imbecilles ſumus, celeritérque conſumimur, ut veſtis à tinea: Deus autem poteſtate præditus eſt, & cum facilitate, quos vult, in nihilum redigit: prout enim homini ſpirare facile eſt, ſic Deo velle tantùm, & exſiccare ac perdere.

CHRYSOST. Illud igitur, *Percuſſit eos tanquam tinea*, id eſt, facili negotio etiam intima corrupit. *Inſufflavit* autem, id eſt, labore nullo indiguit, ſed voluit tantùm, & illorum finis & interitus ſequutus eſt. Hoc autem dictum eſt, metaphorâ ſumptâ ab eis qui ira excandeſcunt, qui pro objurgatione, inſufflatione uti ſolent. Illa autem verba, *A manè uſque ad veſperam ultrà non ſunt*, vel ideo dicta ſunt, quia Jobus uno die omnia ſuſtinuerit; vel ut oſtendat, Deum tempore non egere, ut de impiis ſupplicium ſumat.

OLYMP. Cujus judicium, metaphoricè, inſufflationem vocavit (*Inſufflavit*, inquit, *eis, & exaruerunt*; tanquam vento flante, & floribus exareſcentibus) ut poteſtatem ejus proderet: illo enim ſententiam ſolùm proferente, ſubito ſupplicio afficiuntur, neque plagam inflictam repellere poſſunt. Deinde, ne videretur dicere, quòd ex poteſtate ſua omnia faciens, iram hominibus ſine cauſa inferat, homines hæc pati

pati ait, non temere, & indictâ cauſâ, ſed, *quia ſapientiam non haberent*, id eſt, Deum
Pſal. 110. 10. non timerent, *Initium enim ſapientiæ eſt timor Domini.*

φησὶν, ὅτι ταῦτα πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐκ ἀκρίτως, ἀλλὰ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν σοφίαν, τουτέστι, μὴ φοβεῖσθαι τὸν Θεόν, ἀρχὴ γάρ, φησί, σοφίας φόβος Κυρίου.

CAP. V.

INVOCA autem, ſiquis tibi reſpondeat; vel ſiquem Angelorum ſanctorum aſpicias: etenim ſtultum perimit ira, errantem occidit zelus.

ΕΠΙΚΑΛΕΣΑΙ δὲ, εἴτις ὑπακούσεταί σου, ἢ εἴ τινα ἀγγέλων ἁγίων ὄψῃ· καὶ γὰρ ἄφρονα ἀναιρεῖ ὀργὴ, πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος.

OLYMPIODORI. Quid, inquit, ſupra dignitatem loqueris homo? tanto enim intervallo homo Deo inferior eſt, qui non ſolùm inviſibilis, ſed incomprehenſibilis etiam eſt, & ſi millies eum invocaveris, tibi nequaquam reſpondebit. Quid autem de Deo loquor, cùm etiam Angeli ejus nobis inviſibiles ſint?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τί, φησὶν, ὑπὲρ τὴν ἀξίαν φθέγγῃ, ἄνθρωπος ὤν; τοσοῦτον γὰρ ἀπολιμπάνεται Θεοῦ ἄνθρωπος, ὅτι οὐ μόνον ἀόρατός ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ ἀκατάληπτος, ἀλλ' οὐδ' ἂν μυριάκις αὐτὸν ἐπικαλέσῃ, ἀποκριθήσεταί σοι. τί δὲ λέγω περὶ Θεοῦ, ὅπουγε καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ ἀόρατοί εἰσιν ἡμῖν.

POLYCHRONII. Quòd ſi recta te loquutum eſſe arbitraris, profer mihi aliquem, qui ejuſdem ſententiæ tecum ſit. Verùm ejuſmodi orationis aſperitate uſus es, ut nec Angeli præſentiâ frui poſſis, ſi eum invocaveris; *etenim ſtultum perimit ira*, divina videlicet; *errantem autem occidit zelus*, zelum dicit Dei odium in improbos.

ΠΟΛΥΧΡ. Εἰ δὲ δοκεῖς ὀρθὰ λελαληκέναι, φέρε μοί τινα συμφωνοῦντά σοι. ἀλλὰ μὴν οὕτως ἐχρήσω τῇ τῶν λόγων τραχύτητι, ὅτι μηδὲ ἀγγέλου δύνασθαι τυχεῖν παρουσίας, εἰ αὐτὸν ἐπικαλέσῃ· καὶ γὰρ ἄφρονα ἀναιρεῖ ὀργὴ, ἡ θεία, δηλονότι· πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος· ζῆλόν φησι, τὸ μισοπόνηρον τοῦ Θεοῦ.

OLYMPIODORI. Eum, meo quidem animo, *inſipientem* appellat, qui peccat, quem etiam *ira interimit*; non autem ſapientem, neque enim illic eſt ira. Sic etiam intelligere potes, Teipſum ſine peccato judicans, & contra Deum ſuperbiâ elatus, inſipienter irâ accenderis, & proſperâ fortunâ utentes invidiâ proſequeris; ita ut meritò juſtæ divinæ iræ impetum experiaris, vel à tua ipſius opprimaris: omni enim inſipienti, & iracundo, propria iracundia interitum adfert.

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἄφρονα, τὸν ἁμαρτωλὸν λέγειν, ὃν καὶ ἡ ὀργὴ ἀναιρεῖ, οὐ μὴν καὶ τὸν φρόνιμον, οὐ γάρ ἐστιν ἐκεῖ ὀργή. νοήσεις δὲ καὶ ὧδε, ἀφρόνως ὀργίζῃ, καὶ ζηλοῖς τοὺς εὐημεροῦντας, κρίνων σαυτὸν ἀναμάρτητον, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ θρασυνόμενος· ὅθεν εἰκότως πειραθήσῃ τῆς δικαίας τοῦ Θεοῦ κινήσεως, ἢ καὶ ὑπὸ τῆς οἰκείας ὀργῆς κατεργασθήσῃ· παντὶ γὰρ ἄφρονι, καὶ ὀργίλῳ, ἡ ἰδία ὀργὴ θάνατον κατεργάζεται.

Ego autem vidi ſtultos radicem mittentes; ſed ſtatim abſumpta eſt illorum habitatio.

Ἐγὼ δὲ ἑώρακα ἄφρονας ῥίζαν βάλλοντας, ἀλλ' εὐθέως ἐβρώθη αὐτῶν ἡ δίαιτα.

OLYMP. Symmachus autem, *Et maledixi decori illorum ſtatim.* Cùm

ΟΛΥΜΠ. Ο δὲ Σύμμαχος, καὶ κατηρασάμην τὴν εὐπρέπειαν αὐτῶν παραχρῆμα·

ἐναγχῆμα. ἐπεὶ ἀντίπιπτε τῷ Ἐλιφὰζ, τὸ καὶ ἀδίκους πολλάκις ἐν εὐημερίᾳ διάγειν, καὶ μάλιστα τὰ κατ' αὐτὸν τὸν Ἰὼβ πρότερον ἐν εὐπραγίᾳ τυγχάνοντα, ἵνα μὴ εἴπῃ ὁ πολύτλας οὗτος, εἰ οὕτως ἄφρων ἤμην, πῶς ἐπλούτουν τὸ πρίν; τὸ ἀντιπῖπτον ἐπιλύων ὁ φίλος, ἔφη, ὅτι ἄδικος κἂν γένηται ἐν εὐπαθείᾳ τινὶ, καὶ βεβαίως ἔχειν νομίζῃ τὰ ἀγαθὰ καὶ ἀσφαλῶς, τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, ῥίζας βάλλειν, ἀλλ' οὐκ ἐπιπολὺ διαμένει· ἀλλ' ἡ δίαιτα αὐτοῦ, τουτέστιν, ἡ πᾶσα οἰκία, καὶ ἡ ἐν εὐθυμίᾳ διαγωγὴ διαπίπτει, καὶ διαφθείρεται. ῥίζαν δὲ εἰπὼν, ὡς ἐπὶ φυτοῦ, μεταφορικῶς ἐφύλαξε τὸ ἑξῆς, ἐπαγαγὼν, τὸ βρωθείη· τὰ γὰρ φυτὰ, ὧν ἡ ῥίζα ἐβρώθη, ξηραίνεται. εἶτα ἐπιφέρει τῶν ἀσεβῶν τὰ ἀποτελέσματα, εὐκτικῶς μὲν λεγόμενα, ὁριστικῶς δὲ, καὶ ἀποτελεσματικῶς, εἴτουν ἐκβατικῶς νοούμενα.

hominum injuſtorum proſpera plerumque fortuna, & præcipuè felix prior Jobi rerum ſtatus, cauſæ Eliphazi adverſaretur, ne hic multorum certaminum vir diceret; Si inſipiens eram, quomodo priùs divitijs abundavi? diluendo id quod objici poterat, amicus dicit; Injuſtus quamvis in deliciis vivat, & bona ſua ſe firmiter & ſecurè poſſidere arbitretur (id enim eſt, *radices mittere*) non tamen diuturna erunt: ſed ejus *habitatio*, id eſt, domus univerſa, & vita cum tranquillitate tranſacta, diffluit & corrumpitur. Cùm autem radicem dixiſſet, quæ plantarum propria eſt, metaphorâ ſervatâ, ſubjunxit illud, *abſumi*; plantæ enim quarum exeduntur radices, exareſcunt. Deinceps ea quæ impiis eveniunt attexit, quæ ad modum optantis quidem efferuntur, definitivè tamen, & apoteleſmaticè, ſive effectivè intelliguntur.

Πόῤῥω γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας.

Longè fiant filii eorum à ſalute.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ταῦτα πολλάκις μὲν συμβαίνει τοῖς ἀσεβέσι· καὶ γὰρ ἐκληρονόμησεν ὁ Ἑβραίων λαὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, τῶν προτέρων οἰκητόρων διὰ ἀσέβειαν ἐκκοπέντων. οὐκ ἀεὶ δὲ ταῦτα συμβαίνει ἐν τῷ παρόντι βίῳ· αἱ γὰρ ἀνταποδόσεις οὐκ ἐνταῦθα πάντως. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· ὥστε μὴ μετὰ διαιρέσεως ταῦτα θέντα οὐ καλῶς εἴρηται τῷ Ἐλιφάζ. τὸ δὲ, πόῤῥω γένοιντο, οὐκ εὐκτικῶς εἴρηται, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, ἐγένοντο, ὡς πάντως συμβησόμενον· οἱ γὰρ χρόνοι ἀδιαφόρως κεῖνται, καὶ μάλιστα ἐν τῇ παρούσῃ γραφῇ.

OLYMP. Hæc non raró contingunt impiis; terram enim promiſſionis Judæorum natio ſortita eſt, prioribus incolis propter impietatem ſublatis. Verùm hæc non ſemper in hac vita eveniunt, retributiones enim non ſemper hìc fiunt, ſed in futura etiam vita; quare minùs rectè Eliphazus dixit, qui ſine diſcrimine ea poſuit. Illud verò, *Longè fiant*, non optantis eſt, ſed pro, *facti ſunt*, dictum eſt, ac ſi omnino jam accidiſſet: tempora enim abſq; diſcrimine uſurpantur, & præſertim in hoc præſenti volumine.

Κολαβρισθείησαν δὲ ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐξαιρούμενος.

Et conterantur ſuper januas minorum, & non erit qui eripiat.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Τουτέστιν, ἐπιτριβείησαν, ἐξουτενωθείησαν· κόλαβρος γὰρ ὁ μικρὸς χοῖρος, ἀνθ' οὗ, ὁ μὲν Ἀκύλας, ἐπιτριβήσονται· ὁ δὲ Θεοδοτίων,

OLYMPIODORI. Id eſt, Conterantur, vilipendantur (κόλαβρος enim puſillus eſt porcus) pro quo Aquila, *contererentur*; Theodotio, *Confracti*

Confracti ſunt: Symmachus, *Humilientur*, reddidit. Contempti enim, nulliúſque pretii habebuntur, in alienis januis contabeſcent; & quidem inferiorum; & ope ac cura divina deſtituti, ad ſummam miſeriam redigentur, neque quiſquam erit, qui calamitatibus eos eripiet.

κατεκλάσθησαν. ὁ δὲ Σύμμαχος, ταπεινωθήσονται, ἐξέδωκεν. εὐτελεῖς, φησὶ, νομισθήσονται, καὶ οὐδενὸς λόγου ἄξιοι, ἀλλοτρίαις θύραις προσφθειρόμενοι, καὶ ταῦτα, τῶν ἐλαττόνων· καὶ ἐν ἐσχάτῃ ταλαιπωρίᾳ καταστήσονται, ἐν ἐρημίᾳ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας γενόμενοι, καὶ οὐδεὶς ἔσται ὁ τῶν συμφορῶν αὐτοὺς ἐξαιρούμενος.

Quæ enim illi congregaverunt, juſti comedent.

Ἃ γὰρ ἐκεῖνοι συνήγαγον, δίκαιοι ἔδονται.

POLYCHRONII. Symmachus autem, *Edent famelici*, hoc eſt, Quæ ab improbis fuerint cum labore congeſta, homines pii fructum illorum percipient; quaſi diceret, Qui ex injuſtitia diteſcit, rebus poſſeſſis non fruetur.

ΠΟΛΥΧΡ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, πεινῶντες φάγονται, τουτέστι, τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μετὰ πόνου συναχθέντα, ταῦτα τοῖς εὐσεβέσιν εἰς ἀπόλαυσιν προχεῖται· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ὁ ἐξ ἀδικίας πλουτῶν, οὐκ ἀπολαύσει τῶν κτηθέντων.

Ipſi verò de malis non liberabuntur.

Αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται.

POLYCHRONII. Non modò, inquit, impii divitiis ſpoliabuntur, ſed neque à malis quibus premuntur, liberabuntur. Fieri enim non poteſt, quin pœnas perſolvant, licèt ad breve tempus rerum omnium abundantiâ affluere videantur.

ΠΟΛΥΧΡ. Οὐ μόνον, φησὶ, περιαφαιροῦνται τὸν πλοῦτον οἱ ἀσεβεῖς, ἀλλ' οὐδὲ ἐκ τῶν συνεχόντων αὐτοὺς κακῶν ἐξαιρεθήσονται. οὐ γὰρ ἐνδέχεται αὐτοὺς, μὴ τιμωρίαν ὑποσχεῖν, εἰ καὶ πρὸς βραχὺ ἐν εὐθηνίᾳ εἶναι δοκοῖεν.

Exhauriatur fortitudo eorum.

Ἐκσιφωνισθείη αὐτῶν ἡ ἰσχύς.

POLYCHRONII. Id eſt, Abſorbebitur, conſumetur, planè evacuabitur, ab iis rebus ſumptâ metaphorâ, quæ fiſtulâ canalive prorſus exhauriuntur, ita ut nihil humoris omnino relinquatur. Ita Symmachus, *Exorbeat ſitiens potentiã eorum.*

ΠΟΛΥΧΡ. Τουτέστιν, ἐκροφηθήσεται, δαπανηθήσεται, παντελῶς κενωθήσεται, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν σιφωνιζομένων, πρὸς τὸ μηδὲν ἔτι ὑγρὸν ὑπολείπεσθαι. οὕτω καὶ ὁ Σύμμαχος, ἀναρροφήσαι διψῶν τὴν δύναμιν αὐτῶν.

Non enim prodibit de terra labor [Symmachus autem, *Non egredietur de pulvere labor*] *Neque de montibus germinabit moleſtia: ſed homo naſcitur labori: pulli autem vulturis altiſſimè volitant.*

Οὐ γὰρ μὴ ἐξέλθῃ ἐκ τῆς γῆς κόπος [Ὁ δὲ Σύμμαχος, οὐ γὰρ ἐξελεύσεται ἀπὸ κόνεως ὀδύνη.] οὐδὲ ἐξ ὀρέων ἀναβλαστήσει πόνος· ἀλλὰ ἄνθρωπος γεννᾶται κόπῳ· νεοσσοὶ δὲ γυπὸς τὰ ὑψηλὰ πέτονται.

OLYMPIODORI. Tacitè his verbis Jobum conſolari videtur; Mi-

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἠρέμα δοκεῖ παραμυθεῖσθαι τὸν Ἰὼβ ἐν

ἐν τούτοις, οὐ γὰρ δεῖ σε, φησὶ, δυσχεραίνειν ἄνθρωπον ὄντα, καὶ πάσχοντα· οὐ γὰρ ἀναισθήτων τὸ τιμωρεῖσθαι. ἀλλὰ καὶ τὰ πτηνά, ἀπὸ γὰρ γυπὸς καὶ τὰ ἄλλα λέγει, ἀπονώτερον ἡμῶν, καὶ ἀμεριμνότερον ἐκληρώσαντο βίον.

nimè decet, inquit, te hominem exiſtentem ægrè ferre, quòd ærumnis afficiare, ſupplicia enim iis quæ ſenſu carent minimè affliguntur. Sed & volucres (vulturis enim nomine reliquas intelligit) vitam noſtrâ multo minùs anxiam & laborioſam adeptæ ſunt.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί οὖν; πλείονος ἀπολαύουσι προνοίας; ἄπαγε· *ἐπεὶ μηδὲ ἡ γῆ, μηδὲ τὰ ὄρη, ἐπείπερ ἀναίσθητα τυγχάνουσι· φυσικὸν γάρ, φησί, τὸ πρᾶγμά ἐστιν ἀδύνατον διαφυγεῖν δυσπραγίαν. ἵνα γὰρ μὴ λέγῃ τις πάλιν, ὅτι δίκαιός ἐστι· φησὶν, ὅτι ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη τοιαύτη ἐστὶν, οὐκ ἀναμάρτητος. ἀπὸ οὖν τῆς φύσεως ὁ Ἐλιφὰζ διισχυρίζεται, καί φησιν, ἀνθρώπου ἴδιον, τὸ ἐν συμφοραῖς ἐξετάζεσθαι. εὐθὺς γοῦν γεννηθεὶς, τὸ κοπιᾶν προσκεκλήρωται, καὶ πᾶσα ἡ ζωὴ αὐτοῦ, μόχθου καὶ ταλαιπωρίας γέμει. καὶ κατὰ τοῦτο, τῶν ἐκ γῆς καὶ ὀρέων φυομένων, ἡ ἡμετέρα φύσις ἐλαττοῦται, ἔχουσα τὸ ὀδυνηρὸν ἐν τῇ γενέσει καὶ αὐξήσει. καὶ τοῖς ὀρνέοις δὲ δέδοται, τὸ ἀλύπως ἵπτασθαι, καὶ δίχα πόνων τὴν τροφὴν ἐκλέγειν· οὐ μὴν δὲ τούτων ὑπάρχει ἀνθρώπῳ ἐκτὸς ταλαιπωρίας.

*Aliquid in Græco deeſſe videtur.

CHRYSOSTOMI. Quid ergo? an majore providentiâ divinâ fruuntur? apage; terræ enim & montibus hoc non contingit, quandoquidem ſenſu carent; res quippe naturalis eſt, inquit, ut calamitates evitari nequeant. Ac ne quis obiiceret, ſe juſtum eſſe; naturam humanam talem eſſe dicit, ut peccati expers non ſit. Firmum igitur à natura Eliphazus petit argumentum, propriúmque dicit eſſe hominis, calamitatibus tentari. Statim igitur ut ſuſceptus eſt in lucem homo, laborum atque moleſtiarum adit hæreditatem, & difficultatibus ac miſeriis vita ejus tota plena eſt. Atque hoc nomine, inferior eſt noſtra natura iis rebus, quæ è terra montibúſque gignuntur, quæ in ortu & incremento dolore & moleſtia non vacat. Et volucribus quidem conceſſum eſt, ut ſine labore volent, ac cibum ſine moleſtia colligant: homo autem nihil horum ſine tribulatione percipit.

Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ ἐγὼ δεηθήσομαι Κυρίου.

Veruntamen ego deprecabor Dominum.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ταῦτα μὲν, φησὶν, ὧδε ἐχέτω· ἐγὼ δὲ προσφεύγω Θεῷ, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ καταφεύγω βοήθειαν. Εἶτα ἐκδιηγεῖται τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπεροχὴν, πρὸς φόβον ἐνάγων τὸν Ἰώβ, καὶ διὰ τοῦ οἰκείου προσώπου πρὸς μετάνοιαν ἕλκων. τὸ δὲ, ἐγὼ, ὑπερηφάνως τε εἴρηται, καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Ἰώβ· ὡσανεὶ ἔλεγεν, ἐγὼ δεηθήσομαι, ἐπειδὴ σὺ τῆς προσευχῆς ἠμέλησας.

OLYMPIOD. Hæc quidem, inquit, ita ſe habeant; ego verò ad Deum me recipio, & ad illius auxilium confugio. Deinde Dei excellentiam enarrat, ut Jobo terrorem incutiat, & ſuo exemplo ad pœnitentiam alliciat. Illud autem, *Ego*, dictum eſt arroganter, & ad differentiam ipſius à Jobo; tanquam ſi diceret, Quandoquidem tu preces neglexiſti, ego Deum ſupplex venerabor.

Domi-

Dominum autem rerum omni[illegible] dominatorem invocabo, qui facit magna, & investigabilia, glorioſáque et magnifica, quorum non eſt numerus.

Κύριον δὲ τὸν πάντων δεσπότην ἐπικαλέσομαι, τὸν ποιοῦντα μεγάλα, καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός.

DIDYMI. Poſtquam homines inſipientes criminatus fuiſſet, atque ea, quæ de illis dicere habebat, expoſuiſſet, nunc ex eis quæ proponit, providentiæ auctorem & opificem Deum confitetur. Non verò improbabile eſt, ejuſmodi Eliphazum ſecum ratiocinationes habuiſſe, qui rerum humanarum ſapientiâ antecelleret. De inviſibilibus autem, & viſibilibus diſputat, de minimè veſtigabilibus, magnis & glorioſis, pluviâ & aquâ, verba faciens; quam quidem ſi à pluvia diſcriminat, eam aquam intelligit, quæ è fontibus, è torrentibus, & venis ſcaturit. Dicit igitur, Ego in eadem opinione & ſententiâ cum impiis non ſum, ſed cùm ſciam eſſe providentiam, & Deum dominum omnium intelligam, temporum, locorum, & rerum, illum invoco, (ita decere exiſtimans) qui ſtatis temporibus, ad hominum utilitatem res mirandas, & ſtupore dignas, facit, quarum multitudinem nemo oratione perſequi poteſt; dicit autē, omni ævo, tum erga omnes communiter, tum privatim erga ſingulos, varias divinæ providentiæ rationes, extitiſſe. Ut enim hominum numerus inveniri non poteſt, ita providentiæ divinæ rationem comprehendere impoſſibile eſt.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Αἰτιασάμενος τοὺς ἄφρονας, καὶ εἰπὼν ἃ εἶπε περὶ αὐτῶν, νῦν προνοητὴν ὁμολογεῖ, καὶ δημιουργὸν τὸν Θεὸν, διὰ τῶν ἐκτιθέντων· οὐκ ἀπεικὸς δὲ, αὐτὸν ταύτας ἔχειν τὰς διαλήψεις, ἄνδρα σοφὸν ὄντα τὰ ἀνθρώπινα. ἔχει δὲ καὶ περὶ ἀοράτων, καὶ ὁρατῶν, διάληψιν, περὶ ἀνεξιχνιάστων λέγων, καὶ μεγάλων, καὶ ἐνδόξων, ὑετοῦ τε καὶ ὕδατος· ὅπερ ὕδωρ εἰ διαστέλλοι τοῦ ὑετοῦ, τὸ ἐκ πηγῶν, καὶ χειμάῤῥων, καὶ φλεβῶν, εἴη ἂν λέγων. Φησὶ τοίνυν, ὅτι ἐγὼ οὐ δοξάζω, οὐδὲ φρονῶ, ὡς οἱ ἀσεβεῖς, ἀλλά γε πρόνοιαν ἐπιστάμενος, καὶ εἰδὼς τὸν Θεὸν δεσπότην πάντων, καὶ καιρῶν, καὶ τόπων, καὶ πραγμάτων, ἐπικαλοῦμαι αὐτὸν, πρέπειν τοῦτο ἡγούμενος, ὃς κατὰ καιροὺς θαυμαστὰ ἐργάζεται, καὶ ἐκπλήξεως ἄξια, πρὸς ὠφέλειαν ἀνθρώπων, ὧν τὸ πλῆθος, οὐδὲ λόγῳ καταλέξαι οἷόν τε· λέγει δὲ τὴν καθ' ἑκάστην γενεὰν ποικίλην γινομένην πρόνοιαν, κοινῶς τε πρὸς ἅπαντας, καὶ ἰδίᾳ πρὸς ἕκαστον. ὡς γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἔστιν ἀριθμὸν εὑρεῖν, οὕτως οὐδὲ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐφικέσθαι προνοίας.

Qui dat pluviam ſuper terram, qui mittit aquam ſuper eam quæ ſub cælo.

Τὸν διδόντα ὑετὸν ἐπὶ τὴν γῆν, ἀποστέλλοντα ὕδωρ ἐπὶ τὴν ὑπ' οὐρανόν.

CHRYSOSTOMI. Hoc primum illius beneficentiæ munus, quo & vita noſtra continetur, & temporum viciſſitudo declaratur.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁ πρῶτον τῆς εὐεργεσίας αὐτοῦ, καὶ τῆς ζωῆς ἡμῶν συνεκτικὸν, καὶ μεταβολῆς καιροῦ δηλωτικόν.

Τὸν

Τὸν ποιοῦντα ταπεινοὺς εἰς ὕψος, καὶ ἀπολωλότας ἐξεγείροντα.

Qui facit humiles in altitudinem, et ſuſcitat eos qui perierant.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Μεταβαίνει καὶ ἐπὶ τὴν κατ' ἀνθρώπους πρόνοιαν, καὶ τοῦτο δὲ διαλαμβάνει περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι αὐτὸς ἐξ ὕψους ταπεινοῖ, ἐκ πενήτων πλουσίους, ἐξ ὑπηκόων ἄρχοντας, ἐκ νοσούντων ὑγιαίνοντας ἀπεργαζόμενος.

DIDYMI. Tranſit ad eam providentiam quæ homines reſpicit, atque de Deo ſic affectus, exiſtimat, eum ex edito loco humiliare, ex egentibus locupletes, ex ſubditis principes, ex valetudinariis valentes reddere ſolere.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τοῦτον οὖν, φησίν, ἐπικάλεσαι, ὃς τῇ οἰκείᾳ δυνάμει οἷός τέ ἐστι τῆς μὲν προσούσης ἀπαλλάξαι σε ταλαιπωρίας, τὴν τε ἀρχαίαν ἀποδοῦναι τιμήν. παρέξει δέ σοι καὶ τῶν ἐπικειμένων παθῶν τὴν ἴασιν, ὁ καὶ τοὺς ἀπηλπισμένους ἐξεγείρων. καθόλου δὲ, αὐτὸ ἔφη, εἴς τε ἅπαντας μεγίστην τοῦ Θεοῦ δεικνὺς τὴν πρόνοιαν, καὶ ἴσην ἐφ' ἁπάντων τὴν δύναμιν.

POLYCHRONII. Hunc ergo, inquit, invoca, qui per ſe ipſe poteſt te præſenti ærumnâ liberare, atque in priſtinum dignitatis gradum reſtituere: ille verò, inſtantibus tuis doloribus, medicinam adhibebit, qui etiam deſperantes erigit. In ſumma verò, illud dixit, ut ſummam Dei providentiam erga omnes, ejuſdémque in omnibus poteſtatem, parem eſſe oſtenderet.

Διαλλάσσοντα βουλὰς πανούργων, καὶ οὐ μὴ ποιήσουσιν αἱ χεῖρες αὐτῶν ἀληθές.

Qui avertit conſilia verſutorum, et non facient manus eorum veritatem.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὸν μεταστρέφοντα βουλὰς τῶν μὴ ποιούντων τὸ ἀληθὲς, τουτέστι, τὸν μὴ συγχωροῦντα κατὰ γνώμην τοῖς πανούργοις ἐκβαίνειν τὰ πράγματα· ἀλλὰ ῥᾳδίως, ὅταν θέλῃ, τὴν τούτων ἀνατρέποντα τὴν κακοτεχνίαν· ἢ, ὡς μὲν Ἀκύλας, ἀκυροῦντα· ὡς δὲ Σύμμαχος, διαλύοντα· ὡς δὲ Θεοδοτίων, διασκεδάζοντα.

OLYMPIODORI. Qui in contrarium vertit conſilia eorum, qui verum & rectum non operantur, id eſt, qui non patitur hominibus vafris & callidis ex voto res ſuccedere, verùm facili negotio, cùm illi collibitum fuerit, hujuſmodi hominum artificia prava pervertit; vel etiam, ut Aquila interpretatus eſt, *Irrita facit*; ut Symmachus, *Diſſolvit*; ut Theodotio, *Diſſipat*.

Ὁ καταλαμβάνων σοφοὺς ἐν τῇ φρονήσει· βουλὴν δὲ πολυπλόκων ἐξέστησεν.

Qui capit ſapientes in prudentia; conſilium autem aſtutorum diſſecit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τουτέστιν, ὁ ἐλέγχων, ὁ περιγινόμενος, ὁ

OLYMPIODORI. Hoc eſt, Qui arguit, qui ſuperat, qui vincit,

cit, ſuâ, ſcilicet, ſapientiâ; vel, qui humanam ſapientiam, ſtultitiam eſſe oſtendit;
Cor.1.3.19. juxta illud, *Qui capit ſapientes in aſtutia ipſorum.* Aſtutos verò vocat eos qui prudentes admodum ſunt, & occultè & ſubdolè, ea quæ ſibi proponunt, exequuntur; quos, propter perverſitatem indolis, qui verborum proprietates ſectantur, ἀγκυλογνώμονας, id eſt, pravi conſilii homines, appellare ſolent. Illud vero, *Diſjecit*, id eſt, inutile reddidit, irritum fecit, & ut à ſcopo aberraret, curavit. Symmachus verò ſic interpretatus eſt, *Conſilium pravum perturbabitur.*

κρατῶν ἐν τῇ ἑαυτοῦ φρονήσει, δηλονότι· ἢ ὁ τὴν παρὰ ἀνθρώποις σοφίαν, μωρίαν ἀποδεικνύς. ὅμοιον δὲ τῷ, ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. πολυπλόκους δὲ καλεῖ τοὺς ἄγαν συνετοὺς, καὶ ὑπούλως * κατασκευάζοντες τὰ προκείμενα· οὓς, ἀγκυλογνώμονας, διὰ τὸ σκολιὸν τῆς γνώμης, εἰώθασι προσαγορεύειν, οἱ τὰς κυρίας τῶν λέξεων ἐκλέγοντες. τὸ δὲ, διεσκέδασεν, ἀντὶ τοῦ, ἀχρήστους πεποίηκεν, ἠκύρωσεν, ἔξω τοῦ σκοποῦ στῆναι παρεσκεύασεν. ὅθεν ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσε, βουλὴ δὲ σκολιὰ ταραχθήσεται.

* ἴσ. κατασκευάζοντας.

In die occurrent eis tenebræ, in meridie autem palpent tanquam in nocte; et pereant in bello. Infirmus autem egrediatur de manu potentis: ſit autem infirmo ſpes; injuſti autem os obſtruatur.

Ἡμέρας συναντήσεται αὐτοῖς Σκότος, τὸ δὲ μεσημβρινὸν ψηλαφήσαισαν ἴσα νυκτί· ἀπόλοιντο δὲ ἐν πολέμῳ. ἀδύνατος δὲ ἐξέλθοι ἐκ χειρὸς δυνάστου· εἴη δὲ ἀδυνάτῳ ἐλπὶς, ἀδίκου δὲ στόμα ἐμφραχθείη.

OLYMPIODORI. Diei, ac meridiei nomine, vitæ hilaritas atque jucunditas ſignificatur; quaſi diceret, Tum demum improbos, florentis ſtatûs improviſam mutationem paſſuros eſſe, cum illorum erit ad ſummam perducta felicitas: noctem enim ac tenebras, calamitoſam rerum conditionem vocat. Accidit quoque hiſce hominibus, ut cladem ab hoſtibus ſuſtineant; qui verò, ſecundùm Deum humilis, nullâque poteſtate ac vi munitus eſt, in Deo autem fiduciam collocat, potentium damnum & injuriam effugiet.

CHRYSOSTOMI. Hæc, inquit, Deus agit, ut qui nullis eſt viribus benè ſperet; injuſtus autem minimè efferatur, & lingua quæ ſublimia loquitur obſtruatur, ac elatum ſupercilium deprimatur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Διὰ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς μεσημβρίας, τὴν εὐημερίαν αἰνίττεται· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ἀκμῇ τῆς εὐπραγίας, οἱ πονηροὶ ἀδόκητον ὑπομένουσι τῆς εὐθυμίας τὴν μεταβολήν· σκότος γὰρ καὶ νύκτα, τὸ, δυσπραγεῖν, λέγει. τούτοις δὲ συμβαίνει, καὶ τὴν ἐκ πολεμίων ὑποστῆναι σφαγήν· ὁ δὲ κατὰ Θεὸν ταπεινὸς, καὶ οὐδεμίαν δύναμιν περιβεβλημένος, ἔχων τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, διαφεύξεται τῶν δυνατῶν τὴν ἐπήρειαν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ταῦτα δὲ, φησὶ, ποιεῖ ὁ Θεὸς, ἵνα καὶ ὁ ἀδύνατος ἐλπίζῃ τὰ χρηστὰ, καὶ ὁ ἄδικος μὴ ἐπαίρηται, ἀλλ' ἡ μεγαλορρήμων γλῶσσα ἐμφράσσηται, καὶ ἡ ὑψηλὴ ὀφρὺς καταστέλληται.

Μακάριος δὲ ἄνθρωπος ὃν ἤλεγξεν ὁ Κύριος, νουθέτημα δὲ παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου. αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἔπαισε, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο.

Beatus autem homo quem arguit Dominus; monitionem verò omnipotentis ne renuas. Ipſe enim dolere facit, et rurſus reſtituit; percuſſit, et manus ejus ſanaverunt.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. *Μακαρισμὸν καλεῖ, τὴν ἐπὶ τῷ σωφρονισμῷ παιδείαν. παραινεῖ δὲ καὶ τὸν Ἰὼβ, ὡς διὰ ἁμαρτήματα παιδευόμενον, μὴ δυσχεραίνειν, ἱκετεύειν δὲ Θεὸν, τὸν καὶ τὴν πληγὴν ἐπαγαγόντα, καὶ τὴν ἴασιν ἐπιθεῖναι δυνάμενον· ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν.

*ἴσ. μακαριστόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐλέγχει Θεὸς, καὶ τὴν τῶν μαστίγων ἐπάγει νουθεσίαν, οὐχ ἵνα ἀπολέσῃ, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν παιδευόμενον· καὶ σὺ τοίνυν μὴ καθυφεὶς τοῦ φρονήματος, μετ' εὐχαριστίας δέχου τὸν ἔλεγχον.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἀλλὰ μηδὲ τὸ τῆς πληγῆς σε εἰς ἀπόγνωσιν τῆς ἐπ' αὐτὸν πεποιθήσεως ἀγάγῃ· * καὶ τοῦτο γὰρ προνοίας τεκμήριον, τὸ ἡμαρτηκότα ἐλέγξαι· οὐδὲ γὰρ ὀργῇ τοῦτο πεποίηκε Θεὸς, ἀλλὰ κηδεμονίᾳ, ὥστε σε ἐκ τῶν συμφορῶν σωφρονισθέντα, καὶ τῶν ἐσφαλμένων ἐπιγνώμονα γενόμενον, αὖθις τῆς οἰκείας ἀπολαβεῖν εὐημερίας.

*ἴσ. δεῖ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ γὰρ αὐτός ἐστιν ὁ λύων τὰ δεινὰ, καὶ πρὸς τὰ ἐναντία μετάγων, καὶ ποιῶν ἀπολαῦσαι βαθείας εἰρήνης, οὐδὲ ταῦτα ἀπὸ γνώμης ἑτέρας ἐποίει, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ταῦτα δεῖ ἐπάγειν πρὸς τὰ συμβαίνοντα δυσχερῆ, παιδευτικά.

OLYMPIOD. Beatitudinem vocat, diſciplinam quæ ad morum emendationẽ tendit. Jobum verò hortatur, ac ſi pro peccatis pœnas lueret, ne iniquo animo ferat, ſed Deum potiùs, qui plagam inflixit, & qui medicinam adhibere poteſt, precibus exoret: quod autem dicit hujuſmodi eſt.

DIDYMI. Reprehendit Deus, & flagrorum caſtigationem addit, non ut perimat, ſed ut eum qui corrigitur, ſervet: tu igitur animum minimè deſpondens, cum gratiarum actione increpationem amplectere.

POLYCHRONII. Sed neque plagæ magnitudo eò te impellat, ut de ſpe ac fiducia in eum deſperes; quòd peccatorem enim coärguerit, providentiæ certum eſt indicium: non enim irâ accenſus Deus hoc fecit, ſed curam tui gerens, ut calamitatibus eruditus, & delictorum tuorum cognitor & arbiter conſtitutus, priſtinam felicitatem recuperare poſſes.

CHRYSOSTOMI. Si enim ille eſt qui malis liberat, & contrario rerum ſtatu beat, altæque pacis author eſt, non alio, ſed eodem animi affectu, etiam hæc adverſa produxiſſe credendus eſt.

SEVERI. Ad res moleſtas & difficiles quæ accidunt, hæc adhibenda ſunt quæ erudire valent.

Ἑξάκις ἐξ ἀναγκῶν σε ἐξελεῖται, ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ οὐ μὴ ἅψηταί σου κακόν.

Sexies de neceſſitatibus te eruet, & in ſeptimo non tanget te malum.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τουτέστιν, οὐκ ἀεὶ * ταῦτα ποιεῖ· ἀλλ'

*ἴσ. τὰ αὐτά.

CHRYSOSTOMI. Id eſt, Non ſemper eadem facit Deus; ſed in initio,

quidem, ut tenteris permittit; poſtea verò, non item; ita ut ampliùs liberatione à tentatione non indigeas.

OLYMPIODORI. *Sexies* enim, id eſt, ſæpius in ærumnas & difficultates incides; poſtquam autem illas expertus fueris, ſi gratus & acceptus viſus fueris, *in ſeptimo*, poſt multas, ſcilicet, tentationes, ad extremum, non ampliùs mala te pati ſinet Deus.

DIDYMI. Juxta autem quorundam opinionem, verſus hi innuunt, quòd quamdiu quis in mundo degit, qui ſex dierum ſpatio creatus fuit, calamitates & moleſtias quæ in eo ſunt, patiatur; licèt enim quis ſanctus ſit, corporis tamen neceſſitatibus obnoxius eſt: mundum autem ſupergreſſus, & hebdomaticâ requie fruens, ab omni malorum ſenſu vacuus erit; quandoquidem qui avarus & pecuniæ cupidus non eſt, ab omni iacturâ indemnis exiſtit. Senſus autem hujuſmodi eſt; In præſenti ſeculo exercebit te, & in futuro glorificabit. Non neceſſe autem eſt deinceps, ut rerum geſtarum hiſtoriæ uſquequaque theoriæ adæquentur.

POLYCHRONII. Alii verò, ex eis quæ ſequuntur, ſextuplicem liberationem conantur numerare; dicit enim, *In fame liberabit te à morte*, quam unam è calamitatibus eſſe exiſtimant; ſecundam verò quæ ſubjungitur, *De manu ferri*; tertiam quæ ſequitur, *A flagello linguæ*; quartam, *A malis ingruentibus*; quintam, *Ab injuſtis & iniquis*; ſextam, *A beſtiis*; ſeptimam autem, *Domum ejus in omnibus pace frui.* Melius tamen illud, *ſexies*, indefinitè, pro, *Sæpe*, intelligi poteſt, quàm ut certum aliquem numerum definiat. Cùm enim Juſtum, ut fiduciam in Deo collocaret, hortatus eſſet, pluribúſque oſtendere conatus fuiſſet, non irâ, ſed providentiâ divinâ ſupplicia inflicta fuiſſe, conſequenter illud ſubjunxit; Si hæc tibi, inquit, mens eſt, ſi hic animus, è multis calamitatibus Deus te eripiet; & ſi virtutem ſectari conſtanter perſeveraveris, ne primum quidem malorum periculum experiri te patietur.

ἐν μὲν ταῖς πρώταις ἀφίησι πεῖραν λαβεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα, οὐδὲ πειρᾶν, ὥστε μηδὲ τοῦ ῥυσθῆναί σε, χρείαν εἶναι λοιπόν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἑξάκις μὲν γάρ, τουτέστι, πολλάκις συμβήσεταί σοι τὰ δυσχερῆ· μετὰ δὲ τὴν τούτων πεῖραν, ἐὰν εὐχάριστος ὀφθῇς, ἐν τῷ ἑβδόμῳ, ἤγουν μετὰ τοὺς πολλοὺς πειρασμούς, τελευταῖον ὁ Θεὸς οὐκέτι συγχωρήσει σε παθεῖν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κατὰ δέ τινας ὑποβάλλουσιν οἱ στίχοι, ὅτι ἕως ὅσου τις ὑπὸ τὸν ἐν ἓξ ἡμέραις γεγενημένον ὑπάρχει κόσμον, τὰς ἐν αὐτῷ ὑπομένει αἰτίας, καὶ θλίψεις· κἂν ἅγιός τις ὑπάρχῃ, ἔχει τὴν ἐκ τοῦ σώματος τῆς χρείας ἀνάγκην· ὑπερβὰς δὲ τὸν κόσμον, καὶ ἐν τῇ ἑβδοματικῇ ἀναπαύσει γεγενημένος, οὐκ αἰσθάνεται κακώσεως· ἐπεὶ καὶ τοῦ ἀφιλαργύρου ἔχοντος τὸν τρόπον οὐχ ἅπτεται ζημία. ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτος, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι γυμνάσει σε, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι σε δοξάσει. οὐκ ἀνάγκη δὲ ταῖς θεωρίαις τὰς ἱστορίας ἐξομαλίζειν ἑξῆς.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἄλλοι δὲ, διὰ τῶν ἐφεξῆς πειρῶνται ἀπαριθμεῖσθαι τὴν ἑξαπλῆς λύτρωσιν· λέγει γάρ, ἐν λιμῷ ῥύσεταί σε ἐκ θανάτου, ὅπερ μίαν λογίζονται συμφοράν· δευτέραν, τὸ ἐπαγόμενον, ἐκ χειρὸς σιδήρου· τρίτην, τὸ ἀκόλουθον, ἀπὸ μάστιγος γλώσσης. τετάρτην, τὸ, ἀπὸ κακῶν ἐπερχομένων· πέμπτην, τὸ, ἀπὸ ἀδίκων καὶ ἀνόμων· ἕκτην, τὸ, ἀπὸ θηρίων. * ἕβδομον δὲ, ἐπὶ * πάσαις τὸ εἰρηνεύειν αὐτοῦ τὸν οἶκον. ἄμεινον δὲ, μὴ εἰς ἀριθμὸν ὡρισμένον ἄγειν, τὸ, ἑξάκις, ἀλλ᾽ ἀντὶ τοῦ, πολλάκις, ἀορίστως νοεῖν. παραινέσας γὰρ τῷ δικαίῳ ἐπὶ τῷ Θεῷ πεποιθέναι, καὶ διὰ πολλῶν τοῦτο κατασκευάσας, ὡς προνοίᾳ, καὶ μὴ ὀργῇ, νομίζειν τὴν τιμωρίαν γεγενῆσθαι, ἀκολούθως τοῦτο ἐπήγαγεν· εἰ γάρ, φησί, ταύτην ἔχεις τὴν γνώμην, πολλῶν συμφορῶν ἀπαλλάξει σε ὁ Θεός· ἐπιμένοντι δὲ τῇ ἀρετῇ, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν πεῖραν λυπηροῦ συγχωρήσει [illegible].

* ἴσ. ἑβδόμην.
* ἴσ. πᾶσι.

Ei

Ἐν λιμῷ ῥύσεταί σε ἐκ θανάτου, ἐν πολέμῳ δὲ ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε.

ΠΟΛΥΧΡ. Ἐνδείας, φησί, καταλαβούσης, καὶ πάντων ὑπὸ λιμοῦ διαφθειρομένων, ἐν ἀφθόνοις σοι παρέξει διάγειν· οἷα δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ τοῦ Ἰακὼβ γεγένηται. ἀλλ' οὐδὲ πολεμίων ἐπελθόντων, καὶ δῃουμένων τὴν χώραν, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἡβηδὸν αἰχμαλωτιζόντων, πείσῃ τι δεινόν, οἷα γέγονεν ἐπὶ Δανιήλ, καὶ Ἱερεμίου· οὐ γὰρ συγχωρήσει σε πεσεῖν ἐν πολέμῳ. χεῖρα δὲ σιδήρου, τὴν δραστήριον δύναμιν τοῦ σιδήρου λέγει.

In fame liberabit te à morte; in prælio verò de manu ferri ſolvet te.

POLYCHRONII. Egeſtate, inquit, premente, & cunctis fame conſumptis, faciet, ut rerum abundantiâ affluens vitam tranſigas; quod Joſepho & Jacob accidit. Neq; hoſtibus irruentibus, & regionem vaſtantibus, pubémq; omnem ac florem incolarum de medio tollentibus, quicquam mali patieris, quod Daniel, & Ieremias experti ſunt; non enim ſinet te in bello occumbere. Per manum autem ferri, vim ferri efficacem intelligit.

Ἀπὸ μάστιγος γλώσσης σε κρύψει.

Τουτέστι, καὶ λοιδορίας κρείττονα ἐργάσεται, ὥστε σε παρὰ πάντων εὐφημεῖσθαι· μάστιγας γὰρ γλώσσης, τὴν πονηρίαν, καὶ συκοφαντίαν καλεῖ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ πάνυ μέγα, τὸ ῥυσθῆναι ἀπὸ ἀνδρὸς λαλοῦντος μηδὲν ἀγαθόν. οὐδὲν γὰρ γλώσσης χεῖρον· πάσης ἐπιβουλῆς, παντὸς ξίφους, τοῦτο χαλεπώτερον, καὶ ἀφορητότερον.

A flagello linguæ abſcondet te.

IDeſt, Majorem te omni contumeliâ faciet, ita ut ab omnibus celebreris; improbitatem enim & calumniam, flagella linguæ appellat.

CHRYSOSTOMI. Exiguum autem hoc non eſt, imò potiùs valde magnum, liberari ab homine qui nihil probum loquitur. Linguâ enim nihil deterius; hæc omnibus inſidiis, omni gladio ſævior, & intolerabilior eſt.

Καὶ οὐ μὴ φοβηθῇς ἀπὸ κακῶν ἐρχομένων.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ δὲ Ἀκύλας, Ἀπὸ προνομῆς ἐπερχομένων. τί, φησί, κατὰ μέρος λέγω; καθόλου οὐδ' αὐτὸς λήψῃ πεῖραν κακοῦ· ἀλλὰ καὶ ἄλλων ἐν ταλαιπωρίαις καὶ συμφοραῖς ἐξεταζομένων, αὐτὸς ἐν ἐλευθερίᾳ διάξεις, καὶ ἄφοβος διατελέσεις τοῦ λοιποῦ. λιμοῦ δέ, καὶ πολέμου, καὶ λοιδορίας, ἀπὸ τῶν συμβάντων τῷ Ἰὼβ ἐμνημόνευσε· λιμοῦ μέν, διὰ τὴν καταλαβοῦσαν αὐτὸν ἔνδειαν· πολέμου δέ, διὰ τὸ ὑπὸ βαρβάρων δοκεῖν αὐτὸν ταῦτα πεπονθέναι· λοι-

Et non timebis à malis venientibus.

POLYCHRONII. Aquila verò, *A direptione ingruentium.* Sed quorſum, inquit, ſingula particulatim enumero? ut uno verbo abſolvam, Nullum omnino malum experieris; quin & aliis cum miſeriis & calamitatibus conflictantibus, ipſe libertate fruêris, & metûs expers reliquum vitæ tranſiges. Famis autem, & belli, ac contumeliæ, propter ea quæ Jobo evenerant, mentionem fecit; famis quidem, propter inopiam quæ eum premebat; belli verò, quòd à barbaris pati illa videretur; & ca-

lumniæ, quòd dicteria quæ contra eum jaciebantur, attonitus ſtuperet; ac ſi diceret, Propter impietatem tuam in Deum hæc tibi contigerunt; ſi autem ex hoc tempore ad eum converſus fueris, non ſolùm periculum quod ante pedes eſt, vitabis, ſed aliis in calamitatibus conſtitutis, ipſe in media ſecuritate collocaberis.

δορίας δὲ, διὰ τὸ ξενίζεσθαι ἐπὶ τοῖς κατ' αὐτοῦ λεγομένοις· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ταῦτά σοι συνέβη διὰ τὸ εἰς Θεὸν ἀσεβῆσαι· εἰ δὲ ἐκ τούτου μεταβάλῃς, οὐ τὸν ἐν ποσὶ κίνδυνον διαφεύξῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ, ἑτέρων παρόντων, ἐν ἀδείᾳ μέσῃ καταστήσῃ.

Injuſtos & iniquos deridebis, et feroces beſtias non timebis; beſtiæ enim feræ pacatæ erunt tibi: deinde ſcies, quòd in pace erit domus tua; habitatio autem tabernaculi tui non peccabit.

Ἀδίκων καὶ ἀνόμων καταγελάσῃ, ἀπὸ δὲ θηρίων ἀγρίων οὐ μὴ φοβηθῇς· θῆρες γὰρ ἄγριοι εἰρηνεύσουσί σοι· εἶτα γνώσῃ, ὅτι εἰρηνεύσει σου ὁ οἶκος· ἡ δὲ δίαιτα τῆς σκηνῆς σου οὐ μὴ ἁμάρτῃ.

OLYMPIODORI. Perſpectâ, inquit, pietatis efficaciâ, quantúmq; præſidii ac perfugii in Deo ſit, homines injuſtos effusè deridebis; efferos autem, & agreſtes non timebis. Hi enim tuam in Deum pietatem reveriti, bello ampliùs te non adorientur, ſed ſecuritas ab inſidiantibus, cumulus tibi erit reliquorum bonorum; ac tum domum tibi & familiam pacatam eſſe, experientiâ magiſtrâ, diſces. *Omnis autem vitæ tuæ converſatio non peccabit*, id eſt, ſpem bonam non abjiciet, in adverſam fortunam non incidet, nec acerbum quicquam patietur, aut viciſſitudinem ullam, prout nunc, experietur; ſed Deo felicem rerum ſtatum quo frueris providentiâ ſuâ conſervante, in ſecura tranquillitate conſtituetur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Γνοὺς, φησὶ, τῆς εὐσεβείας τὴν δύναμιν, καὶ τῆς εἰς Θεὸν καταφυγῆς, κατὰ μὲν τῶν ἀδίκων πλατὺ γελάσῃς· τοὺς δὲ θηριώδεις ἀνθρώπους οὐ μὴ φοβηθήσῃ. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τὴν σὴν θεοσέβειαν αἰδούμενοι, οὐκέτι σοι πολεμεῖν αἱρήσονται, ἀλλὰ προσέσται σοι μετὰ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν, καὶ ἡ ἐκ τῶν ἐπιβουλευόντων ἀσφάλεια· καὶ τότε τῇ πείρᾳ μαθὼν, ὡς εἰρηνεύει λοιπόν σου ὁ οἶκος. ἡ δὲ πᾶσα τοῦ βίου * διαγωγὴ οὐ μὴ ἁμάρτῃ, τουτέστιν, οὐκ ἔξω τῶν χρηστῶν ἐλπίδων γενήσεται, οὐ δυστυχήσεις, ἢ μὴ πάθῃς τι δεινὸν, οὐδεμίαν ἕξεις μεταβολὴν, καθάπερ νῦν, ἀλλ' ἐν ἀσφαλεῖ καταστήσει, τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς οἰκείας προνοίας διακρατοῦντος τὴν προσοῦσαν εὐεξίαν. * ἴσ. σκ.

CHRYSOSTOMI. Ut verò ſummatim dicam, Non tantùm exteri animo pacifico erga te affecti erunt, ſed & domus tua altâ pace fruetur, & qui in ea ſunt, ſine diſſidiis inter ſe & tecum permanebunt. Paci verò domeſticæ nihil par eſt; quid enim homini prodeſt ab externis bellis liberari, qui inteſtinis tumultibus abundat?

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἁπλῶς δὲ, οὐ μόνον οἱ ἔξωθεν εἰρηνικῶς πρὸς σὲ διακείσονται, ἀλλὰ καὶ ἡ οἰκία πολλῆς ἀπολαύσεται τῆς εἰρήνης, καὶ οἱ ἐν αὐτῇ ἀστασίαστοι, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς σὲ διαμενοῦσιν. οὐδὲν γὰρ τούτου ἴσον τοῦ κατὰ τὴν οἰκίαν εἰρηνεύειν· τί γὰρ ὄφελος τῶν ἔξωθεν ἀπηλλάχθαι πολέμων, ταραχῆς ἔνδον γέμοντα;

Γνώσῃ δὲ ὅτι πολὺ τὸ σπέρμα σου· τὰ δὲ τέκνα σου ἔσται ὥσπερ τὸ παμβότανον τοῦ ἀγροῦ.

Scies autem quòd multum ſemen tuum; et filii tui erunt quaſi omnis herba campi.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Εἰρηνεύσης, φησὶ, πανταχόθεν κυκλούσης, ἑξῆς καὶ τὴν ἐκ τῆς πολυπαιδίας μακαριότητα, ἐν εὐλογίας γὰρ μέρει καὶ τοῦτο ἦν κατὰ τὸν παλαιὸν, καὶ ὀρφανῶν παίδων πατὴρ ὁ ἄπαις ἀναφανήσῃ, δίκην ἀρούρης κομώσης καὶ βελτιουμένης ἀστάχυσιν· ἔσονται γάρ σου τὰ παιδία, εἴτουν οἱ ἔκγονοι, ὡς τὸ παμβότανον τοῦ ἀγροῦ, τουτέστιν, ὡς ἀγρὸς πάσαις βοτάναις αὐθηρός.

OLYMPIODORI. Pace, inquit, undique te complectente, felicitatem etiam ex numeroſa ſobole percipies, (hoc enim pro felicitate priſcis temporibus habebatur) & orbatus nunc liberis, inſtar agri qui ſpicis luxuriat & onuſtus eſt, pulchræ prolis pater eris: erunt enim *filii*, ſive poſteri tui, *ſicut omnis herba agri*, id eſt, tanquam ager, qui omni herbarum genere floret.

Ἐλεύσῃ δὲ ἐν τάφῳ, ὥσπερ σῖτος ὥριμος, κατὰ καιρὸν θεριζόμενος· ἢ ὥσπερ θημωνία ἅλωνος καθ' ὥραν συγκομισθεῖσα.

Et venies in ſepulchrum tanquam frumentum maturum, quod in tempore meſſuerunt; vel ſicut acervus areæ in tempore comportatus.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τουτέστι, πᾶσι κομῶν τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ τοῖς ἐκγόνοις τὰ κατὰ κλῆρον διατάξας, οὕτω μεταλλάξεις τὸν βίον, εἰς γῆρας ἐλάσας λιπαρὸν, καὶ οὐδὲν ἔχων ἐλλεῖπον, οὐ χρόνον, οὐ βίον.

CHYSOSTOMI. Id eſt, Bonis omnibus abundans, & poſteris hæreditatem legans; ac beatam ſenectutem aſſequutus, nullâque re indigens, non temporis diuturnitate, nec victu neceſſario, vitam ſic cum morte commutabis.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ, ἡ συγκομιζομένη θημωνία, τὴν πλήρωσιν, καὶ τελείωσιν; καὶ ὅτι ἐπ' ἀσφαλοῦς λοιπὸν τοῦ ὄντι ἐστὶν ὁ τέλειος.

DIDYMI. Hoc enim ſignificat, *Comportatus acervus*, conſummationem, ſcilicet, & perfectionem, & quòd vir perfectus & abſolutus poſtea in tuto verſetur.

Ἰδοὺ ταῦτα οὕτως ἐξιχνιάσαμεν, ταῦτά ἐστιν ἃ ἀκηκόαμεν. σὺ δὲ γνῶθι σεαυτῷ, εἴ τι ἔπραξας.

Ecce hæc ſunt quæ exquiſivimus, hæc ſunt quæ audivimus. Tu verò ſcito tibi ipſi ſiquid egeris.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. καὶ ΟΛΥΜΠ. Τουτέστι, ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ οὐκ ἄν τις εἴπῃ, ἑτέρως διακεῖσθαι τὰ ἀνθρώπινα. ταῦτα ἡμεῖς ἐν τῷ βίῳ ἐκ πείρας ἐγνώκαμεν, καὶ παρ' ἑτέρων δὲ ἀκοῆς παρειλήφαμεν, ὅτι οὐδὲν ἀπαρανόητον παρὰ τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' οἱ μὲν παρά-

POLYCHRONII. & OLYMPIODORI. Id eſt, Hæc ita ſe habent, neque aliter dicat quiſpiam res humanas eſſe comparatas. Hæc nos ipſi experientiâ in vita cognovimus, & auditione ab aliis accepimus, quòd nihil divinam providentiam ſubterfugiat; ſed quòd Dei providentiâ,

videntiâ, improbi ſuppliciis afficiantur, & pii multis bonis fruantur. Quæ cùm ita ſe habeant, quorum peccatorum pœnas luas, & quâ ratione, diligenti curâ adhibitâ, Deum placare poſſis, neque fruſtra, ut nunc facis, indigneris, conſiderare conſentaneum eſt.

νομοι τιμωροῦνται, οἱ δὲ εὐσεβεῖς πολλῶν ἀγαθῶν ἀπολαύουσι τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ. τούτων τοιγαροῦν οὕτως ἐχόντων, σκοπεῖν σε προσῆκον, ποίων ἁμαρτημάτων δίκην τίνεις, καὶ ὅπως δι' ἐπιμελείας ἐξιλεώσῃ τὸν Θεόν, ἀλλὰ μὴ τὴν ἄλλως, ὡς νῦν, δυσχεραίνῃς.

PROTHEORIA CAPITIS QUINTI.

OLYMPIODORI. Poſtquam Juſtum Eliphaz ad reſipiſcendum hortatus fuiſſet, ac ſi ſcelerum ſuorum pœnas lueret, conſilium ejus irritum evaſit; perſuadere enim ei nequaquam poterat quòd peccator eſſet, cùm nullius abſurdi, & quod à ratione abhorreret, ſibi conſcius eſſet. Quare contradicendi ſtudium amici intuitus, pro omnibus quæ dixerat apologiam inſtituit, neq; ſilentio ampliùs tolerantiam ſuam oſtendit. Exemplis autem à naturâ petitis verborum ſuorum rationem in medium producens, Deum ſanctum appellat, & in eo fiduciam ſe collocare, ait; abditámq; mœroris cauſam aperit, cùm vereri ſe dicat, ne à Deo planè derelictus eſſet. Suas deinde calamitates enumerat, & hortatur, ne in divitiis, ac poteſtate, ſpem & fiduciam ponamus: amicos etiam vituperat, quòd ſermonibus ſuis moleſtias ejus graviores reddidiſſent; conſulítque, ut quæ aliis contingunt intuentes, ipſi metuant; ac documentum optimum omni homini proponit, Quòd vita, ſcilicet, tentatio ſit. Poſtea rurſus calamitates ſuas tragicè exaggerat, contenditq; à Deo enixè, ut memor ejus ſit, illúmq; viſitare velle dignetur. Pro ſermonibus ſuis denuo apologiam facit, & humanæ naturæ vilitatem pro ſupplicatione obtendit, petitq; à Deo, ut ſiquid ab eo peccatum eſt, perpetuâ oblivione velit delere.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ παρῄνεσεν ὁ Ἐλιφὰζ τὸν δίκαιον πρὸς μετάνοιαν ἰδεῖν, ὡς δι' ἁμαρτίας τιμωρούμενον, εἰς ἄπρακτον αὐτῷ κατέληξεν ἡ συμβουλή· οὐ γὰρ εἶχε πείθειν ὡς ἁμαρτωλὸς εἴη, ὁ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς ἄτοπον· ὥστε καὶ πρὸς ἀντιλογίαν εἶδεν ὁ δίκαιος, καὶ ἀπολογεῖται μὲν ὑπὲρ ὧν καὶ ὅλως * λαλεῖ, καὶ οὐ τῇ σιωπῇ τὴν ἑαυτοῦ καρτερίαν ἐπιδείκνυται. διὰ δὲ φυσικῶν παραδειγμάτων τὴν ἑαυτοῦ λόγων παραστήσας τὸ εὔλογον, καὶ ἅγιον ἀποκαλεῖ τὸν Θεόν, καὶ ὅτι ἐπ' αὐτῷ τὴν ἐλπίδα ἔχει, φησί· τήν τε κεκρυμμένην αἰτίαν τῆς ἀθυμίας δημοσιεύει, δεδοικέναι λέγων μὴ τελείως αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐγκαταλίπῃ. εἶτα καὶ τὰς οἰκείας ἐξαριθμεῖται συμφοράς, καὶ παραινεῖ μὴ πεποιθέναι ἐπὶ πλούτῳ, καὶ δυναστείᾳ· καὶ τοῖς φίλοις μέμφεται, ὡς τὰς αἰτίας αὐτῷ φορτικωτέρας διὰ τῶν λόγων ἐργαζομένοις, καὶ * συμβουλεύει φοβεῖσθαι, εἰς τὰ τοῖς πλησίον συμβαίνοντα βλέποντας· καὶ κάλλιστον πάντας ἀνθρώπους διδάσκει μάθημα, ὅτι πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος. καὶ πάλιν ἐκτραγῳδεῖ τὰς οἰκείας συμφοράς, καὶ ἐξαιτεῖ τὸν Θεὸν μνήμην αὐτοῦ καὶ ἐπισκοπὴν ποιήσασθαι. καὶ αὖθις ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἀπολογεῖται λόγων, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην εὐτέλειαν εἰς ἱκετηρίαν προβάλλεται, καὶ αἰτεῖ τὸν Θεὸν ἀμνηστίαν αὐτῷ χαρίσασθαι, εἴ τι πεπλημμέληκεν.

* ἴσ. ἐλάλει.

* γρ. παραινεῖ.

ΥΠΟ-

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἰὼβ λέγει, εἰ γάρ τις ἱστῶν στήσαι μου τὴν ὀργήν, τὰς δὲ ὀδύνας μου ἄραι ἐν ζυγῷ ὁμοθυμαδόν, καὶ δὴ ἄμμου παραλίας βαρυτέρα ἔσται.

RESPONDENS autem Job, dicit, Si verò quis appendens appenderet iram meam, & dolores meos tolleret in ſtatera pariter, & utiq; arenâ maris gravior erit. CAP. VI.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τοῦ Ἐλιφὰζ ὀνειδιστικῶς εἰρηκότος τῷ Ἰώβ, εἰ γὰρ σὺ ἐνουθέτησας πολλούς, νῦν δὲ ἥκει ἐπὶ σὲ πόνος, καὶ τεθορύβηται· καὶ ὡς ἀφιλοσόφου, καὶ μὴ δυναμένου ἑαυτὸν παραμυθήσασθαι, κατηγορήσαντος· ἀπαραμύθητον δεικνὺς τὴν συμφορὰν ὁ δίκαιος, Εἴθε, φησίν, ἐνδεχόμενον ἦν σταθμηθῆναι τὴν ἐκ Θεοῦ ἐπενεχθεῖσάν μοι ὀργὴν * κατὰ τὸν σταθμόν, καὶ τὰς ὀδύνας ὁμοθυμαδόν, τάς τε τῆς ψυχῆς, καὶ τὰς τοῦ σώματος, ὥστε φανερὸν γενέσθαι ὡς καὶ αὐτῆς τῆς παραλίας ψάμμου βαρύτερά ἐστι τὰ * συναχθέντα μοι, καὶ ἀθυμίαν παρασκευάζοντα.

* ἴσ. ἐν σταθμῷ.
* ἴσ. συναντηθέντα.

OLYMPIODORI. Cùm Eliphazus per exprobrationem Jobo dixiſſet, Licèt tu multos ad patienter ferendum res adverſas, commonefeceris, nunc dolor te invaſit, & animo perturbatus es; illúmque tanquam hominem philoſophiâ carentem, & qui ſibiipſi ſolatium adhibere non poſſet, criminatus eſſet; Juſtus calamitatem ſuam omni ſolatio majorem oſtendens, Utinam, inquit, iram mihi à Deo immiſſam, & dolores ſimul animi & corporis, in ſtatera liceret appendere, ut manifeſtum fieret, graviora eſſe mala quæ mihi ſimul illata ſunt, & quæ angorem & triſtitiam inducunt, arenâ quæ in maris littore eſt. Cap. 4. 4. 5.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. καὶ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ γάρ, ἀντὶ τοῦ, Εἴθε γάρ· ὀργὴν δὲ ἐνταῦθα τὴν ἀθυμίαν λέγει, καὶ τὸ πάθος τῆς ψυχῆς, τὸ ἐκ τῶν συμφορῶν γενόμενον· ὀδύνας δέ, τὰς τῷ σώματι ἀπὸ τῶν ἑλκῶν συμβαινούσας· αὔξων δὲ τῇ ποσότητι τὸ πάθος, τό, ὁμοθυμαδόν, ἔφησεν. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, ἐν ἀλλοτρίοις ὑμεῖς φιλοσοφεῖτε κακοῖς, καὶ πόρρω τῶν ἐμῶν συμφορῶν ἑστηκότες, μετὰ πολλῆς μοι παραινεῖτε τῆς ἀδείας· ὡς * εἴγε οἷόν τε τὰ ἐμὰ πάθη, καὶ τὰς ὀδύνας καθ' * αὐτὸν λαβεῖν, καὶ καθάπερ ἐν ζυγῷ τινὶ ἀντιταλαντεῦσαι τῇ παραλίᾳ ψάμμῳ, τούτων ἂν εὗρε μᾶλλον, ἢ παρ' ἐκείνης, βαρυτέραν τὴν πλάστιγγα. παραλίαν δὲ ἄμμον παρείληφε, διὰ τὸ ὑγροτέραν εἶναι.

* γρ. εἴθε.
* ἴσ. αὐτά.

POLYCHRONII. & CHRYSOSTOMI. Illud, *Si enim*, pro, *Utinam*, ponitur. Per *iram* autem hoc loco, mœrorem & animi perturbationem, quæ ex calamitatibus oritur, intelligit: *Dolores* autem, eos dicit qui ex ulceribus in corpore gignuntur: ad augendam autem doloris vim, *Simul*, addidit. Quod verò ait, hujuſmodi eſt, Vos in alienis malis philoſophamini, & cùm longè à meis ærumnis abſitis, cum multa fiducia mihi conſilium datis; ſi enim poſſibile eſſet, ærumnas meas per ſe, & dolores accipere, &, tanquam in bilance, cum arena in littore marino trutinare, horum lanx ponderoſior eſſet, & alteram deprimere deprehenderetur. Maris autem arenam, quia humidior eſſet, in comparatione ſumpſit.

Sed

Sed, ut videtur, verba mea ſunt mala. [Symmachus verò, *ſermones mei peremari.*] *ſagittæ enim Domini in corpore meo ſunt, quarum furor earum bibit ſanguinem meum; cùm incepero loqui, ſtimulant me.*

Ἀλλ᾽, ὡς ἔοικε, τὰ ῥήματά μου ἐστὶ φαῦλα [Ὁ δὲ Σύμμαχος, οἱ λόγοι μου κατάπικροι.] βέλη γὰρ Κυρίου ἐν τῷ σώματί μου ἐστὶν, ὧν ὁ θυμὸς αὐτῶν ἐκπίνει μου τὸ αἷμα· ὅταν ἄρξωμαι λαλεῖν, κεντοῦσί με.

CHRYSOSTOMI. Vide infortunium meum; qui miſereri mei debuerant, pro inviſo & reprobo habent.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα δυσπραγίαν· ἀφ᾽ ὧν ἐλεεῖσθαί με ἐχρῆν, ἀπὸ τούτων μισητός εἰμι, καὶ κατάκριτος.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Vos enim qui ſolandi cauſâ adveniſtis, probroſas voces uſurpantes, contrà quàm vobis initio propoſitum fuit, agitis; & quidem, conſpectis vulneribus, quæ vel inimicorum animos ad miſerationẽ facilè inflectere poſſent. Sed vos quidem in alienis malis philoſophamini, nullam calamitatem ipſi experti, & verba mea contemnitis, mollitie diffluentes, neque conſiderantes, quemadmodum ſupplicia, corpori meo à Deo cum vehementia quadam inflicta, ſanguinem meum abſumant; id eſt, vires imminuant, & vitalem facultatem auferant, neque vocem abſque dolore emittere ſinant, ſed cùm loqui voluero, intercidant. Mihi verò meritò fides non adhibetur, cùm verba ægritudinem exprimere non poſſint, & auditores ex quiete ſua & tranquillitate, non autem ex meis calamitatibus, de verbis meis judicium faciant. Unde nemo eſt qui mei miſeretur, ſed vilia & nullius pretii eſſe videntur quæcunque dixero: ſolus autem ego, quàm immedicabile ſit malum mihi inflictum, novi, qui plagas à Deo immiſſas corpore meo excepi. Supplicia enim, *Sagittas*, vocat; &, *Iram illarum*, moleſtum & acerbum impetum, ac dolorem, quo ſtimulatus, ne loqui quidem illi liberum erat.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὑμεῖς γὰρ οἱ εἰς παράκλησιν ἥκοντες, ἐναντία τῇ προθέσει διαπράττεσθε, ὀνειδιστικοῖς κεχρημένοι τοῖς ῥήμασι· καὶ ταῦτα, τῶν τραυμάτων ὁρωμένων, καὶ τοὺς ἐχθροὺς εἰς ἔλεον ἐπισπάσασθαι δυναμένων. ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν, ἅτε οὐδεμίαν πεῖραν ἔχοντες τῶν δεινῶν, ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις φιλοσοφεῖτε κακοῖς, καὶ τὰ ἐμὰ ἐκφαυλίζετε ῥήματα, ἐν τρυφῇ τυγχάνοντες, καὶ οὐκ ἐννοοῦντες, ὡς αἱ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπενεχθεῖσαι τῷ σώματί μου τιμωρίαι μετά τινος σφοδρότητος, ἐκδαπανῶσί μου τὸ αἷμα, τουτέστι τὴν ἰσχὺν καταναλίσκουσι, καὶ τὴν ζωτικὴν περιαιροῦνται δύναμιν, οὐδὲ φθέγξασθαι ἀνωδύνως συγχωροῦσιν, ἀλλ᾽ ἐκκόπτουσιν, ὅταν λαλῆσαι βουληθῶ. ἐγὼ δὲ εἰκότως ἀπιστοῦμαι, οὔτε τῶν λόγων δυναμένων παραστῆσαι τὸ πάθος, καὶ τῶν ἀκουόντων, ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἀνέσεως, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ τῶν ἐμῶν συμφορῶν, κρινόντων τὰ ῥήματα. διὰ τοῦτο οὐδὲ δύναμαι ἐλέους τυχεῖν, ἀλλ᾽ εὐτελῆ δοκεῖ ὅσα ἂν εἴπω· μόνος δὲ οἶδα τῶν ἐπενεχθέντων τὸ * αἰνήκουστον, ὁ ἐν τῷ ἐμῷ σώματι τὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ πληγὰς δεξάμενος. βέλη γὰρ, τὰς τιμωρίας λέγει· καὶ θυμὸν αὐτῶν, τὴν ἐπίπονον καὶ πικρὰν ἐπιφορὰν, καὶ τὴν ὀδύνην, ὑφ᾽ ἧς κεντούμενος, οὐδὲ λαλεῖν συγχωρεῖται.

* ἴσ. ἀνήκεστον.

Τί

Τί γάρ; μὴ διακενῆς κεκράξεται ὄνος ἄγριος, ἀλλ' ἢ τὰ σῖτα ζητῶν; εἰ δὲ καὶ ῥήξει φωνὴν βοῦς, ἐπὶ φάτνης ἔχων τὰ βρώματα;

Quid enim? nunquid fruſtra clamabit onager, niſi eſcas requirens? nunquid & erumpet vocem bos, cùm habeat in præſepi cibos?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *μὴ στένει λιμῷ ὄναγρος, παρούσης χλόης;* Φυσικοῖς κέχρηται παραδείγμασι, καὶ τὸν ἑαυτοῦ λόγον εὔλογον δείκνυσι, καὶ ὡς δικαίως οὐκ ἐπείσθη τῇ τοῦ Ἐλιφὰζ παραινέσει, ἀλλὰ πρὸς ἀντιλογίαν εἶδε.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Πῶς γάρ, φησί, κἀκεῖνο οὐ σκοπεῖτε, ὡς οὐδὲ παρὰ τοῖς ἀλόγοις ἐστὶν ἡ ἔνδεια φορητή; ὄνος τε γάρ, ἐπιλιπούσης τροφῆς, καὶ βοῦς, μὴ ἀφθόνου τῆς νομῆς προκειμένης, τῇ βοῇ διασημαίνει τὸ πάθος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Μὴ γὰρ ματαίως φωνὴν ἀφίησιν ὄνος ἄγριος, ἀλλ' ἐνδεόμενος τροφῆς· ἀλλ' οὐδὲ βοῦς μυκᾶται, ἐπὶ φάτνης βρωμάτων κειμένων· ὥστε μηδὲ ἐμὲ αἰτιῶ, εἰ κράζω, κατὰ τὴν σὴν ὑπόληψιν, διὰ τὰ ἀνιαρά, τῆς φύσεως ἀσθενοῦς ὑπαρχούσης. Ταῦτα δέ φησιν ὁ δίκαιος, ὅτι ὡς οὐ μάτην ἀνακράζει ὄνος, ἢ βοῦς, ἀλλ' ὅταν ἐπιλείπῃ τὰ βρώματα· οὕτως οὐδὲ ἐγὼ ἠθύμουν, εἰ μὴ πρὸς ἔσχατον ἐληλάκειν κακοῦ, ἄγων τὸν Ἐλιφὰζ πρὸς τὸ μὴ μέμφεσθαι τὸν ὀδυνώμενον, εἰ κράζει. οὐ γὰρ ἀναίσθητον εἶναι δεῖ τὸν δίκαιον, κἂν καρτερῶς φέρῃ τὰ θλίβοντα. αὕτη γὰρ ἀρετή ἐστιν, ὅταν αἴσθησιν τῶν ἐπιπόνων δεχόμενός τις, ὑπερφρονῇ τῶν ἀλγηδόνων διὰ τὸν Θεόν.

OLYMPIOD. Symmachus autem, *Nunquid ingemiſcit fame onager, ſi adſit gramen?* Naturalibus exemplis utitur, oſtenditq; quòd ſermo ejus rationi conſentaneus ſit, & quòd Eliphazi adhortationibus meritò ſibi perſuaderi non ſit paſſus, quin potiùs ad contentionis ejus ſtudium reſpexerit?

POLYCHRONII. Quî tandem, inquit, & illud non conſideratis, quòd inopia etiam brutis animantibus intolerabilis ſit? Aſinus enim, deficiente cibo, & bos, niſi copioſum ſuppeditetur pabulum, perturbationem atque dolorem clamore teſtantur.

DIDYMI. Haud temere aſinus ſylveſter vocem edit, ſed cùm cibo indiget; neque pabulo in præſepi propoſito, bos mugit: quare ſi, juxta tuam opinionem, propter gravia & moleſta vociferer, cùm natura imbecillis ſit, noli me vituperare. Hoc autem Juſtus dicit, (quemadmodum non fruſtra vociferatur aſinus, aut bos, ſed cùm alimentum defuerit; ita nec ego animo conciderem, niſi ad extremitatem malorum perveniſſem) ut Eliphazum eò adducat, ne homini in dolore conſtituto vitio vertat, ſi fortè vociferetur. Licèt enim juſtus fortiter ferat adverſa quæ premunt, ſenſum tamen omnem humanitatis exuere eum non oportet. Virtus enim ea eſt, ſiquis rerum acerbarum ſenſu percepto, dolores Dei causâ contemnat.

Εἰ βρωθήσεται ἄρτος ἄνευ ἁλός; εἰ δὲ καὶ ἔστι γεῦμα ἐν ῥήμασι κενοῖς;

Nunquid poteſt ſine ſale edi panis? aut eſt ſapor in ſermonibus vanis?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *μήτι βρωθήσεται*

OLYMPIODORI. Symmachus autem, *Nunquid manducabitur non condi-*

conditum, quod ſale caret? Quomodo, inquit, veſtrâ adhortatione perſuaderi mihi patiar, quæ neque rationi conſentanea eſt, neque ad conſolandum comparata eſt? Quemadmodum enim panis qui ſale caret, edi non poteſt; ita nec inanes ſermones, qui perſuadendi vim & rationem in ſe non habent, auditoribus perſuadere poſſunt; perſuaſionem enim, ſaporem vocat, metaphoræ inſiſtens. Propterea etiam Apoſtolus dixit, Col. 4. 6. *Sermo veſter ſemper cum gratia ſit, ſale conditus*, quaſi dulcis & jucundus, auditores ſimul aſtringens, & dulcedine deliniens.

ἀνάρτυτον, * ᾧ μὴ ἔχειν ἅλα; πῶς, φησὶ, πεισθήσομαι τῇ ὑμετέρᾳ παραινέσει, μήτε τὸ εὔλογον ἐχούσῃ, μήτε πρὸς παραμυθίαν ἐξηρτυμένῃ; ὥσπερ γὰρ ἄναλος ἄρτος οὐ βρώσιμος· οὕτω καὶ λόγοι διάκενοι, καὶ οὐκ ἔχοντες τὸ πιθανὸν, ἢ τὸ εὔλογον, πείθειν οὐ δύνανται τοὺς ἀκούοντας. γεῦμα γὰρ τὴν πειθὼ λέγει, ἐπιμείνας τῇ τοῦ λόγου τροπῇ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος ἔλεγεν, ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, οἱονεὶ ἡδὺς καὶ νόστιμος, ἐπιστύφων τε ὁμοῦ, καὶ καταγλυκαίνων τοὺς ἀκούοντας. * ἴσ. τὸ μὴ ἔχει.

ISIDORI. Duo arbitror his verbis ſignificari; vel quòd falſum convicium ulteriùs quàm ad aures non progrediatur, ad auditoris enim animum non pertingit: vel quòd moderato ſale ſermo ſit condiendus, ut auditoribus dulcis & altilis evadat, & uſque ad animos eorum penetret. Sales verò parænecticæ orationi ſunt teſtimonia è divinis oraculis petita, nec non judicii metus, & de regno ſermo; quæ hortationi vires, efficaciam, & nutriendi facultatem addunt, aptúmque & idoneum nutrimentum præbent, non tantùm illis qui ſtomacho valent, ſed illis etiam qui ſtomachi vitio laborant, cibóſque faſtidiunt.

ΙΣΙΔΩΡΟΥ. Δύο δὲ οἶμαι μηνύειν τὸ ῥητὸν, ἢ ὅτι τὸ ψευδὲς ὄνειδος οὐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται, οὐ γὰρ ἅπτεται τῆς τοῦ ἀκούοντος διανοίας· ἢ ὅτι χρὴ μετρίοις ἅλεσι τὸν λόγον ἠρτῦσθαι, ἵνα καὶ ἡδὺς ᾖ τοῖς ἀκούουσι, καὶ τρόφιμος, καὶ καθάπτηται τῆς τῶν ἀκουόντων διανοίας. ἅλες δὲ τοῦ παραινετικοῦ λόγου, ἡ τῶν θείων λογίων μαρτυρία, ὅ, τε τῆς κρίσεως φόβος, καὶ τῆς βασιλείας ὁ λόγος, ἰσχυροτέραν, καὶ δραστικωτέραν, καὶ τροφιμωτέραν δημιουργοῦντες τὴν παραίνεσιν, καὶ οὐ μόνον τοῖς εὐστομάχοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς κακοσίτοις, πρόσφορον καὶ κατάλληλον τροφὴν ὀρέγοντες.

DIDYMI. Ad ſenſum autem, Omnis ſermo qui actione cum virtute conjunctâ privatur, inanis & vanus eſt. Hoc ex illo confirmatur, Cor. 1. 4. 20 *Non enim in ſermone, ſed in virtute eſt regnum Dei*, non in irritis pollicitationibus, ſed in efficaci ſermone, ſalus noſtra conſiſtit.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πρὸς δὲ διάνοιαν, ἅπας λόγος κενὸς καὶ μάταιός ἐστιν, ἐστερημένος πράξεως ἐναρέτου. τούτου παραστατικὸν, τὸ, οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ᾽ ἐν δυνάμει, οὐκ ἐν κεναῖς ὑποσχέσεσιν, ἀλλ᾽ ἐν λόγῳ ἐνεργεῖ, τὰ τῆς σωτηρίας ὑπάρχει.

Non poteſt enim ceſſare ira mea: fœtorem enim video eſcas meas, ſicut eſt odor leonis.

Οὐ δύναται γὰρ παύσασθαί μου ἡ ὀργή. βρῶμον γὰρ ὁρῶ τὰ σιτά μου, ὥσπερ ὀσμὴν λέοντος.

CHRYSOST. Generoſus hic athleta, tanquam in communi orbis terræ theatro ſtans, ex calamitatibus quæ ipſi acciderant, omnes alloquitur, & ut fortiter ferant adverſa quæ eveniunt, hortatur, neque ingruentibus malis cedant.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὥσπερ ἐν κοινῷ θεάτρῳ τῆς οἰκουμένης ἑστὼς ὁ γενναῖος, ἅπασι διὰ τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ παθῶν διαλέγεται, πάντα φέρειν τὰ συμπίπτοντα γενναίως, καὶ πρὸς μηδὲν ἐνδιδόναι τῶν ἐπιόντων δεινῶν.

δεινῶν. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀνθρώπινον πάθος, ὃ μὴ δύναται παραμυθίαν ἐκεῖθεν δέξασθαι· ἃ γὰρ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ διέσπαρται πάθη, ταῦτα ὁμοῦ συνελθόντα εἰς ἓν σῶμα ἐνέσκηψε τὸ ἐκείνου. τίς οὖν ἔσται συγγνώμη τῷ μὴ δυναμένῳ τὸ μέρος τῶν ἐπενεχθέντων ἐκείνῳ δεινῶν μετ' εὐχαριστίας ἐνεγκεῖν, ὃς μὴ μέρος μόνον, ἀλλὰ ὁλόκληρα τὰ πάντων ἀνθρώπων φαίνεται φέρων κακά; τί γὰρ τοῦ Ἰὼβ πενέστερον γέγονεν; ὃς καὶ τῶν ἐν βαλανείῳ ἐρριμμένων, καὶ τῶν ἐν τῇ καμιναίᾳ τέφρᾳ καθευδόντων, καὶ πάντων ἀνθρώπων ἁπλῶς πενέστερος ἦν. οὗτοι μὲν γὰρ κἂν ἱμάτιον ἔχουσι διεῤῥωγός, ἐκεῖνος δὲ γυμνὸς ἐκάθητο, καὶ ὃ μόνον ἱμάτιον εἶχε παρὰ τῆς φύσεως, τῆς σαρκὸς τὴν περιβολήν, χαλεπῇ σηπεδόνι καὶ τοῦτο πανταχόθεν διέφθειρεν ὁ διάβολος· καὶ οἱ μὲν κἂν * καλάμῃ καλύπτονται, ἐκεῖνος δὲ αἴθριος διενυκτέρευεν, οὐδὲ τὴν ἀπὸ ψιλῆς στέγης παραμυθίαν ἔχων. καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι οὗτοι μὲν πολλὰ καὶ αὐτοῖς συνίσασι τὰ δεινά, δι' ἃ ἔχοιεν ἂν ἑαυτοὺς αἰτιᾶσθαι, (οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς παραμυθίαν συμφορᾶς, τὸ συνειδέναι ἑαυτῷ δικαίως τιμωρουμένῳ) ἐκεῖνος δὲ καὶ ταύτης ἀπεστέρητο τῆς παραμυθίας, καὶ πολιτείαν ἐπιδειξάμενος ἀρετῆς γέμουσαν, τὰ τῶν ἔσχατα τετολμηκότων ὑπέμεινε. καὶ οἱ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐνεμελέτησαν τῇ συμφορᾷ, ἐκεῖνος δὲ ἀμελέτητον ὑπέμεινε πενίαν, καὶ ταύτην ἐσχάτην, καὶ μεθ' ἣν, ἑτέραν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. τί γὰρ ἂν τοῦ γυμνοῦ, καὶ μηδὲ στέγην ἔχοντος, πενέστερον γένοιτ' ἄν; μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐδάφους * πάντως ἀπολαύειν κύριος ἦν· οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐκάθητο. μία μὲν οὖν αὕτη συμφορά, πάντων ὁμοῦ τῶν δεινῶν ὑπόθεσις εἶναι δοκεῖ τοῖς ἀνθρώποις. δευτέρα δὲ μετ' ἐκείνην, μᾶλλον δὲ πρὸ ἐκείνης, ἡ τοῦ σώματος πληγή. τίς γὰρ τοιαύτην ἐδέξατο; κατὰ μικρὸν αὐτοῦ τὸ σῶμα ἐδαπανᾶτο, καὶ πηγὴ σκωλήκων αὐτοῦ πανταχόθεν ἔβρυεν ἀπὸ τῶν μελῶν, καὶ διηνεκὴς ἦν αὕτη ἡ ἐπιῤῥοή, καὶ πολλὴ πανταχόθεν ἡ δυσωδία· καὶ τὸ σῶμα κατὰ μικρὸν

* χ. καλύβῃ.

* γρ. πάντως

Nulla enim omnino humana calamitas eſt, quæ ſolatium hinc percipere non poſſit: quæ enim in toto terrarum orbe ſparſæ ſunt ærumnæ, hæ ſimul & uno impetu in illius corpus irruerunt. Quæ igitur venia illi danda eſt, qui partem aliquam acerbitatum quas ille paſſus eſt, cum gratiarum actione ferre non poteſt? cùm ille non partem ſolùm, ſed univerſa omnium hominum mala ſolus ſuſtinuiſſe videatur. Quid enim Jobo pauperius unquam fuit? qui illis qui in balneo abjecti jacent, & qui in camini cineribus dormiunt, &, ut uno verbo abſolvam, omnibus hominibus pauperior erat. Hi enim ſaltem veſtem laceram habent; ille verò nudus ſedebat; & quam unicam natura ei conceſſerat veſtem, carnis, ſcilicet, operimentum, hanc undiquaque gravi & moleſtâ tabe diabolus corruperat: & hi quidem paleis ac ſtipulis integuntur, ille verò, ſine tecti ſolatio, noctem ſub dio tranſigebat. Et quod majus eſt, quòd illi multorum ſcelerum ſibi conſcii fuerint, propter quæ meritò ſeipſos arguere poſſent (non leve autem calamitatis ſolatium eſt, ſi quis juſtè ſe puniri conſcius ſit) illi verò etiam hæc conſolatio erepta fuerit, qui converſationem virtute plenam oſtendens, ſupplicia flagitioſiſſimis hominibus debita ſuſtinuit. Et hi quidem ab initio calamitati innutriti, in ea ſe exercuerunt; ille verò paupertatem nec præmeditatam tulit, eámque extremam, & cui parem nullam reperire licet; quid enim homine nudo, & tecto carente, pauperius eſſe poteſt? Imò verò ne ſolo quidem frui omnino poterat; non enim in terrâ, ſed in ſterquilinio ſedebat. Una quidem hæc calamitas, omnium ſimul malorum hominibus materies eſſe videtur. Poſt hanc autem alia, immo potiùs ante illam, corporis, ſcilicet, plaga; quis enim talem accepit? corpus illius ſenſim abſumebatur, & vermium fons undique è membris ejus ſcatebat, & fluxus ille cum multa graveolentia continuus erat: corpus etiam paulatim diffluens,

fluens, ac tali tabe putrefactum, cibos ingratos reddebat, & peregrinam ac incredibilem famem experiebatur; appoſito enim cibo veſci non poterat; *Fœtorem enim*, inquit, *video eſcas meas, ſicut eſt odor leonis*. Quid pœna hac acerbius eſſe poteſt? ſomnus quietem ei non adminiſtrabat, nec alimentum eum nutriebat; *Sicut odor*, inquit; *leonis*; Supra modum enim fœtet hæc bellua, & cùm naturâ inſatiabilis ſit, Deus illam aliis beſtiis inſalubriorem creavit: ferunt etiam, alia animantia reliquiis cibi hujus beſtiæ minimè veſci, propter tetrum odorem qui ex ejus corpore illis inſpiratur. Quomodo igitur quis novam illam & inexplicabilem famem exprimere poterit? ſpontaneam, & coactam, quomodo enim eam appellem, hæreo, neque vocabulum aptum invenio, quod paradoxo calamitatis generi imponam; à menſa enim appoſita abſtinebat, & dapes præ oculis non attingebat; gravis enim odor qui è corporis ulceribus manabat illi occurſans, appetitum extinguebat, menſámque ipſam cibi faſtidio replebat: quod cùm ſignificare vellet, dixit, *Fœtorem video eſcas meas*. Famis enim neceſſitas appoſitas dapes tangere cogebat, fœtoris autem magnitudo qui è carnibus emittebatur, vim famis ſuperabat. Idcirco, ut dixi, quomodo ipſam appellem, planè ignoro: voluntariam? ſed appoſitos cibos guſtare cupiebat: coactam? ſed aderant cibaria, neque quiſquam erat qui veſci impediret.

JULIANI. Hoc autem non ſolùm ex corporis ægritudine, ſed ab operatione diaboli provenerat: dicitur enim ſæpenumero Deo inviſus tetros odores excitare.

* διαῤῥεόμενον, καὶ τοιαύτῃ * τηκεδόνι σηπόμενον, ἀηδῆ τὰ σιτία ἐποίει, καὶ λιμὸς ἦν αὐτῷ ξένος καὶ παράδοξος· οὐ γὰρ διδομένης ἠδύνατο τῆς τροφῆς ἀπολαύειν, βρόμον γάρ, φησίν, ὁρῶ τὰ σῖτά μου, ὥσπερ ὀσμὴν λέοντος. τί ταύτης τῆς τιμωρίας γένοιτο χαλεπώτερον; οὐχ ὕπνος ἀνέπαυεν, οὐ τροφὴ ἔτρεφεν, ὥσπερ ὀσμὴ λέοντος, φησί· δυσώδες γὰρ τὸ θηρίον τοῦτο μεθ' ὑπερβολῆς· ἐπεὶ γὰρ ἔχει τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως πλεονεξίαν, * ἑτέρως αὐτὸ τῶν ἄλλων φαυλότερον ἐποίησεν ὁ Θεός· φασὶ δέ, ὅτι καὶ τὰ λείψανα τῆς τούτου τροφῆς, ἄβρωτά ἐστι τοῖς ἄλλοις ζώοις, διὰ τὴν ἐπιπνεομένην αὐτοῖς ἐξ αὐτοῦ δυσοσμίαν. τί οὖν ἄν τις εἴποι, τὸν λιμὸν ἐκεῖνον τὸν καινόν, καὶ * μηδὲ ἑρμηνευθῆναι δυνάμενον; τὸν ἑκούσιον, τὸν ἀκούσιον, οὐ γὰρ οἶδα πῶς αὐτὸν καλέσω, οὐδὲ εὑρίσκω ὄνομα ἐπιθεῖναι τῷ παραδόξῳ τῆς συμφορᾶς εἴδει· καὶ γὰρ παρακειμένης ἀπείχετο τῆς τραπέζης, καὶ ὁρωμένων οὐχ ἥπτετο τῶν σιτίων· τῶν γὰρ περὶ τὸ σῶμα τραυμάτων ἡ δυσωδία περιαπαντῶσα, κατέλυε τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ αὐτὴν ἐνεπίμπλα τὴν τράπεζαν τῆς ἀηδίας· καὶ τοῦτο δηλῶν, ἔλεγε, βρόμον γὰρ ὁρῶ τὰ σῖτά μου. καὶ ἡ μὲν ἀνάγκη τοῦ λιμοῦ τῶν παρακειμένων ἅπτεσθαι ἐβιάζετο, ἡ δὲ ὑπερβολὴ τῆς δυσωδίας, τῆς ἐκ τῶν σαρκῶν γινομένης, ἐνίκα τοῦ λιμοῦ τὴν βίαν. διὰ δὴ τοῦτο, ὡς εἶπον, οὐκ ἔχω πῶς αὐτὸν καλέσω· ἑκούσιον; ἀλλ' ἐβούλετο ἀπογεύσασθαι τῶν παρακειμένων· ἀλλ' ἀκούσιον; ἀλλὰ παρῆν τὰ σιτία, καὶ οὐδεὶς ὁ κωλύων ἦν.

*ἴσ. διαῤῥεόμενον.
*χ. σηπεδόνι.
*ἴσ. ἑτέρων.
*γρ. μὴ δὲ ἑρμηνευθῆναι.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Τοῦτο δὲ οὐ μόνον ἐκ τοῦ πάθους συνέβαινεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς τοῦ πονηροῦ ἐνεργείας· λέγεται γὰρ πολλάκις δυσωδίας τινὰς ἐμπνεῖν ὁ θεομισής.

Ei

Εἰ γὰρ δῴη, καὶ ἔλθοι μου ἡ αἴτησις, καὶ τὴν ἐλπίδα μου δῴη ὁ Κύριος· ἀρξάμενος ὁ Κύριος τρωσάτω με, εἰς τέλος δὲ μή με ἀνελέτω.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἀκύλας δὲ, καὶ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, ἀρξάμενος, ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα, ἐξεδώκασιν. Τίς ἡ τοῦ Ἰὼβ αἴτησις καὶ ἡ ἐλπὶς, ἣν καὶ πληρωθῆναι εὔχεται; ἡ τελευτὴ, καὶ ὁ θάνατος, καὶ τὸ μὴ ἐπιπολὺ παραταθῆναι τὰς βασάνους· τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, Εἰς τέλος μή με ἀνελέτω· ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι, μία μοι λύσις τούτων ἐστὶ τῶν δεινῶν, θάνατος, καὶ ἀνάπαυσις· αὐτὸς μὲν οὖν ἐμαυτὸν ἐξαγαγεῖν οὐ δύναμαι, παρακαλῶ δὲ τὸν Κύριον, ἵνα ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα, καὶ μαστιγώσας, ἀπαγάγῃ, καὶ μὴ ἐάσῃ εἰς τέλος ἀναιρεῖσθαι, τουτέστιν, ἐπιπολὺ βασανίζεσθαι. οὕτως οὖν χάριτος μέρει αἰτεῖ τὸν θάνατον, ὥστε ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀθυμίας.

Si enim det, et veniat poſtulatio mea, et ſpem meam det Dominus: qui cæpit Dominus vulneret me; in finem autem ne me tollat.

OLYMPIODORI. Aquila verò, & Symmachus, pro illo, *Qui cæpit*, reddiderunt, *Injiciens manum ſuam.* Quænam autem fuit Jobi poſtulatio & ſpes, quam adimpleri precatur? vitæ exitus, & mors, & ne tormenta in longum extendantur: hoc enim vult illud, *In finem ne me tollat*; ac ſi dixiſſet, Mors unicum mihi eſt remedium horum malorum, & requies: Me ipſum quidem ex hac vita educere non poſſum, Dominum autem imploro, ut manum mihi injiciens, & flagellans, hinc abducere velit, neque ſinat me in finem interfici, id eſt, diuturnos cruciatus pati. Atque ita mortem beneficii loco petit, ut ab animi mœrore liberetur.

Εἴη δέ μου πόλις, τάφος· ἐφ' ἧς ἐπὶ τειχέων ἡλλόμην ἐπ' αὐτῆς.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀκύλας δὲ καὶ Θεοδοτίων, καὶ ἔσται ἔτι παράκλησίς μου, εἰρήκασιν. ἡ δὲ τοῦ στίχου δύναμις αὕτη, ἀρκεῖ μοι, φησὶν, εἰς παράκλησιν καὶ παραμυθίαν, τὸ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἀποθανεῖν καὶ ταφῆναι. τὸ δὲ, ἐπὶ τειχέων ἡλλόμην, ἀντὶ τοῦ, ἐφ' ἧς χαίρων ἥλλομην, καὶ πεποιθὼς, καὶ μεθ' ἡδονῆς διῆγον.

Sit autem mea civitas, ſepulchrum; ſuper cujus muros ſaltabam ſuper eam.

OLYMPIODORI. Aquila verò, & Theodotio, *Et erit adhuc conſolatio mea*, dixerunt. Hujus autem commatis ſenſus hic eſt, Sufficit mihi, inquit, ad ſolatium & fomentum dolorum, ſi in ipſa urbe mori & ſepeliri contingat. Illud verò, *Super muros ſaltabam*, pro eo eſt, In qua cum fiducia geſtiebam, & cum voluptate degebam.

Οὐ φείσομαι, οὐ γὰρ ἐψευσάμην ῥήματα ἅγια Θεοῦ μου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Οὐ φείσομαι, φησὶ, τῆς πρὸς ὑμᾶς ἀντιλογίας, οὐδὲ ὑπεσταλμένως φθέγξομαι, ἀλλὰ πεπαρρησιασμένως, ἐπεὶ μὴ σύνοιδα ἐμαυτῷ παραβεβηκότι ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ὥστε καὶ δικαίαν

Non parcam; non enim mentitus ſum verba ſancta Dei mei.

OLYMPIODORI. Vobis, inquit, contradicere non parcam, neque timidè, ſed liberè loquar, quandoquidem divini mandati violati mihi conſcius non ſum, ut vexationem hanc juſtam eſſe

exiſtimem: non enim alia in mente habere poſſum, nec verba animi ſententiæ contraria proferre; ſed quæ mente cogito, ea veraciter eloquor. Propter hunc ejus animum, & loquendi libertatem cum veritate conjunctam, Scriptura eum laudans, dixit, *Et erat homo ille verax, irreprehenſibilis.* (Cap.1.1.) Intuere affinitatem Abrahamæam, contemplare hunc Iſaaci, & Jacob, non ſolùm carnis, ſed pietatis etiam, & religionis ſucceſſorem: de illis enim loquutus eſt Deùs, *Ego illorum Deus ſum.* (Exod.3.6.) Germanum autem illorum germen quid dicit? *Non enim mentitus ſum verba ſancta Dei mei.* Charitatem qua Deum complectitur, vidiſti, quomodo in omnibus Deum ſibi conciliet; veritatem etiam ejus, quæ ubique elucet, lauda, & quanto erga Deum ſtudio verba protulerit, conſidera.

ἤγξατο τὸ κάκιστον· οὐ γὰρ αἰσχύνομαι ἕτερα μὲν ἔχειν κατὰ διάνοιαν, ἐναντία δὲ τῇ γνώμῃ φέρειν ῥήματα· ἀλλ' ἃ φρονῶ, σὺν ἀληθείᾳ φθέγγομαι. διὰ ταύτην αὐτοῦ τὴν γνώμην, καὶ τὴν σὺν ἀληθείᾳ παῤῥησίαν, ἐπαινοῦσα αὐτὸν ἔφησεν ἡ γραφή, καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ἀληθινὸς ἄμεμπτος. ὅρα δὲ τὴν Ἀβραμιαίαν συγγένειαν, θεώρει τοῦ Ἰσαάκ, τοῦ Ἰακώβ, τοῦτον οὐ μόνον κατὰ σάρκα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν εὐσέβειαν, διάδοχον· περὶ μὲν γὰρ ἐκείνων ἔλεγεν ὁ Θεός, ἐγὼ Θεὸς αὐτῶν εἰμι. τὸ δὲ τούτων γνήσιον γέννημα τί φησιν; οὐ γὰρ ἐψευσάμην ῥήματα ἅγια Θεοῦ μου. εἶδες ἀγάπην * ἣν ἔχει εἰς Θεόν, πῶς ἐπὶ πάντων ἰδιοποιεῖται τὸν Θεόν· ἐπαίνεσον αὐτοῦ καὶ τὴν διὰ πάντων ἀλήθειαν, καὶ σκόπει μεθ' ὅσης τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης, τοὺς λόγους προέφερε. (* χ. εἶχε)

Quæ enim virtus mea, ut ſufferam? aut quod tempus meum, ut ſuſtineat anima mea? nunquid virtus lapidum virtus mea? aut carnes meæ ſunt æneæ?

Τίς γάρ μου ἡ ἰσχύς, ὅτι ὑπομένω; τίς μου ὁ χρόνος, ὅτι ἀνέχεταί μου ἡ ψυχή; μὴ ἰσχὺς λίθων ἡ ἰσχύς μου; ἢ αἱ σάρκες μου εἰσὶ χάλκεαι;

POLYCHRONII. & OLYMPIODORI. Aquila verò, *Et quis finis meus, ut longanimiter agam?* Siquis, inquit, me calamitatibus oppreſſum vituperaverit, ſecum reputet, me hominem, & ærumnis undiq; vallatum, verba hujuſmodi coactum fuiſſe proferre, eò quòd ſine doloris ſenſu mala tolerare non potuerim (corpus enim cùm imbecillum ſit, doloribus omnino cedit) num ego, inquit, expers omni ſenſu doloris, aut lapideus, aut æneus ſum? nonne humanâ carne veſtior, & brevis temporis ſum? nemo igitur mœrentem, & præſentium malorum liberationem poſtulantem, arguat.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. καὶ ΟΛΥΜΠΙΩΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ τί τὸ τέλος μου, ὅτι μακροθυμήσω; εἴ τις, φησί, μέμφοιτο βαρυνομένῳ, λογιζέσθω ὡς ἄνθρωπος ὢν, καὶ ὑπὸ τῶν παθῶν συνεχόμενος, * ἠναγκάσθη προέσθαι τοιαῦτα ῥήματα, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀναλγήτως ἐνεγκεῖν τὰ κακά, ἐπειδὴ ἀσθενὲς ὂν τὸ σῶμα, εἴκει πάντως τοῖς πάθεσι· μὴ γὰρ ἀνάλγητος, ἢ λίθινος, ἢ χαλκοῦς εἰμι, φησίν; οὐκ ἀνθρώπου σάρκα περίκειμαι, καὶ ὀλιγοχρόνιος τυγχάνω; μηδεὶς οὖν μεμφέσθω ἀλγοῦντι, καὶ ἀπαλλαγὴν αἰτοῦντι τῶν παρόντων δεινῶν. (* ἴσ. ἠναγκάσθην.)

CHRYSOSTOMI. Quænam mihi vires ſunt, ut tanta perferre poſſim? Nullis igitur viribus ſuis, ſed pietate erga Deum, & timore illa toleravit, aliàs enim manus ſibi intuliſſet: nunc verò, non ſuæ audaciæ, ſed precibus rem omnem permittit.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ποίαν ἔχω δύναμιν, ὥστε τηλικαῦτα καρτερῆσαι; οὐκοῦν οὐκ ἀπὸ ἰσχύος * ὑπομένει, ἀλλ' ἀπὸ εὐλαβείας, καὶ φόβου Θεοῦ· ἢ γὰρ ἂν ἑαυτὸν διεχειρίσατο· νῦν δέ, εὐχῇ τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέπει, καὶ οὐχὶ τῇ ἑαυτοῦ τόλμῃ. (* ἴσ. ὑπέμεινε.)

Η οὐκ

Ἦ οὐκ ἐπ' αὐτῷ ἐπεποίθειν; βοήθεια δὲ ἀπ' ἐμοῦ ἀπέστιν, ἀπείπατό με ἔλεος, ἐπισκοπὴ δὲ Κυρίου ὑπερεῖδέ με.

Aut non in ipſo confidebam? ſed adjutorium à me receſſit, negavit me miſericordia, & viſitatio Domini me deſpexit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὰ μὲν τοῦ σώματος, φησί, τοιαῦτα· ὃ δὲ μάλιστα τὴν ἐμὴν ἀνιᾷ ψυχὴν, τὸ ἐκ τῶν παρόντων τεκμαίρεσθαι, ὡς ὁ ὑπ' ἐμοῦ ποθούμενος Θεὸς, εἰς ὃν τὴν πᾶσάν μου τῆς ζωῆς ἐλπίδα ἀνήρτησα, ἐγκατέλιπέ με, καὶ τῆς οἰκείας ἐπισκοπῆς, καὶ τῶν οἰκτιρμῶν ἐγύμνωσε· διὰ ταῦτα μάλιστα ὁ δίκαιος ἠθύμει. καὶ σκοπείτω γε ἕκαστος τῇ θείᾳ τετρωμένων ἀγάπῃ, ὅσην ὀδύνην ἐμποιεῖ λογικῇ ψυχῇ, τὸ ὑποπτεύειν ἐγκαταλελεῖφθαι παρὰ τοῦ ποθουμένου Θεοῦ. Εἰ γὰρ οἱ γυναικὸς ἔρωτι τρωθέντες, εἶτα ὑπερφρονηθέντες, ἀβίωτον ἡγοῦνται τὸν βίον, καὶ ἀφορήτοις ἀνίαις βάλλονται· τί ἂν πάθοι ψυχὴ τῇ εἰς Θεὸν ἀγάπῃ τρωθεῖσα, καὶ ἐγκατάληψιν ὑπομεμενηκέναι νομίζουσα. Εἶτα ἐπιφέρει τὰ αὐτῷ συμβεβηκότα, ἐξ ὧν ὑπώπτευε παρορᾶσθαι ὑπὸ Θεοῦ.

OLYMPIODORI. Et hic quidem, inquit, corporis ſtatus eſt: illud verò præcipuè animum cruciat, quòd ex præſentibus malis conjicere liceat, Deum, cujus deſiderio maximè tenebar, & ex quo vitæ meæ ſpes omnes pendebant, dereliquiſſe me, & præſidio ſuo, & miſericordiâ nudâſſe: propter hoc præcipuè Juſti animus angebatur. Conſideret autem unuſquiſque qui divino amore ſauciatur, quantum dolorem ſuſpicio derelictionis Dei qui deſideratur, animæ ratione præditæ creet. Si enim qui mulierum amore vulnerâtur, & deſpicatui poſtea ab eis habentur, vitam ſuam non ampliùs vitalem exiſtimant, & cum ærumnis intolerabilibus conflictantur; quanta animæ illius anxietas credenda eſt, quæ divino amore ſaucia eſt, & deſertionem ſe pati exiſtimat? Subjungit deinde quæ ipſi acciderunt, ex quibus à Deo deſpectum ſe eſſe ſuſpicabatur.

Οὐ προσεῖδόν με οἱ ἐγγύτατοί μου· ὥσπερ χειμάῤῥους ἐκλείπων, ἢ ὥσπερ κῦμα, παρῆλθόν με.

Propinqui mei non reſpexerunt me; tanquam torrens deficiens, aut ſicut fluctus, tranſierunt me.

ΠΟΛΥΧΡ. καὶ ΟΛΥΜΠ. Πρῶτα μὲν, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐγκατέλιπέ με ἐν τοσαύτῃ καταστάντα συμφορᾷ. ἔπειτα εἰς τοσαύτην κατέστην ταλαιπωρίαν, ὥστε καὶ τῆς παρὰ τῶν φίλων ἐπικουρίας στερηθῆναι, καὶ μηδὲ τῆς παρὰ τῶν συγγενῶν γοῦν τυχεῖν φιλανθρωπίας, οὐ γὰρ προσεῖδόν με· οὐκ ἀφ' ὧν ἥμαρτον, ἀλλ' ἀφ' ὧν πέπονθα, βδελυττόμενοί με. χειμάῤῥῳ δὲ ἑαυτὸν προσομοιοῖ, διὰ τὴν προλαβοῦσαν εὐθηνίαν· τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ ἐν χειμῶνι ῥέων ποταμὸς, νῦν μὲν πληροῦται ὑδάτων, νῦν δὲ ξηραίνεται, καὶ ἡ χαράδρα ἄνικμος καταλείπεται· τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ κῦμα,

POLYCHRONII. & OLYMPIODORI. Primùm, inquit, Deus in tanta calamitate conſtitutum me deſeruit: deinde, in tantam miſeriam ſum conjectus, ut amicorum auxilio deſtituar; & ne à ſanguine quidem conjunctis humanitatem ullam experiar, *non enim reſpexerunt me*; non propter delicta mea, ſed propter ea quæ paſſus ſum, deteſtantes me. Torrenti autem, propter priſtinam rerum abundantiam, ſe aſſimilat; talis enim eſt fluvius, qui hyeme tantùm fluit, nunc aquarum plenus eſt, nunc aret, & ſalebra ſine humore ullo relinquitur: talis etiam eſt fluctus, qui

qui in eodem ſtatu non manet, ſed interdum in altum elevatur, & turgeſcit, interdum verò deprimitur, & in ſpumam diſſolvitur.

DIDYMI. Et ſanè qui videntur amici, dubiis verò temporibus inſtantibus, amicitiam mentiti eſſe, & ſpecie tantùm externâ oſtentâſſe deprehenduntur, propter inſtabilitatem & perfidiam, torrens, & fluctus, appellari poſſunt. Quemadmodum enim torrens, perennis & ſemper labentis fluvii ſpeciem præbet, & fluctus in ſublime elevatus, opinione imperitorum nunquam deprimetur; ſqualor autem & ſiccitas torrentem, & tranquillitas fluctum, temporarium eſſe arguit: ita & temporis procella, multum eos à veris amicis diſtare oſtendit, qui amicitiam falsò ſimulant. Juſti enim, regulam amicitiæ minimè pervertentes, conſtantem animi tenorem in utraque fortuna, proſperâ & adversâ, erga eos quos diligunt, cuſtodire obſervantur: neque mirum, cùm ad inimicos etiam charitatem extendant, & pacificè ſe gerant erga eos, qui pacem averſantur: improbi autem, quales ſint, ad tempus quidem celant, in amicorum verò rebus adverſis, exutâ larvâ palam deprehenduntur. Hoc igitur ad explorationem Jobi tunc evenerat, ita ſuggerente fortè eo, qui illum ad ſupplicium depopoſcerat, & amicis perſuadente, ut propter ærumnas illum deſpicerent. Amicorum autem abſentia in rebus acerbis, non parum moleſtiæ adfert. Hanc afflictionem
Pſal.141.5. ſanctus David cùm pateretur, cecinit, *Conſiderabam ad dextram, & videbam, quia non erat, qui cognoſceret me.* Et rurſus lugens,
Pſal.30.13. dixit, *Oblivioni datus ſum, ſicut mortuus à corde; factus ſum tanquam vas perditum.*

CHRYSOSTOMI. Et hoc quidem, à neceſſariis & familiaribus negligi eos qui talia patiuntur, divinæ derelictionis effectus eſt. Cùm enim Deus receſſerit, ejúſque auxilio homo nudatus fuerit, omnia illi inimica & adverſa fiunt. Quomodo igitur, inquit, me in malorum multitudinem lapſum, & extra omnium ſolatium poſitum

μὴ ἐν ταυτότητι μένον, ἀλλὰ ποτὲ μὲν μετεωριζόμενον, καὶ εἰς ὕψος ὀγκούμενον, ποτὲ δὲ συστελλόμενον, καὶ εἰς ἀφρὸν λυόμενον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ οἱ δοκοῦντες δὲ φίλοι εἶναι, ἐνστάντος δὲ ἀβεβαίου καιροῦ ἐλεγχόμενοι, ὅτι ψεύδονται τὴν φιλίαν, καὶ σχηματίζονται, * λέγοιντ' ἂν χείμαρρος, καὶ κῦμα, διὰ τὸ ἀβέβαιοι, καὶ ἄπιστοι. ὡς γὰρ ὁ χείμαρρος δόκησιν παρέχει αὐθιγενοῦς καὶ ἀενάου ποταμοῦ, καὶ τὸ κῦμα κορυφούμενον τοῖς ἀπείροις δοκεῖ μὴ ἄν ποτε ταπεινωθῆναι· * ἤλεγξε δὲ καὶ τὸν χειμάρρου πρόσκαιρον ὄντα ὁ αὐχμὸς, καὶ τὸ κῦμα ἡ νηνεμία· οὕτω καὶ τοὺς ὑποκρινομένους τὰ τῆς φιλίας, καιροῦ ζάλη δείκνυσι πολύ τι πρὸς τοὺς ἀληθινοὺς φίλους ἀπεχομένους. οἱ μὲν γὰρ δίκαιοι, ἣν ἔχουσι βεβαιότητα πρὸς τοὺς ἀγαπωμένους, ταύτην φαίνονται καὶ ἐν αἰσίοις, καὶ ἐν περιστάσεσι τηροῦντες, τὸν ὅρον τῆς φιλίας μὴ διαστρέφοντες. καὶ οὐ θαῦμα, ὅπου γε καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τὴν ἀγάπην ἐκτείνουσι, μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην εἰρηνικοὶ ὄντες· οἱ δὲ φαῦλοι μέχρι μὲν τινὸς κρύπτουσιν ὅπερ εἰσί, φωρῶνται δὲ ἐν ταῖς περιστάσεσι, τὸ προσωπεῖον τῆς ἀγάπης ἀποδυσάμενοι. τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ Ἰὼβ πρὸς δοκιμασίαν τότε συνέβαινεν· ἴσως δὲ καὶ τοῦτο τοῦ ἐξαιτησαμένου ὑποβαλόντος, πείθοντός τε καὶ τοὺς φίλους, διὰ τὸ πάθος καταφρονεῖν αὐτοῦ. οὐ μικρὸν δὲ ἀνία ἐν τοῖς θλιβεροῖς ἀπουσία τῶν φίλων. ταύτην ὑπομένων τὴν θλῖψιν καὶ Δαβὶδ ὁ ἅγιος * ἔψαλλε, κατενόουν εἰς τὰ δεξιὰ, καὶ ἐπέβλεπον, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐπιγινώσκων με. καὶ πάλιν ἀποδυρόμενος, ἔλεγε, ἐπελήσθην ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας, ἐγενήθην ὡσεὶ σκεῦος ἀπολωλός.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐγκαταλείψεως ἔργον, τὸ καὶ τοὺς οἰκείους ὑπερορᾶν τοιαῦτα πάσχοντας· ὅταν γὰρ αὐτὸς ἀποστῇ, καὶ γυμνωθῇ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ βοηθείας ὁ ἄνθρωπος, πάντα ἐχθρὰ καὶ πολέμια. πῶς οὖν, φησί, καὶ μεγέθει κακῶν περιπεπτωκότι, καὶ τῆς παρὰ πάντων ἐκτὸς καθεστῶτι παραψυχῆς ἐγκαλεῖτε,

* ἴσ. λέγοιντ' ἂν
* ἴσ. ἐλέγχει
* ἴσ. ἔψαλλε

ἐγκαλεῖτε, ἀνιωμένῳ, καὶ δακνομένῳ ἐφ' οἷς ἀδοκήτως πάντα εἰς τοὐναντίον μοι περιέστη;

criminamini, quòd rerum ſtatum, ex impro-viſo in contrarium mutatum, ægre & mo-leſtè feram?

Οἵτινές με διευλαβοῦντο, νῦν ἐπιπεπτώκασί μοι.

Qui verebantur me, nunc irruerunt ſuper me.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τί λέγω, φησὶν, ὡς διέπτυον οἱ ἐγγύτατοι; ἐπέπεσον μὲν οὖν ταῖς συμφοραῖς, καὶ ταῦτα, ὀλίγῳ πρότερον καὶ τὴν ἐμὴν ἐπωνυμίαν τρέμοντες.

CHRYSOST. & POLYCHR. Sed quid, inquit, dico, proximos ſanguine me reſpuiſſe & deſpexiſſe? cùm ipſas meas calamitates auxerint; qui tamen paulò antè, audito ſolo nomine meo, contremiſcebant.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἴσως μὲν οὖν ἠρέμα τοὺς φίλους ἐλέγχει, ὅτι ἀγνοοῦντες τὴν αἰτίαν τῶν ἐπαγωγῶν, ἐπεμβαίνετέ μοι, τολμῶντες τοιαῦτα λέγειν, ἃ μὴ πρότερον εἰρήκατε, διὰ τὴν πρός με εὐλάβειαν. Εἰκὸς δὲ ὅτι καὶ πολλοὶ τῶν ἄλλων διὰ τὴν συμφορὰν αὐτῷ ἐνήλλοντο.

DIDYMI. Fortaſſe tacitè amicos objurgat; Malorum, inquit, quæ impetum in me faciunt, cauſam ignorantes, mihi inſultatis, eáque loqui audetis, quæ priùs me reveriti minimè dixeratis. Veriſimile autem eſt, alios item multos, propter calamitatem ipſi inſultâſſe.

Ὥσπερ χιὼν, ἢ κρύσταλλος πεπηγὼς· καθὼς τακεῖσα θέρμης γενομένης, οὐκ ἐπεγνώσθη ὅπερ ἦν· οὕτω κἀγὼ κατελείφθην ὑπὸ πάντων. ἀπωλόμην δὲ, καὶ ἔξοικος ἐγενόμην.

Sicut nix, aut gelu concretum; quemadmodum quod liquefactum eſt calore exorto, non cognitum eſt quod erat: ita & ego derelictus ſum ab omnibus. Perii autem, & exul de domo mea factus ſum.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τουτέστιν, οὐδὲ μνημόσυνον ὑπολέλειπται, οὐδὲ λείψανον τῆς προτέρας εὐπραγίας· ἀλλ' ὥσπερ χιὼν, ἢ κρύσταλλος, ὑπὸ θέρμης διαλυόμενα, ἀδιάκριτον ποιοῦσι τὸν τόπον, καὶ οὐδὲ ἴχνος ἐγκαταλιμπάνουσιν· οὕτως ὡς μηδὲν ὄντα με ἐλογίσαντο, καὶ ταῦτα, οἱ διὰ γένους ἐγγύτητα συμπαθεῖν ὀφείλοντες· καὶ ὅπερ πρὸ τούτου ἐκρύπτετο, φανερὸν ἡ περίστασις ἔθηκεν, ὅτι οὐκ ἦσαν φίλοι, ἀλλ' ἐδόκουν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τι χαλεπώτερον· οἱ γὰρ πρότερόν με διευλαβούμενοι, νῦν ταῖς ἐμαῖς ἐπεμβαίνουσι συμφοραῖς. Τὸ δὲ, ἀπωλόμην, πρὸς τὴν τῶν πολλῶν εἶπε διάληψιν, ἀπώλειαν λογιζομένων, τὴν πάντων ἀφαίρεσιν. Τὸ δὲ, ἔξοικος ἐγενόμην, ἀντὶ τοῦ, πανέστιος ἀπόλωλα.

OLYMPIODORI. Id eſt, Priſtinæ felicitatis, neque memoria, neque reliquiæ ullæ reliquæ ſunt: ſed quemadmodum nix & glacies calore liquefactæ locum indiſcriminatum reddunt, neque veſtigium ullum relinquunt; ita & pro nihilo me æſtimârunt, & quidem ii qui propter generis propinquitatem præcipuè amicum affectum mihi oſtendere debuerant; & quod anteà latebat, ſcilicet, quòd amici non eſſent, ſed viderentur, calamitas in propatulo collocavit. Eſt etiam & aliud gravius; Qui priùs me reverebantur, nunc calamitatibus meis inſultant. Illud autem, *perii*, ad captum vulgi dixit, qui facultatum omnium amiſſionem, interitum & exitium exiſtimant: & illud, *Exſul factus ſum*, id eſt, cum familia univerſa funditus exciſus ſum.

Vias

Vias Thæmanorum videte, ſemitas Sabæorum intuentes: & confuſionem debebunt, qui in civitatibus & pecuniis confiderunt.

OLYMPIODORI. Interpres alius ſic reddidit, *Reſpiciunt in vias Theman, itinera Saba expectant ſibi.* Qui potentiâ igitur, & divitiis gloriantur, ex ſubita earum mutatione quam expertus eſt, ne in illarum incertitudine ſpem collocent, hortatur. Vos enim, inquit, qui ad vias Thæman, & Æthiopum ſemitas animum advertitis (Saba enim Æthiopes ſunt) id eſt, qui ex commercio cum eis lucrum expectatis, nolite pecuniis confidere; qui enim in illis ſpem ponunt, in dedecus & infamiam incurrent. Regionum autem, quæ olim felices erant, nunc verò deſertæ, & ruderibus plenæ ſunt, mentionem facit, ac illas intueri jubet, nec divitiarum incertitudini credere. Sive verò ſic, ſive aliter interpretandum ſit, hortatur eos qui intuentur, id eſt, qui cum intelligentia res examinant, & inveſtigant, ne in divitiis ac poteſtate fiduciam ponant. Hæc autem amicis ſuccinens, dixit, non debere eos præſentibus bonis inſolenter efferri, neque illum qui ad extremam paupertatem redactus eſſet, contemnere; ac ſi dixiſſet, Conditionis propriæ memores eſtote, quia futurum incertum eſt, & omnes pari jure ei ſubjicimur.

Nunc autem & vos inſurrexiſtis in me ſine miſericordia.

DIDYMI. Qui admonet etiam eos, qui ob cauſam aliquam quæ reprehenſionem meretur, in res acerbas inciderunt, non iracundiâ commotus contra rationem arguit; hoc enim ei propoſitum non eſt, ſed potiùs ut ad fortitudinem, & generoſo animo ferendum, hortetur. Dicere enim, Quamobrem peccâſti? ærumnas potiùs auget, quàm levat. Et reverà quidem ſine miſericordia ei reſtiterunt, quòd cauſam ejus cala-

Ἴδετε ὁδοὺς Θαιμανῶν, ἀτραποὺς Σαβῶν οἱ διορῶντες· καὶ αἰσχύνην ὀφειλήσουσιν, οἱ ἐπὶ πόλεσι καὶ χρήμασι πεποιθότες.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἕτερος τῶν ἑρμηνευτῶν οὕτως ἐξέδωκεν, Ἀποβλέπουσιν εἰς ὁδοὺς Θαιμάν, ὁδοιπορείας Σαβὰ προσδοκῶσιν ἑαυτοῖς. Τοὺς ἐπὶ πλούτῳ τοίνυν καὶ δυναστείᾳ μεγαλοφρονοῦντας, ἐκ τῆς καθ' ἑαυτὸν μεταβολῆς νουθετεῖ, μὴ ἐλπίζειν ἐπὶ τῇ τούτων ἀδηλίᾳ· οἱ γὰρ προσέχοντες, φησὶν, εἰς τὰς ὁδοὺς τῆς Θαιμάν, καὶ τὰς ἀτραποὺς τῶν Αἰθιόπων (Σαβὰ γὰρ οἱ Αἰθίοπες) τουτέστιν, οἱ ἐκ τῆς ἐμπορείας τῆς πρὸς τούτους κέρδη προσδοκῶντες, μὴ πεποίθετε ἐπὶ χρήμασιν· αἰσχύνην γὰρ ὀφειλήσουσιν οἱ ἐπὶ τούτοις ἐλπίζοντες. Τὰ δὲ χωρία ἐπιδείκνυσι, πάλαι μὲν εὐδαίμονα, νῦν δὲ ἔρημα, ἐρείπια, καὶ εἰς ταῦτα ἀποβλέπειν κελεύει, καὶ μὴ πιστεύειν τῇ τοῦ πλούτου ἀδηλότητι. εἴτε δὲ τοῦτο, εἴτε ἐκεῖνο, παραινεῖ μὴ πεποιθέναι ἐπὶ χρήμασιν, ἢ δυναστείᾳ, τοὺς διορῶντας, τουτέστι, τοὺς μετὰ συνέσεως ἐξετάζοντας. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν * ὑπηχῶν καὶ τοῖς φίλοις, ὅτι οὐ χρὴ ἐπὶ τοῖς παροῦσι μέγα φρονοῦντας ὑπερορᾶν αὐτοῦ εἰς ἐσχάτην πενίαν ἐλασθέντος· τουτέστι, τὰ οἰκεῖα ἀναμνήσθητε, * τὸ μέλλον ἄδηλον, καὶ πάντες ὁμοίως ὑποκείμεθα. * ἴσ. ὑποσχῶν. * ἴσ. ὅτι

Ἀτὰρ δὲ καὶ ὑμεῖς ἐπέβητέ μοι ἀνελεημόνως.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ τοὺς ἐπ' αἰτίᾳ ψεκτῇ περιπεσόντας σκυθρωποῖς νουθετῶν τις, οὐκ ἐλέγχει κατὰ * λόγον κινούμενος· οὐ τοῦτο γὰρ πρόκειται, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ἀνδρείαν προτρέψασθαι, τοῦ γενναίως ἐνεγκεῖν. Τὸ γὰρ λέγειν, Διατί γὰρ ἥμαρτες; βαρύνει ἐστὶ μᾶλλον, ἢ πόνων κουφίσαι. καὶ γὰρ τῷ ὄντι ἀνελεημόνως ἐπέστησαν αὐτῷ, ἐκ τοῦ πεπλανῆσθαι περὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπαγωγῆς, * ἴσ. λόγῳ

γεννῆς, καὶ ὅτι τὸν μὴ ὑποκείμενον ἐλέγχῳ, ἐλέγχειν ἐπειρῶντο.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἔστω, φησίν· ἐκεῖνοι προέδοσάν με· διὰ τί δὲ ὑμεῖς, οἱ ἐμοὶ φίλοι, μετ' ἐκείνων τῶν συγγενῶν, ὡς παράνομόν με * κρίνετε, διὰ τὴν τοῦ σώματος λώβησιν; καὶ οὕτω πικροῖς τοῖς κατ' ἐμοῦ λόγοις * ἐχρήσασθε, καὶ ἀνελεημόνως ἐνήλασθε; τουτέστιν, ἀσυμπαθῶς, ἐλεγκτικῶς, κατηγορικῶς ἐπιξέοντες τὸ λυποῦν τοῖς ὀνείδεσι, δέον παρακαλεῖν; εἶτα ἡ ἀρίστη τοῦ φιλοσόφου καὶ φιλοθέου συμβουλή, τὸ δεῖν εἰς τὰς ἑτέρων προσέχοντα συμφοράς, εὐλαβέστερον γίνεσθαι, καὶ περίφοβον· ἐπάγει γάρ·

* ἴσ. ἀσεβῆ.
* χ. κέχρησθε.

mitatis ignorarent, & quòd reprehenſioni minimè obnoxiũ reprehendere conarentur.

OLYMPIOD. Eſto, inquit; illi me neglexerint; cur etiam & vos amici mei, cum illis cognatis, propter corporis labem, tanquam improbum me & legis tranſgreſſorem, judicâſtis, & verbis adeo acerbis me excepiſtis, mihiq; immiſericorditer inſultâſtis? id eſt, ſine ullo mutuo affectu, accuſatoriè & reprehenſoriè dolorem conviciis radentes, cùm ſolari oporteret? Sequitur deinde hominis philoſophi, & Deum timentis, conſilium optimum, oportere, ſcilicet, aliorum calamitates intuentem, cautiorem evadere, & metu percelli: ſubjungit enim.

Ὥστε ἰδόντες τὸ ἐμὸν τραῦμα, φοβήθητε.

Itaque videntes vulnus meum, timete.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾶτε, φησί, μὴ δίκας ἐξαιτηθῆτε τῆς ἀγριότητος· εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, μήτε φιλία, μήτε εὐεργεσία, μήτε ἄλλο μηδὲν ὑμᾶς ἐπιεικεστέρους ποιεῖ, αὐτὴ τῶν ἐμῶν τραυμάτων ἡ θεωρία πολλῆς ὑμᾶς ὤφειλεν ἐμπλῆσαι τῆς ἐπιεικείας.

CHRYSOSTOMI. Videte, inquit, ne immanitatis pœnæ à vobis repoſcantur; ſi enim neq; amicitia, neque beneficentia, neque quicquam aliud, clementiores vos reddit, ipſe vulnerum meorum aſpectus, multâ lenitate & clementiâ imbuere vos deberet.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κηδεμονικώτατα δὲ ὁ ἅγιος, καὶ πρὸς τοὺς μὴ ὀρθῶς διακειμένους πρὸς αὐτὸν, προσφέρεται, ἀπὸ τῶν καθ' ἑαυτὸν κἀκείνους διορθούμενος, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν διαλήψεως δεχόμενος τὴν ἀρχὴν τῆς παραινέσεως. εἰ γὰρ πᾶς ὁ ἁμαρτάνων συμφοραῖς περιπίπτει, καὶ ὁ περιπεσὼν ἐξ ἁμαρτιῶν τοῦτ' ἔπαθεν, οὐδεὶς δὲ καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, καὶ ὑμεῖς φοβήθητε, ἐκ τοῦ ἡμετέρου * τραύματος τὸν φόβον δεχόμενοι.

* χ. πλήγματος.

DIDYMI. Sanctus verò ex ſuis rebus illos corrigens, & ab ipſorum opinione adhortationis ſuæ exordium ſumens, cum ſumma cura ac ſolicitudine erga eos ſe gerit, qui pravè erga ipſum affecti erant. Si enim qui peccat in ærumnas incidit, & qui in eas lapſus eſt, ex peccatis hoc patitur, nemo autem mundus à ſorde eſt, vos etiam, noſtri vulneris terrore edocti, metuere ipſi diſcite.

Τί γάρ; μή τι ὑμᾶς ᾔτησα; ἢ τῆς παρ' ὑμῶν ἰσχύος ἐπιδέομαι, ὥστε σῶσαί με ἐξ ἐχθρῶν, ἢ ἐκ χειρὸς δυναστῶν ῥύσασθέ με;

Quid enim? nunquid aliquid vos petii? aut fortitudine veſtra indigeo, ut ſalvetis me de inimicis, vel de manu potentium liberetis me?

ΧΡΥΣΟΣΤ. Μή, φησίν, ἔν τινι ἐπαχθὴς ὑμῖν γέγονα, ὅτι μοι ἀπηνῶς οὕτως ἐχρήσασθε; ἢ πρὸς συμμαχίαν ἐμὴν κατὰ τῶν ἐναντίων ὑμᾶς προετρε-

CHRYSOSTOMI. Num in aliqua re, inquit, moleſtus vobis fui, ut me crudeliter adeo tractaretis? vel opem veſtram contra adverſarios meos rogavi? vel ut

ut largitione aliquâ paupertatem meam ſolaremini, ſupplex petii? imò verò neque priùs auxilium veſtrum imploravi, neque nunc facio, ſed ſponte veſtrâ, tanquam ſolatium præbituri ipſi adveniſtis; cur igitur inimicorum partes impletis?

Docete me, & ego obmuteſcam: ſiquid erravi, dicite mihi.

POLYCHRONII. Si quidpiam ex iis quæ à me dicta ſunt, falſum eſt, arguite me, & ſilebo, & ſiqua in re moleſtus fui, contumelias mihi jure deberi exiſtimabo. Docete me, ſi deceptus, & errore abductus, mortem expeto. Nonne graves, & intolerabiles ſunt calamitates? Nonne liberari à tormentis & doloribus, deſiderabile eſt?

CHRYSOST. Si verò in aliqua rè offendiſſe videor, certiorem me facite. Maniſeſta enim crimina quæ illi obiicerent, non habebant, ſed ex nuda tantùm conjectura; vitam enim ejus cum virtute fuiſſe conjunctam manifeſtum erat: illi verò ex ſuppliciis, contrarium conjiciebant.

DIDYMI. Et ſanè cum magna animi lenitate docet eos vir ſanctus, qua ratione alloqui eos debeant, qui difficultatibus & adverſis rebus premuntur; *Docete* enim *me*, inquit; id eſt, Docere me debetis, non autem intempeſtivè reprehendere; niſi etiam & illud ad eruditionem faciendum ſit, juxta illud Pauli, *Argue, obſecra, hortare, cum omni longanimitate & doctrina*.

Tim. 4. 2.

Sed ut videtur, vilia veracis verba.

OLYMPIODORI. Ac ſi dixiſſet, Veritas odioſa & moleſta eſt multis, cum quibus vos idem patimini; ac proinde veritatis meæ verba in nullo preſio habetis.

JULIANI. Vel etiam ſic intelligendus eſt locus; Quòd ſi divinum auxilium tardaverit, licèt quis vera dixerit, apud

ψάμην; ἢ δόσιν τὴν πενίαν παραμυθήσασθαι ἱκέτευσα; ἀλλὰ μὴν οὔτε πρότερον ὑμῶν ἐδεήθην, οὔτε νῦν, ἀλλ' αὐτόματοι παρεγένεσθε, ὡς δὴ παρακαλέσοντες· τί οὖν τὰ τῶν ἐχθρῶν διαπράττεσθε.

Διδάξατέ με, ἐγὼ δὲ κωφεύσω· εἴ τι πεπλάνημαι, φράσατέ μοι.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Εἴ τι τῶν παρ' ἐμοῦ ῥηθέντων ψευδές, ἐλέγξατέ με, καὶ ἡσυχάσω, ἐμαυτῷ λογιζόμενος τὰ ὀνείδη, ἀφ' ὧν πέφηνα φορτικός· διδάξατέ με, εἰ πεπλανημένως, καὶ ἐσφαλμένως, αἰτῶ τὸν θάνατον. οὐ βαρεῖαι, καὶ ἀνύποιστοι αἱ συμφοραί; οὐκ ἐπιθυμητὸν ἀπαλλαγῆναι τῶν ἀλγηδόνων.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ δὲ καὶ ἡμαρτηκέναι τι δοκῶ, καὶ τοῦτό μοι γνωρίσατε. οὐ γὰρ δὴ * εἶχον ἐκεῖνοι φανερὰ ἐγκλήματα προβάλλεσθαι, ἀλλ' ἁπλῶς ἀπὸ στοχασμοῦ· καὶ ὅτι μὲν βίου ἐναρέτου ἦν, φανερὸν ἦν· ὅτι δὲ οὐκ ἦν, ἐστοχάζοντο οὗτοι ἀπὸ τῶν τιμωριῶν. * χ. ἔδει

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ τοῦτο δὲ μετὰ πλείστης ὅσης πρᾳότητος ὁ ἅγιος παιδεύει αὐτούς, πῶς χρήσονται λόγοις πρὸς τοὺς ἐν περιστάσει· φησὶ γάρ, διδάξατέ με, τουτέστι, διδάσκειν ὀφείλετε, οὐκ ἐλέγχειν ἀκαίρως· εἰ μὴ καὶ τοῦτο πρὸς παίδευσιν δέοι παρεῖν, * καὶ τὸ λεγόμενον ὑπὸ Παύλου, ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ, καὶ διδαχῇ. * ἰσ. χ.

Ἀλλ' ὡς ἔοικε, φαῦλα ἀληθινοῦ ῥήματα.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὡσανεὶ ἔλεγε, φορτικὸν τοῖς πολλοῖς ἡ ἀλήθεια, οἷς καὶ ὑμεῖς ταὐτὸ πεπόνθατε· καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἐμῆς ἀληθείας ἐκφαυλίζετε τὰ ῥήματα.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Ἢ * γοῦν οὕτω νοητέον, ὅτι ἂν ἀναβολὴ γένηται τῆς θείας ἐπικουρείας, κἂν ἀληθῆ λέγῃ τις, οὐκ ἀξιόπιστος * χ. τὸ

ἀξιόπιστός ἐστι τοῖς ἀκροαταῖς· ἢ, ὅτι οὐ δυνατὸν ἀγωνίσασθαι, τῆς συμφορᾶς μοι ἀντιφθεγγομένης.

auditores tamen fidem non inveniat; Vel, quòd impoſſibile ſit mihi, reclamante calamitate, in certamen vobiſcum deſcendere.

Οὐ γὰρ παρ' ὑμῶν ἰσχὺν αἰτοῦμαι, οὐδὲ ἔλεγχος ὑμῶν ῥήμασί με παύσει· οὐδὲ γὰρ ὑμῶν φθέγμα ῥήματος ἀνέξομαι. πλὴν ὅτι ἐπ' ὀρφανῷ ἐπιπίπτετε, ἐνάλλεσθε δὲ ἐπὶ φίλῳ ὑμῶν.

Non enim à vobis fortitudinem peto, neque correptio veſtra verbis me ſedabit; neque enim eloquutionem ſermonis veſtri ſuſtinebo. Veruntamen ſuper pupillum irruitis, & inſultatis ſuper amicum veſtrum.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐ δέομαι, φησὶ, τῆς βοηθείας ὑμῶν, μὴ συγκαταβῆτέ μοι, μηδὲ, ὡς ἐπιρρῶσαι βουλόμενοι, τὰ πρὸς χάριν λαλήσητε, ἀλλ' ἐλέγξατέ με μετὰ παρρησίας· οὐ γὰρ δέδοικα ὑμῶν τοὺς ἐλέγχους, οὐδὲ ἐφησυχάσω τῷ λόγῳ, τοῦ συνειδότος μου καθαρεύοντος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἕκαστον ἀντιλέγων ῥῆμα, νικήσειν ἐλπίζω. πλὴν ἐκεῖνο οἶδα, ὅτι οὕτω με βάλλετε πικροῖς τοῖς ὀνείδεσι, μὴ τὴν συμφορὰν, μὴ τὴν φιλίαν λογιζόμενοι, ὡς ὄντως ἀπορφανισθέντα τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας· καὶ οὔτε ἡ συμφορὰ, οὔτε ἡ φιλία ὑμᾶς κατέκαμψεν. ἀλλ' ἐγὼ, κἂν εἰς τὴν ἐναντίαν μοῖραν ἑαυτοὺς τάξητε, οὐ παραιτήσομαι τὸν ἀγῶνα, ἀλλ' ἀντερῶ, καὶ πρὸς ἀπολογίαν χωρήσω· οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα.

CHRYSOSTOMI. Non indigeo, inquit, veſtro auxilio, nolite mihi condeſcendere, neque tanquam confirmare volentes, auribus meis aliquid date, ſed liberè me reprehendite; veſtra enim vituperia non metuo, & puram habens conſcientiam, veſtro ſermoni minimè acquieſcam, ſed verbo unicuique contradicens, victoriam me conſecuturum ſpero. Illud autem novi, vos neque calamitatem meam, neque amicitiam animo reputantes, tanquam orbatum planè divino præſidio, acerbis adeo contumeliis me inceſſere; neque enim calamitas, neque amicitia animos veſtros inflexit. Ego verò, licèt ex amicis hoſtes evaſeritis, certamen non detrectabo, ſed vobis contradicam, & apologiam aggrediar; nullius enim criminis mihi conſcius ſum.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀνδρείας δὲ καὶ τοῦτο. πολλοὶ γὰρ πολλάκις τῶν ἐν περιστάσεσι, φορτικῶν ἀκούοντες λόγων, ἀποκάμνουσιν· ἀλλ' ὁ ἅγιος, οὔτε ὅλως τὸν ἔλεγχον τῶν ἀπὸ φίλων, οὔτε τοὺς λόγους πρὸς ἀλήθειαν ἐδέξατο, μὴ καταδεχόμενος αὐτὰ τὴν ἀρχὴν, ὡς δυνάμενα αὐτὸν σεῖσαι· ἀλλὰ τὸ ἄλογον τῆς καθ' ἑαυτοῦ ἐπιπλήξεως, καὶ τὸ μάταιον τοῦ ἐλέγχου δεικνὺς, φησὶν, ὅτι οὐ παύσει με ὁ ἔλεγχος ὑμῶν. λόγος γὰρ χωρὶς ἔργων * προσφερόμενος, ἀβέβαιός ἐστι, καὶ ἄπιστος· ἄλλως δὲ καὶ μὴ ἀληθῶς περιιὼν, ἔτι δὲ ἀσθενὲς ἔχει· ὥστε καὶ ὑμεῖς τοιούτῳ ἐλέγχῳ χρώμε-

* ἴσ. περιϊέμενος.

DIDYMI. Hoc etiam fortitudinis indicium eſt. Multi enim ſæpenumero in calamitatibus conſtituti, auditis ſermonibus moleſtis, fatiſcunt & ſuccumbunt: ſanctus autem Jobus, neque reprehenſionem amicorum, neque ſermones illorum prorſus neglexerat (cùm ne in initio quidem, ad animum ejus convellendum, ſatis valida ea arbitraretur) ſed vituperationis abſurditatem, & reprehenſionis vanitatem oſtendens, dicit, *Correptio veſtra non me ſedabit.* Sermo enim ſine opere prolatus, inconſtans eſt, nec fidem meretur; præterea, ſi in progreſſu veritate caruerit, adhuc infirmitate laborat: quare vos hujuſmodi reprehenſione uſi,

uſi, quo minùs vera dicam me non prohibebitis, neque verba veſtra ſilentio prætereuntem invenietis.

οι, οὐ * παύετε τ᾽ ἀληθῆ λέγειν, οὐδὲ πρὸς τοὺς τῶν ὑμῶν λόγους εὑρήσετε ἡσυχάζοντα. *ἴσ. παύσετε.

Nunc autem inſpiciens in facies veſtras non mentiar.

Νυνὶ δὲ εἰσβλέψας εἰς πρόσωπα ὑμῶν, οὐ ψεύσομαι.

OLYMPIODORI. Hoc eſt, Quod verum eſt, ſine verecundia aut rubore liberè eloquar. Verba autem doctrinam in ſe continent, abſentibus, ſcilicet, dicteriis non eſſe obtrectandum, ſed coràm & in os loqui oportere, quæ dicenda ſunt: dictum enim eſt, *Ne detrahe, neque detrahentem libenter audi.* Illud verò, *Non mentiar*, loquendi libertatem oſtendit; quemadmodum & Paulus, *Veritatem dico in Christo, non mentior.* Rom. 9. 1.

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Τουτέστι, μετὰ παῤῥησίας ἐρῶ τὴν ἀλήθειαν, * οὐδὲν ὑποστειλάμενος, οὐδὲ ἐρυθριάσας. διδακτικὸν δὲ τὸ ῥητὸν, πρὸς τὸ μὴ περὶ ἀπόντων * προσφέρειν λόγους καταλαλιᾶς, ἀλλ᾽ εἰς πρόσωπον λέγειν ἃ δεῖ. εἴρηται γὰρ, μὴ καταλάλει, μηδὲ ἡδέως ἄκουε καταλαλοῦντος. ἐπαῤῥησίαστον δὲ καὶ τὸ λέγειν, οὐ ψεύσομαι, καθὰ καὶ Παῦλος, ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι. *ἴσ. ἐθ. *ἴσ. προσφέρειν.

Sedete obſecro, & non ſit injuſtum, & rurſus juſto adeſtote. Non eſt enim in lingua mea iniquitas, aut fauces meæ nonne intellectum meditantur?

Καθίσατε δὴ, καὶ μὴ εἴη ἄδικον, καὶ πάλιν τῷ δικαίῳ συνέρχεσθε. οὐ γάρ ἐστιν ἐν γλώσσῃ μου ἄδικον, ἢ ὁ λάρυγξ μου οὐχὶ σύνεσιν μελετᾷ;

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Vos ipſos, inquit, poſtulo, ut in cauſa mea judices ſedeatis, & juſtum judicium feratis: ſpero enim, vos nihil injuſtum dicturos, neque imprudentia aut futilia verba prolaturos. Hæc autem, ad diligentem examinationem eos provocans, loquitur; perinde ac ſi diceret, Vos, eorum quæ vobis dico, judices eſtote, dummodo calculus æquitatis non ſit expers; incipite, ad refutationem pergite, & ſermonum meorum veritatem arguere aggredimini.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Αὐτοὺς, φησὶν, ὑμᾶς αἰτῶ καθίσαι μοι κριτὰς, καὶ δικαίας ἐξενεγκεῖν τὰς ψήφους. πιστεύω γὰρ μηδὲν ἄδικον * λέξειν, μηδὲ ἀσυνέτους, ἢ φλυάρους προσάγειν λόγους. ταῦτα δέ φησι, προσκαλούμενος αὐτοὺς εἰς τὴν ἐξέτασιν, καὶ μονονουχὶ λέγων, ὑμεῖς κριταὶ τῶν πρὸς ὑμᾶς γίνεσθε λόγων, μόνον ἡ τοῦ δικαίου μοῖρα προσέστω τῇ ψήφῳ· ἄρξασθε, χωρήσατε πρὸς ἀντιλογίαν, ἐγχειρήσατε ἐλέγξαι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. *ἴσ. λέξειν.

DIDYMI. Hæc verba illorum arbitrio judiciũ ſimul permittũt, & mala amoliũtur, dum in ſermonib' otium, attentionẽ, & examinationem adhibendam eſſe docent; quod ex voce illa, *Sedete*, manifeſtũ eſt. Hoc etiam alibi dictum eſt, *Priuſquam examinaveris, ne vituperes.* Magnum etiam eſt illud quod attexuit, *Non ſit injuſtum*: in ſermone enim Syrac. 11. 7.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπιτρεπτικὰ δὲ ταῦτα, καὶ * ἀνεξίκακα, παιδεύοντα σχολῇ, καὶ προσοχῇ, καὶ ἐξετάσει φθέγγεσθαι· ὃ δηλοῦται διὰ τοῦ, καθίσατε, τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται, πρὶν ἐξετάσῃς, μὴ μέμφου. μέγα δὲ καὶ τὸ ἐπίταγμα, τὸ, μὴ εἴη ἄδικον· οὐ γὰρ μικρὸν ἐν λόγῳ *ἴσ. ἀλεξίκακα.

λόγῳ μὴ πταίειν. προτρεψάμενος δὲ αὐτοὺς σχολάσαι τῇ περὶ αὐτοῦ ἐξετάσει, ὅπερ διὰ τοῦ, καθίσατε δὴ, καὶ μὴ εἴη ἄδικον, ἠρμήνευσεν· εἶτα ἐπιπαρρησιαστὸν προσφέρει λόγον, φάσκων, οὐ γάρ ἐστιν ἐν γλώσσῃ μου ἄδικα, ἠρέμα * παρακρούων αὐτοὺς, ἐξ ἧς εἶχον περὶ αὐτοῦ διαλήψεως, ὡς δι᾽ ἁμαρτίας πεπονθότος· καὶ ἄλλως ὑποσημαίνων αὐτοῖς, ὡς οὐ πρὸς ἀσύνετον * ἔχουσιν, ἵν᾽ ἐκ τούτου εἰς τὴν περὶ αὐτοῦ σκέψιν αὐτοὺς διεγείρῃ, ὥστε φρονίμως, καὶ συνετῶς ταύτῃ χρήσασθαι.

* χ. παρα- μνων. ἴσ. ἐστε- κεῖνον.

* ἴσ. suppl. πρᾶγμα.

minimè labi exiguum non eſt. Hortatus autem eos ut cum otio & diligentia examini ejus vacarent, quod per illa verba, *Sedete obſecro, & non ſit injuſtum*, expreſſerat; vocem deinde libertate plenam profert, dicens, ***Non eſt enim in lingua mea iniquitas***, tacitè illos, propter opinionem quam de eo fovebant, condemnans, quòd, ſcilicet, propter peccata talia pateretur: ac præterea ſubindicans, cum homine fatuo negotium ipſis non eſſe, ut illos hac ratione ad conſiderationem ejus excitaret, & ut eâ prudenter & ſapienter uterentur, permoveret.

ΟΛΥΜΠ. Ὥσπερ δὲ ἤδη καθίσας αὐτοὺς δικαστὰς, ἄρχεται συνηγορεῖν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις, καὶ δεικνύναι, ὡς οὐ μέμψεως ἄξιός ἐστι ποθῶν μεταλλάξαι τὸν βίον. ἐκ δύο δὲ τούτων αἰτιῶν εὔλογον ἑαυτοῦ κατασκευάζει τὴν ἐπιθυμίαν· μιᾶς μὲν, ὅτι καθόλου κινδύνων μεστὸς ὁ ἐπίκηρος οὗτος βίος· ἑτέρας δὲ, ὅτι πρὸς τὸ καθόλου καὶ τοῖς ψυχικοῖς φόβοις τε καὶ ἀγωνίαις, αὐτὸς διαφερόντως ταῖς ἀνηκέστοις περιβέβληται συμφοραῖς. γυμνάζει δὲ τέως τὸ καθόλου τοῦ βίου μοχθηρὸν, καί φησι.

OLYMPIOD. Quaſi autem judices eos jam conſtituiſſet, ſuorum verborum patrocinium ſuſcipere incipit, & oſtendere, ſe reprehenſione non dignum fuiſſe, quòd vitam cum morte mutare optaverit. Deſiderium autem ſuum rationi conſentaneum eſſe, ex duabus cauſis conatur adſtruere; unâ quidem, quòd fragilis hæc vita periculis plena ſit; aliâ verò, quòd præter communes & generales metus, & animi anxietates, ipſe præ reliquis immedicabilibus calamitatibus involutus eſſet. Interim verò communes vitæ ærumnas exagitat, dicens.

ΠΟΤΕΡΟΝ Οὐχὶ πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς; καὶ ὥσπερ μισθίου αὐθημερινοῦ ἡ ζωὴ αὐτοῦ; ἢ ὥσπερ θεράπων δεδοικὼς τὸν Κύριον αὐτοῦ, καὶ τετευχὼς σκιᾶς; ἢ ὥσπερ μισθωτὸς ἀναμένων τὸν μισθὸν αὐτοῦ;

CAP. VII.

NUNQUID non tentatio eſt vita hominis ſuper terram? & ſicut quotidiani mercenarii vita ejus? aut tanquam ſervus metuens Dominum ſuum, et conſequutus umbram? aut tanquam mercenarius expectans mercedem ſuam?

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἆρα, φησὶν, ὑμῖν οὐ δοκεῖ πειρασμῶν ἐμπεπλῆσθαι καὶ περιστάσεων, πάντων ἀνθρώπων ὁ βίος; καὶ ὡς πᾶς ἄνθρωπος ἔοικεν αὐθημερινῷ μισθωτῷ, ὃς δι᾽ ὅλης ἡμέρας κάμνει, ἵνα μικρόν τι κομίσηται; ἢ θεράποντι δεδοικότι τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, καὶ μόλις ποτὲ μικρᾶς ἀναπαύσεως τυγχάνοντι; ἢ ἁπλῶς μισθωτῷ, εἰ καὶ μὴ αὐ-

CHRYSOSTOMI. An non vobis, inquit, vita omnium hominum tentationibus & afflictionibus plena videtur? omniſque homo mercenario diurno ſimilis, qui totum diem laborat, ut lucrum exiguum auferat? aut famulo, qui herum ſuum veretur, & vix brevi laboris intermiſſione potitur? vel ſimpliciter mercenario, licèt non diurno, qui poſt multos

exantlatos labores, operis mercedem aliquam accipit?

POLYCHRONII. Manifeſtum omnino eſt, vitam humanam afflictionibus refertam eſſe, omnéſque mercenariorum more, circa ea quæ ad vitam pertinent, laborare. Aliter enim agricola victum ſibi comparat, aliter qui vilem & illiberalem aliquam artem exercet, aliter etiam qui in dignitatibus ſunt conſtituti; denique nullus omnino eſt, qui de vitæ neceſſariis ſolicitus non ſit: & cùm vitam hanc omnes cum timore traducamus, conditio noſtra eadem eſt cum ſervis. Pauperes enim, potentiorum rapinas, qui verò honeſtiori loco ſunt, majorum avaritiam: & illi, ab iis in quorum ditione ſunt, bonorum publicationes; & Reges ipſi, horum quidem tyrannidem, illorum verò inſidias, metuunt & reformidant. Quemadmodum igitur, inquit, ſervis unicam ab heri moroſitate liberationem nox affert; ſic homines, à miſeriis hujus vitæ, in morte ceſſationem habent: illud enim, *Vmbram conſequutus*, id eſt, noctem & quietem.

CHRYSOSTOMI. Ex his igitur, vitæ operoſitatem & brevitatem oſtendere vult; Num igitur, inquit, laboribus tantùm, & non item periculis plena eſt vita? mihi autem, de ſervo fugitivo ſermonem habere videtur, qui propter fugam in perpetua formidine eſt; hoc enim oſtendit illud, *Vmbram conſequutus*, id eſt, qui propter metum, ea quæ abſunt, tanquam præſentia, opinatur, ac tenebras quærit, quibus obtegatur. Verùm, ſi vita hæc tentationum locus eſt, quî fieri poteſt, ut in tentationes non incidat qui in tentationum loco verſatur? Quare non tantùm ab iniquitate mea, ſed ab ipſa etiam natura, ut hæc paterer quibus affligor, contigit.

θημερινῷ, ἵνα μετὰ τοὺς πολλοὺς καμάτους λάβῃ τινὰ μισθόν;

ΠΟΛΥΧΡΟΝ. Ἡ πάντως εὔδηλον, ὡς περιστάσεων μεστὸς ὁ βίος, καὶ δίκην μισθωτοῦ ἅπαντες περὶ τὴν ἑαυτῶν πονοῦνται ζωήν. ἄλλως γὰρ γεωργὸς συλλέγει τὴν τροφήν, καὶ ἄλλως ὁ τὴν βάναυσον μετιὼν τέχνην, καὶ οἱ ἐν ἀξιώμασιν ἑτέρως· ἔστι δὲ ὅλως οὐδεὶς, ὃς οὐ τῶν ἀναγκαίων φροντίζει· ἀλλὰ καὶ διαφέρομεν οὐδὲν τῶν οἰκετῶν, ἅπαντες μετὰ δέους ἀνύοντες τὸν βίον. ὁ μὲν γὰρ πένης οὐ φοβεῖται τὴν τῶν δυνατωτέρων ἁρπαγήν, οἱ δὲ ἐντιμότεροι βιοῦντες, τῶν μειζόνων τὴν πλεονεξίαν· καὶ οὗτοι, τὰς παρὰ τῶν κρατούντων δημεύσεις, καὶ βασιλεῖς, τῶν μὲν τὴν τυραννίδα, τῶν δὲ τὰς ἐπιβουλάς. ὥσπερ τοίνυν, φησίν, ὁ θεράπων ἕτερον μόνην ἀπαλλαγὴν τῆς τοῦ δεσπότου βαρύτητος ἔχει τὴν νύκτα· οὕτω καὶ ἄνθρωποι τῆς ταλαιπωρίας τοῦ βίου λύσιν ἔχουσι τὸν θάνατον· τὸ γὰρ, τετυχὼς σκιᾶς, οἱονεὶ νυκτὸς λέγει, ἀντὶ τοῦ, ἀναπαύλης.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Διὰ τούτων οὖν βούλεται δεῖξαι τὸ ἐπίπονον τοῦ βίου, καὶ βραχύ· καί φησιν, ἆρ' οὖν πόνων γέμει μόνον, οὐχὶ δὲ καὶ κινδύνων; ἐμοὶ δὲ δοκεῖ περὶ δραπέτου λέγειν οἰκέτου ἐν ἀγωνίᾳ διατελοῦντος ὄντος διὰ τὴν φυγήν· τοῦτο γὰρ ἐμφαίνει, τὸ, τετυχὼς σκιᾶς, τουτέστι, τὰ μὴ παρόντα ὡς παρόντα λογιζόμενος διὰ τὸν φόβον, καὶ ζητῶν σκότος, ὑφ' οὗ καλυφθήσεται. πάλιν, Εἰ πειρατήριον ὁ βίος, πῶς οἷόν τε ἐστὶ τὸν ἐν πειρατηρίῳ ὄντα, πειρασμῷ μὴ περιπεσεῖν; ὥστε συμβαίνει μὴ ἀπὸ ἀδικίας μόνης, ἀλλὰ καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς φύσεως ταῦτα παθεῖν, ἅπερ ἐγὼ πέπονθα.

Sic & ego expectavi menſes vanos.

Οὕτω κἀγὼ ὑπέμεινα μῆνας κενούς.

OLYMPIODORI. Sic, inquam, in ærumna & metu. Hoc autem non de omnibus, ſed de ſeipſo loquitur: poſt-

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Οὕτω πως, μετὰ ταλαιπωρίας, μετὰ φόβου. τοῦτο δὲ οὐχὶ περὶ πάντων λέγει, ἀλλὰ περὶ ἑαυτοῦ· δείξας

δείξας γὰρ, ὡς καθόλου μοχθηρὸς ὁ βίος, ἐπὶ τὰ ἰδικῶς αὐτῷ συμβεβηκότα μετέρχεται, καί φησιν, ὅτι κἀγὼ εἷς γέγονα τῶν τὸν ἀνιαρὸν τοῦτον ἀνατλώντων βίον, καὶ πολλὴν ἤδη χρόνον ἐν ταλαιπωρίαις ἐξετάζομαι· τοῦτο γὰρ σημαίνει, τὸ, μῆνας κενούς.

quam enim oſtendiſſet, vitam omni homini ærumnoſam eſſe; ad ea, quæ ſibi peculiariter evenerant, deſcendit; Ego, inquit, unus ex illorum numero fui, qui vitam cum moleſtia tranſegerunt, & multo jam tempore calamitatibus & ærumnis exerceor; illud enim ſignificat, *Menſes vanos.*

Νύκτες δὲ ὀδυνῶν δεδομέναι μοι εἰσίν. ἐὰν κοιμηθῶ, λέγω, πότε ἡμέρα; ὡς δ' ἂν ἀναστῶ, πάλιν, πότε ἑσπέρα; πλήρης δὲ γίνομαι ὀδυνῶν ἀπὸ ἑσπέρας ἕως πρωΐ.

Noctes verò dolorum datæ ſunt mihi. Si dormiero, dico, Quando dies? & ſi ſurrexero, rurſus, Quando veſper? repleor autem doloribus à veſpera uſque ad mane.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἀκύλας δὲ, καὶ Θεοδοτίων, πότε ἀναστήσομαι; εἰ βούλεσθε, φησὶ, τὰ ἴδιά μοι συμβεβηκότα μαθεῖν, εἰσὶ ταῦτα· αἱ νύκτες εἰς ἀνάπαυσιν τοῖς ἀνθρώποις ᾠκονομήθησαν, ἐγὼ δὲ ὀδυνῶμαι περὶ ταύτας, καὶ τὸν ἥλιον ἰδεῖν ἐπεύχομαι, ἴσως ἐν ἡμέρᾳ παραμυθίας * τύχω τινός· ἡμέρας δὲ διαλαμψάσης, ταῖς ὁμοίαις ὀδύναις βαλλόμενος, τὴν ἑσπέραν ποθῶ· καὶ ταύτης ἐλθούσης, ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις κατεξετάζομαι μέχρι τῆς ἑτέρας ἡμέρας.

*ἴσ. πυξόμενος.

OLYMPIODORI. Aquila verò, & Theodotio, *Quando ſurgam?* Si ea, inquit, quæ mihi peculiariter acciderunt, diſcere cupitis, hæc ſunt; Noctes ad quietē hominibus divinâ diſpenſatione tributæ ſunt; ego verò illarum tempore doloribus crucior, & ſolem videre votis exopto, fortè in die ſolatium aliquod habiturus: die verò illuceſcente, eiſdem doloribus confectus, noctem deſidero; & illâ advenientе, quouſque dies alius exoriatur, ſimilibus angoribus crucior.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Εἶδες καὶ τῆς νυκτὸς τὸν ἀφόρητον πειρασμὸν, τὸν καὶ αὐτὸν καινὸν ὄντα, καὶ παράδοξον· τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, κἂν μυρία πάσχωσι, κἂν δεσμωτήριον οἰκῶσι, κἂν ἅλυσιν περικέωνται, κἂν συμφορὰς θρηνῶσι, κἂν λώβην σώματος ὑπομένωσι, κἂν πενίᾳ πιέζωνται, κἂν νόσῳ, κἂν πόνοις, καὶ ταλαιπωρίαις, ἐπελθοῦσα ἡ νὺξ φάρμακον ἐπάγει παραμυθίας, ἀφιστᾶσα τῶν πόνων τὸ σῶμα, ἀνιεῖσα τῶν φροντίδων τὴν ψυχήν. ἐπὶ δὲ τοῦ Ἰὼβ τότε, ὁ λιμὴν σκόπελος γέγονε, καὶ τὸ φάρμακον ἕλκος κατέστη, καὶ ἡ παραμυθία προσθήκη τις τῆς ὀδύνης χαλεπωτέρα, καὶ φοβερώτερος ὁ χειμὼν ἐγίνετο, ἐν τῇ πᾶσιν ἀνθρώποις παρεχούσῃ γαλήνην· καὶ ἔφευγε μὲν, ὡς ἀπὸ κυμάτων, τῆς ἡμέρας, διὰ τὰς ἀκαρτερήτους ὀδύνας ἐκείνας, εὕρισκε δὲ τρικυμίας, καὶ στροβίλους, καὶ ὑφάλους,

CHRYSOSTOMI. Vidiſti noctis tentationem intolerabilem, quæ inſolens etiam, & præter hominum opinionem extitit. Aliis enim hominibus, licèt innumera patiantur, licèt carcerem inhabitent, licèt catenis vinciantur, licèt calamitates defleant, licèt corporis cladem ſuſtineant, licèt paupertate, morbo, laboribus, & ærumnis premantur; nox tamen ſuperveniens, corpus à laboribus liberans, & animum vacuum à curis reddens, ſolatii pharmacum adhibet. Jobo verò tunc portus factus eſt ſcopulus, medicamentum verſum eſt in ulcus, & ſolatium doloris additamentum fuit, dolore ipſo acerbius; noctúque quando omnibus aliis tranquillitas præbetur, formidoloſior tempeſtas excitata eſt: propter intolerabiles enim dolores, tanquam à fluctibus, diurno tempore fugiebat; procellas autem, turbines, ſaxa latentia, & ſco-

 pulos

pulos prominentes inveniebat, ut rurſus fluctus diurnos quæreret; cúmque id quod aderat moleſtiam exhiberet, quod aberat cupiebat, propter cruciatus temporis intervalla decurrere accelerans. Quamobrem ipſe, novum hoc genus mali enarrans, vociferando dicit, *Si dormiero, dico, Quando dies? Si ſurrexero, dico, Quando veſpera?* Cur ita, amabò te? Interdiu quidem meritò noctem quæris, quia, ſcilicet, immunitatem à laboribus diurnis omnibus præſtat; in nocte autem conſtitutus, & tranquillitate, & oblivione dolorum & curarum, cur rurſus diem expetis, dic mihi? quia nox die mihi eſt acerbior; non enim laboribus finem imponit, ſed auget, & turbas, & perturbationes creat. Et hoc ipſum his verbis enar-
Cap 7.14. ravit, *Terres me per ſomnia, & per viſiones obſtupefacis*; noctu enim terribiles viſiones aſpiciens, & metum intolerabilem cum multa animi commotione & conſternatione ſuſtinens, perterrefiebat; & nox quæ aliis ad quietem conceſſa eſt, huic calamitatum incrementum facta eſt.

καὶ σπιλάδας, ὡς πάλιν τὰ ἐν τῇ ἡμέρᾳ κύματα ζητεῖν· καὶ βαρὺ τὸ παρὸν ἔχων, τοῦ ἀπόντος ἐπεθύμει, ἐπισπεύδων διὰ τὰς ἀλγηδόνας τὰ διαστήματα τοῦ χρόνου παρατρέχειν. διὸ δὴ καὶ αὐτός, τὸ καινὸν τοῦτο πάθος διηγούμενος, ἐβόα λέγων, ἐὰν κοιμηθῶ, λέγω, πότε ἡμέρα; ἐὰν ἀναστῶ, λέγω, πότε ἑσπέρα; τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; ἐν μὲν γὰρ τῇ ἡμέρᾳ εἰκότως τὴν νύκτα ἐπιζητεῖς, ἅτε ἀπαλλαγὴν πᾶσι παρέχουσαν τῶν μεθημερινῶν καμάτων· ἐν νυκτὶ δὲ γενόμενος, καὶ γαλήνῃ, καὶ λήθῃ τῶν ὀδυνῶν ἐκείνων, καὶ τῶν φροντίδων, τί πάλιν ἐπιζητεῖς τὴν ἡμέραν, εἰπέ μοι; ὅτι μοι τῆς ἡμέρας χαλεπωτέρα ἡ νύξ· οὐ γὰρ ἀπαλλαγήν μοι παρέχει τῶν πόνων, ἀλλ᾽ ἐπίτασιν, καὶ θορύβους, καὶ ταραχάς. καὶ τοῦτο αὐτὸ διηγούμενος, ἔλεγεν, ἐκφοβεῖς με ἐνυπνίοις, καὶ ἐν ὁράμασι καταπλήσσεις· καὶ γὰρ * ὀξεδεῖμα τοῦτο, φοβερὰς ὄψεις ὁρῶν ἐπὶ τῆς νυκτὸς, καὶ φόβον ἀφόρητον ὑπομένων, ἔκστασίν τε πολλήν, καὶ κατάπληξιν· καὶ ἡ τοῖς ἄλλοις δοθεῖσα πρὸς ἀνάπαυσιν, τούτῳ μᾶλλον ἐπίτασις ἦν τῶν συμφορῶν. * ἴσ. ἐξεδειματοῦτο

Conſpergitur autem corpus meum in putredine vermium; infundo autem glebas terræ à ſanie radens.

Φύρεται δέ μου τὸ σῶμα ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων· τήκω δὲ βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος ξύων.

OLYMPIODORI. Utinam, inquit, ultra dolores non longiùs proceſſiſſet malum; nunc verò vermes ex me naſcuntur, & corpus meum exedunt, tabéſque acris adeo & mordax ex me profluit, ut ſiquando, teſtâ deficiente, illam glebis excipere voluero, ipſas glebas acrimoniæ vehementiâ liquefaciat.

CHRYSOSTOMI. Dicendo autem, *Infundo glebas terræ*, ſignificat, ut mihi videtur, in ea miſeria ſe conſtitutum fuiſſe, ut non ampliùs teſtâ, ſed terrâ deinceps ſaniem raderet. Porrò, in omnibus, amicos de fortitudine, & patientia, & de deponenda opinione quam de eo conceperant (quòd, ſcilicet, propter peccata pateretur) inſtituit,

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Εἴθε, φησί, μέχρις ὀδυνῶν ἔστη τὸ πρᾶγμα· νῦν δὲ οἱ σκώληκες τίκτονται μὲν ἐξ ἐμοῦ, τὸ δὲ ἐμὸν κατεσθίουσι σῶμα, καὶ οὕτω δριμὺς ἰχὼρ ἐκρέει, ὡς ἐὰν ὀστράκου διαπορήσω, εἶτα ἐθελήσω * βώλῳ τούτους ὑποδέξασθαι, αὐτὰς τήκουσι τὰς βώλους οἱ ἰχῶρες τῷ σφοδρῷ τῆς δριμύτητος. * ἴσ. βώλοις

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, τήκω βώλακας γῆς, δηλοῖ, ὡς οὐκέτι ὀστράκῳ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ταλαιπωρηθεὶς, ἀλλὰ γῇ λοιπὸν τοῦτο ἐποίει. διὰ πάντων μέντοι παιδεύει τοὺς φίλους, καὶ περὶ καρτερίας, καὶ περὶ τοῦ ἀπώσασθαι τὴν διάληψιν, ὅτι δι᾽ ἁμαρτίας πάσχει, ὅπως ἐκ τῆς ὑπερβολῆς τῶν πόνων ἐννοήσωσιν,

ἐννοήσωσιν, ὅτι οὐχ οὕτως ἐστὶ φαῦλος, ὥστε τοιαῦτα πάσχειν· ἔδει γὰρ αὐτοὺς ἐννοῆσαι τὰ καθ' ἑαυτοὺς, καὶ οὕτω γνῶναι τὰ περὶ τοῦ Ἰώβ. αἱ ἀκατάπαυστοι γὰρ ὀδύναι, καὶ ἰχῶρες, καὶ σκώληκες, καρτερίαν ἅμα, καὶ ἀνδρείαν ἐδείκνυον.

ut ex ærumnarum multitudine intelligere poſſent, non adeo improbum eum fuiſſe, ut talia pateretur; oportebat enim eos in ſeipſos primùm deſcendere, atque ita judicium de Jobi actionibus facere. Dolores enim nunquam intermittentes, ſanies, & vermes, tolerantiam ſimul & fortitudinem arguebant.

ΠΟΛΥΧΡ. Βαρὺ μὲν καὶ τὸ ἁπλῶς ἀλγεῖν, τὸ δὲ ἡλκῶσθαι, χεῖρον· τὸ δὲ καὶ σκώληκας ἐν ζῶντι σώματι βρύειν, τὴν φύσιν τοῦ πάσχοντος τὸ σῶμα ἐπινεμομένους, ὥστε νῦν μὲν τοῖς δήγμασι, νῦν δὲ τῇ δυσοσμίᾳ, καὶ πρὸς τὴν ζωὴν ἀπειπεῖν τὸν πάσχοντα, οὐδεμίαν ὑπερβολὴν καταλιμπάνει. τὸ δὲ πλέον, ὅτι οὐ μόνον ἑώρα κατεσθιόμενον ὑπὸ σκωλήκων τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐτὸ κατέξεε λαβὼν ὄστρακον, καὶ δήμιος ἑαυτοῦ ἐγίνετο, καὶ βώλακας ἔτηκεν· οὐκ ἔφερε γὰρ οὐδὲ γῆ τὸν ἀπορρέοντα ἐκεῖθεν ἰχῶρα, ἀλλ' οὕτω τὸ σῶμα τοῦ δικαίου διέφθαρτο, ὡς ὑπὸ πλήθους τῶν ἰχώρων καὶ τὰς βώλακας λύεσθαι, πηλοῦ δίκην, διαβρόχους γινομένους τῇ ἐντεῦθεν ὑγρότητι· καὶ ἀφόρητον τὸ πάθος ἦν οὐ τῷ πάσχοντι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεωμένοις.

POLYCHRONII. Grave quidem eſt, ſimpliciter dolere, exulcerari autem, pejus; vermes autem ex vivo corpore ſcatere (qui patientis corpus crudeliter adeo depaſcant, ut nunc morſibus, nunc fœtore enecatus, de vita deſperet) doloris omnis exceſſum ſuperat. Quod autem adhuc majus eſt, non tantùm corpus à vermibus corrodi videbat, verùm ipſe ſumptâ teſtâ illud radebat, & ſibiipſi carnifex eſt factus, ac terræ glebas liquefaciebat: ſaniem enim, quæ inde manabat, terra non ſuſtinuit, cùm viri juſti corpus adeo corrumperetur; ut glebæ ipſæ, tabis & corrupti humoris abundantiâ madefactæ, ad modum luti diſſolverentur; & calamitas ipſa, non tantùm patienti, ſed ſpectantibus etiam intolerabilis foret.

Ὁ δὲ βίος μου ἐστὶν ἐλαφρότερος λαλιᾶς. [οἱ δὲ λοιποὶ, δρομέως, ἐξέδωκαν] ἀπώλετο δὲ ἐν κενῇ ἐλπίδι. [ὁ δὲ Σύμμαχος, αἱ ἡμέραι μου ἀνηλώθησαν, μὴ οὔσης ἐλπίδος.]

Vita autem mea velocior eſt quàm loquela: [Alii, *quàm curſor*, reddiderunt.] *Periit autem in ſpe vana.* [Symmachus autem, *Dies mei conſumpti ſunt, quippe cùm non ſit ſpes.*]

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Μεταξὺ θεὶς τὰ ἤδη αὐτῷ συμβεβηκότα, τελευταῖον ἐπάγει, ὡς ὁ βίος αὐτοῦ δίκην δρομέως, πρὸς τὸ τέρμα ἐπείγεται, οὐδὲν τῶν χρηστῶν παντάπασιν * ὑποφαίνων· τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, ἐν κενῇ ἐλπίδι.

* κ. ὑπομένων.

OLYMPIODORI. Cùm ea quæ ipſi accidiſſent, in medium attuliſſet; tandem, qualiter ipſius vita, inſtar curſoris, nullam omnino ſpem melioris ſtatûs oſtendens, ad metam feſtinet, ultimo loco ſubjungit; illud enim eſt, *In vana ſpe.*

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τάχα δὲ τὸ, ὁ βίος μου ἐλαφρότερος λαλιᾶς, δύναται μὲν τὸ πρόσκαιρον τοῦ βίου σημαίνειν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἑστηκὼς, ἀλλὰ λυόμενος, ὥσπερ ἡ λαλιά. δύναται δὲ καὶ τὴν εἰς ὑπερβολὴν ὀδύνην δηλοῦν, καὶ τὸ, ἄχρι θανάτου ἥκειν αὐτῷ τὰ τῶν πόνων. τὸ δὲ, ἐλαφρότερος δρομέως, ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνοι, πρὶν ἢ στῆ-

CHRYSOSTOMI. Poteſt autem fortè illud, *Vita mea velocior eſt quàm loquela*, fragilem & fluxam vitæ conditionem ſignificare, quòd in eodem ſtatu non permaneat, ſed tanquam loquela diffluat, & evaneſcat. Poteſt etiam doloris ſummam vehementiam oſtendere, & quòd ærumnæ à morte ipſa parum abeſſent. Illud autem, *Velocior curſore*, innuere videtur, quòd quemadmodum

admodum illi, antequam pedem ſiſtant, reſiliant; ſic gloriam priuſquam adveniat, avolare. *Periit autem*, inquit, *vita mea in ſpe vana.* Cur tandem? quia labores & ærumnas pertuli, mercedem autem nullam reportavi; quia calamitatibus premor, nec bonum aliquem exitum invenio. Poſtea ſermonem cum amicis abrumpens, ad preces, interjecto intervallo, ſe convertit, ac dicit;

ναι, μεταπηδῶσιν· οὕτω καὶ ἡ δόξα, πρὶν ἢ παραγενέσθαι, ἀφίπταται. Ἀπώλωλε δὲ ἐν κενῇ, φησὶν, ἐλπίδι ὁ βίος μου· διὰ τί; ὅτι ἐταλαιπώρησα, καὶ μισθὸν οὐκ ἔλαβον· ὅτι ἐν συμφοραῖς, καὶ οὐδὲν ἔχω τέλος χρηστόν. Εἶτα ἐάσας τὴν πρὸς τοὺς φίλους διάλεξιν, εἰς εὐχὴν τὸ λοιπὸν διὰ μέσου τρέπεται, καί φησι·

Recordare ergo, quia ſpiritus eſt vita mea, & non revertetur ultrà oculus meus ad cernendum bonum.

Μνήσθητι οὖν, ὅτι πνεῦμά μου ἡ ζωὴ, καὶ οὐκέτι ἐπανελεύσεται ὀφθαλμός μου ἰδεῖν ἀγαθόν.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Similem in modum & David precatus eſt, cùm diceret,
Pſal.38.14. *Remitte mihi, ut refrigerer, priuſquam abeam, & ampliùs jam non ero.* Vide autem quemadmodum Juſtus nuſquam ex operibus & rectè factis ſalvari ſe poſtulet, ſed quia vita ejus brevis & momentanea eſſet. Spiritum autem hoc loco, reſpirationem, quæ ſenſu percipitur, & quam reſpirando haurimus, intelligit, prout & Salomon dixit,
Sap.2.2. *Quia fumus in naribus vita noſtra.* Quod dicit ejuſmodi eſt, Memento vitam humanam fragilem & caducam eſſe, ad quam redire nefas eſt, cùm mors ſemel nos inde avulſerit, & quòd vitæ hujus bona intueri, eiſq; frui, poſteà non liceat.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝ. Ὁμοίως καὶ Δαβὶδ ηὔξατο, λέγων, ἄνες μοι, ἵνα ἀναψύξω, πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ὑπάρξω. Ὅρα δὲ τὸν δίκαιον, οὐδαμοῦ ἀπὸ κατορθωμάτων ἀξιοῦντα σωθῆναι ἑαυτὸν, ἀλλ' ἐπειδὴ ὀλιγοχρόνιος * ἐστι. πνεῦμα δὲ λέγει νῦν, *ἴσ. νῦν.
τὴν * πνοὴν τὴν αἰσθητὴν, * ὃ ἀναπνέοντες ἐπισπώμεθα· καθὰ καὶ Σαλομὼν ἔφη, ὅτι καπνὸς ἐν ῥισὶν ἡ ζωὴ ἡμῶν. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι, μνήσθητι ὅτι εὐδιάλυτός ἐστιν ἡ ἀνθρωπίνη ζωὴ, καὶ ἐπειδὰν ταύτης ἀπορραγῶμεν διὰ τοῦ θανάτου, οὐκέτι εἰς τὴν τοιαύτην ζωὴν ἐπανερχόμεθα, οὐδὲ τὰ τοῦ βίου ὁρᾷν ἀγαθὰ, καὶ ἀπολαύειν αὐτῶν δυνάμεθα. *χ. ζωήν. *ἴσ. ἣν.

Non circumſpiciet me oculus videntis me: oculi tui in me, & non ultrà ſum, tanquam nubes expurgata de cœlo.

Οὐ περιβλέψεταί με ὀφθαλμὸς ὁρῶντός με· οἱ ὀφθαλμοί σου ἐν ἐμοὶ, καὶ οὐκέτι εἰμὶ, ὥσπερ νέφος ἀποκαθαρθὲν ἀπ' οὐρανοῦ.

POLYCHRONII, & OLYMPIODORI. Quàm ſubita ſit mors, hoc loco oſtendit; Sæpenumero enim, inquit, dum quis attentiùs me intuetur, diſcedo & intereo; & vitæ noſtræ exitus adeo repentinus eſt, ut qui hodie me viderunt, cras omnino non ſint viſuri: ſi enim ſolùm volueris, & oculis, ut non ampliùs ſim, me

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Τὸ ἀθρόον τοῦ θανάτου ἐντεῦθεν δηλοῖ· ἐν ὅσῳ γὰρ, φησὶ, τὶς ἀτενίζει μοι, πολλάκις οἴχομαι καὶ ἀπόλλυμαι· καὶ οὕτω ταχεῖά τίς ἐστιν ἡ τοῦ βίου τελευτὴ, ὅτι οἱ σήμερον ὁρῶντές με, οὐ πάντως αὔριον βλέψουσιν· εἰ γὰρ μόνον θελήσειας, καὶ * τοὺς ὀφθαλμούς μου ἐμβλέψειας πρὸς τὸ μὴ *ἴσ. τοῖς ὀφθαλμοῖς μου

μὴ εἰμί), ἀπωλόμην· τοῦτο γὰρ σημαίνει τό, οἱ ὀφθαλμοί σου ἐν ἐμοί, καὶ οὐκέτι εἰμί· καὶ ἔοικα νεφέλῃ διαλυθείσῃ, καὶ τὴν οἰκείαν σύστασιν ἀπολεσάσῃ. τοῦτο δὲ ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἐξέδωκεν, εἰπών, καθάπερ διαλυθεῖσα νεφέλη ἀπαλλαγήσεται).

aſpexeris, interii; hoc enim illis verbis ſignificat, *Oculi tui in me, & non ultrà ſum*; & nubi diſſipatæ ſimilis ſum, quæ propriam compagem amiſit. Symmachus autem dilucidiùs ſic interpretatus eſt, *Tanquam abſumpta nubes abſolvetur.*

Ἐὰν γὰρ ἄνθρωπος καταβῇ εἰς ᾅδην, οὐκέτι μὴ ἀναβῇ, οὐδ' οὐ μὴ ἐπιστρέψῃ εἰς τὸν ἴδιον οἶκον, οὐδ' οὐ μὴ ἐπιγνῷ αὐτὸν ἔτι ὁ τόπος αὐτοῦ.

Si enim homo deſcenderit ad infernum, ultrà non aſcendet; & non revertetur ampliùs in domum ſuam, neque cognoſcet eum ampliùs locus ejus.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἄξιον διὰ τοῦτο μάλιστα θαυμάζειν τὸν δίκαιον, ὅτι περὶ ἀναστάσεως οὐδὲν ἐπιστάμενος, ὠδυνᾶτο μὲν, ἔφερε δὲ γενναίως. ὅτι γὰρ οὐκ ᾔδει τι σαφὲς περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς ἐκ νεκρῶν παλιγγενεσίας, ἐντεῦθεν δῆλον· τῷ γὰρ ἅπαξ, φησί, διὰ θανάτου εἰς τὸν ᾅδην κατελθόντι, οὐκέτι δίδοται πάλιν ἀναβιώσασθαι, εἰς τὸν ἴδιον οἶκον ἐπαναστρέφειν· ἀλλ' οὐδὲ μνήμη τούτου περιλειφθήσεται, ἀφανοῦς ἐκ ζώντων γενομένου· τὸν γὰρ ἀποθανόντα ἀναστῆναι οὐχ οἷόν τε.

CHRYSOSTOMI. Propter hoc præcipuè Juſtus admiratione dignus eſt, quòd cùm nihil certi de reſurrectione intelligeret, dolores quidem expertus fuerit, nihilominus forti & generoſo animo eos pertulerit: quòd enim nullam certam ſcientiam habuerit myſterii regenerationis quæ eſt poſt mortem, ex eis liquet, quæ dicit; Non licet, inquit, illi qui morte extinctus ad inferos deſcendit, ampliùs reviviſcere, & ad ædes ſuas redire; ſed neque memoria ejus reliqua erit, cùm inter vivos apparere deſierit: mortuum enim reſurgere impoſſibile eſt.

* γρ. Τινές. * ἴσ. περιαιρούμενος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. * Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι οὐ * περιαιρούμενος τὴν ἀνάστασιν, τοῦτο λέγει· ἀλλὰ πρῶτον μὲν, τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίκηρον δεικνύς· ἔπειτα, ὅτι ὁ ἅπαξ ἀποθανὼν, εἰς τόνδε τὸν φθαρτὸν βίον οὐχ ὑποστρέψει, οὐδὲ τὰ συνήθη πράξων ἐπιγνωσθήσεται· ὥστε, τῷ, οὐκέτι οὐ μὴ ἀναβῇ ἐξ ᾅδου, συναπτέον, τό, εἰς τὸν ἴδιον οἶκον οὐκ ἐπιστρέψῃ· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ἀναβιώσεται μὲν, οὐ μὴν εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον ἐπιστρέψει. ἀλλ' αὕτη μὲν ἡ ἑρμηνεία πιθανή, ἀληθεστέρα δὲ ἡ προτέρα· ὅτι ἠγνόει τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως ὁ δίκαιος· ὅθεν καὶ πλέον ἐστὶ θαυμαστός, ὅτι μηδὲν τοιοῦτον ἐλπίζων, οὕτω τὴν ἄκραν ἀρετὴν κατώρθωσεν.

DIDYMI. Alii autem, non ut reſurrectionem mortuorum tolleret, hæc à Jobo dicta eſſe volunt; ſed primùm quidem, ut humanæ vitæ fragilitatem, & deinde, eum qui ſemel obierit, ad corruptibilem hanc vitam minimè rediturum, nec conſueta munia obiturum, oſtenderet. Quare verbis illis, *Non ampliùs aſcendet ex inferno*, connectenda ſunt illa, *In domum ſuam non revertetur*; ac ſi dixiſſet, Reviviſcet quidem, verùm in domum ſuam non revertetur. Probabilis quidem eſt hæc interpretatio; prior autem verior, quòd Juſtus myſterium reſurrectionis ignoraverit: unde & admiratione majore dignus eſt, quòd tale nihil ſperans, virtutem ſummam in omnibus oſtenderit.

Propterea

Propterea itaque et ego non parcam ori meo, loquar cùm in neceſsitate ſpiritûs mei ſim, [Symmachus autem, **Confabulabor in amaritudine animæ meæ.**] *Aperiam amaritudinem animæ meæ compreſſus. Utrúmne mare ſum ego, aut draco, quia ſtatuiſti ſuper me cuſtodiam.*

Ἀτὰρ οὖν οὐδὲ ἐγὼ φείσομαι τῷ στόματί μου, λαλήσω ἐν ἀνάγκῃ ὢν τοῦ πνεύματός μου. [ὁ δὲ Σύμμαχος, διαλεχθήσομαι τῷ παραπικρασμῷ τῆς ψυχῆς μου.] ἀνοίξω πικρίαν ψυχῆς μου συνεχόμενος. πότερον θάλασσά εἰμι, ἢ δράκων, ὅτι κατέταξας ἐπ᾽ ἐμὲ φυλακήν;

OLYMPIODORI. Non ſilebo igitur, inquit, ſed in anguſtiis conſtitutus, orabo & precabor. Præſentes autem neceſſitates, animum dolore exacerbatum, & naturæ humanæ vilitatem, pro ſupplicatione obtendit, ac dicit; Conſidera, Domine, quòd inter magna tua opera & mole immenſa numerari non merear, qualia ſunt mare, aut cetus (quem hìc, draconem vocat) ſed quòd vilis & exiguus, calamitatibus ejuſmodi vallatus, vires meæ langueant. Quemadmodum autem mare, & cetos qui in eo ſunt, limitibus quos non tranſgrediuntur, ſepiviſti; ita & calamitatibus, quarum exitum nullum invenio, me circumvallâſti. Hebræus autem pro eo, ***ſtatuiſti ſuper me cuſtodiam***, ***Labores & ærumnas***, dicit. Hoc autem eſt quod innuit, Quemadmodum aquæ in mare influunt, ita ærumnæ me inundant, illi autem proprium & peculiare eſt, ſine ſenſu aquarum influxus ſinu ſuo recipere & conſumere; & ceto qui in eo eſt, fluctuum inundationem minimè declinare: homini verò pari modo gravia & adverſa tolerare, impoſſibile eſt. Deinde, ad miſericordiam Deum inflectens, ſubjungit;

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τοιγαροῦν οὐκ ἐφησυχάσω, ἀλλὰ εὔξομαι, καὶ δεηθήσομαι συνεχόμενος· τὰς δὲ παρούσας ἀνάγκας, καὶ τὴν καταπικρανθεῖσαν ψυχὴν, καὶ τὸ εὐτελὲς τῆς φύσεως, εἰς ἱκετηρίαν προβάλλεται, καί φησιν· ἐννόησον, ὦ δέσποτα, ὅτι οὐκ εἰμὶ μέγα τι καὶ ἄξιον τῶν σῶν κτισμάτων, οἷον θάλασσα, ἢ κῆτος, τοῦτο γὰρ δράκοντα καλεῖ, ἀλλ᾽ εὐτελής, καὶ * σμικρός τις, καὶ ἐξασθενῶ τοιαύταις περικλειόμενος συμφοραῖς. ὥσπερ δὲ τὴν θάλασσαν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κήτη, ὁρίοις περιέκλεισας, ἃ οὐχ ὑπερβαίνουσιν· οὕτω με ταῖς συμφοραῖς περιεστοίχισας, ἃς ὑπεξελθεῖν οὐχ εὑρίσκω. ὁ μέντοι Ἑβραῖος, ἀντὶ τοῦ, ἔταξας ἐπ᾽ ἐμὲ φυλακὴν, πόνοις, λέγει. ὃ οὖν βούλεται εἰπεῖν τοῦτό ἐστι, ὅτι ὥσπερ τῇ θαλάσσῃ ἐπιρρεῖ τὰ ὕδατα, οὕτως ἐμοὶ οἱ πόνοι· ἀλλ᾽ ἐκείνῃ μὲν ἴδιον, τὸ δέχεσθαι καὶ ἀναλίσκειν ἀνεπαισθήτως τὰ ἐπιχεόμενα ῥεύματα· καὶ τῷ ἐν αὐτῇ δὲ κήτει, μὴ ἀποστρέφεσθαι τὴν ὑδάτων πλημμύραν· ἀνθρώπῳ δὲ * οὐκέτι τὸ ὅμοιον ἐστὶ δυνατὸν φέρειν τὰ δεινά. Εἶτα, καὶ εἰς οἰκτιρμοὺς ἐκκαλούμενος τὸν Θεὸν, ἐπάγει·

* γρ. σμικρότατος.

* ἴσ. ἐκ ἔστι.

Dixi, quia conſolabitur me lectus meus, [Symmachus verò, idem aliâ voce exprimens, dixit, παρηγορήσει.] *Et referam ad meipſum priva-*

Εἶπα, ὅτι παρακαλέσει με ἡ κλίνη μου, [ὁ δὲ Σύμμαχος, παρηγορήσει.] ἀνοίσω δὲ πρὸς ἐμαυτὸν ἰδίᾳ λόγον τῇ κοίτῃ

κοίτη μου. [Ὁ δὲ Θεοδοτίων, συμβαστάσει με ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου ἡ κοίτη μου.] Ἐκφοβεῖς με ἐνυπνίοις, καὶ ἐν ὁράμασί με καταπλήσσεις.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅπερ ἐπὶ τοῦ δικαίου συνέβη μόνου, τοῦτο ἐν ἑτέρῳ οὐδενί· οὐδὲ γὰρ τὴν ἀπὸ τῆς νυκτὸς εἶχε παραμυθίαν, ἀλλὰ τῶν μεθ' ἡμέραν δεινῶν, προσθήκη μείζων ἦν ἡ τῶν νυκτερινῶν φόβων φαντασία. ὅτι γὰρ χαλεπώτερα ἐν τοῖς ὕπνοις ὑπέμενεν, ἄκουσον τί φησι, διατί ἐκφοβεῖς με ἐνυπνίοις, καὶ ἐν ὁράμασί με καταπλήσσεις; ποῖος σιδηροῦς ἄνθρωπος, ποῖος ἀδάμας, τοσαῦτα ἂν ὑπέμεινε δεινά; εἰ γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον ἀφόρητον, ἐννόησον, ὁμοῦ συνελθόντα πόσον ἤγειρε θόρυβον. ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος ἅπαντα ταῦτα ὑπήνεγκε, καὶ ἐν ἅπασι τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτῷ, οὐχ ἥμαρτεν, οὐδὲ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ· καὶ ταῦτα, μηδὲν διάλειμμα ἔχων ἐν ταῖς συμφοραῖς, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν, ὑπὸ τῶν παθῶν περιπλεκόμενος. ἐῶ λέγειν τὰ μεθ' ἡμέραν δεινά, ἀλλ' οὐδὲ ἡ νὺξ αὐτῷ παρεῖχεν ἄδειαν. διὸ ἔλεγεν, ἐν ὁράμασί με καταπλήσσεις, * καὶ αὐτόν, φημί, τὸν ἀνέσεως τὸν καιρόν, ὅτε προσδοκῶ μικρὸν ἀδολεσχῆσαί μου τοῖς λογισμοῖς, καὶ ὕπνου τυχεῖν καὶ ἀναπαύσεως, φοβερά μοι τὰ ἐνύπνια ἐφίσταται. συμβαίνει δὲ τοῦτο μάλιστα καὶ φυσικῶς τοῖς μεθ' ἡμέραν πιεζομένοις, ὥς που καὶ ὁ σοφὸς ἔφησεν Ἐκκλησιαστής, ὅτι παραγίνεται ἐνύπνιον ἐν πλήθει περισπασμοῦ. εἰκὸς δὲ, καὶ τὸν διάβολον φαντάσματά τινα φοβερὰ δεικνύντα, ἐκδειματοῦν αὐτόν, καὶ ἐκταράττειν καθ' ὕπνους· ὁ δὲ μακάριος οὗτος οὔπω πληροφορηθεὶς ὡς ἐξῃτήθη ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ᾤετο τὸν Θεόν, καὶ ταῦτα, καὶ τὰς βασάνους ἐπιφέρειν αὐτῷ. ἦν δὲ ἄρα καὶ τοῦτο τῆς τοῦ διαβόλου ἐνεργείας· οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐπήγαγεν, ἀλλὰ πάντα τῆς τοῦ διαβόλου χειρὸς ἦν.

*ἴσ. καθ'

tim ſermonem meum thoro meo. [Theodorio autem, *Comportabit me in confabulatione mea ſtratum meum.*] *Exterres me per ſomnia, et per viſiones me obſtupefacis.*

CHRYSOSTOMI. Quod ſoli Juſto contigit, nemini autem alteri; neque enim nox ſolatium ei præbebat, ſed terrorum nocturnorum phantaſia, diurnis malis ærumnas ejus magis augebat. Quòd autem in ſomnis graviora paſſus fuerit, audi quid dicat, *Cur me exterres per ſomnia, & per viſiones me obſtupefacis?* Quis ferreus, & adamantinus, tot gravia & acerba pati potuit? Nam ſi unumquodque per ſe intolerabile fuit, conſidera, in unum congeſta quantas perturbationes excitaverint: ille verò hæc omnia ſuſtinuit, & in omnibus quæ ei acciderant, nequaquam peccavit, ne labiis quidem; illúdque, ſine ulla calamitatum intermiſſione, noctu & interdiu doloribus vexatus. Ut taceam enim diurnas ærumnas, nox illi nullam malorum immunitatem præbebat; idcirco dixit, *Per viſiones me obſtupefacis*; ipſo, inquam, remiſſionis & laxamenti tempore, cùm cogitationibus meis aliquantulum vacare expecto, & ſomnum & quietem capere, inſomnia formidoloſa superveniunt: quod quidem naturaliter eis contingit, qui diei tempore cum ærumnis conflictantur; prout alicubi à ſapiente Eccleſiaſte dictum eſt. *Quia advenit ſomnium in multitudine ſolicitudinum.* Eccleſ.5.a. Veriſimile etiam eſt, diabolum, objectis quibuſdam terriculamentis & ſpectris, in ſomnis terrorem & formidinem illi incuſſiſſe. Beatus autem hic vir, cùm nondum firma fide ſibi perſuaderet, à diabolo ſe ad ſupplicia expetitum fuiſſe; & hæc, & tormenta, Deum intuliſſe arbitrabatur. Erat autem & hic diabolicæ operationis effectus: Deus enim nullo malo eum afflixerat, ſed omnia diaboli manibus facta ſunt.

Abſolves

Abſolves à ſpiritu meo animam meam, [Illud, *Abſolves*, pro, *Abſolve*, ponitur. Aquila autem, *Eligit ſuſpendium anima mea.*] *& à morte oſſa mea.* [Symmachus, *Et mortem per oſſa mea.*] *Non enim in ſempiternum vivam, ut longanimiter agam.*

OLYMPIODORI. Supplex oro, vitam meam aufer, & à doloribus per mortem me libera (non enim immortalem me creâſti) ut nunc quidem dolores patiar, in futuro autem ſeculo quiete & tranquillitate fruar. Nihil igitur, Domine, decreto tuo contrarium poſtulo; mortalem, non autem immortalem me finxiſti, mortem igitur mihi infer, eneca me. En verba atrocia. Quid autem atrocitatis & arrogantiæ in ſe habent? Calamitatem enarravit, & mortem expetivit; non injuſtum, inquit, eſt, ſi mortalis cùm ſim, mortem diligam. Moſes in eadem verba precabatur, dicens, *Si ſic mihi facturus es, interfice me.* Num. 11. 15.

POLYCHRONII. Cùm autem Jobus dicat, *Abſolves à ſpiritu meo animam meam*, dolorem & moleſtiam, *ſpiritum* videtur vocare; vel reſpirationem, quæ unà cum anima à functionibus corporis liberatur, hoc nomine appellat. In ſumma autem, è vita migrare, & per mortem à dolore liberari, qui ad oſſa uſque pervaſerat, precibus contendit; illud enim eſt, *A morte.*

Diſcede à me, vana eſt enim vita mea.

OLYMPIOD. & POLYCHR. Symmachus autem, *Quoniam vanitas ſunt dies mei.* Alius autem interpres, *Vapor enim ſunt dies mei.* Deſine, inquit, plagas mihi ampliùs infligere, qui in vanitate vitam dego, & nihil tutum aut ſe-

Ἀπαλλάξεις ἀπὸ πνεύματός μου τὴν ψυχήν μου, [Τὸ, ἀπαλλάξεις, ἀντὶ τοῦ, ἀπάλλαξον. ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ αἱρεῖται, φησὶν, ἀγχόνην ἡ ψυχή μου.] ἀπὸ δὲ θανάτου τὰ ὀστᾶ μου. [ὁ Σύμμαχος, καὶ θάνατον διὰ τῶν ὀστέων μου.] οὐ γὰρ εἰς τὸν αἰῶνα ζήσομαι, ἵνα μακροθυμήσω.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἱκετεύω, λάβε τὴν ψυχήν μου, καὶ ἀπάλλαξόν με τῆς ὀδύνης διὰ τοῦ θανάτου, οὐ γὰρ αἰώνιόν με κατεσκεύασας, ἵνα νῦν μὲν ἐνέγκω τὰς ἀλγηδόνας, τὸν ὕστερον δὲ χρόνον ἐν ἀναπαύσει ζήσωμαι. οὐδὲν οὖν αἰτῶ παρὰ τὸ σὸν δόγμα, δέσποτα· θνητόν με ἔπλασας, καὶ οὐκ ἀθάνατον, ἐπάγαγέ μοι τὸν θάνατον, ἀμέλει με. ἰδοὺ τὰ φορτικὰ ῥήματα. τί φορτικὸν ἔχει; Εἶπε τὴν συμφορὰν, καὶ ᾔτησε τὸν θάνατον. οὐκ ἄδικον, φησὶν, Εἰ θνητὸς ὢν, θανάτου ἐρῶ. τὸ ὅμοιον καὶ Μωϋσῆς ἱκέτευε, λέγων, Εἰ οὕτω μοι μέλλεις ποιεῖν, ἀπόκτεινόν με.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Λέγων μέντοι ὁ Ἰὼβ, ἀπαλλάξεις τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, ἤτοι τὴν ὀδύνην καὶ τὸν πόνον πνεῦμα δοκεῖ λέγειν· ἢ καὶ τὴν ἀναπνοὴν οὕτω καλεῖ, ἥτις τῇ ψυχῇ τῆς περὶ τὸ σῶμα λειτουργίας συναπαλλάττεται. τὸ δὲ ὅλον, εὔχεται μεταστῆναι τοῦ βίου, καὶ ἀπαλλαγῆναι τῆς μέχρι καὶ ὀστῶν ὀδύνης, διὰ τοῦ θανάτου· τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, ἀπὸ θανάτου.

Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, κενὸς γάρ μου ὁ βίος.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ὅτι ματαιότης αἱ ἡμέραι μου. ἕτερος δὲ, ἀτμὸς γὰρ αἱ ἡμέραι μου. παῦσαι, φησὶ, πλήττων με ἐν ματαιότητι ζῶντα, καὶ οὐδὲν ἀσφαλὲς κεκτημένον,

ὅτι

ὅτι ἐκλείπω, καὶ οὐκέτι ἔχω ἰσχύν· τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, κενός μου ὁ βίος. οὕτω καὶ ὁ Δαβὶδ ηὔχετο, ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου, ἀπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος τῆς χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον. ἔθος δὲ τοῖς ἁγίοις, καὶ τὰς κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ γινομένας παρὰ τῶν ἐχθρῶν πληγὰς, ἐπ' αὐτὸν ἀναφέρειν· ὡς δυνάμενον μὲν παῦσαι, συγχωροῦντα δὲ τέως· οὐκ ἴσμεν γὰρ, φασὶ, τινὰ ἄλλον, σὺ πάντων ἔχεις τὴν ἐξουσίαν.

curum poſſideo; deficio enim, & vires non ampliùs ſuppetunt; hoc enim illud ſignificat, *Vana eſt vita mea.* Sic etiam David precatus eſt, *Amove à me plagas tuas, à fortitudine enim manus tuæ ego defeci.* Psal. 38. 11. Sanctis autem ſolenne eſt, plagas, quas Dei permiſſu ab hoſtibus accipiunt, ad ipſum Deum, tanquam ad authorem, referre; quippe qui ſinē illis imponere poſſit, interim tamen permittat: Alium enim non novimus, inquiunt, in tua poteſtate & arbitrio ſunt omnia.

Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐμεγάλυνας αὐτὸν, ἢ ὅτι προσέχεις τὸν νοῦν εἰς αὐτόν; ἢ ἐπισκοπὴν αὐτοῦ ποιήσῃ ἕως τὸ πρωΐ; καὶ εἰς ἀνάπαυσιν αὐτὸν κρινεῖς;

Quid enim eſt homo, quòd magnificaſti eum, aut quod adhibes mentem erga eum? Num viſitationem ejus facies uſque manè? & in requie judicabis eum?

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Τὸ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως εὐτελὲς, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτὸν κηδεμονίαν, εἰς ἱκεσίαν προβάλλεται. τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, φησίν; Εἰς ἰδίαν φύσιν οὐδέν· σὺ δὲ διὰ πλῆθος φιλανθρωπίας οὕτως ἐμεγάλυνας, ὅτι καὶ προσέχειν ἀξιοῖς αὐτῷ, καὶ ἐπισκέπτειν τὰ κατ' αὐτὸν, μετὰ σπουδῆς, καὶ καθ' ἡμέραν· τοῦτο γὰρ σημαίνει, τὸ, πρωΐ. καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο, τὸ κολάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, τεκμήριον εἶναι τῆς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μεγαλωσύνης αὐτοῦ. ὅλως γάρ φησιν, ἄξιός ἐστιν ἄνθρωπος τοῦ κολάζεσθαι παρά σου, ἢ τοῦ κἂν ἐν διανοίᾳ σου εἶναι· αὐτὸ γὰρ, τὸ * δίκας ἀπαιτεῖν, ὡς ὄντος τι τοῦ ἀνθρώπου, τεκμήριόν ἐστιν. ἢ, ἐπισκοπὴν αὐτοῦ ποιήσῃ, τουτέστιν, ἀντιλαμβάνῃ αὐτοῦ. ὅρα δὲ μεμιγμένα τὰ ῥήματα, τὰ μὲν ἐπιεικείας, τὰ δὲ ὀδύνης· καί μοι δοκεῖ, κατὰ τὴν ἐπίτασιν τῶν ἀλγηδόνων ταῦτα λέγειν. τί δέ ἐστι, τὸ, Εἰς ἀνάπαυσιν κρινεῖς; ἀντὶ τοῦ, ἀποθανεῖν * κελεύεις, καὶ ἀναπαύεσθαι· ἐπεὶ τοίνυν κρίμα καὶ δόγμα σόν ἐστι, τὸ ἀναπαύειν τὸν ἄνθρωπον, τουτέστι, τὸ παρασκευάζειν ἡμᾶς τελευτᾷν, μὴ μακρύνῃς μου τὰς ἀλγηδόνας; διὸ καὶ ἐπιφέρει.

*κ. δίκαιον.

*ἴσ. κελεύσεις.

OLYMPIODORI. Humanæ naturæ vilitatem, & divinam erga hominem providentiam, pro ſupplicatione obtendit. *Quid enim eſt homo,* inquit? ſuâ naturâ nihil; tu autem ex humanitatis & benignitatis tuæ abundantia ſic eum magnificâſti, ut animum illi advertere, & rebus ejus proſpicere diligenter & indies digneris; illud enim ſignificat, *manè.* Quin & hominem puniri, & ſuppliciis obnoxium eſſe, magnificentiæ, quâ Deo minor eſt, indicium facit; Prorſus, inquit, dignior eſt homo qui ſuppliciis à te coërceatur, quàm vel ut in animo illum geras: quòd enim pœnas de illo ſumas, hominem ipſum aliquid eſſe, argumentum eſt manifeſtum. Vel, *Viſitationem ejus facies,* id eſt, opem illi feres. Vide autem, quemadmodum verba miſta inter ſe ſint, quædam levitatis, alia verò doloris; & mihi quidem in exceſſu doloris videtur hæc dicere. Quid autem eſt illud, *In requie judicabis?* mori, ſcilicet, me jubebis, & requieſcere. Cùm igitur decretum & ſtatutum tibi ſit, ut hominem requieſcere facias, id eſt, cùm viam ad ejus mortem & exitum munias, noli dolores meos in longum producere; ideoq; ſubjungit.

Vſquequo

Uſquequo non ſinis me, neque dimittis me, donec deglutiam ſalivam meam?

Ἕως τίνος οὐκ ἐᾷς με, οὐδὲ προΐῃ με, ἕως ἂν καταπίω τὸν πτύελόν μου;

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Non hæc indignabundus profert, ſed ſupplex ſcire deſiderat, quouſque dolores ejus prolongandi eſſent; num eouſque donec neque ſpuere, neque loqui ampliùs poſſet? Quàm breviſſimum igitur mihi, inquit, ſpatium ad animi remiſſionem largire, & à doloribus me libera. Illud enim, *Donec deglutiam ſalivam meam*, ac ſi diceret, quod moribundis accidere ſolet, patior. Quale etiam eſt illud Davidis,
Pſal.40.14. *Dimitte mihi ut refrigerer, prinſquam abeo*
Pſal.78.5. *& ampliùs non ero.* Idémq; alibi, *Quouſque,*
Pſal.88 47. 48. *Domine, iraſceris? Exardeſcet, ſicut ignis, ira tua? Memento quæ eſt ſubſtantia mea;* non vituperans, ſed ſupplicans dicebat, & naturæ imbecillitatem, ſupplicationis argumentum faciebat: ſicut & hoc loco Jobus, dolores ſuos non ad mortem uſque produci, ſed brevi reſpiratione frui poſtulat. Poſtea, Deum magis deliniens, dicit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Οὐκ ἀποδυσπετῶν ταῦτα λέγει, ἀλλ᾽ ἱκετεύων μαθεῖν ἕως τίνος αὐτοῦ τὰ τῶν ὀδυνῶν παρατείνεται· ἆρα μέχρις οὗ μηδὲ πτύσαι, μηδὲ φθέγξασθαί τι δυνηθείη; τοιγαροῦν φησι, βραχύτατον χρόνον * ἐάσας με ἐν ἀνέσει, καὶ τὴν ὀδύνην ἐκτός με κατάστησον. τὸ γὰρ, ἕως ἂν καταπίω τὸν πτύελόν μου, ἵνα εἴπῃ, τὸ τυχὸν * χρόνου· οἷόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ, ἄνες μοι ἵνα ἀναψύξω, πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ὑπάρξω. ὁ δ᾽ αὐτὸς καὶ, τὸ, ἕως πότε, Κύριε, ὀργισθήσῃ; ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ἡ ὀργή σου; μνήσθητι τίς μου ἡ ὑπόστασις· οὐ μεμφόμενος, ἀλλ᾽ ἱκετεύων ἔλεγε, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς εἰς ἱκετηρίαν προυβάλλετο· καθὰ καὶ νῦν Ἰὼβ, μὴ μέχρι θανάτου τὰς τῶν ὀδυνῶν ἐκταθῆναι, ἀλλὰ μικρὸν χρόνον ἐασθῆναι, παρακαλεῖ. Εἶτα, καὶ μειζόνως ἐκμειλισσόμενος τὸν Θεὸν, φησίν.

* ἴσ. ἄνεσιν.

* ἴσ. τοῖς θανᾶσι πάσχω. Sic enim Comitolus legiſſe videtur.

Si ego peccavi, quid potero facere?

Εἰ ἐγὼ ἥμαρτον, τί δυνήσομαι πρᾶξαι;

ID eſt, Licèt ego peccaverim, quid tibi facere poſſum? præcipuè, cùm peccatum meum tibi imputari non poſſit. Quid aliud igitur mihi reſtat agendum, niſi ut ad miſericordias tuas confugiam? Vide autem hominis humilitatem; tanquam pauper aliquis, qui omnia conſumpſit, & cui nihil ſupereſt, dicit ei à quo mutuū accepit; Quid tibi facere poſſum? quomodo debitum exſolvam? qua excuſatione utar? Hebræus autem, pro eo, *Quid potero facere?* dicit, *Qua in re te læſi?* ac ſi peccatum noſtrum in nulla re, beatam illam naturam lædere & labefactare poſſet.

ΑΝτὶ τοῦ, εἰ δὲ καὶ ἥμαρτον, τί σοι δύναμαι ποιῆσαι; μάλιστα μὲν, οὐδὲ ἡ ἐμὴ ἁμαρτία εἰς σὲ ἀναφέρεται. τί δὲ καὶ ἔχω πρᾶξαι, εἰ μὴ εἰς τοὺς σοὺς οἰκτιρμοὺς καταφυγεῖν; ὅρα δὲ πόσον τὸ ταπεινόν· ὥσπερ ἂν εἴ τις πένης καταφαγὼν ἅπαντα, καὶ οὐδὲν ἔχων, λέγει τῷ δεδανεικότι, τί δύναμαί σοι ποιῆσαι; πῶς ἀποπληρώσω; πῶς ἀπολογήσομαι; ὁ δὲ Ἑβραῖος, ἀντὶ τοῦ, τί δυνήσομαι πρᾶξαι; τί σε ἔβλαψα, φησίν; ὡς τῆς ἡμετέρας ἁμαρτίας μηδέν τι λυμαινομένης τῇ μακαρίᾳ ἐκείνῃ φύσει.

Ὁ ἐπιστάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων, διατί ἔθου με κατεντευκτήν σου; εἰμὶ δὲ ἐπὶ σοὶ φορτίον.

Qui ſcis mentem hominum, quare poſuiſti me ut loquerer adverſùs te? ſum autem ſuper te onus.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οἶδας, φησὶν, ὦ δέσποτα, οἷα ταῖς ἐννοίαις ἐμβατεύων, ὡς πολλάκις εἰς ἐμὲ τὸν σὸν ὁρῶντες θεράποντα ταῦτα πάσχοντα, καὶ περιορώμενον, βλασφημοῦσι τὸ σὸν ὄνομα, καὶ εἰμί σοι τρόπον τινὰ φορτίον, βάρεις ῥημάτων καὶ βλασφημίας αἴτιος γενόμενος. Τὸ οὖν, κατεντευκτήν σου, αἴτιον καταβοήσεως νοητέον, οὐ μὴν ὅτι αὐτὸς κατεβόα τοῦ Θεοῦ.

OLYMPIODORI. Non te fugit, inquit, Domine, cui aditus eſt ad intimas cogitationes, quòd ſæpe me ſervum tuum hæc patientem & neglectum intuentes, nomen tuum blaſphement; ita ut oneri quodammodo tibi ſim, aſperitatis verborum & blaſphemiæ cauſa factus. Illud igitur, *Ut loquerer adverſùs te*, pro incuſationis cauſa intelligendum eſt, non quòd ipſe de Deo quereretur.

Διατί οὐκ ἐποιήσω τῆς ἀνομίας μου λήθην, καὶ καθαρισμὸν τῆς ἁμαρτίας μου;

Quare non feciſti iniquitatis meæ oblivionem, & purgationem peccati mei?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἱκεσίας καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα· τὸ γὰρ, διατί, ὡς πολλάκις δέδεικται, ἱκετευτικῶς κεῖται, ποθοῦντος τοῦ δικαίου τὴν αἰτίαν μαθεῖν τῶν πειρασμῶν. ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτος· οὐκ εἶ, φησὶ, φιλάνθρωπος; οὐχ ἱκανὸς συγχωρεῖν ἁμαρτίας, καὶ καθαρὸν δεικνύναι διὰ πλῆθος οἰκτιρμῶν, τὸν ἁμαρτήσαντα; διατί μὴ κἀγὼ τῆς σῆς χρηστότητος ἀπολαύω; εἰ καὶ μὴ δι᾽ ἐμὲ, ἀλλὰ διὰ σαυτόν. διατί, μέγας ὤν, οὐ κατεφρόνησάς μου τῆς εὐτελείας; ὅτου δὲ ἕνεκεν μὴ παρεὶς τὴν ἐξέτασιν, φιλανθρωπίᾳ παρεῖδες τὰ πταίσματα, ἢ καὶ παντάπασι ταῦτα ἐξήλειψας; ἀλλὰ πρὸς ἴσον ἐξεταζόμενος, εὐθύνας εἰσπράξω τῶν πεπλημμελημένων, καί με πεποίηκας τῇ μεγάλῃ τῆς παρρησίας, φορτικὸν σοὶ φαίνεσθαι, μείζονα ἢ κατὰ φύσιν πρὸς τὸν ἐμὸν δεσπότην φθεγξάμενον, καὶ οἱονεὶ κατεντυγχάνοντα, ὅτι μὴ ἐχαρίσω μοι ἀμνηστίαν, εἴ τι καὶ ἥμαρτον, τρεπτῆς ὢν φύσεως, καὶ εὐολίσθου, καὶ ἀσθενοῦς;

OLYMPIODORI. Et hæc etiam verba ſupplicationem in ſe continent; (illud enim, *Quare*, ut ſæpenumero oſtenſum eſt, per modum ſupplicationis uſurpatur) Juſtus enim hoc loco, tentationum ſuarum cauſam intelligere, enixè petit. Verborum autem hic ſenſus eſt; An non benignus es, inquit, erga humanum genus? An non idoneus peccata condonare, & miſerationum tuarum multitudine peccatorem ab omni labe purum reddere? Quare non etiam mihi benignitate tua frui conceditur? ſi non meâ, at tuâ cauſâ. Cur, cùm magnus & immenſus ſis, meam vilitatem non contempſiſti? Cur non, omiſſo examine, delicta mea propter miſericordiam & clementiam tuam, neglexiſti, aut planè obliterâſti? ſed ad juſtos calculos cuncta exigens, delictorum pœnas à me petiiſti; ac ut nimiâ loquendi libertate tibi gravis & moleſtus viderer, feciſti, cùm plura quàm per naturam licet, Domino meo loquutus fuerim, imò & obtrectaverim quaſi, quòd ſempiternâ oblivione delicta mea ſepelire nolueris; præſertim cùm natura mea varia & mutabilis, ad lapſum proclivis, & imbecillis ſit?

Nunc autem in terram abibo: manè autem ſurgens ultrà non ero.

OLYMPIODORI. Vitæ brevitatem ſupplicationi intexuit, ut Deum modis omnibus ad miſericordiam moveret. Illud autem, *Surgens manè ultrà non ero*, hoc innuere videtur; Mors, inquit, ſomno non eſt ſimilis: homines enim poſt ſomnum diluculo rurſus ſurgentes, vitam ducunt & reſpirant; qui verò ſemel obiit, neque matutinum tempus, ut ex ſomno expergefiat, neque cum hominibus converſationem expectat. Si igitur ego momentaneus adeo ſum, & ſubitæ morti obnoxius, brevíque poſtea moriens, non ampliùs, tanquam ex ſomno, reſurgam; cur pauxillum vitæ ſpatium à ſuppliciis non ſinis eſſe immune? Hæc autem Jobus nullius peccati ſibi conſcius, ſed per modum conceſſionis loquebatur; Licèt, inquit, peccavi, cum aliis tamen benignitatem & miſericordiam tuam experiri debeo. Jobi igitur animus pius, Dei amans, juſtus, & irreprehenſibilis, in omnibus apparet, etſi non adeo dilucidâ verborum enunciatione uſus fuerit.

Νυνὶ δὲ εἰς γῆν ἀπελεύσομαι· ὀρθρίζων δὲ, οὐκέτι εἰμί.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Καὶ τὸ ὀλιγοχρόνιον τῆς ζωῆς *ἔπλεξε τῇ ἱκετείᾳ, πανταχόθεν εἰς οἶκτον τὸν Θεὸν ἐκκαλούμενος. Τὸ δὲ, ὀρθρίζων οὐκέτι εἰμὶ, τοιοῦτο ὑποβάλλει νοεῖν· οὐ γάρ ἐστι, φησὶν, ὥσπερ ὕπνος ὁ θάνατος· μετὰ γὰρ τὸν ὕπνον οἱ ἄνθρωποι πάλιν ὀρθρίζοντες, ἐν τῷ βίῳ τυγχάνουσιν· ὁ δὲ ἅπαξ ἀποθανὼν, οὔτε ὄρθρον προσδοκᾷ, ὥστε διυπνισθῆναι, οὔτε τὴν μετὰ ἀνθρώπων διατριβήν. Εἰ οὖν οὕτω πρόσκαιρος ἐγὼ καὶ ὠκύμορος, καὶ μικρὸν ὕστερον ἀποθανὼν, οὐκέτι ὡς ἐξ ὕπνου ἀναστήσομαι· διατί οὐδὲ τὸ βραχύτατον τοῦ βίου τιμωρίας ἐκτὸς καταλείπεις; Ταῦτα δὲ *εἶπεν ὁ Ἰὼβ, οὐδὲν μὲν ἑαυτῷ συνειδὼς ἁμάρτημα, κατὰ δὲ συγχώρησιν λέγων, ὅτι εἰ καὶ ἥμαρτον, μετὰ πάντων ὀφείλω τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀπολαῦσαι. Δέδεικται τοίνυν διὰ πάντων ἡ εὐσεβὴς, καὶ φιλόθεος, καὶ δικαία, καὶ ἄμεμπτος τοῦ Ἰὼβ γνώμη, εἰ καὶ ἀσαφεστέρᾳ τῇ ἐπαγγελίᾳ τῶν λόγων ἐχρήσατο.

* ἴσ. ἐνέπλεξε.

* ἴσ. εἴπῃ.

PROTHEORIA CAPITIS SEXTI.

OLYMPIODORI. Quæ à Jobo nuper dicta ſunt refutaturus Baldadus, tanquam multiloquum eum vituperat: in eadem autem verba cum Eliphazo devolvitur, exiſtimans calamitates & afflictiones peccatorum ſequelam eſſe. Verùm cùm objici ſibi poſſe intelligeret, Cur liberi propter Jobi peccata ſupplicio afflicti fuerint? per anticipationem dicit, etiam illos ob peccatum paſſos fuiſſe; & Juſtum hortatur, ut ſupplex Deum veneretur. Exemplis autem à natura petitis, propter

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΕΚΤΟΥ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Εἰς ἀντιλογίαν τῶν νῦν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ Ἰὼβ καθιστάμενος ὁ Βαλδὰδ, μέμφεται μὲν αὐτὸν, ὡς πολυρρήμονα· εἰς ταὐτὰ δὲ τῷ Ἐλιφὰζ καὶ αὐτὸς ἐξεκυλίσθη λόγοις, ταῖς ἁμαρτίαις τὰς κακώσεις ἀκολουθεῖν ὑπολαμβάνων. ἐπεὶ δὲ ᾔδει ἀντιπίπτοντα αὐτῷ, ὅτι εἰ καὶ Ἰὼβ ἥμαρτε, διὰ τί οἱ παῖδες ἐτιμωρήθησαν; προκαταλαμβάνει, καί φησιν, ὅτι καὶ αὐτοὶ δι' ἁμαρτίας πεπόνθασι· καὶ προτρέπει μετὰ τοῦ δικαίου Θεὸν ἱκετεύειν. πειρᾶται δὲ διὰ φυσικῶν παραδειγμάτων αὐ-

τὸν πείθειν, ὡς δι᾽ ἁμαρτίας πάντως αἱ κολάσεις * ἐπιφέρονται. πέπονθε δὲ καὶ αὐτὸς τὴν ὁμοίαν * πλάνην τῷ Ἐλιφὰζ, τὴν ὑπὲρ Θεοῦ δῆθεν συνηγορίαν ἀναδεξάμενος. καὶ ἁπλῶς, τῶν φίλων ὁ χορὸς περιεβάλετο ἐν προσωπείῳ συμπαθείας, τὰ τῶν πολεμίων ἐπιδεικνύμενος· καὶ ἐνάλλονται κειμένῳ, καὶ ἀναξαίνουσι τὰ ἕλκη, ἀλλήλους διαδεχόμενοι, καὶ μηδὲ ἀναπνεῖν ἐῶντες, πολλοὺς κύκλους κυκλοῦντες, καὶ χαλεπήν τινα χορείαν χορεύοντες. ἴδωμεν οὖν τί καὶ οὗτος φθέγγεται.

* γρ. προσφέρονται.
* γρ. πλη-γήν.

peccata punitiones omnino infligi, conatur ei perſuadere. Dei autem patrocinium ſuſcipiens, in eundem errorem cum Eliphazo lapſus eſt. Et ſanè amicorum chorus, ſub larva communis affectûs & doloris, animum hoſtilem oſtendens, ad eum acceſſerat: proſtrato enim inſiliunt, & alii alios inſequentes, & gyros innumeros ducentes, ac choream moleſtam ſaltantes, nec reſpirandi quidem facultate ei conceſsâ, ulcera ejus redulcerant. Videamus igitur, quid etiam hic loquatur.

ὙΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Βαλδὰδ ὁ Σαυχίτης, λέγει, μέχρι τίνος λαλήσεις ταῦτα, πνεῦμα πολυρρῆμον τοῦ στόματός σου.

RESPONDENS autem Baldad Sauchites, ait, Uſquequo loquêris hæc, ſpiritus multiloquus oris tui? CAP. VIII.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Θεοδοτίων, βαρύτατον, εἶπε. παῦσαι, φησὶ, τῷ πλήθει τῶν λόγων νικήσειν οἰόμενος, ὡς λίαν φορτικὸς ἡμῖν εἶ καὶ βαρὺς, πληθύνων ῥήματα, καὶ φθεγγόμενος * ἄκριτα. Εἶτα, ὡς φλυαρήσαντα μέμφεται τὸν Ἰὼβ, καὶ οἴεται αὐτὸν ἐπιστομίζειν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας, λέγων.

* γρ. ἀξι-χρα.

OLYMPIODORI. Theodotio verò, *Graviſſimus*, dixit. Deſine, inquit, in verborum multitudine ſpem victoriæ collocare; gravis nobis & moleſtus es valde, multiplicans verba, & proferens ea quæ ratione & judicio carent. Deinde Jobum, tanquam nugas agentem reprehendit, & juſtum Dei judicium in medium afferens, obturaturum illi os arbitratur, & dicit.

Μὴ ὁ Κύριος ἀδικήσει κρίνων; ἢ ὁ τὰ πάντα ποιήσας ταράξει τὸ δίκαιον;

Nunquid Dominus injuſtè aget judicans? aut qui omnia fecit, turbabit juſtitiam?

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ, ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οὐχ ὁρᾷς, φησὶ, πόση δικαιοσύνη ἐν τῇ κτίσει, πόση εὐταξία; μὴ ἐνδέχεται τὸν Θεὸν ἄκριτον τὴν κατά τινος ἐξενεγκεῖν ψῆφον; μὴ ὁ τὰ πάντα ποιήσας εὐκόσμως καὶ ἁρμονίως, καὶ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἀρχὴν παραγαγὼν, ἐπὶ σοῦ μόνου τὴν τοῦ δικαίου διετάραξεν ἰσότητα, καὶ σὲ παρὰ τὸ δίκαιον ἐκάκωσεν; ἠρέμα οὖν πλήττει τὸν ἅγιον, ὡς κατὰ τὸ δίκαιον, καὶ δι᾽ ἁμαρτίας ὑπομένοντα, τῆς αὐτῆς ὢν φθάσαντι διαλήψεως

CHRYS.OST. POLYCHRON. & OLYMPIOD. Nónne vides, inquit, quanta ſit æquitas in creatura, & ordinata diſpoſitio? An fieri poteſt, ut Deus contra aliquem ſententiam ſine judicio & ratione ferat? An, qui omnia decenter & harmonicè fecit, & in initio benignitate ſuâ & clementiâ produxit, æquitatis jura in te uno pervertit, & contra jus & fas malis te afflixit? Tacitè igitur Sanctum ferit, tanquam jure, & propter peccata, adverſa pateretur; in eadem opinione cum ſuperiore exiſtens, quòd, ſcilicet, tri-

bulationes & afflictiones ob peccatum omnino hominibus immittantur. Oportebat autem animo reputare, quòd ejuſmodi non tantùm pravis, ſed probis etiam contingant (quippe quæ adiaphora ſint) & quòd Juſtus tolerando ærumnas & dolores, admirabilior reddatur. Poſtquam autem illum peccati arguere non poſſet, ad liberos ſe convertit, & dicit.

ὑπάρχων καὶ σοφός, ὅτι δι' ἁμαρτίας τὰ κακωτικὰ πάντως ἐπιπέμπεται. ἔδει δὲ λογίζεσθαι, ὅτι τὰ τοιαῦτα, οὐ μόνον φαύλοις, ἀλλὰ καὶ σπουδαίοις συμβαίνει, ἀδιάφορα γάρ, καὶ ὅτι θαυμαστότερός ἐστιν ὁ δίκαιος, ὑπομένων θλίψεις καὶ πόνους. ἐπεὶ δὲ μὴ * ἔχειν αὐτὸν ἐλέγξαι ἡμαρτηκότα, εἰς τοὺς υἱοὺς τρέπεται, καί φησιν. * ἴσ. εἶχεν.

Si filii tui peccaverunt coram eo, miſit in manu iniquitates eorum.

Εἰ οἱ υἱοί σου ἥμαρτον ἐναντίον αὐτοῦ, ἀπέστειλεν ἐν χειρὶ ἀνομίας αὐτῶν.

OLYMPIODORI. Senſus autem verborum hic eſt; Si liberi tui peccaverunt, nónne juſto ſupplicio affecti ſunt? Illud autem, *Coram eo*, dixit, quia nihil Deum lateat. *In manu* autem, id eſt, in actione; quaſi diceret, Secundùm ipſorum actiones præmium reportârunt, & omnino delicta liberorum tuorum Deus mortis ſupplicio punivit; *& miſit in manu ſua iniquitates eorum*, id eſt, iniquitatum ſupplicia: innuit autem ædium ruinam, qua liberi interempti fuerunt. In hoc verò quod dicit (ſi tu non peccâſti, filii tamen tui peccaverunt) ſermonem confundit, & opinionum multitudine circumagitur, ſecum minimè perpendens, quòd alter pro altero nequaquam plectatur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ νοῦς ἐστι· Εἰ τὰ τέκνα σου ἥμαρτον, οὐ δικαίως ἐτιμωρήθησαν; τὸ δέ, ἐναντίον αὐτοῦ, εἶπε, διὰ τὸ μηδὲν λανθάνειν τὸν Θεόν. ἐν χειρὶ δέ, ἐν τῇ πράξει· ἵνα εἴπῃ, ὅτι κατὰ τὰς ἑαυτῶν πράξεις ἀπέλαβον, καὶ πάντως πλημμελημάτων δίκην παρὰ τῶν σῶν παίδων εἰσεπράξατο τὸν θάνατον. καὶ ἀπέστειλεν ἐν τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, τουτέστι, τὰς ὑπὲρ τῶν ἀνομιῶν τιμωρίας· αἰνίττεται δὲ τὴν πτῶσιν τῆς οἰκίας, καθ' ἣν τὰ τέκνα ἀπώλοντο. πλὴν συγχεῖ καὶ σοφὸς τὸν λόγον, καὶ τοῖς δόγμασι περιφέρεται, λέγων, ὅτι εἰ καὶ μὴ αὐτὸς ἥμαρτες, ἀλλ' οἱ υἱοί σου, μὴ προσνοήσας, ὅτι ἕτερος ὑπὲρ ἑτέρου οὐκ ἂν κολάζοιτο.

Tu autem diluculo ſurge, ad Dominum omnipotentem deprecans. Si mundus es & verax, deprecationem exaudiet tuam; reſtituet autem tibi habitaculum juſtitiæ. Et erunt priora quidem tua pauca, noviſſima autem tua inenarrabilia.

Σὺ δὲ ὄρθριζε, πρὸς Κύριον παντοκράτορα δεόμενος. εἰ καθαρὸς εἶ καὶ ἀληθινός, δεήσεως ἐπακούσεταί σου· ἀποκαταστήσει δέ σοι δίαιταν δικαιοσύνης. ἔσται οὖν τὰ μὲν πρῶτά σου ὀλίγα, τὰ δὲ ἔσχατά σου ἀμύθητα.

OLYMPIODORI. Conſulo, inquit, tibi, ut cum omni ſtudio & diligentiâ Deum ores, & precibus res alias omnes poſtponas; illud enim ſignificat,

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Συμβουλεύω σοι, φησί, δέεσθαι τοῦ Θεοῦ μετὰ σπουδῆς, πάντων προτιμοτέρας τὴν ἱκεσίαν * ποιούμενον· τὸ γάρ, ὄρθριζε, * ἴσ. ποιουμένῳ.

τοῦτο

τοῦτο δηλοῖ. καὶ εἰ ὄντως ἀληθινὸς εἶ, καὶ οὐκ ἐπίπλαστος, ἀποκαταστήσει σοι βίον καὶ διαγωγὴν πρέπουσαν δικαίῳ, ἵν' οὕτως εὖ πράξῃς, ὡς ὀλίγα σε νομισθῆναι τὰ πρότερον ἀγαθὰ, τοῖς ὕστερον συγκρινόμενα.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Εἰ τοίνυν ἐπὶ ταῖς σεαυτοῦ μὴ δυσχεραίνῃς πληγαῖς, ἐπιμελῶς ἐξιλέωσαι τὸν Θεόν· καὶ εἰ τὰ τῆς παλαιᾶς σου εὐσεβείας, μὴ μέχρι σχήματος ἦν, ὀρθῷ δὲ λογισμῷ ταύτην μετῄεις, εὐμενὴς γενόμενος ὁ δεσπότης, τάχιστά σε εἰς τὴν προτέραν εὐημερίαν ἄξει, ἰσοστάσιον τοῖς ὑπὲρ ἀρετῆς πόνοις τὴν ἀμοιβὴν ὁρίζων. μᾶλλον δὲ τί λέγω; ὅτι τὸν αὐτὸν τῶν ἀπολωλότων ἀριθμὸν χορηγήσει, ἀποκρύψει μὲν οὖν τὰ φθάσαντα, ἡ τῶν παρεχθησομένων περιουσία, τοῦ Θεοῦ σοι δαψιλῶς τῆς παρούσης καρτερίας τοὺς μισθοὺς δωρουμένου. κατανόει δὲ, ὡς οἴεται ὁ Βαλδὰδ, ἐν μέρει εὐλογίας κεῖσθαι τοῖς δικαίοις, τὴν ἐν τῷδε τῷ βίῳ ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν· ἐῴκει δὲ διαπορεῖν, εἰ καθαρὸς ἐστὶ, τίνος ἕνεκεν ταῦτα πάσχει. ἴστε τοίνυν, ὅτι καὶ καθαρὸν ὄντα ταῦτα πάσχειν ἔστιν, οὐκ εἰς ἔκτισιν κακίας, ἀλλ' εἰς βάσανον ἀρετῆς, καὶ γυμνάσιον. οὐ πάντως δὲ τοῦ καθαροῦ καὶ ἀληθινοῦ τῆς δεήσεως * εἰσακούσεται ὁ Θεός· ἔστι γὰρ ὅτε ἀσύμφορα αἰτεῖ.

* ἴσ. εἰσακούεται.

Surge diluculo. Et ſi reipsâ verus ſis abſque omni fuco & fallacia, vitæ conditionem & ſtatum viro juſto dignum tibi reſtituet, tantâque rerum omnium felicitate fruêris, ut priora tua bona poſterioribus collata, exigua exiſtimare oporteat.

POLYCHR. Si igitur plagas tuas ſine indignatione ferre velis, Deum placare diligenter ſtudeto: & ſi pietatem mente rectâ coluiſti, nec priſtina tua religio nudo prætextu velata fuit, Dominus propitius factus, laboribus pro virtute ſuſceptis parem compenſationem retribuens, brevi te in priori felicitate collocabit. Quid autem dico? Amiſſorum bonorum numerum implebit; imò verò (Deo tolerantiam & fortitudinem tuam plenè remunerante) eorum quæ præbebuntur abundantia, præterita longè obſcurabit. Obſerva autem, Baldadum in ea opinione fuiſſe, ut in fruitione bonorum in hac vita, partem non minimam benedictionis juſtorum poſitam eſſe exiſtimaret: dubitare tamen videbatur, ſi mundus eſſet, cur talia pateretur. Scitote igitur, purum etiam & innocentem talia pati poſſe, non autem ad improbitatis ſupplicium, ſed ad explorationem & exercitationem virtutis. Deus verò non ſemper precibus puri & ſinceri hominis aurem præbet; fit enim interdum, ut quæ ei minimè conducant poſtulet.

Ἐπερώτησον γὰρ γενεὰν πρώτην, ἐξιχνίασον δὲ κατὰ γένος πατέρων· χθιζοὶ γάρ ἐσμεν, καὶ οὐκ οἴδαμεν, σκιὰ γάρ ἐστιν ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ βίος.

Interroga enim generationem primam, & inveſtiga per genus patrum: heſterni enim ſumus, & neſcimus, umbra enim eſt noſtra ſuper terram vita.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ζήτησον, φησὶ, τὰ παλαιότερα, καὶ ἀκρίβωσον τὰ ἐπὶ τῶν πατέρων· ἡμεῖς γὰρ χθὲς καὶ πρώην γεγόναμεν, χθιζοί τε ἐσμὲν καὶ ἐφήμεροι, καὶ ὅλος ὁ βίος ἡμῶν, ὡς σκιὰ, παρατρέχει· καὶ διὰ τὸ τοῦ βίου ὀλιγοχρόνιον, οὐδὲ γνῶναι τὸ ἀκριβὲς δυνάμεθα, οὐδὲ φθέγξασθαι. ὅθεν οὐδὲ ἀξιόπιστοι ἴσως δίχα τῆς τῶν ἀρχαίων μνήμης, τὰ τοι-

OLYMPIODORI. Antiqua, inquit, inquirito, & quæ patrum temporibus geſta ſunt, inveſtiga; nos enim heri & nudiuſtertius extitimus, heri & hodie vivimus, & vita noſtra univerſa, tanquam umbra, præterit; ac propter vitæ brevitatem, neque ſcire, neque loqui de re aliqua perfectè poſſumus. Quare ſine veterum memoria & teſtimonio talia narrantes, fide digni fortaſſe

non habebimur, qui non multò antè nati ſumus, & paulò poſteà ampliùs non erimus. Talis enim eſt vita noſtra; cùm non eſſemus, facti ſumus, & facti diſſolvemur: tanquam umbra die inclinante, ita vita noſtra facilè de ſtatu ſuo dimovetur, & huc illuc inflectitur. Hoc autem dicit, fidem dictis ſuis ex ætate majoribus conciliare volens, quaſi rerum experientiam aſſequuti, plurimis rebus illi interfuiſſent, quibus pauci ſui ſeculi & ætatis interfuerant.

αὐτὰ διηγούμενοι, οἱ μήτε πρὸ πολλοῦ γεγονότες, καὶ μικρὸν ὕστερον οὐκ ἐσόμενοι. τοιοῦτος γὰρ ὁ βίος ἡμῶν· μὴ ὄντες γεγόναμεν, καὶ γεγονότες λυθησόμεθα· καθάπερ σκιὰ κλινούσης ἡμέρας, οὕτως εὐσάλευτος ἡμῶν ἡ ζωή, καὶ εὐπαράγωγος. ἐκ τῶν παλαιοτέρων δὲ πιστοῦσθαι τὰ καθ' ἑαυτὸν βουλόμενος, ταῦτά φησιν, ὡς ἂν ἐκείνων πλείοσι παρατυχόντων πράγμασιν, οἷς οὐ πάντες* εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν παρέτυχον.

* ἴσ. ἐν τῷ καιρῷ αὐτῶν.

CHRYSOSTOMI. Quod autem dicit hujuſmodi eſt; Quandoquidem momentanei nos ſumus, ætate provectos interrogemus, qui nobis narrabunt, quòd impoſſibile ſit ſine juſtitia felicitatem perennare, quemadmodum ſine humore herba non pullulat; & quòd iniquorum hominum abundantia ſtabilis & firma eſſe non poſſit; & quòd ſupplicia propter peccata infligantur.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ἐπειδὴ ἡμεῖς ὀλιγοχρόνιοί ἐσμεν, τοὺς γεγηρακότας ἐρωτήσωμεν, καὶ αὐτοὶ ἀπαγγελοῦσιν, ὅτι ὥσπερ ἀδύνατον ἄνευ νοτίδος χόρτον ἀειθαλεῖν· οὕτως ἄνευ δικαιοσύνης διαμεῖναι ἐν εὐδαιμονίᾳ· καὶ ὡς οὐ δυνατὸν εὐθηνίαν ἀδίκων κρατύνεσθαι· καὶ ὡς δι' ἁμαρτίας αἱ τιμωρίαι.

Aut nunquid non hi docebunt te, & referent, & è corde proferent verba?

Ἢ οὐχ οὗτοί σε διδάξουσι, καὶ ἀναγγελοῦσι, καὶ ἐκ καρδίας ἐξάξουσι ῥήματα;

POLYCHRONII. Majores, inquit, qui vitam cum virtute tranſegerunt, & eximia pietatis ſuæ monumenta reliquerunt, eis qui mente præditi ſunt, ad diſciplinam & inſtitutionem ſufficiunt. Illi ex eis quæ geſſerunt, & loquuti ſunt, qualis ſit improborum hominum exitus, te docebunt; & quòd eorum res proſperæ ſtabiles & permanentes non ſint. Rectè autem dictum eſt illud, *E corde proferent verba*, quia cogitationes ex corde verba emittant, & inde illæ proveniant.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Οἱ πρόγονοι, φησίν, ἐν ἀρετῇ βεβιωκότες, καὶ τῆς ἑαυτῶν εὐσεβείας μέγιστα καταλιπόντες μνημεῖα, ἀρκοῦσι πρὸς παίδευσιν τοῖς νουνεχέσιν. οὗτοι καὶ δι' ὧν ἔπραξαν, καὶ δι' ὧν ἐλάλησαν, διδάξουσί σε, οἷα τὰ τέλη τῶν ἀνόμων, καὶ ὡς οὐ παραμόνιμος αὐτοῖς ἡ εὐπραγία. καλῶς δὲ εἴρηται, τὸ, ἐκ καρδίας ἐξάξουσι ῥήματα, ὅτι ἐκ καρδίας οἱ λογισμοὶ τὰ ῥήματα προπέμπουσι, κἀκεῖθεν οὗτοι ἐξέρχονται.

Nunquid viret ſcirpus ſine aqua? aut exaltabitur carex ſine potu? adhuc in ſua radice conſiſtit, & non metetur; antequam bibat omnis herba, nónne areſcit? Sic igitur erunt noviſſima

Μὴ θάλλει πάπυρος ἄνευ ὕδατος; ἢ ὑψωθήσεται βούτομον ἄνευ πότου; ἔτι ὂν ἐπὶ ῥίζης, καὶ οὐ μὴ θερισθῇ, πρὸ τοῦ πιεῖν πᾶσαν βοτάνην, οὐχὶ ξηραίνεται; οὕτως τοίνυν ἔσται τὰ ἔσχατα

πάντων

πάντων τῶν ἐπιλανθανομένων τοῦ Κυρίου. ἐλπὶς γὰρ ἀσεβοῦς ἀπολεῖται· ἀοίκητος γὰρ αὐτοῦ ἔσται ὁ οἶκος, ἀράχνη δὲ αὐτοῦ ἀποβήσεται ἡ σκηνή.

omnium qui obliviſcuntur Domini. Spes enim impii peribit; inhabitabilis enim ejus erit domus, aranea autem evadet ejus tabernaculum.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὥσπερ, φησὶν, οὐκ ἐνδέχεται πάπυρον, ἢ βούτομον, ἢ αὔξεσθαι, ἢ θερίζεσθαι, τῆς τοῦ ὕδατος ἰκμάδος μὴ ἀπολαύοντα, ἀλλὰ καὶ πᾶσα βοτάνη μὴ ἀρδευομένη ξηραίνεται· οὕτως ἄνευ εὐσεβείας, ἀμήχανον ἀνθρώπῳ εὐθηνίαν * διαμένειν. διὸ καὶ ἐπάγει, οὕτως τοίνυν ἔσται τὰ ἔσχατα τῶν ἀσεβῶν, τουτέστιν, οὐ μέχρι τέλους αὐτοῖς ἡ εὐημερία διαμένει, ἀλλὰ δίκην ἀράχνης τῆς μὴ ὑφισταμένης ἁφὴν, διαλύεται, καὶ πανέστιος ὁ τοιοῦτος ἀπόλλυται· τοῦτο γὰρ σημαίνει, τὸ, ἀοίκητος αὐτοῦ ὁ οἶκος.

* γρ. διαβῆναι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰ δὲ χρὴ καὶ κομψότερον περὶ τούτων διαλαβεῖν· τῷ ὄντι ἡ τῶν ἀσεβῶν ἐλπὶς οὐ περὶ ὑφεστηκότα γίνεται. ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐδὲν ἕτερόν ἐστι κατὰ γένος, ἢ προσδοκία ἀγαθῶν· καὶ ὁ φοβούμενος δὲ προσδοκᾷ, ἀλλ᾽ οὐκ ἀγαθά· κακῶν γὰρ προσδοκία ἐστὶν ὁ φόβος, ἀγαθῶν δὲ ἡ ἐλπίς. ἐπεὶ οὖν οὐχ ὑφεστηκότα πράγματα οἱ ἀσεβεῖς προσδοκῶσιν, ἀπόλλυται αὐτῶν ἡ ἐλπίς· ὡς γὰρ μένουσι, τοῖς ἡδέσι χρῶνται, καὶ ἐν τούτοις ματαίαν ἔχουσιν ἐλπίδα. καὶ ὁ μὲν δίκαιος ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρετῇ, ὡς ἐν οἰκίᾳ, μένων, οὐδέποτε ἕξει τὴν τοιαύτην οἰκίαν ἀοίκητον, ἡ δικαιοσύνη γὰρ αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα· ὁ δὲ φαῦλος, ταύτης μὴ ἀντεχόμενος, οὐκ οἰκοδομεῖ αὐτὴν, οὐδὲ μένει ἐν αὐτῇ. πάλιν, ἡ ἀράχνη ποικιλίαν ἐπιδείκνυται, τοῦ ὑφάσματος φυσικῶς κατεσκευασμένου, ῥᾷστα δὲ διαλύεται, ἐπιψαυσθέντος τινος· τὰ τῶν φαύλων οὖν ἔργα, καὶ ἡ κατασκευὴ τῆς πολιτείας, ἀράχνῃ ἔοικεν οὐχ ὑφισταμένῃ. ῥᾷστα γὰρ ἡ τῶν φαύλων ἐπίνοια, σκηνὴ ὀνομαζομένη, καταπίπτουσα εὐάλωτος

OLYMPIODORI. Quemadmodum, inquit, fieri nequit, ut ſcirpus aut carex incrementum capiant, & ad meſſem perveniant, ſi humore aqueo deſtituantur; immo & omnis herba exareſcit, quæ nequaquam irrigatur: ſic homini rerum abundantiam ſine pietate perdurare, impoſſibile eſt. Quare ſubjungit, ***Sic igitur erunt noviſſima impiorum***, id eſt, proſperitas eorum ad finem uſque non durat, ſed inſtar aranearum telæ quæ tactum non ſuſtinet, vir talis diſſolvitur, & cum tota familia funditus perit; hoc enim ſignificat, ***Domus ejus erit inhabitabilis***.

DIDYMI. Si autem de his venuſtiùs & elegantiùs commentandum ſit; Impiorum ſpes reverà, circa res exiſtentes minimè verſatur. Spes enim in genere nihil aliud eſt, quàm bonorum expectatio: qui metuit autem, expectat, ſed ea quæ bona non ſunt; malorum enim expectatio, metus eſt, bonorum verò, ſpes. Cùm igitur impii res quæ non ſunt expectent, illorum ſpes evaneſcit: jucundis enim, tanquam permanentibus, fruuntur, & in eis vanam ſpem collocant. Et juſtus quidem, in virtute ſua, tanquam in domo manens, nunquam illam deſertam & inhabitabilem experietur; ***Juſtitia enim ejus manet in æternum***: Pſal.110.3. improbus verò qui eam minimè ſectatur, neque ædificat illam, neque in ea commoratur. Præterea, aranearum tela, ope naturæ contexta, varietatem oſtendit, quæ leviter tacta, facillimè diſſolvitur: hominum igitur improborum opera, & vitæ omnis ratio, aranearum telæ, quæ nequaquam ſubſiſtit, ſimilis eſt. Improborum enim cogitatio (quæ tabernaculum vocatur) proclivi lapſu ruens, facili adeo negotio diſſolvitur, & in

nihilum

nihilum redigitur, ut nunquam extitiſſe videatur.

NILI. Fortè autem illis verbis quibus dicitur, ſcirpum & caricem in aqua vireſcere, & herbam omnem humore deſtitutam exareſcere, tale quid innuit, Quòd perturbationes, ſcilicet, quæ in agrum animi incidunt, & largo ac copioſo imbre frequentis meditationis deorſum vergente irrigatæ pullulant, multiplicem improbitatis fructum producant: hujuſmodi autem irrigationis privatio, illarum ortum & incrementum prohibet.

DIDYMI. Quemadmodum ſine aqua palus non augebitur; ſic impoſſibile eſt, ut fructum utilem proferat, qui animo rerum meliorum utilitatem non comprehenderit. Dictum autem hoc rebus etiam humanis quadrabit, quæ divinâ providentiâ, tanquam aquâ, irrigantur, quæ ſi minùs comes ſequatur, citò hæ marceſcunt, & in nihilum abeunt. Quicquid enim in vita eſt, ſive magnum, ſive parvum ſit, divinæ providentiæ ſubjacet; & niſi illa inſpectaverit, exſiccatur.

ἐστὶν οὕτως, ὡς μηδὲ δοκεῖν γεγονέναι ποτέ.

ΝΕΙΛΟΥ. Τάχα δὲ καὶ, τῷ, ἐν ὕδατι μὲν θάλλειν πάπυρον καὶ βούτομον, στερηθεῖσαν δὲ πότου πᾶσαν βοτάνην ξηραίνεσθαι, τοιοῦτόν τι αἰνίττεται, ὅτι τὰ πάθη, τὰ τῆς διανοίας ἐμπεσόντα γῇ, καὶ βλαστήσαντα ταῖς λάβροις καὶ * ἀνωφελέσιν ὑετοῖς τῆς ἐπαλλήλου μελέτης ποτισθέντα, πολύχουν τὸν τῆς κακίας καρπὸν ἐκφέρουσι· κωλύει δὲ τὴν τούτων φυὴν, ἡ τῆς τοιαύτης ἀρδείας στέρησις. * ἴσ. κατωφερέσιν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὥσπερ ἄνευ ὕδατος οὐ πληθυνθήσεται ἕλος· οὕτως ἀδυνατον μὴ δεχόμενον ἐν διανοίᾳ ὠφέλειαν τῶν κρειττόνων, καρπὸν προσενεγκεῖν ὠφέλιμον. ἁρμόσει δὲ τὸ ῥητὸν καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ὅτι καθάπερ ἀπὸ ὕδατος ὑπὸ τῆς προνοίας ταῦτα ἄρδεται, ἧς μὴ ἐπακολουθούσης, ῥαδίως ταῦτα καὶ ἀμαραίνεται εἰς διάλυσιν. πᾶν γὰρ κἂν μικρὸν, κἂν μέγα ᾖ τὸ ἐν τῷ βίῳ, ὑπὸ πρόνοιαν ἐστὶ· ξηραίνεται γὰρ, εἰ μὴ αὕτη ἐποπτεύοι.

Si ſuffulſerit domum ſuam, non ſtabit: & cùm cœperit, non permanebit.

Ἐὰν ὑπερείσῃ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, οὐ μὴ στῇ· ἐπιλαβομένου δὲ αὐτοῦ, οὐ μὴ ὑπομείνῃ.

OLYMPIOD. Licèt vitam ſecuriſſimam degere videatur, & in tuto res ſuas omnes collocatas habere, nihilominus, ſi Deus cum *cœperit*, id eſt, in ultione ſua apprehenderit, *non permanebit*, id eſt, non conſiſtet. Sic etiam Symmachus reddidit, *Innitetur ſuper domum, & non ſtabit.*

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Κἂν γὰρ, ὡς οἴοιτο, ἀσφαλῶς δόξῃ περιστῆναι, καὶ ἑδραίως τὰ καθ' ἑαυτὸν διατίθεσθαι, ἐπιλάβηται δὲ αὐτοῦ ὁ Θεὸς, τουτέστι, πληκτικῶς περιδράξηται, οὐ μὴ ὑπομείνῃ, ἤγουν οὐ σταθήσεται. οὕτω καὶ ὁ Σύμμαχος, ἐρειοθήσεται ἐπὶ οἶκον, καὶ οὐ στήσεται.

Humidus enim eſt ſub Sole, & de putredine ejus germen ejus aſcendet.

Ὑγρὸς γάρ ἐστιν ὑπὸ ἡλίου, καὶ ἐκ σαπρίας αὐτοῦ ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ ἐξελεύσεται.

OLYMPIODORI. Aquila verò; *Humectus eſt in faciem Solis.* Sicut, inquit, ſcirpus & carex, licèt aquæ humorem habeant, Solis æſtu flagrante, exa-

ΟΛΥΜΠ. Ὁ δὲ Ἀκύλας, ἔνικμός ἐστιν εἰς πρόσωπον ἡλίου. ὥσπερ πάπυρος, φησὶ, καὶ βούτομος, κἂν ἰκμάδα ὕδατος ἔχωσιν, ἡλιακοῦ καύσωνος ἐπιπεσόντος, ἀποξη-

ἀποξηραίνονται, καὶ αἱ παραφυάδες αὐτῶν σήπονται· οὕτω καὶ οἱ ἀσεβεῖς πάσχουσι, τῆς θείας ὀργῆς ἐπιπεσούσης. ἔοικε δὲ διὰ τῶν ῥαδάμνων, οἳ σημαίνουσι τὰς παραφυάδας, ἢ κλάδους, ἢ ἄνθη, τὴν ἀπώλειαν τῶν παίδων τοῦ Ἰὼβ αἰνίττεσθαι. Νοήσεις δὲ τὸν στίχον καὶ οὕτως, ὅτι ἐν ὅσῳ ὑγρός ἐστιν ὑπὸ ἡλίου ὁ πάπυρος, τουτέστιν, ἀμέτοχος ἡλίου, αὔξει μὲν ἐκ τῆς ἰλύος· ὑπομένειν δὲ ἥλιον οὐ δύναται, ἀλλ᾽ οἱονεὶ σήπεται, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἀποπίπτει, καὶ ἀπορρεῖ· τοῦτο γάρ ἐστιν, ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ ἐξελεύσεται, τουτέστιν, ἀπορρυήσεται διὰ τὸ σαπῆναι.

reſcunt, & ſurculi eorum putreſcunt; idem improbi patiuntur, cùm ira divina in illos irruit. Per rhadamnos autem (qui ſurculos, ramos, vel flores ſignificant) liberorum Jobi interitum innuere videtur. Vel ſic etiam verſus hic intelligi poteſt; Quòd quamdiu ſcirpus humidus eſt ſub Sole, id eſt, Solis expers, ex limo creſcat: Solem autem ſuſtinere non poteſt, ſed corrumpitur quaſi, & flos ejus decidit ac defluit: hoc enim ſibi vult, *Germen ejus aſcendet*, id eſt, putrefactum dilabetur.

Ἐπὶ συναγωγὴν λίθων κοιμᾶται, ἐν δὲ μέσῳ χαλίκων ζήσεται· ἐὰν καταπίῃ, ὁ τόπος ψεύσεται αὐτόν.

In congregatione lapidum dormit, in medio autem ſilicum vivet. Si abſorbuerit, locus mentietur eum.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὡς περὶ φυτοῦ διαλεγόμενος ἐν μέσοις λίθοις φυομένου καὶ χάλιξι, μὴ διαρκοῦντος δὲ μέχρι παντὸς, ἀλλὰ μαραινομένου· ἐοίκασι, φησὶν, οἱ ἀσεβεῖς τοῖς ἐν γῇ φυτευθεῖσι, μὴ *ἔχουσι βάθος, ἀλλὰ *λιθώδει καὶ σκληρᾷ τυγχανούσῃ· ἢ γὰρ οὐδὲ ὅλως ῥιζοῦνται, ἢ κἂν ῥιζωθῶσι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς, ξηραίνονται, ὡς μηδὲ φαίνεσθαι ἔτι ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ. τὸ γὰρ, ἐὰν καταπίῃ, ἀντὶ τοῦ, ἐὰν ῥιζωθῇ, καὶ βεβαίως ἑστάναι δοκῇ. τὸ δὲ, ὁ τόπος ψεύσεται αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ, ἀφανὴς γίνεται, καὶ ἀνεπίγνωστος ὑπὸ τῆς συμφορᾶς· ἐπεὶ καὶ δένδρον μὲν τεμνόμενον καταλιμπάνει μνήμην, χόρτος δὲ οὐδεμίαν. καλῶς δὲ ἔοικε λίθων καὶ χαλίκων μεμνῆσθαι· οἱ γὰρ ἀσεβεῖς, ἐπὶ τῇ τῶν φαύλων τραχύτητι καὶ ἀνωμαλίᾳ, καὶ τοῖς σκανδάλοις ἐπαναπαύονται, περὶ ὧν εἴρηται, τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε· κἂν δέξωσί τινα δέχεσθαι θεοσεβείας λόγον, εὐθέως ἐμοῦσιν αὐτὸν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν εὔγειον καὶ καρποφόρον ψυχήν.

*ἴσ. ἔχουσι.
*ἴσ. λιθώδει καὶ σκληρᾷ.

OLYMPIODORI. Tanquam de planta diſſerens, quæ, inter lapides & ſilices creſcens, non ſemper durat, ſed ſubitò marceſcit; Similes ſunt, inquit, impii, ſtirpibus in terra plantatis, quæ altitudinem non habet, ſed petroſa & dura eſt; vel enim omnino radices nullas agunt, vel ſi egerint, quia terræ profunditate deſtituuntur, exareſcunt, ita ut non ampliùs in eo loco appareant: *Si abſorbuerit* enim, idem eſt, ac ſi radices egerit, & firmiter ſtare viſus fuerit. Illud verò, *Locus mentietur eum*, id eſt, Præ calamitate, obſcurus & ignotus evadet; quandoquidem arbor cæſa memoriam ſui relinquit, herba verò nullam. Rectè autem lapidum & ſilicum meminiſſe videtur; quia impii (de quibus dictum eſt, *Projicite de via lapides*) rerum pravarum aſperitati, inæquabilitati, & ſcandalis indormiunt; & licèt ſermonem aliquem de Deo, ejúſque cultu, amplecti videantur, protinus illum evomunt, quia anima fertili & frugifera præditi non ſunt.

Eſ. 62. 10

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὑψηλότερον δὲ εἰπεῖν. οἶκός ἐστι λίθων σύνθεσις κατὰ τέχνην, πρὸς ἑτέρους ἕνωσιν *ἔχων· τοιοῦτον ἡ

*ἴσ. ἐχόντων.

DIDYMI. Ut ſublimiùs autem dicamus. Domus eſt lapidum artificiosè inter ſe unitorum ſtructura; talis etiam eſt virtus,

virtus, ſanctitas, & divini ſpiritûs communio: lapidum autem acervus, & ſilicum miſtura, quiddam diſſipatum & diſſolutum eſt, improbitati ſimile, quæ unionem non agnoſcit, ſed confuſionem. Omnis igitur diſſoluti impii converſatio in domo pravitatis eſt, non aliter quàm lapides extra ædificium, qui ædificandæ turri planè inepti ſunt, juxta*Paſtorem: neque illud audiunt, *Vos autem ſuperædificamini ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.*

*Vide viſionem tertiam libri primi Hermæ, qui Paſtor inſcribitur.

Ephes.2.20.

ἀρετή, καὶ ἡ ἁγιότης, καὶ αὐτὴ ἡ μετουσία τοῦ πνεύματος· ἐσκορπισμένον δέ τι, ἡ συναγωγὴ τῶν λίθων, καὶ μίξις τῶν χαλίκων, παραπλησίον τῇ κακίᾳ, τῇ μὴ ἐχούσῃ ἕνωσιν, ἀλλ᾽ ἀταξίαν. ὁ ἀσεβὴς οὖν ἅπασαν τὴν διαγωγὴν ἐν οἴκῳ κακίας ἔχει, διαλελυμένος, κατὰ τοὺς ἔξω τῆς οἰκοδομῆς λίθους, οἳ οὐχ ἁρμόζουσι τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου, κατὰ τὸν Ποιμένα οὐδ᾽· *ἀκούουσιν, ὑμεῖς δὲ ἐποικοδομεῖσθε ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀποστόλων καὶ Προφητῶν.

*ἴσ. τοῦτο.

Non vidiſti talia, quoniam ſubverſio impii talis?

Οὐχ ἑώρακας τοιαῦτα, ὅτι καταστροφὴ ἀσεβοῦς τοιαύτη;

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Hæc, inquit, etiam ex iis quæ aliis hominibus evenerunt, contemplari debes. Num eorum quæ dicta ſunt quicquam in dubium à te vocatur? An non verè oratio impiorum interitum depinxit? Num ea te fugiunt, quæ cognitioni omnium obvia ſunt?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ταῦτα, φησί, καὶ ἐκ τῶν ἑτέροις συμβεβηκότων ὀφείλεις θεωρῆσαι. μή τί σοι τῶν εἰρημένων ἀμφίβολον; οὐκ ἀληθῶς ὁ λόγος ὑπέγραψε τῶν ἀσεβῶν τὴν ἀπώλειαν; ἆρα οὖν ταῦτά σε λανθάνει, τὰ πᾶσιν εἰς γνῶσιν προκείμενα.

De terra autem alterum germinabit: Dominus enim non improbabit innocentem.

Ἐκ δὲ γῆς ἄλλον ἀναβλαστήσει· ὁ γὰρ Κύριος οὐ μὴ ἀποποιήσηται τὸν ἄκακον.

OLYMPIODORI. Alius eſt impius ab homine pio: idcirco dicit, quòd virum pium Deus non omnino deſeret & deſpiciet, licèt adverſitate aliqua affligatur. Quemadmodum enim impios proſpera fortuna utentes, Deus funditus evertit ac delet; ſic ſimplices & innocentes, licèt ad tempus defloreſcant, virere rurſus facit, & in felici rerum ſtatu collocat: neque enim innocens ſemper negligitur, neque impius perpetua felicitate fruitur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἄλλος παρὰ τὸν ἀσεβῆ εἴη ἂν ὁ εὐσεβής. λέγει οὖν, ὅτι τὸν εὐσεβῆ, κἂν ἔν τινι δυσπραγίᾳ γένηται, οὐ περιόψεται καθάπαξ ὁ Θεός. ὥσπερ γὰρ τοὺς ἐν εὐημερίᾳ ἀσεβεῖς ὁ Θεὸς ἀφανίζει· οὕτω καὶ τοὺς ἀκάκους, ἐὰν ἀπομαρανθῶσι πρὸς καιρόν, παρασκευάζει πάλιν ἀναβλαστῆσαι, καὶ ἐν εὐημερίᾳ καθίστησι· καὶ οὔτε εἰς τέλος ὁ ἄκακος περιορᾶται, οὔτε ὁ ἀσεβὴς εἰς τέλος εὐθηνεῖται.

DIDYMI. Metaphoræ à plantis ſumptæ inſiſtens, *Germinabit*, poſuit. Simplicem autem hoc loco dicit, non ſtolidum, ſed eum qui improbitate caret; vox enim, ἄκακος, utrumque ſignificat. Cùm enim de hæreticis dicit, *Blandiloquentiâ ſuâ corda ſimplicium ſeducunt*, ſimplices vocat

Rom.16.18

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπιμείνας τῇ τροπῇ τῶν βοτανῶν, τὸ, ἀναβλαστήσει, τέθεικεν. ἄκακον δὲ ἐνταῦθα λέγει, οὐ τὸν εὐήθη, ἀλλὰ τὸν μὴ ἔχοντα κακίαν· ἀμφότερα γὰρ σημαίνει τὸ ὄνομα. ὅταν μὲν γὰρ λέγῃ περὶ τῶν αἱρετικῶν, ὅτι διὰ τῆς χρηστολογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων, ἀκάκους

καλεῖ

καλεῖ τοὺς εὐήθεις, τοὺς βραδεῖς τὴν νόησιν· ὅταν δὲ λέγῃ, ἄκακοι, καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, τοὺς δικαίους σημαίνει· καθάπερ οὖν καὶ ἐνταῦθά φησιν, ὅτι ἐκτίλλει μὲν τὸν φαῦλον ὁ Κύριος, φυτεύει δὲ ἀντ' ἐκείνου τὸν ἄκακον, ἐκεῖνον μὲν γὰρ τιμωρεῖται. Εἰ δέ τις εἴη εὐσεβὴς, καὶ τῆς καθ' ἑτέρων κακίας ἀπέχεται, εἰ καὶ ἐν ἐσχάτοις ἐξετασθείη, πλείστης γοῦν αὐτῷ τῆς οἰκείας προνοίας μεταδίδωσι.

qui rudes ſunt, & ad intelligendum tardi: *cùm autem dicit, *Simplices & recti mihi adhæſerunt*, juſtos intelligit: quemadmodum & hoc in loco dicit, quòd Dominus improbum avellat, & hominem innocentem ejus vice inſerat & plantet, illum enim ſupplicio afficit. Si quis autem pius extiterit, & à malo alteri inferendo abſtinuerit, licèt extrema quæque patiatur, largam ei providentiam Deus impartitur. Pſal.24.21.

Πᾶν δὲ δῶρον ἀσεβοῦς οὐ δέξεται. ἀληθινῶν δὲ στόμα ἐμπλήσει γέλωτος, τὰ δὲ χείλη αὐτῶν ἐξομολογήσεως.

Non verò ullum munus impii accipiet. Veracium autem os implebit riſu, labia autem eorum confeſſione.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Εἰπὼν τὴν τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ τοὺς εὐσεβεῖς πρόνοιαν, τὴν ἀποστροφὴν αὐτοῦ τὴν περὶ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν προσφερόμενα, διδάσκει· εἶτα τὴν ὑπ' αὐτοῦ παρεχομένην εὐφροσύνην τοῖς δικαίοις, καὶ ὑμνῳδίαν ἐγγράφει, καὶ τῶν ἀσεβῶν τὴν μετ' αἰσχύνης κηρύττει ἀπώλειαν· τὰ μὲν γὰρ δῶρα, φησὶ, τῶν ἀσεβῶν οὐ δεκτὰ παρὰ τῷ Θεῷ, τούτων γὰρ οὐδὲ τὰς τιμὰς προσίεται· τοὺς δὲ γνησίᾳ τῇ διαθέσει αὐτὸν εὐσεβοῦντας, εὐφροσύνης ἐμπίμπλησιν, ὡς εὐθηνουμένους ἀγαλλιᾶσθαι καὶ δοξάζειν τὸν Θεόν. ἔοικε δὲ ἐσχηματισμένως λέγειν πρὸς τὸν Ἰὼβ, ὅτι πάλαι ἐσχημάτιζου τὴν ἀρετὴν, διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς καταγνοὺς τῆς ὑποκρίσεως, δίκην ἐπράξατο· οὐδὲ τὰς δοκούσας εἶναι τιμὰς προσιέμενος, οὐδὲ τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἃς προσέφερες, ἐπεὶ μὴ ἦσθα ἀληθινός.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Poſtquam Dei erga pios providentiam enarrâſſet, odium ejus erga impios, & munera quæ ab eis offeruntur, docet: deinde lætitiam quam juſtis exhibet, & laudis argumenta ſcripto inſerit, & impiorum cum dedecore interitum prædicat; Dona enim impiorum, inquit, Deo accepta non ſunt, neque illorum honores admittit; Lætitiâ verò & gaudio eos complet, (ut rerum omnium copiâ abundantes, exultent & Deum laudent) qui propoſito recto & affectu pio eum venerantur. Videtur autem oratione figurata Jobum ſic alloqui; Virtutem olim falsò præ te tuliſti; quare Deus, condemnatâ tuâ hypocriſi, ſupplicium de te ſumpſit: & quia verus nequaquam eras, nec honores ſpecie apparentes, nec munera & ſacrificia quæ obtuliſti, admiſit.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀληθινός ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ μὴ ὑποκρινόμενος μηδὲ ἐπιμορφιζόμενος τὴν ἀρετὴν, ὁ μὴ σχηματιζόμενος σωφροσύνην, ἀλλὰ σώφρων ὢν, τὸ δίκαιον δικαίως διώκων. τούτων οὖν τῶν ἀληθινῶν τὸ στόμα ἐμπλήσει ὁ Θεὸς γέλωτος, τουτέστιν, ἀγαλλιάσεως. ἀντὶ δὲ τῆς ἐξομολογήσεως, ἀλαλαγμοῦ, εἶπον οἱ ἄλλοι.

DIDYMI. Verax ille eſt, qui virtutem non ſimulat, neque falſo prætextu aut ſpecie temperantiam velat, ſed cum ſobrietate juſtum juſtè perſequitur. Horum igitur veracium Deus os *riſu implebit*, id eſt, lætitiâ. Pro, *Confeſſione* autem, alii, *Exultationem*, dixerunt.

In-

Inimici autem eorum induentur confuſione, & tabernaculum impii non erit.

Οἱ δὲ ἐχθροὶ αὐτῶν ἐνδύσονται αἰσχύνην, δίαιτα δὲ ἀσεβοῦς οὐκ ἔσται.

Iuſtorum inimici, ſpe quam de iis conceperunt fruſtrati, pudore ſuffundentur; omniſque impiorum converſatio evertetur, & memoria illorum interibit. Per omnia autem hic oſtendere conatus eſt, propter impietatem erga Deum, mutationem ſtatûs Jobo contigiſſe.

Οἱ μὲν τῶν δικαίων ἐχθροὶ, αἰσχύνην ὀφλήσουσι, τῆς ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐλπίδος ἐκπεσόντες· τῶν δὲ ἀσεβῶν πᾶσα διαγωγὴ διατραπήσεται, καὶ τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἀπολεῖται. δι᾽ ὅλων δὲ καὶ τοῦτο δεῖξαι ἐπειράθη, ὡς ἡ μεταβολὴ τοῦ Ἰὼβ δι᾽ ἀσέβειαν γέγονε.

PROTHEORIA CAPITIS SEPTIMI.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ.

Cap. 8.3. OLYMPIODORI. Poſtquam Baldadus dixiſſet, *Numquid Dominus injuſtè aget judicans? aut qui omnia fecit, turbabit juſtitiam?* Jobus juſto Dei ju-
Cap. 9.1. dicio aſſenſum præbet, dicens, *Verè ſcio quia ita eſt:* cum multa autem confidentia Deum juſtum eſſe aſſeverans, ſapientem, potentem, & magnum eſſe prædicat, & quòd difficile ſit cuiquam cum eo contendere. Deinde Dei potentiam, & naturæ incomprehenſibilitatem pluribus adſtruit, & neminem coram Deo juſtum eſſe, niſi ex gratia, aſſerit; ac nullius ſceleris ſibi conſcium ſe eſſe, non tamen propterea juſtificatum eſſe. Poſtea vitæ brevitatem pro ſupplicatione obtendit, dicitque, Si tanquam unus ex impiis punior, ſatius mihi eſſet emori. Eximiâ autem charitate erga Deum timorem cum perturbatione conjunctum ſuperans, poſtquam amicis perſuadere non poterat, propter peccata ſe punitum non fuiſſe, juſto Dei judicio plurimùm fretus, & probè ſciens, Dominum non paſſurum, ut vox aliqua injuſta ex ore ſuo excidat, cauſam ſuam judici incorrupto libenter narrat. Hæc igitur non ſunt hominis exacerbati verba, ſed quaſi filii liberè patrem al-

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τοῦ Βαλδὰδ εἰρηκότος, μὴ ὁ Κύριος ἀδικήσει κρίνων; ἢ ὁ τὰ πάντα ποιήσας ταράξει τὸ δίκαιον; συντίθεται ὁ Ἰὼβ τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ, φάσκων, ἐπ᾽ ἀληθείας οἶδα ὅτι οὕτως ἐστίν· ἀποφαινόμενος δὲ μετὰ πολλῆς τῆς πληροφορίας δίκαιον τὸν Θεὸν, φησὶν, ὅτι καὶ σοφός ἐστι, καὶ δυνατὸς, καὶ μέγας, καὶ χαλεπὸν τινὶ πρὸς Θεὸν ἀντιτείνειν. Εἶτα κατασκευάζει διὰ πλειόνων τοῦ Θεοῦ τὸ δυνατὸν, καὶ ἀκατάληπτον, καί φησιν, ὅτι οὐδεὶς δίκαιος παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ κατὰ χάριν· καὶ ὅτι οὐδὲν μὲν σύνοιδεν ἑαυτῷ, πλὴν οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωται. Εἶτα τοῦ βίου τὸ ὀλιγοχρόνιον εἰς ἱκετηρίαν προβάλλεται, καί φησιν, ὅτι εἰ ὡς ἀσεβὴς κολάζομαι, ἄμεινόν μοι ἦν τὸ ἀποθανεῖν. ὑπὸ δὲ τῆς πολλῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης τὸν ἐμπαθῆ φόβον ὑπερβὰς, ἐπειδὴ μὴ πείθει τοὺς φίλους, ὅτι οὐ δι᾽ ἁμαρτίας κολάζεται, πρὸς τὸν ἀδέκαστον Θεὸν ἡδέως τὴν ἑαυτοῦ λέγει δίκην, σφόδρα θαῤῥῶν τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ, εἰδὼς ὅτι οὐκ ἀνέξεται Κύριος ἄδικόν τι φθέγξασθαι. Ταῦτα οὖν οὐ τραχυνομένου τινὸς εἰσὶ τὰ ῥήματα, ἀλλ᾽ ὡς υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα παῤῥησιαζομένου,

παζουσίῳ, καὶ μονονουχὶ λέγοντος· ἡδέως σοι, ὦ πάτερ, δικάζομαι, οἶδα γὰρ ὅτι ψεύδεσθαι οὐκ ἀνέχῃ. ὁ δὲ ταῦτα λέγων ὑπερβαλλόντως τιμᾷ τὸν Θεὸν, ὡς δίκαιον, καὶ ἀληθῆ, καὶ ἀπροσωπόληπτον· ἐκ ταύτης δὲ τῆς διαθέσεως τὴν πρὸς Θεὸν αἰτεῖ διαδικασίαν. καὶ πάλιν, ἐπειδὴ ὅλως ἐτόλμησε λαλῆσαι, σύγγνωθι, φησὶν, ὦ δέσποτα, αἱ γὰρ περιστᾶσαι ὀδύναι, καὶ ὅλως φθέγξασθαί με παρεσκεύασαν. καὶ πάλιν, τὸ φιλάνθρωπον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀμνησίκακον, καὶ μεγαλόδωρον παρεισάγει, καὶ ἱκετεύει ὡς ποιητὴν φείσασθαι τοῦ ποιήματος· καὶ τὸ δυνατὸν τοῦ Θεοῦ παρίστησι, καὶ αἰτεῖ τινος ἀναψύξεως τυχεῖν πρὸ τελευτῆς, οὐχ οὕτως οἶμαι, διὰ τὸ τῶν βασάνων ἀπαλλαγῆναι, ὡς ἵνα πληροφορηθῇ ζῶν, ὅτι οὐκ ὀργίζεται αὐτῷ ὁ Θεὸς, οὐδὲ * ἀποῤῥίπτει αὐτὸν εἰς σκότος, ἐκ τοῦ φωτεινοτάτου ἑαυτοῦ προσώπου.

* ἴσ. ἀποῤῥίψει.

loquentis, & ad hunc ferè modum dicentis; Libenti animo, Pater, judicio tecum contendo; novi enim quòd mentiri non ſuſtineas. Qui autem hæc dicit, Deum tanquam juſtum, verum, & perſonarum acceptionem abhorrentem, ſupra modum honorat: atque hoc animi affectu litem cum Deo conteſtari poſtulat. Et rurſus, quia os aperire auſus eſſet, Da veniam, inquit, Domine; dolores enim qui me undique circumſtant, ſermonem mihi extorſerunt. Denique, Dei benignitatem erga humanum genus, malorum oblivionem, & munificentiam in medium affert; ſuppléxque rogat, ut tanquam opifex & creator ſuo opificio parcere velit. Dei etiam poteſtatem proponit, & ante obitum requie & refocillatione aliqua potiri poſtulat; ídque, ut autumo, non tam ut à tormentis liberari, quàm ut vivus firmam perſuaſionem habere poſſit, Deum ſibi minimè excandeſcere, nec à lucidiſſimo ſuo vultu ad tenebras ablegaturum eſſe.

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἰὼβ, λέγει· ἐπ' ἀληθείας οἶδα ὅτι οὕτως ἐστίν.

RESPONDENS autem Job, ait, Verè ſcio quia ita eſt. CAP. IX.

ΟΛΥΜΠΙΩΔΩΡΟΥ. Οἶδα κἀγὼ, φησὶν, ὅτι οὐκ ἄδικος ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ κολάζων τοὺς ἀσεβεῖς, κατὰ τὸν τοῦ δικαίου κολάζει λόγον. δεικνὺς δὲ, ὅτι τοῦτο τὸ δόγμα παρ' ἑαυτῷ πάγιον ἔχει, οἱονεὶ μεθ' ὅρκου πιστοῦται τὸν λόγον, φήσας, ἐπ' ἀληθείας οἶδα ὅτι οὕτως ἐστίν.

OLYMPIODORI. Novi, inquit, ego, quòd Deus injuſtus non ſit, immo verò impios puniens, juxta æquitatis normam ſupplicium de eis ſumat. Ut autem dogma hoc ratum & firmum ſibi eſſe oſtenderet, quaſi jurejurando ſermonem confirmat, dicens, *Verè ſcio quia ita eſt.*

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πόσης φιλοσοφίας ταῦτα τὰ ῥήματα; οἶδα, φησὶν, ὅτι οἱ ἀσεβεῖς ἀπόλλυνται, οἱ δὲ δίκαιοι οὐχί. ὁρᾷς πῶς οὐδαμῶς καταγινώσκει τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν.

CHRYSOSTOMI. Quantam philoſophiam verba hæc præ ſe ferunt? Novi, inquit, quòd impii interitui obnoxii ſint, juſti autem non item. Vides ut Deum injuſtitiæ neutiquam accuſet.

ΟΛΥΜΠΙΩΔΩΡΟΥ. Οὕτω δὲ προοιμιάσατο, τοὺς ἐφεξῆς ἑαυτοῦ λόγους * προασφαλιζόμενος, ἵνα ὅταν λέγῃ, ἡδέως κρίνομαι πρὸς τὸν Θεὸν, μή τις ὑπολάβῃ, ὅτι ὡς ἄδικα πάσχων ταῦτά φησιν, ἀλλ' ὅτι θαῤῥῶν τῇ τοῦ Θεοῦ

* ἴσ. προασφαλισάμενος.

OLYMPIODORI. Ejuſmodi verò procemio uſus eſt, ut ſermonem ſuum inſequentem præmuniret, ne, ſcilicet, ſuſpicetur quiſpiam (cùm dicentem eum audit, Libenter cum Deo judicio decerno) tanquam iniqua paſſum hæc loqui; ſed quòd

juſto Dei judicio, ſuâ ipſius juſtitiâ, & charitate erga Deum fretus, verba illa protulerit; juxta id quod dictum eſt, *Si cor noſtrum non reprehenderit nos; fiduciam habemus ad Deum.* Quòd igitur nullius peccati conſcius fuerit, ex ipſius verbis perſpicuum eſt. Verùm cùm intelligeret, diſtricto & exacto Dei judicio neminem à peccati labe purum eſſe, ſubjungit.

1 Joh. 3. 21.

δικαιοκρισίᾳ, καὶ τῇ ἑαυτοῦ δικαιοσύνῃ, καὶ τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ τοὺς λόγους προφέρει· κατὰ τὸ εἰρημένον, ἐὰν μὴ ἡ καρδία ἡμῶν καταγινώσκῃ ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν. ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν ἑαυτῷ συνῄδει ἁμάρτημα, πρόδηλον ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων. ἐπιστάμενος δὲ πάλιν, ὡς πρὸς τὴν θείαν ἀκρίβειαν οὐδείς ἐστιν ἀναμάρτητος, ἐπιφέρει.

Quomodo enim erit juſtus mortalis apud Dominum? ſi enim voluerit judicari cum eo, non obaudiet ei, ut non contradicat ad unum ſermonem ejus de mille; ſapiens eſt enim mente, robuſtúſque, & magnus.

Πῶς γὰρ ἔσται δίκαιος βροτὸς παρὰ Κυρίῳ; ἐὰν γὰρ βούληται κριθῆναι αὐτῷ, οὐ μὴ ὑπακούσῃ αὐτῷ, ἵνα μὴ ἀντείπῃ πρὸς ἕνα λόγον αὐτοῦ ἐκ χιλίων· σοφὸς γάρ ἐστι διανοίᾳ, κραταιός τε καὶ μέγας.

OLYMPIODORI. Verùm & hoc novi, inquit, diſtricto Dei judicio neminem juſtum eſſe, neque in ejus conſpectu juſtificatum iri omnem viventem, niſi merâ ſuâ gratiâ juſtificare quẽpiam voluerit; ſin minùs, contra eum os aperire non licet. Poterit quidem juſtus aliquis eſſe, ſi cum aliis hominibus conferatur; ſi autem cum Domino Univerſi comparetur; *Quomodo juſtus erit mortalis?* (Deus enim judicando tyrannidem non exercet, ſed judicato perſuadet, & ut ſententiam ejus in bonam partem accipiat, facit) vel quomodo Deo exæquabuntur qui terram incolunt, cùm inter eos maximum ſit diſcrimen? Nam ſi in jus deſcendere cum homine Deus voluerit, homo Dei vocem audire, & os ſuum contrà aperire omnino non poterit; nec uni quidem è mille verbis, tanquam perperam à Deo prolato, contradicere valet. Impoſſibile enim eſt, ut ipſa ſapientia non omnia ſciat, etiam ea quæ nos fugiunt; & ut ſapiens (non verborũ cõpoſitione, ſed ſenſu) inſipiens aliquod loquatur, & reprehẽſione dignũ fieri nequit: præter ſapientiã autem, omnipotentiâ & naturæ majeſtate ornatus eſt.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο οἶδα, φησὶν, ὅτι οὐδεὶς πρὸς τὴν θείαν ἀκρίβειαν δίκαιος, οὐδ' οὐ μὴ δικαιωθῇ ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶς ζῶν, εἰ μὴ γὰρ μόνον κατὰ χάριν ἐθελήσῃ δικαιῶσαι· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἔστι πρὸς αὐτὸν * διᾶραι. δύναται μὲν γὰρ γενέσθαι τις δίκαιος συγκρίσει ἀνθρώπων, ὡς δὲ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Κύριον, πῶς ἔσται δίκαιος βροτός; οὐ γὰρ τυραννικῶς κρίνων ὁ Θεὸς, ἀλλὰ πείθει τὸν κρινόμενον, καὶ ποιεῖ αὐτὸν θελῆσαι παραδέξασθαι αὐτοῦ τὴν ἀπόφασιν· ἢ πῶς οἱ ἐπὶ γῆς πρὸς Θεὸν ἰσωθήσονται, ὧν πλείστη δήπου διαφορά; ἐὰν γὰρ ἐθελήσῃ ὁ Θεὸς κρίνεσθαι μετὰ ἀνθρώπου, ἀμηχανεῖ ὅλως ὁ ἄνθρωπος ὑπακοῦσαι, καὶ διᾶραι τὸ στόμα· οὐ γὰρ δύναται, χιλίους λόγους λέγοντος τοῦ Θεοῦ, καὶ πρὸς ἕνα γοῦν μόνον ἀντειπεῖν, ὅτι κακῶς ἐῤῥέθη. τὴν γὰρ αὐτοσοφίαν ἀμήχανον μὴ πάντα εἰδέναι, καὶ τὰ ἡμᾶς διαλανθάνοντα· ἀμήχανον δὲ καὶ ἄσοφόν τι λαλῆσαι, ἢ ἐπιλήψιμον, τὸν σοφὸν, οὐ συνθέσει λόγων, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ· μετὰ δὲ τοῦ σοφοῦ, ἔχει καὶ τὸ παντοδύναμον, καὶ τὸ τῆς φύσεως μεγαλεῖον.

* ἴσ. ſuppl. τὸ στόμα.

POLYCHRONII. Si quis judicio

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Εἴ τις

οὖν

οὕτω ἐθελήσοι κριθῆναι πρὸς τὸν Θεὸν, οὐδὲ λόγου ἀξιοῦται· ὑπερφρονῶν γὰρ τῆς τῶν ἀνθρώπων εὐτελείας, ἕνα γοῦν πρὸς χιλίους οὐκ ἀποκρίνεται. διπλῆ τοίνυν τοῦ ῥητοῦ ἡ διάνοια, ἡ μὲν τὸν Θεὸν ὑπερφρονοῦντα εἰσάγουσα, καὶ μὴ ἀποκρινόμενον, ἡ δὲ τὸν ἄνθρωπον ποιοῦσα ἀπορροῦντα, καὶ μὴ δυνάμενον ἀντειπεῖν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πάλιν δὲ σημειωτέον, ὡς ταῦτα προείρηκεν ὁ δίκαιος, μονονουχὶ λέγων τὸ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ, καὶ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν· ἵνα ἐὰν ἀκούσωμεν αὐτοῦ βουλόμενον κρίνεσθαι πρὸς τὸν Θεὸν, μὴ ὑπολάβωμεν, ὅτι φησὶν, ἄδικα πάσχω, καὶ δύναμαι, κρινόμενος πρὸς Θεὸν, ἀπελέγξαι αὐτὸν οὐ δίκαια ποιοῦντα· ἄπαγε, πόρρω γὰρ ταῦτα τῆς τοῦ μεγάλου καὶ φιλοθέου Ἰὼβ μεγαλονοίας· ἀλλ' ἵνα μάθωμεν, ὅτι τὰς μὲν παρὰ ἀνθρώποις κρίσεις φεύγει, οἷα ἢ κατὰ ἄγνοιαν λαλούντων, ἢ πρὸς χάριν τινός· ὃ δὴ πεπόνθασιν οἱ αὐτοῦ φίλοι, πεπλανημένοι περὶ τοὺς τῆς προνοίας λόγους, καὶ οἰόμενοι Θεῷ συνηγορίαν νέμειν, διὰ τοῦ καταψηφίζεσθαι τοῦ δικαίου. ἀξιοῖ δὲ, καὶ ἱκετεύει αὐτὸν αὐτῷ καταστῆναι τὸν ἀψευδῆ Θεὸν εἰς κρίσιν, ὡς ἂν διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀληθείας ἀποδειχθῇ μὴ δι' ἁμαρτίας κολαζόμενος.

Τίς σκληρὸς γενόμενος ἐναντίον αὐτοῦ ὑπέμεινε;

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τοῦτο Ἀκύλας, καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν εἰρήνευσεν, ὁ δὲ, διετέλεσεν, ἐξέδωκεν. ἀλλ' οὐδὲ τραχυνόμενός τις, φησὶ, κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀτιμώρητος ἀπέρχεται, ἀλλὰ κἂν πρὸς βραχὺ συγχωρηθῇ, ἀλλ' οὐχ ὑπομενεῖ. τίς δὲ ἐτραχύνθη κατὰ τοῦ Θεοῦ; Φαραὼ, αὐτὸς ὁ διάβολος, ἐναντίον γὰρ Κυρίου παντοκράτορος ἐτραχηλίασε· καὶ πάντες δὲ σκληροὶ γεγόνασιν ἐναντίον αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, οἱ τὰς λιθίνας καρδίας ἔχοντες, πρὸς οὓς εἴρηται, οἶδα ὅτι σκληρὸς εἶ, καὶ νεῦρον σιδηροῦν ὁ τράχηλός σου.

cum Deo contendere voluerit, ne ſermone quidem dignum eum judicat Deus; vili enim hominis conditione contemptâ, uni verbo de mille non reſpondet. Senſus igitur hujus dicti duplex eſt; unus, qui Deum contemnentem, & reſpondere negantem introducit; alius verò, qui hominem hæſitantem facit, & qui contradicere nequeat.

OLYMPIODORI. Rurſus animadvertendum eſt, quòd Juſtus hæc præfatus ſit, verba beati David ferè uſurpans, *Et non intres in judicium cum ſervo tuo, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens*; ut ſi audiverimus, velle eum judicio cum Deo contendere, ne ſuſpicemur eum dicere, Iniqua patior, & ſi litem Deo movero, injuſtas ejus actiones redarguere poſſum (Apage; hæc enim à magni Jobi, & Deum amantis, magnanimitate longè aberant) ſed ut diſcamus, hominum judicia illum devitare, tanquam imperitè, vel in gratiam alicujus loquentium: quod & ejus amici paſſi ſunt, qui circa divinæ providentiæ rationem hallucinabantur, & Deo patrocinari ſe arbitrabantur, quia juſtũ hominem condẽnâſſent. Poſtulat autem, & ſuppliciter precatur, ut Deus ipſe, qui verax eſt, judex ſibi conſtituatur, ut propter peccata minimè puniri, vero Dei judicio demonſtrari poſſit. Pſal. 142. 2.

Quis durus factus contra eum permanſit?

POLYCHRONII. Pro, *Permanſit*, Aquila quidem, *Pacem habuit*, Symmachus verò, *Perſtitit*, reddidit. Sed nemo, inquit, contra Deum exacerbatus, impunitus abit; licèt enim ad breve tempus indulgentia ei conceſſa fuerit, non tamen permanebit. Quis autem contra Deum exaſperatus fuit? Pharao, ipſe diabolus, *Contra Dominum enim omnipotentem induravit cervicem*; omnéſque qui corda lapidea habent, contra Deum obdurnerunt; quibus dictum eſt, *Novi quòd durus es, & nervus ferreus collum tuum.* Iob. 15. 25. Eſ. 48. 4.

OLYMPIODORI. Rurſus verò Jobus præmunitione uſus, hoc poſuit, ut intelligamus, nequaquam eum exacerbatum, ſed ſupplicem, & divina veritate nixum, verba ſua proferre. Qua enim ratione animo exaſperato eſſe poteſt, qui nihil homini prodeſſe novit, ſi contra Deum duriorem ſe præbeat? Et quidem, non multo poſt tempore, ſed in ipſis quæ ſtatim ſequuntur verbis, poſtquam ejuſmodi procemio uſus fuiſſet, & mentem noſtram ſufficienter muniiſſet, Dei poteſtatem explicat; unicuique propemodum ſuadens, ne ei obloqui audeat, qui tanta poteſtate, tanto robore, & majeſtate præditus eſt, & qui juſtitiam in nullo perturbari aut ſupplantari ſinit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πάλιν δὲ καὶ τοῦτο προασφαλιζόμενος τέθεικεν ὁ Ἰώβ, ἵνα γνῶμεν, ὅτι οὐδαμοῦ τραχυνόμενος, ἀλλ' ἱκετεύων, καὶ θαρρῶν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀληθείᾳ, τοὺς λόγους προφέρει. ὁ γὰρ εἰδὼς, μὴ συμφέρον εἶναι σκληρὸν φαίνεσθαι κατὰ τοῦ Θεοῦ, πῶς ἂν αὐτὸς ἐτραχύνετο; καίτοι, μηδὲ πολλοῦ παρελθόντος χρόνου, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐφεξῆς λόγοις, οὕτω προοιμιασάμενος, καὶ ἱκανῶς ἡμῶν τὴν γνώμην ἀσφαλισάμενος, τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἐξηγεῖται· μονονουχὶ ἑκάστῳ παραινῶν, μηδόλως τολμᾷν ἀντιφθέγγεσθαι τῷ τοσαύτην μὲν τὴν δύναμιν, τοσαύτην δὲ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν μεγαλειότητα, καὶ μὴ ἀνεχομένῳ κατὰ μηδὲν ταράξαι ἢ σκελίσαι * τὸ δίκαιον. * ἴσ. τῷ.

Qui in vetuſtatem perducit montes, & neſciunt; qui ſubvertit eos in ira.

Ὁ παλαιῶν ὄρη, καὶ οὐκ οἴδασιν, ὁ καταστρέφων αὐτὰ ὀργῇ.

OLYMPIODORI. Hoc Symmachus apertiùs interpretatus eſt, *Qui aufert montes, & è conſpectu removet eos.* Quænam verò vis eſt hujus verſûs? Ad literam quidem; Qui nullo, inquit, negotio montes evanidos reddit; ſecundùm illud,
Pſ.103.33. *Qui tangit montes, & fumigant.* Ad ſenſum verò, Qui ab hominibus, illis etiam inſciis, diaboli inſidias, quæ eorum vires exſuperant, transfert & amolitur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τοῦτο σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν, ἐξαίρων ὄρη, καὶ ἀδηλοποιῶν αὐτά. τίς δὲ ἡ τοῦ στίχου δύναμις; πρὸς μὲν τὸ ῥητόν· ὁ τὰ ὄρη, φησὶν, ἐξαφανίζων μετ' εὐκολίας· κατὰ τὸ, ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται. πρὸς δὲ διάνοιαν, ὁ διαφέρων τὰς ὑπερεχούσας τοῦ πονηροῦ, ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλὰς, καὶ ἀγνοούντων αὐτῶν.

DIDYMI. Alios etiam novi montes,
Pſal.120.1. Moyſem, & Prophetas, *Levavi oculos meos in montes.* Chriſtus abrogat prius Teſtamentum, nec animadvertunt Judæi, quibus
Ioh.5.46. dictum eſt, *Si Moyſi crederetis, crederetis forſitan & mihi.* Ipſe, quoad literam montes Jeruſalem, & Sanctuarium evertit: ipſe Solem, & aſtra ſuo ipſius ſplendore obſcurat. Papæ! Qualia dicit homo morbidus & exulceratus, teſtam habens, & ſaniem radens, homo ſedens in ſterquilinio? *Qui in vetuſtatem perducit montes, & neſciunt.* Videamus igitur cujuſmodi ſint hæc verba, & quinam montes vetuſtate exoleverint, ac de quibus illud intelligendum veniat, *Et neſciunt.*

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἶδα καὶ ἄλλα ὄρη, Μωϋσέα, καὶ τοὺς Προφήτας, ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη. Χριστὸς παλαιοῖ τὴν προτέραν διαθήκην, καὶ οὐκ οἴδασιν Ἰουδαῖοι, πρὸς οὓς εἴρηται, εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. ὁ αὐτὸς δὲ καὶ κατέστρεψε τὰ μέχρι γράμματος ὄρη τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ ἁγίασμα· ὁ αὐτὸς δὲ καὶ τὸν ἥλιον ἀμαυροῖ τῇ ἑαυτοῦ λαμπρότητι, καὶ τοὺς ἀστέρας. βαβαί· οἷα λέγει ἄνθρωπος νοσῶν καὶ ἑλκούμενος, ὄστρακον ἔχων, καὶ τὸν ἰχῶρα ξέων, ἄνθρωπος ἐπὶ κοπρίας καθεζόμενος; ὁ παλαιῶν ὄρη, καὶ οὐκ οἴδασι. τίνες οὖν εἰσιν οἱ λόγοι, ἴδωμεν· καὶ περὶ ποίων ὀρέων παλαιουμένων, καὶ * ὑπὸ τίνων, καὶ οὐκ οἴδασιν. * ἴσ. ὑπ. ἦλθεν

ἦλθεν Ἰησοῦς ὁ καταστρέφων τὴν κατὰ τὸ γράμμα ἐκδοχήν, καὶ τοὺς ταύτῃ μετὰ τὴν χάριν ἐμμένοντας, περὶ ὧν φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργή· τὰ πεπαλαιωμένα κατεστράφη, πεπαλαίωται τὰ τοῦ γράμματος, ἀνακεκαίνωται τὰ τοῦ πνεύματος· ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. παράδοξον ὁ Ἰησοῦς πεποίηκεν ἐλθών, τοὺς αὐτοὺς προφήτας καὶ πεπαλαίωκε, καὶ ἀνεκαίνισεν.

Vênit Jeſus, qui expectationem ſecundùm literam, & eos qui poſt gratiam in ea perſeverant, delet; de quibus dicit Apoſtolus, *Pervênit autem ſuper eos ira*; vetera enim deleta ſunt; quæ ad literam pertinent vetuſtatem induerunt; inſtaurata ſunt quæ ſunt ſpiritûs, ut ſerviamus in novitate ſpiritûs, & non in vetuſtate literæ. Chriſtus adventu ſuo admirabile quiddam, & contra omnium opinionem fecit, eoſdem Prophetas & antiquavit, & innovavit.

1 Theſ. 2.16.

Rom. 7.6.

Ὁ σείων τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἐκ θεμελίων, οἱ δὲ στύλοι αὐτῆς σαλεύονται.

Qui commovet eam quæ ſub cœlo à fundamentis: columnæ autem ejus quatiuntur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Στύλους τὰ στηρίγματά φησιν· ἐν αὐτῷ γάρ ἐστι τῷ θεμελιώσαντι, καὶ στηρίξαντι, ὡς αὐτὸς οἶδε, καὶ σαλεῦσαι. ὅμοιον δὲ ἐν ψαλμοῖς, ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κομψότερον δέ τινες. οἱ στύλοι ἦσαν τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι· οὗτοι γὰρ παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους Ἰησοῦ ἐσαλεύθησαν, πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. σεισμοὶ δὲ πολλάκις γεγόνασιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' οἱ γενόμενοι σεισμοί, οἱ πρὸ Χριστοῦ, καὶ μετὰ Χριστόν, ἐκ μέρους γεγόνασιν· ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐ γέγονε * μερικὸς ὁ σεισμός, ἀλλ' ὅλη ἡ γῆ ἐσείσθη ἐξ αὐτοῦ τοῦ κέντρου.

* [illegible]

OLYMPIODORI. Columnas, fulcimenta dicit; eſt enim in poteſtate illius qui fundavit, & ſtabilivit, prout ipſi libitum eſt, eam commovere. Par huic illud in Pſalmis, *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere.* Pſ. 103. 32.

DIDYMI. Concinniùs verò nonnulli. Columnæ erant Domini mei Jeſu Chriſti Apoſtoli; hi enim tempore quo Jeſus patiebatur commoti erant; *Omnes vos ſcandalizabimini in me in nocte iſta.* Terræmotus verò ſæpe in terra extiterunt; verùm & qui ante, & qui poſt Chriſtum contigerunt, partem tantùm aliquam terræ concuſſerunt: tempore autem Domini mei Jeſu Chriſti, pars aliqua terræ mota non fuit, ſed tota terra ab ipſo centro conquaſſata eſt. Matt. 14. 27

Ὁ λέγων τῷ ἡλίῳ, καὶ οὐκ ἀνατέλλει.

Qui dicit Soli, & non oritur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οὐχ ὡς ἀκούοντος τοῦ ἡλίου, φησίν, ἀλλὰ τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐξουσίας ἐμφαίνων.

OLYMPIODORI. Non tanquam Sol audiret, inquit; ſed magnificentiam poteſtatis ejus oſtendit.

Κατὰ δὲ ἄστρων κατασφραγίζει.

Contra ſydera autem ſignaculum ponit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τουτέστιν, ἀποκλείει. δύναται, φησί, καὶ τῷ ἡλίῳ ἐπιτάττειν κατὰ χώραν μένειν, καὶ μὴ ἀνατέλλειν, καὶ τὰ ἄστρα ἀποκλείειν, ὥστε μὴ φωτίζειν τὴν γῆν.

EJUSDEM. Hoc eſt, intercludit. Poteſt, inquit, Soli imperare, ut in loco permaneat, nec exoriatur; aſtra etiam prohibere, quo minùs terram illuſtrent.

DIDYMI. Fertur autem, quòd tempore paſſionis, tribus horis quibus Sol defecerat, ſydera etiam tum, tanquam in nocte, apparuiſſe.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Φέρεται δὲ, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἐν ταῖς τρισὶν ὥραις, ἐν αἷς ὁ ἥλιος ἐξέλιπε, τηνικαῦτα καὶ ἀστέρες ἐφάνησαν, ὡς ἐν νυκτί.

Qui extendit cœlum ſolus.

Ο τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος.

POLYCHRONII. Verùm & cœlum, inquit, nullo negotio diſtendit; ſecundùm illud, *Extendens cælum ſicut pellem.* Chriſtus autem illud extendit, ut canit David, *Verbo Domini cæli firmati ſunt*; filius autem Dei unigenitus Verbum eſt.

Pſal.103.2. Pſal.32.6.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν, φησὶ, μετ' εὐκολίας διέτεινε· κατὰ τὸ, ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν. ὁ Χριστὸς δὲ καὶ τοῦτον ἐτάνυσεν, ὡς ψάλλει Δαβὶδ, τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν· λόγος δὲ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ παῖς.

Et ambulat ſuper mare, tanquam ſuper pavimentum.

Καὶ περιπατῶν, ὡς ἐπ' ἐδάφους, ἐπὶ θαλάσσης.

EJUSDEM. Secundùm hiſtoriam quidem; Qui pedibus, inquit, etiam mare ſubſtratum habet; qui propter naturam, quæ materiæ expers eſt, omnia permeat, & omnibus præſens adeſt. Videtur autem prophetice Verbi etiam incarnationem innuere, quando Dominus, in fluctuum ſuperficie ambulans, ad navem Apoſtolicam accedebat; ſecundùm illud, *In mari via ejus*; hoc enim à Verbo incarnato factum eſt.

Pſal.76.20.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν· ὁ καὶ τὴν θάλασσαν, φησὶν, ὑπὸ πόδας ἔχων, καὶ διὰ τὸ τῆς φύσεως ἄϋλον, διὰ πάντων ὁδεύων, καὶ πᾶσιν ἐφιστάμενος. ἔοικε δὲ προφητικῶς καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ λόγου σημαίνειν, ὅτε πρὸς τὴν ἀποστολικὴν ὁ Κύριος ὁλκάδα παρεγίνετο, ἐπ' ἄκρων τῶν κυμάτων βαδίζων, κατὰ τὸ, ἐν θαλάσσῃ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ· καὶ τοῦτο γὰρ ἐνανθρωπήσας ὁ λόγος πεποίηκεν.

Qui facit Pleiada, & Heſperum, & Arcturum, & penetralia Noti.

Ο ποιῶν Πλειάδα, καὶ Ἕσπερον, καὶ Ἀρκτοῦρον, καὶ ταμεῖα Νότου.

OLYMPIODORI. Sub nomine celebriorum ſyderum reliqua complexus eſt, ac ſi diceret, Qui omnem cœli ornatum diſtinxit. Per Notum autem, alii etiam venti ſignificantur: ventorum autem theſauros, promptuaria vocavit, ut intelligamus, cauſam & rationem ventorum captum noſtrum tranſcendere. Hebræus verò inquit, *Et omnia aſtra circumdantia Notum* (ut promptuarii nomine aſtrorum multitudo in ea plaga apparentium, indicetur) hoc eſt, aſtra quæ in Auſtrali parte cœli, tanquam in promptuario recondita ſunt. Differt autem aſtrum à ſtella, eò quòd aſtrum conſtet ex

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἀπὸ μὲν τῶν περιφανεστέρων ἀστέρων τοὺς λοιποὺς περιέλαβε, καὶ οἱονεὶ εἶπεν, ὁ πάντα * τὸν οὐρανὸν ποικίλας κόσμον. ἀπὸ δὲ τοῦ Νότου, καὶ τοὺς ἄλλους ἀνέμους ἐσήμανε· ταμεῖα δὲ, τοὺς θησαυροὺς τῶν ἀνέμων ἐκάλεσεν, ἵνα γνῶμεν, ὅτι ἀνέφικτοί εἰσιν οἱ περὶ τῶν ἀνέμων λόγοι. ὁ δὲ Ἑβραῖος, καὶ πάντα τὰ ἄστρα τὰ κυκλοῦντα Νότον, φησὶν, ὡς δηλοῦσθαι τὸ πλῆθος τῶν αὐτόθι φαινομένων ἄστρων, ἐν τῇ τοῦ ταμείου προσηγορίᾳ, τουτέστι, τὰ ἄστρα τὰ κρυπτόμενα ἐν τῷ νοτίῳ μέρει τοῦ οὐρανοῦ. διαφέρει δὲ ἄστρον ἀστέρος, ὅτι τὸ ἄστρον ἐξ ἀστέρων σύγκειται.

* ἴσ. τῷ οὐρανῷ

* ἴσ. ἀνεγκλήτως. * ἴσ. δύναν.

σύγκειται· * ὡς ἀνεγκλήτως μέντοι τούτοις τοῖς ὀνόμασιν ἐχρήσατο. τί * γὰρ ἀδικοῦσι τὴν γραφὴν ὀνομαζόμενα παρ' αὐτῆς οὕτως, ὡς ἀκούοντες οἱ ἄνθρωποι δύνασθαι νοεῖν.

ΒΑΣΙΛ. Μέμνηται καὶ τοῦ Ἀρκτούρου ἡ γραφή, ὃν μεταξὺ τῶν * μερῶν τοῦ Ὠρίωνος ὁρῶ κείμενον, ἀστέρα ὑπόκιρρον· παραπλησίως δὲ καὶ ἡ Πλειὰς ὑπὸ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται, ὡς καὶ ὑπὸ τῶν ἔξωθεν, τῶν παρ' Ἑβραίων, δηλονότι, πολυπραγμονησάντων τὰ ἀπόρρητα. Φαίνονται δὲ ἐν τῇ Πλειάδι ἑπτὰ ἀστέρες, συνεχεῖς καὶ καταπεπυκνωμένοι πρὸς ἀλλήλους, οὐχὶ δὲ ἕξ, ὥσπερ τινὲς οἴονται· κεῖνται δὲ ἐν τριγωνοειδεῖ σχήματι. Ἕσπερος δὲ λαμπρότατός ἐστιν ἀστήρ, ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἑωσφόρος ὀνομάζεται, διὰ τὸ καὶ πρωῒ ἀνατέλλειν, καὶ τὴν ἕω μηνύειν, ἤγουν τὸν ὄρθρον, καὶ τὴν ἡμέραν. ὁ οὖν ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, καὶ τὸν ἀριθμὸν ἔχει πάντων αὐτῶν, καὶ τὰς προσηγορίας. ὀλίγαι δέ εἰσιν ἐκφωνηθεῖσαι, αἷς οἱ Ἕλληνες συγχρησάμενοι, καὶ τὰ λοιπὰ προσυφήναντες παρ' ἑαυτῶν, καὶ μυρίας ὀνομασίας προσαγορεύουσι· τούς τε ἀπλανεῖς ἀστέρας, καὶ τοὺς πλανωμένους. τοὺς μὲν διαιροῦσιν εἰς δώδεκα μέρη, * τοὺς δὲ κατὰ τὸν ζωοφόρον κύκλον, δι' οὗ ὁ ἥλιος τὴν πορείαν ποιεῖται, τοὺς δὲ κατὰ τὸ νότιον, καὶ βόρειον μέρος παραπεπηγότας κατωνόμασαν, ὡς ἐβουλήθησαν.

* ἴσ. μηρῶν.

* ἴσ. delend. τοὺς δὲ.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἐνταῦθα μέντοι ὁ Ἰὼβ εἰπεῖν βούλεται, ὅτι ὁ Θεὸς διὰ τῆς κτίσεως, τήν τε ἑαυτοῦ σοφίαν ἐνεδείξατο, καὶ τὴν περὶ ἀνθρώπους πρόνοιαν· τὴν μὲν τῇ ποικιλίᾳ τῶν φαινομένων, τὴν δὲ τῇ χρήσει, ἧς ἀπολαύειν πεφύκασιν οἱ ἄνθρωποι. πρὸς γὰρ τὰς τῶν ἄστρων ἐπιτολὰς καὶ δύσεις, καὶ τῆς σελήνης τὰς * μειώσεις, γεωργοί τε σπείρουσι, καὶ τῆς γῆς τὴν ἐπιμέλειαν ποιοῦνται, εὐδιεινοῦ καὶ χειμερινοῦ ἀέρος σημεῖα λαμβάνοντες, καὶ ναῦται τὴν θάλασσαν πλέουσιν. ἄλλα μὲν οὖν ἔθνη ἄλλοις ἄστροις τὸν πλοῦν ναύουσι· Φοίνικες δὲ μάλιστα λέγονται πρὸς τὴν μικρὰν Ἄρκτον ἀφορῶντες τὴν θάλασσαν. τῆς μεγαλουργίας οὖν, φησίν, αὐτοῦ τὰ σημεῖα καθ' ἑκάστην ἔνεστιν ὁρᾶν, ἀέρος

* γ. σημειώσεις.

ſtellis : * ſine reprehenſione quidem promiſcuè hæc vocabula uſurpavit. Qua in re igitur S. Scripturam lædunt, ſi ita ab ea nuncupentur, ut ab hominibus audientibus intelligi queant?

* In Græco aliquid deſiderari videtur, & veteris cujuſdam authoris nomen, fortè Ariſtotelis: ſic. Atque ita ſæpenumero in ſcriptis ſuis Ariſtoteles, qui, &c.

BASILII. Meminit etiam Scriptura Arcturi, aſtri ſubrufi, quem inter Orionis femora ſitum video : ſimiliter autem & Pleias à Scriptura, ut à Gentilibus, nominatur, qui, ſcilicet, quæ Hebræorum arcana ſunt, curioſiùs indagant. In Pleiade autem ſeptem apparent ſtellæ, continuæ, & inter ſe confertæ ; non autem ſex, ut nonnulli arbitrantur : ſitum autem habent triangularem. Heſperus verò ſtella eſt lucidiſſima, qui etiam Lucifer appellatur, quia manè oriatur, & Auroram indicet, ſcilicet, diluculum, & diem. *Qui igitur numerat multitudines ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat*, earum omnium & numerum tenet, & nomina. Pauca autem in Scripturis ſunt expreſſa, quibus Græci ſimul utentes, reliqua de ſuo attexuerunt, & infinita nomina indiderunt ; & has quidem, ſtellas fixas, alias errantes vocant ; & has quidem in duodecim partes diſtribuunt, ſecundùm circulum Zodiacum, per quem Sol iter conficit ; aliis verò in Auſtrali & Boreali plaga fixis, pro libitu ſuo nomina indiderunt.

Pſal. 146.4.

POLYCHRONII. Hoc quidem loco dicere vult Jobus, quòd Deus mundi creatione, & ſuam ſapientiam, & providentiam erga homines oſtenderit ; illam quidem in rerum quæ cernuntur varietate, hanc verò in earundem uſu quem homines percipiunt. Ad ſyderum enim ortus, & occaſus, & Lunæ ſeneſcentis imminutiones, agricolæ, ſereni & tempeſtuoſi aëris ſigna obſervantes, ſementem faciunt, ac terram colunt, & nautæ mare navigant. Aliæ autem gentes aliis aſtris navigationes ſuas conficiunt : Phœnices verò præcipuè dicuntur, obſervatâ Urſâ minori, maria trajicere. Ejus igitur magnificentiæ, inquit, argumenta quotidie licet intueri, aëris nempe commu-

commutationes, temporum viciſſitudines, tempeſtatum ſucceſſiones, motum diei & noctis rectè ordinatum: poſt ſtellas enim cœleſtes, aëris mentionem fecit, variam ejus ac multiplicem utilitatem ob oculos ponens; quare addit.

τροπὰς, ἐναλλαγὰς καιρῶν, ὡρῶν διαδοχὰς, ἡμέρας καὶ νυκτὸς εὔτακτον κίνησιν· ἀπὸ γὰρ τῶν οὐρανίων ἄστρων, τοῦ ἀέρος ἐμνημόνευσε, τὴν περὶ τὴν χρείαν ποικίλον καὶ πολυειδῆ παριστῶν· ὅθεν ἐπάγει.

Qui facit magna & inveſtigabilia, glorioſáq; & mirabilia, quorum non eſt numerus.

Ὁ ποιῶν μεγάλα καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός.

POLYCHRONII. Id eſt, Quæ nos ignoramus. Eliphazus hæc antea dixerat, & nunc eadem hic dicit. Innuit autem nivis generationem, grandinis impetum, tonitruum ſonitus, fulminum jactus & inflammationes, & quæcunque ſunt hujuſmodi.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τουτέστιν, ἃ ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν. Ταῦτα καὶ ὁ Ἐλιφὰζ προείρηκε, καὶ νῦν οὗτος λέγει. αἰνίττεται δὲ χιόνος γένεσιν, χαλάζης φορὰν, βροντῶν ἤχους, ἀστραπῆς βολὰς, καὶ ἐκπυρώσεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

CHRYSOSTOMI. Nónne hæc, inquit, quæ antea dixi, licèt oculis ſubjiciantur, magna & inveſtigabilia ſunt? quantò magis ea quæ inviſibilia ſunt? Verùm obſerva, quòd nunquam Dei eſſentiam, ſed opera tantùm ejus proferat. Et cur, inquit, ſingula enumero? magna enim & incomprehenſibilia, & innumerabilia ſunt ejus opera.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ταῦτα ἃ προείρηκα, φησὶν, οὐ μεγάλα, οὐκ ἀνεξιχνίαστα, καίτοι ὁρατὰ ὄντα; πόσῳ γε μᾶλλον τὰ ἀόρατα; ὅρα δὲ, οὐδαμοῦ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ λέγει. καὶ τί, φησὶ, τὸ καθ' ἕκαστον αὐτῶν λέγω; μεγάλα γάρ εἰσι, καὶ ἀκατάληπτα, καὶ ἀναρίθμητα τοῦ Θεοῦ ἔργα.

DIONYSII. Vidiſti quænam de Deo dicat beatus Jobus; cùm pluribus enim & particulatim, verbis eum honoràſſet, & gloriam ejus celebràſſet, iterum ſummatim cuncta complexus, dixit, ***Qui facit magna & inveſtigabilia, glorioſáque & mirabilia, quorum non eſt numerus.*** Quamvis enim numerus ſit innumerabilis, & incrementum additionémque admittens, nullum finem habeat, ac in infinitum numerari poſſit; nihilominus, inquit, Dei opera quemlibet numerum qui pertranſiri non poteſt, longè ſuperant: quòd ſi opera, quantò magis ille? Quod enim nullus homo aſſequi poteſt, & fine carere videtur, hoc ipſum eſt Deo minimum, & quoad quantitatem, ut hìc dicitur, & quoad magnitudinem, ut Pſalmus immenſum eum eſſe ait, cùm dicit,
Pſal. 144. 3. *Magnus Dominus & laudabilis valde, & magnitudinis ejus non eſt finis.* Eſt enim

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. Εἶδες οἷα περὶ Θεοῦ λέγει ὁ μακάριος Ἰώβ· πολλὰ γὰρ κατὰ μέρος * ἐπιθαυμάσας αὐτὸν καὶ δοξολογήσας, πάλιν συγκεφαλαιωσάμενος, ἔφη, ὁ ποιῶν μεγάλα, καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. εἰ γὰρ καὶ ἀναρίθμητος ὁ ἀριθμός ἐστιν, καὶ τέλος οὐδὲν ἴσχει, ἐπαύξησιν ἀεὶ καὶ προσθήκην εἰς ἑαυτὸν δεχόμενος, ἐπ' ἄπειρόν τε καταριθμούμενος· ἀλλ' ὑπερβάλλει, φησὶ, σύμπαντα τὸν ἀδιεξόδευτον ἀριθμὸν τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ τὰ ἔργα, πόσῳ μᾶλλον αὐτός; ὃ γάρ ἐστιν ἀνέφικτον παντὶ, καὶ ἀτελεύτητον, τοῦτ' ἐλάχιστόν ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ, κατά τε ποσότητα, ὡς ἐνταῦθα εἴρηται. καὶ κατὰ μέγεθος, ὡς ὁ ψαλμὸς ὑπερμεγέθη φησὶν αὐτὸν εἶναι, λέγων, μέγας ὁ Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, καὶ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. πάσης γὰρ

* γρ. ἐπιδιδάσας.

αἰτίας

ἴσ. ἀνεπώτερος. αἰνέσεως ἐστιν * ἀνώτερος, πάντος θαυμασμοῦ θαυμασιώτερος, καὶ πάσης δόξης ἐνδοξότερος, καὶ πάντος ὑψώματος ὑψηλότερος· ὡς γέγραπται, Φοβερὸς Κύριος, καὶ σφόδρα μέγας, καὶ θαυμαστὴ ἡ δυναστεία αὐτοῦ. δοξάζοντες Κύριον ὑψώσατε καθ᾽ ὅσον ἂν δύνησθε· ὑπερέξει γὰρ καὶ ἔτι. καὶ πολὺ ἔργον ἂν εἴη τοὺς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν παμμεγέθεις ὕμνους ἐκλέγοντα παρατίθεσθαι, ὧν πάντων ὑπεραιρετός, καὶ ὑπερυψούμενός ἐστιν ὁ Θεός. νυνὶ δὲ ἐπὶ τὰ ἐχόμενα τῆς ἑρμηνείας ἴωμεν.

omni laude laudabilior, omni admiratione admirabilior, omni gloria glorioſior, omníque celſitudine excelſior; ſicuti ſcriptum eſt, *Terribilis Dominus & magnus vehementer, & mirabilis potentia ejus. Glorificantes Dominum exaltate quantumcunque potueritis: excedet enim & adhuc.* Syrac. 43. 31. 32. 33. Et magnum ſanè opus eſſet, ex divinis Scripturis hymnos, quibus ſumma Dei celebratur magnitudo, ſeligere, & in medium afferre, ſupra quos omnes Deus laude & gloriæ celſitudine longè effertur. Nunc autem ad ſequentium interpretationem pergamus.

Ἐὰν ὑπερβῇ με, οὐ μὴ ἴδω· ἐὰν παρέλθῃ με, οὐδ᾽ ὡς ἔγνων.

Si tranſgreſſus me fuerit, non videbo; ſi præterierit me, neque ſic novi.

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Ἀόρατος, φησί, καὶ ἀκατάληπτος τὴν φύσιν τυγχάνει, ὥστε ἄγνωστον ἡμῖν εἶναι, πῶς τε ἐν πᾶσι, καὶ ἔξω πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντα τυγχάνει. καὶ τί λέγω περὶ αὐτοῦ; ὅπου καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ πάσῃ γενητῇ φύσει δι᾽ ἐπιβολῆς καταλαβεῖν ἀμήχανον· πάντα γὰρ ποιεῖ, ἀοράτῳ δυνάμει ταῦτα ἐργαζόμενος, ὡς μὴ μόνον λανθάνειν τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ νοῦ τὴν κατάληψιν. ἐγὼ γοῦν οὔτε εὐμενῆ ὄντα ἐπιγινώσκω, οὔτε ὀργιζόμενον νοῆσαι δύναμαι, κἂν ὑπερβῇ με, κἂν παρέλθῃ, οὐκ αἰσθάνομαι.

OLYMPIODORI. Naturâ, inquit, inviſibilis & incomprehenſibilis eſt, adeo ut nos lateat, quemadmodum in omnibus, extra omnia, & ſuper omnia ſit. Quid autem de illo verba facio? cùm judicia etiam ejus nulla creatura mentis conceptu comprehendere valeat: omnia enim inviſibili potentiâ operatur, ut non tantùm ſenſûs apprehenſionem, ſed & mentis etiam aciem lateant. Ego igitur nec clementem eum agnoſco, nec iratum contemplari poſſum; ac licèt ſupergreſſus me fuerit, & præterierit, non ſentio.

Ἐὰν ἀπαλλάξῃ, τίς ἀποστρέψει; ἢ τίς ἐρεῖ αὐτῷ, τί ἐποίησας;

Si removerit, quis reſtituet? aut quis dicet ei, Quid feciſti?

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Ἰδοὺ, φησίν, ἀνήρπασεν ἐκ τοῦ κόσμου, τίς ἀνακομίσει τὴν ἁρπαγήν; τί λέγω, ἀνακομίσει; τίς ὅλως ἐπὶ τοῖς γινομένοις ἀντειπεῖν αὐτῷ δυνήσεται; ἐὰν τελείαν συντέλειαν ποιήσασθαι θελήσῃ, τίς ἀνασκευάσει τὰ αὐτῷ δοκοῦντα;

OLYMPIODORI. Ecce, inquit, aliquid è mundo abripuit, quis abreptum referet? Quid autem dico, Quis referet? quis eſt omnino, qui iis quæ ab illo fiunt, poterit contradicere? ſi omnia funditus delere voluerit, quis illius decretum reſcindet?

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἐὰν κατά τινος ἀποφήνηται, τίς ἀνακαλέσεται; τίς δὲ αὐτῷ ἐγκαλέσει,

POLYCHRONII. Si contra quempiam ſententiam pronunciaverit, quis revocabit? quis illum, quaſi minùs rectè facientem,

facientem, in jus vocabit? pro libitu enim ſuo imperium in omnes exercet; quibus vult propitium ſe oſtendit, & quos vult ſupplicio afficit.

Ipſe enim avertit à ſe iram.

OLYMPIODORI. Unum, inquit, ſcimus, quòd rebus noſtris omnibus utiliter conſulens, ſine animi perturbatione puniat, & ſine ira ſupplicia irroget. Synecdochicè verò per *iram*, improbitatem omnem expreſſit; non enim iram tantùm avertit, ſed cæteras etiam perturbationes. Symmacho verò dicente, *Deus cujus ira eſt inflexibilis*, divinus motus ac impetus inevitabilis eſſe oſtenditur: quis enim vindicem Dei manum avertet?

Ab eo incurvati ſunt ceti qui ſub cœlo.

SYmmachus verò, *Sub ipſo incurvabuntur, qui nituntur arrogantiâ*; quaſi diceret, Superborum faſtum & arrogantiam convellit. Hebræus quidem, *Ab eo*, inquit, *omnia perduntur*, id eſt, Niſi ſponte ſua, & benignitate erga homines, iram transtulerit, omnia in nihilum rediguntur: Græcus verò, *Ceti*, dixit, ut ea quæ magnum & invictum robur habere videntur, inmeret.

DIDYMI. Ad literam quidem; Ceti, & aliæ venenatæ beſtiæ hominis imperio minimè parerent, niſi illas Deus illi ſubjeciſſet. Ad theoriam verò; Ipſe ſpiritus reprobos (qui allegoricè ceti vocantur, quia animi fluctibus innatent) incurvavit & humiliavit: ſi enim à Deo minùs inflecterentur, hominis natura eis obſiſtere nequiret.

Si verò me audierit, vel dijudicaverit verba mea; quòd ſi etiam fuero juſtus, non exaudiet me, judicium ejus rogabo: ſi verò invocavero, & me exaudie-

ὡς οὐ καλῶς πεποιηκότι; καὶ ἐξουσίαν γὰρ ἀπολύτων διαπράζων, εὐμενὴς τέ ἐστιν οἷς ἂν βούληται, καὶ τιμωρεῖται οὓς ἂν ἐθέλῃ.

Αὐτὸς γὰρ ἀπέστραπται ὀργήν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἓν, φησὶν, οἴδαμεν, ὅτι ἀπαθῶς κολάζει, καὶ ἀοργήτως τιμωρεῖται, πάντα συμφερόντως οἰκονομῶν τὰ καθ' ἡμᾶς. συνεκδοχικῶς δὲ διὰ τῆς ὀργῆς πᾶσαν κακίαν δεδήλωκεν· οὐ γὰρ δὴ μόνον ὀργὴν ἀπέστραπται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα πάθη. τοῦ δὲ Συμμάχου εἰπόντος, ὁ Θεὸς οὗ ἀνυπόστρεπτος ἡ ὀργή, τὸ ἄφυκτον δηλοῦται τῆς θείας κινήσεως· τίς γὰρ ἀποστρέψει χεῖρα Θεοῦ κολάζουσαν.

Ὑπ' αὐτοῦ ἐκάμφθησαν κήτη τὰ ὑπ' οὐρανόν.

Ὁ Δὲ Σύμμαχος, ὑποκάτω δὲ αὐτοῦ καμφθήσονται οἱ ἐπερειδόμενοι ἀλαζονείᾳ· ἵνα εἴπῃ, ὅτι καὶ τὴν ὑπερηφάνων καταπαύει τὴν ὀφρύν. πάλιν δὲ ὁ μὲν Ἑβραῖος, ὑπ' αὐτοῦ, ἔφη, πάντα ἀπόλλυται, τουτέστιν, ἐὰν μὴ τὴν ὀργὴν ἑκὼν καὶ φιλανθρωπότατος μεταβάλλῃ, ἅπαντα ἀφανίζεται. ὁ δὲ Ἑλληνικὸς, κήτη, εἶπεν, ἵνα αἰνίξηται τὰ * μεγάλην καὶ ἄμαχον τὴν ἰσχὺν ἔχειν δοκοῦντα. * ἴσ. μεγάλα

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν καὶ τὰ κήτη ἀνυπότακτα ἦν ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἄλλα ἰοβόλα θηρία, εἰ μὴ αὐτὸς ταῦτα ὑπέταξε. πρὸς δὲ θεωρίαν, τὰ πονηρὰ πνεύματα, τὰ κήτη ἀλληγορικῶς καλούμενα, διὰ τὸ περὶ τοὺς κλύδωνας τῆς ψυχῆς διανήχεσθαι, αὐτὸς ἔκαμψε, καὶ ἐταπείνωσεν· οὐ γὰρ οἵα τέ ἐστιν ἀνθρωπεία φύσις, πρὸς αὐτὰ μὴ καμφθέντα ὑπὸ Θεοῦ*. * ἴσ. add. ἀντισχεῖν.

Ἐὰν δέ μου ὑπακούσεται, ἢ * διακρινεῖ τὰ ῥήματί μου· ἐὰν γὰρ ὦ δίκαιος, οὐκ εἰσακούσεταί μου, τοῦ κρίματος αὐτοῦ δεηθήσομαι· ἐάν τε καλέσω, καὶ * μὴ ὑπα-

* ἴσ. διακρινεῖ.
* ἴσ. μοι.

ὑπακούσῃ, οὐ πιστεύω ὅτι εἰσακήκοέ μου τῆς φωνῆς, μὴ γνόφῳ με ἐκτρίψῃ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τραχὺ τὸ χωρίον τοῦτο καὶ ἀνάντες, καὶ οὐδεὶς ἂν ἀκμητὶ διέλθοι δι' αὐτοῦ· θαρρητέον οὖν ὅμως τὴν ἄνοδον, Θεοῦ ἡμῶν ἡγουμένου, καὶ τοῦ ἁγίου Ἰὼβ τὸν τόπον ὁμαλίζοντος τῷ ὀστράκῳ ἐκείνῳ, ᾧ καὶ τοὺς ἰχῶρας ἀπέξεε. τίς οὖν ἡ τῶν στίχων δύναμις; εἶπεν ὁ Βαλδὰδ, ὅτι ὁ Κύριος οὐκ ἀδικήσει κρίνων; καὶ προστέθεικεν, ὅτι ὄρθριζε πρὸς τὸν Θεὸν δεόμενος· καὶ εἰ καθαρὸς εἶ, τῆς δεήσεώς σου ἐπακούσεται, καὶ ἀποδώσει σοι διαγωγὴν κρείττονα τῆς προτέρας. πρὸς ταῦτα ὁ Ἰὼβ ἀποκρίνεται, πόθεν γνώσομαι, ὦ φίλε, ἐὰν ὁ Κύριος ἐπακούσεται, καὶ τὰ τῆς ἐμῆς εὐχῆς διακρίνῃ ῥήματα; ἐάν τε γὰρ δικαιωθῶ δικαιολογούμενος πρὸς αὐτὸν, οὐκ ἀποκριθήσεταί μοι· τοῦτο γὰρ, τὸ, οὐκ εἰσακούσεταί μου· ὡς εἴγε ἀπεκρίνατο, ἡδέως ἂν τὸ κρίμα αὐτοῦ καὶ τὴν ψῆφον ἐπεκαλεσάμην, ἐάν τε καλοῦντός μου εἰσακούσῃ, * πληροφοροῦμαι. οὔτε γὰρ ὁρᾶται Θεὸς, οὔτε φωνὴν ἀφίησι· μᾶλλον μὲν οὖν δέδοικα, μὴ ἀοράτως ἐκτρίψῃ με διὰ γνόφου, καὶ καταιγίδος, ὅτι ὅλως δικαιολογηθῆναι αὐτῷ ἐθάρρησα. Τινὲς δὲ οὕτως ἐνόησαν· ἐὰν ἐμαυτὸν δικαιώσω, ὁ Θεὸς ἀποστραφήσεταί με· ἐπεὶ μὴ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἔννοιαν ὁ Θεὸς κρίνει, ἀνέφικτα γὰρ τὰ κρίματα αὐτοῦ τῆς ἀποφάσεως· διὸ μᾶλλον τοῦ κρίματος αὐτοῦ δέομαι. ἐὰν δὲ καὶ ἐπικαλέσωμαι τὸν Θεὸν, καὶ θελήσῃ ἀκοῦσαί μου τῆς δικαιολογίας, καὶ δικαιῶσαί με, οὐ πιστεύω ὅτι ἐδικαίωσέ με· ἀόρατος γάρ ἐστι, καὶ ἀγνοῶ τὴν κρίσιν· ὥστε δέδοικα μὴ ἐξ ἀφανοῦς ἀνέλῃ με τελείως, ὡς καταιγὶς, ἤτοι γνόφος. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, ὁ γνόφος κυκλοτερὴς πανταχόθεν περιλαμβάνων ἐστί· κἂν δι' ἑνὸς οὖν, φησὶ, μέρους δόξω δίκαιος εἶναι, δι' ἑτέρου * ἐλέγχει με. ἀπόδειξις δὲ τῶν εἰρημένων τὰ παρόντα· ποικίλαις γάρ με ταῖς συμφοραῖς ἀθρόον περιέβαλεν, οὐδενὸς

* ἴσ. πληροφορῶμαι.

* ἴσ. ἐλέγξει

rit, non credam quod exaudiverit vocem meam, ne caligine me conterat.

OLYMPIODORI. Salebroſus hîc locus eſt & abruptus, quem ſine fatigatione nemo expedire poterit: Deo tamen duce, & ſancto Jobo locum teſtâ illâ qua tabem abſtergebat complanante, tentandus eſt aſcenſus. Quis igitur horum verſuum eſt ſenſus? Dixerat Baldadus, *Nunquid Dominus injuſtè aget judicans?* addiditque, *Surge diluculò ad Deum deprecans*; *Et ſi mundus es, precationem exaudiet tuam, & vitæ ſtatum meliorem priore tibi tribuet:* ad hæc Jobus reſpondet, Quî ſciam, ô amice, utrum me Deus audierit, & precationis meæ verba perpenderit? licèt enim judicio cum eo contendens juſtificatus fuerim, mihi tamen non reſpondebit; hoc enim valet, *Non exaudiet me.* Illius enim judicium & calculum libenter implorarē, ſi modo reſponderet; & ſi invocantem me exaudiret, plenus confidentiâ eſſem. Deus autem nec in conſpectum venit, nec vocem emittit: unde multò magis mihi metuo, ne inviſibili modo me caligine & procella conterat, quòd omnino cum eo in judicium deſcendere auſus fuerim. Nonnulli autem ſic hunc locum intellexerunt; Si meipſum juſtificavero, Deus me repudiabit; quandoquidem Deus ſecundùm noſtram mentem non judicat, ſententiæ enim ejus judicia captum noſtrum ſuperant: quocirca judicium ejus potiùs imploro. Si Deum autem invocavero, & cauſæ meæ defenſionem audire, & juſtificare me voluerit, non credam tamen quòd me juſtificaverit; inviſibilis enim eſt, & judicium ejus me latet: quare vereor, ne ex loco aliquo obſcuro, quaſi procella vel caligo funditus me deleat. Quod dicit autem hujuſmodi eſt; Caligo cùm orbicularis ſit, undique ambit & complectitur: licèt igitur, inquit, ex una parte Juſtus viſus fuero, ex altera me redarguet. Mala autem præſentia dictis meis fidem faciunt; nullius enim peccati

Cap. 8. 3.

ibid. v. 5. 6.

cati pœnas exigens, variis calamitatibus me ſubitò involvit; unde ſubjungit.

ἁμαρτήματος εὐθύνας εἰσπραξάμενος· ὅθεν ἐπάγει.

Multas autem tribulationes meas fecit in vanum.

Πολλὰ δέ μου τὰ συντρίμματα πεποίηκε διακενῆς.

EIUSDEM. Unum autem, inquit, novi, quòd cauſam cur tantopere affligar, ignorem; id enim ſignificare videtur, *In vanum.* Vel hoc etiam dicit; Non opus habebat Deus tormentis periculum de me facere, ante enim explorationem notus illi fueram. Alii verò pro, *In vanum,* interpretati ſunt, *Sine cauſa,* & *gratis.*

Cap. 2. 3. CHRYSOSTOMI. Hoc etiam Deus diabolo de illo dixerat, *Tu verò dixiſti, ſubſtamtiam ejus fruſtra perdere:* quid ergo miraris, ſi quod Deus dixerat, hoc etiam ipſe dicat, *In vanum*; non quia peccaverit, ſed quia pœna illa & ſupplicium in nullo ei proderit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἓν δὲ οἶδα, φησὶν, ὅτι αἰτίαν οὐκ ἐπίσταμαι, δι' ἣν οὕτω συντρίβομαι· τοῦτο γὰρ ἔοικε σημαίνειν, τὸ, διακενῆς. ἢ καὶ τοῦτό φησιν, ὅτι οὐκ ἐδεῖτο Θεὸς δοκιμάσαι με διὰ βασάνων, ᾔδει γὰρ καὶ πρὸ τῶν πειρασμῶν. οἱ δὲ λοιποὶ, ἀντὶ τοῦ, διακενῆς, ἀναιτίως, ἐξέδωκαν, καὶ δωρεάν.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς πρὸς τὸν διάβολον ἔλεγε περὶ αὐτοῦ, σὺ δὲ εἶπας, ἀπολέσαι τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ διακενῆς. τί οὖν θαυμάζεις, εἰ ὅπερ ὁ Θεὸς εἶπε, τοῦτο καὶ οὗτος λέγει, ὅτι διακενῆς, οὐχ ὅτι ἥμαρτεν, ἀλλ' ὅτι οὐδὲν πλέον ἔσται ἀπὸ τῆς τιμωρίας αὐτοῦ, καὶ τοῦ κολάζεσθαι.

Non enim ſinit me reſpirare; implevit autem me amaritudine.

Οὐκ ἐᾷ γάρ με ἀναπνεῦσαι· ἐνέπλησε δέ με πικρίας.

OLYMPIODORI. Hoc eſt, Acerbitatibus plenus ſum, ac ſine dolore ſpiritum ducere non poſſum; tanta eſt ærumnarum vehementia, ut ne minimas quidem inducias admittant.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τουτέστι, πολλῶν πλήρης εἰμὶ δεινῶν, καὶ οὐδὲ ἀνωδύνως ἀναπνεῦσαι δύναμαι. τοσαύτη τῶν δεινῶν ἡ ἐπίτασις, ὥστε μηδὲ τὴν τυχοῦσαν ἐκεχειρίαν ἔχειν.

Quoniam, ſcilicet, valet potentiâ. Quis igitur judicio ejus reſiſtet?

Ὅτι μὲν γὰρ ἰσχύϊ κρατεῖ. τίς οὖν κρίματι αὐτοῦ ἀντιστήσεται.

POLYCHRONII. Symmachus autem, *In robore potens eſt.* Omnia, inquit, cum auctoritate operatur, invictam habens poteſtatem, nemine exiſtente qui vel in minimo ei contradicere audeat. Quare & ego, fortitudinem ejus animo mecum reputans, judiciis illius obſiſtere, audax facinus eſſe affirmo; cùm judicii æquitate non minùs quàm robore æquipolleat, quibus nemo reſiſtere poterit. Hæc verò Jobus apud amicos pluribus egit, qui propter peccata eum pati ſupplicia exiſtimârunt.

ΠΟΛΥΧΡ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐν τῇ ἰσχύϊ κραταιός ἐστι. πάντα, φησὶ, μετ' ἐξουσίας ἐργάζεται, ἄμαχον ἔχων τὴν δύναμιν, οὐδενὸς ὄντος τοῦ πρὸς τὸ τυχὸν γοῦν ἀντιλέξοντος. διὸ κἀγὼ λογιζόμενος αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν, τολμηρὸν εἶναι ἀποφαίνομαι τὸ, τοῖς αὐτοῦ κρίμασιν ἀνθίστασθαι, ὥσπερ τῇ ἰσχύϊ, οὕτω καὶ τῇ δικαιοκρισίᾳ κρατοῦντος, οἷς οὐδεὶς ἀντιστήσεται. Ταῦτα δὲ πρὸς τοὺς φίλους ἀποτεινόμενος λέγει, τοὺς οἰομένους δι' ἁμαρτίας αὐτὸν κολάζεσθαι.

Ἐὰν γὰρ ὦ δίκαιος, τὸ στόμα μου ἀσεβήσει [Οἱ λοιποὶ, καταδικάσει με.] ἐάν τε ὦ ἄμεμπτος, σκολιὸς ἀποβήσομαι.

Quòd ſi etiam fuero juſtus, os meum impia loquetur [Reliqui, *Condemnabit me.*] *ſive fuero irreprehenſibilis, pravus evadam.*

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Κἂν δικαιολογήσωμαι, φησὶ, πρὸς αὐτὸν, ἀσεβήσω· κἂν ἐκ τῶν ἔργων ἴσως δικαιωθῶ, ἐκ τῶν λόγων μου κατακριθήσομαι. ἐὰν γὰρ τολμήσω λέγειν, ὅτι δίκαιός εἰμι, αὐτὸ τοῦτο τὸ εἰπεῖν, ἀσεβὲς εἶναι ὑπολαμβάνω· ἐὰν δὲ καὶ τολμήσω εἰπεῖν, ὅτι ἄμεμπτός εἰμι, καὶ ἐμαυτὸν ἀποδέξωμαι, αὐτὸ τοῦτο σκολιόν με δείκνυσι, καὶ οὐκ * εὐθῆ. δίκαιος γὰρ ὢν, οὐκ ὤφειλον λέγειν αὐτὸ τοῦτο, ὅτι δίκαιός εἰμι, οὐ γὰρ περὶ ἑαυτοῦ ὁ δίκαιος λέγει. τούτῳ ὅμοιον τὸ, γέγονα ἄφρων καυχώμενος, ὑμεῖς με ἠναγκάσατε.

* ἴσ. εὐοδῶν, vel εὐθυμῶ.

OLYMPIODORI. Quamvis, inquit, judicio cum eo contendero, impietatis arguar; & licèt ex operibus fortè juſtificatus fuero, verba tamen mea me condemnabunt. Si enim juſtum me pronunciare auſus fuero, hoc ipſum dicere, impium eſſe exiſtimo; & ſi irreprehenſibilem me eſſe auſus fuero dicere, méque ipſum laudavero, hoc ipſum me pravum, & non ſincerum eſſe coarguit: non oportet enim me juſtum exiſtentem, illud dicere, quòd juſtus ſim; juſtus enim ſeipſum non laudat. Huic finitimum eſt illud, *Factus ſum inſipiens in gloriatione mea, vos me coëgiſtis.* Cor. 2. 12. 11

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τάχα δὲ καὶ τοιοῦτόν τι λέγει· πῶς τῇ πρὸς αὐτὸν δικαιολογίᾳ χρήσομαι, ἄνθρωπος ἀσθενὴς, πρὸς τὸν τῶν ὅλων Κύριον διαλεγόμενος; ἵνα εἴπῃ, ὅτι διὰ τῆς ἐξουσίας περιγίνεται, ἀδίκους ἀποφαίνων τοὺς λόγους· εἰ γὰρ καὶ καθαρῶς βεβίωκα, πονηρὸς ὀφθήσομαι, τοῦ Θεοῦ ὑπὸ μέμψιν καὶ τὰ κατορθώματά μου ἄγειν δυναμένου.

POLYCHRONII. Fortaſſe verò ſimile aliquid dicere vult; Quomodo, inquit, æquitati cauſæ meæ coram eo patrocinabor, homo imbecillis cum rerum omnium Domino diſputans? quaſi diceret, Ille poteſtate ſua victor evadet, & verba mea iniqua eſſe oſtendet: licèt enim purè & ſine labe vixerim, Deo improbus videbor, qui mea etiam rectè facta vituperare poteſt.

Εἴτε γὰρ ἠσέβησα, οὐκ οἶδα τῇ ψυχῇ, πλὴν ἀφαιρεῖταί μου ἡ ζωή.

Si enim impiè egi, non novi animo, verumtamen aufertur vita mea.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὸ τοῦ Ἀποστόλου εἶπεν, οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, πλὴν οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. ἐμαυτῷ γὰρ οὐ συνεπίσταμαι πταίοντι, ἓν δὲ οἶδα, ὅτι κακῶς πάσχω· ὁρῶν δὲ ἐν ἐσχάτοις τὰ κατ' ἐμαυτὸν, εἰς ἀπορίαν καθέστηκα, * ἀγνοῶν τίνι τῶν γεγενημένων αἰτίαν * λογίσομαι.

* ἴσ. ἐννοῶν τινα.
* ἴσ. λογίσωμαι.

POLYCHRONII, & OLYMPIODORI. Illud Apoſtoli dixit, *Nullius rei mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum.* Mihi enim delicti alicujus non ſum conſcius; hoc unum autem novi, cum ærumnis me conflictari: cúmque ad extrema quæque me redactum eſſe videam, ignorans cui culpæ imputanda ſint ea quæ mihi acciderunt, animi pendeo. Cor. 1. 4. 4.

Quapropter dixi, Magnum & potentem diſperdit ira, quia nequam homines in magna morte erunt: ſed juſti deridentur, traditi enim ſunt in manus impii.

Διὸ εἶπον, μέγαν καὶ δυνάστην ἀπολλύει ὀργή, ὅτι φαῦλοι ἐν θανάτῳ ἐξαισίῳ· ἀλλὰ δίκαιοι καταγελῶνται, παραδέδονται γὰρ εἰς χεῖρας ἀσεβοῦς.

EORUNDEM. Hæc animo mecum reputans, divinam iram perdere eum, dico, qui magnum ſe eſſe exiſtimat, & juſtitiâ validum; quia Deus iram in omnes, nemine excepto, exerceat, ſive quis pietate inſignis, ſive vitâ clarus extiterit. Illud etiam novi, improbos extrema ſupplicia ex improviſo ſubituros. Pii verò ab impiis, in hac vita ludibrio habentur, tantiſper, ſcilicet, dum Dei benignitas, & eorum quæ utriſque in futurum reconduntur, magna illa promptuaria occultantur: ſæpe enim juſti traditi ſunt in manus impiorum, non ut hi honore afficiantur, ſed ut illi probentur. Hæc tibi Jobus verbis & paſſionibus ſuis perſuadeat (verba enim rebus ipſis probantur) qui diabolo, ad ſupplicium eum depoſcenti, traditus eſt, & bona ejus ab hoſtibus direpta eſſe viſa ſunt, licèt ipſe cauſam hujus diſpenſationis ignoraverit.

ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ. Ταῦτα ἀναλογιζόμενος λέγω, ὅτι τὸν οἰόμενον μέγαν ἑαυτὸν εἶναι, καὶ δυνατὸν κατὰ δικαιοσύνην, ἀπόλλυσιν ἡ τοῦ Θεοῦ ὀργή, ὅτι καὶ ἁπλῶς τῇ ὀργῇ κατὰ πάντων χρῆται ὁ Θεός, εἴτε ἐν εὐσεβείᾳ εἴη τις μέγας, εἴτε κατὰ βίον λαμπρός. καὶ οἶδα δέ, ὅτι καὶ οἱ φαῦλοι τὰς ἐσχάτας τίσουσι δίκας ἄφνω. καταγελῶνται δὲ ὅμως πρὸς τὸ παρὸν οἱ εὐσεβεῖς ὑπὸ τῶν φαύλων, ἕως δηλονότι ἡ χρηστότης τοῦ Θεοῦ κρύπτεται, καὶ τὰ μεγάλα ταμιεῖα τῶν ὕστερον ἑκατέροις ἀποκειμένων. παραδέδονται γὰρ οἱ δίκαιοι πολλάκις εἰς χεῖρας ἀσεβῶν, οὐχ ἵν' ἐκεῖνοι τιμηθῶσιν, ἀλλ' ἵν' οὗτοι δοκιμασθῶσι. ταῦτα πειθέτω σε, καὶ λέγων, καὶ πάσχων Ἰώβ, ἀπόδειξις γὰρ τῶν λεγομένων τὰ πράγματα, ὃς τῷ ἐξῃτηκότι παρεδόθη, καὶ τὰ αὐτοῦ οἱ πολέμιοι ἔδοξαν διαρπάσαι, κἂν τὴν αἰτίαν ἐφ' ᾗ ταῦτα ᾠκονομεῖτο, ἠγνόει.

Facies judicum ejus operit. Quòd ſi non ipſe eſt, quis eſt? [Symmachus, *Et nunc quis eſt?*]

Πρόσωπα κριτῶν αὐτῆς συγκαλύπτει. εἰ δὲ μὴ αὐτός ἐστιν, τίς ἐστι; [Σύμμαχος, καὶ νῦν τίς ἐστιν;]

OLYMPIODORI. Quoniam diaboli meminerat, dicendo, *Traditi enim ſunt in manus impii*, conſequenter ſubjungit, peccatum ſub larva juſtitiæ ſæpenumero accedens, fallere etiam eos qui diſcernendi facultate præditi ſunt; propterea nullus peccati expers. Diabolus verò peccati author, ſi arte veteratoria non uteretur, non magnus, ſed expugnatu facilis eſſet. Hæc autem, tanquam Sanctus, & Propheta, mediæ diſſertationi cum occultatione quadam inſerüit: deinceps ad ea quæ ipſum attingunt, narranda, convertitur, & quæ ſequuntur attexit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ ἐμνήσθη διαβόλου, εἰρηκώς, παραδέδονται γὰρ εἰς χεῖρας ἀσεβοῦς, ἀκολούθως ἐπάγει λέγων, ὅτι ἡ δὲ ἁμαρτία λανθάνει καὶ τῶν διακριτικῶν τὴν γνῶσιν, ἐν ὑποκρίσει δικαιοσύνης πολλάκις προσερχομένη· διόπερ οὐδεὶς ἀναμάρτητος. εἰ δὲ μὴ πανουργίᾳ ἐχρῆτο, οὐ μέγας ὑπῆρχεν, ἀλλ' εὐκαταγώνιστος, ὁ τῆς ἁμαρτίας αἴτιος, διάβολος. ταῦτα δέ, ὡς ἅγιος, καὶ προφήτης, μετ' ἐπικρύψεως ἐν μέσῳ τῆς διαλέξεως τέθεικεν· εἶτα πάλιν τρέπεται εἰς τὸ διηγεῖσθαι τὰ καθ' αὐτόν, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπάγει.

ΠΟΛΥ-

ΠΟΛΥΧΡΟΝ. Ἕτεροι δὲ οὕτω νοοῦσι τὸν στίχον· ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι μέγαν καὶ δυνάστην ἀπολλύει ὀργή, νῦν φησιν, ὅτι τῶν θαρρούντων εἰδέναι τὴν δικαιοκρισίαν τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, συγκαλύπτει τὰ πρόσωπα, τουτέστιν, ἐπισκοτεῖ τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν. εἰ δὲ μὴ αὐτός ἐστιν ὁ ταῦτα ποιῶν, ὑμεῖς εἴπατε τίς ἐστιν.

POLYCHRONII. Alii verò ſic hunc verſum intelligunt; Poſtquam dixiſſet, quòd *magnum & potentem diſperdat ira*, nunc inquit, quòd facies eorum operiat, qui divinæ iræ juſtum judicium ſcire præſumunt, id eſt, accuratæ eorum cognitioni tenebras offundit. Si verò hic non ſit horum author, quiſnam ſit, vos ipſi dicite.

Ὁ δὲ βίος μου ἐστὶν ἐλαφρότερος δρομέως· ἀπέδρασαν, καὶ οὐκ εἴδοσαν. ἢ καὶ ἔστιν ναυσὶν ἴχνος ὁδοῦ, ἢ ἀετοῦ πετομένου ζητοῦντος βοράν;

Vita autem mea levior eſt curſore; aufugerunt, & non viderunt. Nunquid & eſt navibus veſtigium viæ, aut aquilæ volantis quærentis eſcam?

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Τουτέστιν, ὀξύτατος, εἴτε καλὸς, εἴτε φαῦλος. ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀπῆλθον ὁμοίως ναυσὶ σπευδούσαις, ὡς ἀετὸς ἱπτάμενος ἐπὶ βοράν. θᾶττον, φησὶν, ἀπαλλαττόμενοι τοῦ βίου οἱ ἄνθρωποι, τὰ καθ' ἕκαστον τοῦ βίου ἰδεῖν οὐ δύνανται· καὶ ὥσπερ οὐκ ἔστι νεὼς, ἢ ἀετοῦ ἴχνη εὑρεῖν, οὕτως οὐδὲ τῆς εὐθηνίας τοῦ βίου γνωρίσματα. ὡς οὖν οὐκ ἔστι νεὼς ἴχνος εὑρεῖν ἐν θαλάττῃ, οὐδὲ ἀετοῦ ἐν ἀέρι· οὕτως οὐδὲ τῆς ἀνθρωπίνης εὐημερίας τεκμήριον καταλιμπάνεται. καὶ τούτου δεῖγμα τὰ κατ' ἐμὲ, *ὡς ὀλίγον τι τῶν χρηστῶν ἀπολαύσας, θᾶττον ταῦτα παρέδραμον, ὡς ναῦς ἐπειγομένη ὑπὸ ἀνέμου, ὡς ἀετὸς τοῖς ὠκυπτέροις τὸν ἀέρα τέμνων ὀξέως· τὸ γὰρ, ἐπὶ βορὰν καθίπτασθαι, τουτέστιν, ἐπὶ τροφὴν, τὴν ὀξύτητα σημαίνει. καὶ ἡ τοῦ ἀετοῦ δὲ εἰκὼν, τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἔχει τῇ τῆς νεὼς, μόνον τῇ διαφορᾷ τοῦ παραδείγματος διηλλαγμένη.

* ἴσ. ὅς.

OLYMPIODORI. Id eſt, Velociſſima eſt, ſive proba, ſive prava ſit. Symmachus verò, *Abierunt ſimiliter ut naves feſtinantes, ut aquila volans ad eſcam.* Homines, inquit, qui celeriter ex hac vita excedunt, ſingulos humanæ vitæ caſus videre non poſſunt: quemadmodum enim navis & aquilæ veſtigia inveniri non poſſunt; ita neque proſperæ fortunæ indicia. Sicut igitur, nec navis in mari, nec aquilæ in aëre veſtigium deprehendere licèt; ita neque felicitatis ſignum ullum remanet. Hujúſque rei veritatem, ea quæ mihi acciderunt, comprobant, bonis, ſcilicet, quibus ad breve tempus fruebar, pari celeritate aufugientibus, tanquam navis incitata à ventis, aut aquila alarum pernicitate aëra velociter diffindens; nam illud, *ad eſcam*, hoc eſt, ad cibum volare, velocitatem indicat. Eadem autem eſt mens ſimilitudinis ab aquila & nave ductæ, diſcrimen ſolùm eſt in exempli varietate.

Ἐάν τε γὰρ εἴπω, ἐπιλήσομαι λαλῶν, συγκύψας τῷ προσώπῳ στενάξω, σείομαι πᾶσι τοῖς μέλεσιν· οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ ἀθῷόν με ἐάσεις.

Quòd & ſi loquutus fuero, obliviſcar dum loquor, declinans in faciem ingemiſcam, commoveor omnibus membris; ſcio enim quòd non inſontem me ſines.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τοῦτο διττὴν ἔχει τὴν ἔννοιαν· ἢ γὰρ τοῦτο

OLYMPIODORI. Geminus eſt horum verborum ſenſus; aut enim hoc

hoc dicit; Si voluero cauſam meam verbis defendere, in immenſum orationem extendam: interea verò gemo & contremiſco, veritus, ne per ignorantiam aliquid admiſiſſe convincar. Vel hoc potiùs dicere vult; Si res meas dicere vel narrare inſtituero, doloris acerbitas oblivionem mihi inducit; præ nimio dolore quem ſentio, memoriæ vis & facultas extincta eſt: ac licèt ex his quæ me nunc premunt, emergerem, nihilominus ipſum ſupplicium omnium ora in me aperuit. Quare vultum obnubens ingemiſco, atque lamentor, & membris contremiſco, cùm ſciam, ſecundùm exactum tuum judicium, nec innocentem, nec culpâ expertem me appariturum.

φησιν, ὅτι ἐὰν βουληθῶ τοῖς ὑπὲρ ἐμαυτοῦ χρήσασθαι λόγοις, εἰς πολὺ μῆκος* ἐκτείνω τὸν λόγον· μεταξὺ δὲ στένω, καὶ συντρέμων γίνομαι, δεδοικὼς, μήποτε ἐλεγχθείην ἐν ἀγνοίᾳ τι πεπραχώς. ἢ μᾶλλον τοῦτο βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἐὰν ὁρμήσω περὶ τῶν κατ' ἐμὲ λέγειν, καὶ διηγεῖσθαι, τὸ ἐπαλγές με τῆς ὀδύνης εἰς λήθην ἄγει· καὶ τὸ τῆς μνήμης μοι διώλωλε, τοσαύτη ὀδύνη ἐστὶν ἐν ἐμοί· κἂν ἀπαλλαγῶ τῶν κατεχόντων, τὰ πάντων ἀνέῳξε κατ' ἐμοῦ στόματα ἡ τιμωρία. διὰ τοῦτο συγκαλυψάμενος τὸ πρόσωπον στενάζω, καὶ ὀλοφύρομαι, καὶ κλονοῦμαι τὰ μέλη, εἰδὼς, ὅτι πρὸς τὴν σὴν ἀκρίβειαν ἐξεταζόμενος, οὐκ ἀθῷος φανοῦμαι, οὐδ' ἀναμάρτητος. *ἴσ. ἐκτενῶ

DIDYMI. Ex his, ſancti viri moderatio, & inſignis æquanimitas manifeſtatur. Licèt enim dixerat, *Juſtus apparebo*, nihilominus exploratum perſuaſúmque habebat, quòd, quemadmodum coram Deo exploratore aſtra non ſunt pura, ita neq, ipſe eſſet. Ideo inquit, Si explorare me diligenter volueris (Deus enim es) *non inſontem me ſines*.

Cap.13 18.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἡ μετριότης τοῦ ἁγίου ἐν τούτοις γνωρίζεται, καὶ μεγάλη εὐγνωμοσύνη. Εἰ γὰρ καὶ εἶπεν, ὅτι δίκαιος ἀναφανοῦμαι, ἀλλ' οὖν οἶδε, καὶ πέπεισται, ὅτι ὡς πρὸς Θεὸν δοκιμαστὴν ἄστρα καθαρὰ οὐκ ἔστιν ἐνώπιον αὐτοῦ, οὐδ' αὐτὸς ἐκλογόν τι. διό φησιν, ὅτι ἐξεταστής μου γινόμενος ἀκριβὴς, Θεὸς γὰρ εἶ, οὐκ ἀθῷόν με ἐάσεις.

Et quia ſum iniquus, quare non ſum mortuus?

Ἐπειδὴ δέ εἰμι ἀσεβὴς, διατί οὐκ ἀπέθανον;

OLYMPIODORI. Aquila autem, *Ad quid hoc fruſtra laboro?* Si prorſus impius eſſe judicor, ſatius mihi fuiſſet, antequam ad impietatem delaberer, interiiſſe. Tale quid etiam Salvator noſter de Juda dixit, *Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*. Idipſum nunc Jobus Dei amans dicit; Interire melius erat, quàm impietatis poſtulari; mori me mallem, quàm, tanquam legis tranſgreſſorem, tot opprobriis onerari. *Quare non ſum mortuus?* Divinam, inquit, diſpenſationem ignoro.

Mt.26.24.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Ἀκύλας, Εἰς τί τοῦτο μάτην κοπιῶ; Εἰ ὅλως ἐκρίθην εἶναι ἀσεβὴς, βέλτιον ἦν μοι πρὸ τῆς ἀσεβείας τελευτῆσαι. τοιοῦτον καὶ ὁ Σωτὴρ ἔλεγε περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. καὶ * τοῦτο δὲ νῦν ὁ φιλόθεος λέγει, ὅτι ἄμεινον ἦν μοι τελευτῆσαι, ἢ ἀσεβείας κρίνεσθαι· αἱροῦμαι τὸν θάνατον, ἢ τοσούτοις ὀνείδεσιν, ὡς παράνομος, βάλλεσθαι. διατί οὐκ ἀπέθανον; οὐκ οἶδα τὴν οἰκονομίαν, φησίν. *ἴσ. [illegible]

Nam ſi lotus fuero nive, & mundatus fuero mundis ma-

Ἐὰν γὰρ ἀπολούσωμαι χιόνι, καὶ ἀποκαθάρωμαι χερσὶ καθα-

καθαραῖς, ἱκανῶς ἐν ῥύπῳ με ἔβαψας, ἐβδελύξατο δέ με ἡ στολή μου.

nibus, ſatis in ſorde me tinxiſti, exſecratum eſt autem me veſtimentum meum.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, λουτροῖς ἀποκαθαίρειν τοὺς μολυσμούς· καὶ τοῦτο δὲ παλαιὸν ἔθος ἦν, ἔνθα ἐβούλοντο δεῖξαι, ὡς οὐκ ἐκοινώνησαν τῇ δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπενίπτοντο τὰς χεῖρας, *ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ δὲ τοῦ πράγματος· ὡς καὶ ὁ Πιλάτος ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος πεποίηκε· καὶ ὁ Δαβὶδ *ἔψαλλε, νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου. τοῦτο οὖν λέγει, ὅτι ὅπως ἂν ὦ καθαρὸς, οἱ ἀκριβεῖς οὗτοι ἔλεγχοι, καὶ αἱ ἐπαχθεῖσαι τιμωρίαι, ἐκ τῆς περιλήψεως, ἐρρυπωμένον με καὶ ἀκάθαρτον ἀποδεικνύουσιν· ὡς καὶ τὸν ἁπτόμενον τῶν ἱματίων μου, δοκεῖν μολύνεσθαι, διὰ πλῆθος ἁμαρτιῶν ἑκάστου ταῦτά με πάσχειν ὑπολαμβάνοντος. ταῦτα δέ φησι διὰ τοὺς αὐτοῦ φίλους, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι αὐτὸν ἁμαρτωλὸν, τὰ συμβαίνοντα αὐτῷ *προσφέρειν. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ὑπόδειγμα κεῖμαι πᾶσιν ἀσεβείας, διατί οὖν οὐκ ἀπέθανον; τὸν γὰρ πονηρὸν ἐκ τοῦ μέσου ληφθῆναι ἐχρῆν, ὥστε μὴ εἶναι τοῖς ἄλλοις διδάσκαλον. ἐὰν τοῦ ἡλίου δὲ καθαρώτερος γένωμαι, ἔχω κηλῖδα, οὐ τὴν τυχοῦσαν. ἀλλὰ καὶ οἱ οὕτως ἐγγύτατοι, ὡς ἡ στολὴ τῷ σώματι, καὶ αὐτοὶ ἐμίσησάν με, οὐ διὰ τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ὡς ἐναγῆ καὶ μιαρὸν, ὡς ἀκάθαρτον, οὕτως ἀπεστράφησάν με. βδελυκτὸν δέ μοι γέγονε καὶ τὸ σῶμα, τοῦτο γὰρ, ἡ στολή. δύναται δὲ καὶ οὕτω νοεῖσθαι, τὸ, ἐβδελύξατό με ἡ στολή μου, ὅτι φεύγει με καὶ ἡ ἐσθὴς, οἱονεὶ μισήσασά με, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ ἐνδύσασθαι δύναμαι, διὰ τὸ ἄγαν ἡλκῶσθαι.

*ἴσ. deest, λέγοντες. *ἴσ. ἔψαλε. *ἴσ. προφέρειν.

CHRYSOSTOMI, & OLYMPIODORI. Antiquis mos erat, balneis ſordes corporis eluere: vetus etiam mos obtinuit, ut manus lavarent, cùm ſe criminis alicujus minimè participes oſtendere vellent, diceréntque, Innoxius ſum ego ab hac re; prout in Salvatoris noſtri negotio à Pilato factum eſt: David etiam cecinit, *Lavabo inter innocentes manus meas.* Hoc igitur eſt quod dicit; Licèt purus exſtitero, accuratæ hæ explorationes & ſupplicia quæ mihi inferuntur, præjudicatâ hominum opinione, ſordidatum me & impurum eſſe oſtendunt; ut qui veſtimenta mea contigerit, pollui & inquinari ſe exiſtimet, cùm propter peccatorum multitudinem unuſquiſq; me hæc pati ſuſpicetur. Hæc autem ideo dicit quia amici ejus, ut peccatorem eum demonſtrarent, ea quæ illi evenerant, in medium attuliſſent. Quod verò dicit eſt hujuſmodi; Impietatis exemplum cunctis propoſitus ſum, *Quare igitur non ſum mortuus?* improbum enim, ne aliis improbitatis magiſter fieret, de medio tolli oportebat. Si verò Sole fuero purior, maculam tamen, nec vulgarem, inuſtam habeo. Verùm etiam qui tanquam indumentum corpori, affinitate me proximè attingunt, odio me proſequuntur; non propter ſupplicium mihi inflictum, ſed tanquam hominem impium, ſceleſtum, & impurum, me abominantur: ipſum etiam corpus mihi exſecrandum evaſit; hoc enim eſt, *Veſtimentum.* Poteſt etiam illud, *Exſecratum eſt me veſtimentum meum*, ſic intelligi; Veſtis ipſa, quaſi odio incitata, me fugit; ac ſi diceret, Propter ulcerum acerbitatem, eam induere non poſſum.

Matt.27.24. Pſal.25.6.

Οὐ γὰρ εἶ ἄνθρωπος κατ' ἐμὲ, ᾧ ἀντικρινοῦμαι, ἵνα ἔλθωμεν ὁμοθυμαδὸν εἰς κρίσιν.

Non es enim homo, ſicut ego, cui contradicam, ut veniamus pariter in judicium.

Utinam eſſet nobis medians, & arguens, & diſceptans inter utrumque.

εἴθε ἦν ὁ μεσίτης ἡμῶν, καὶ ἐλέγχων, καὶ διακούων ἀναμέσον ἀμφοτέρων.

OLYMPIODORI. Quoniam opinio ex tormentis concepta, Juſti impietatem demonſtrare videbatur, nec ex iis quæ cernebantur opinionis falſitas oſtendi poterat, apud Deum ipſum qui verax eſt, nec perſonas reſpicit, juſto ejus judicio plurimùm confidens, judicari vult; ac ſi diceret, Vos quidem, ô amici, ex malis mihi inflictis, calculo veſtro me condemnatis; ſi Deus autem, qui mentiri neſcit, in judicium mecum deſcendere voluerit (cum perſonarum non ſit reſpector, & ipſa veritas exiſtat) quòd propter peccata cruciatus mihi minimè intulerit, ipſe ſuo teſtimonio comprobabit. Quòd verò Juſti hæc ſit mens, & quòd propter amorem eximium, & fiduciam in Deum, ac confidentiam in ejus veritate, humana judicia recuſet, apud Deum verò, qui ſine mendacio & errore omnia pronunciat, libenter judicari velit; ipſum poſtea cum Sopharo diſſerentem audi, qui amicorum diſputatione relictâ, tanquam à vero aberrante, nec cum recto judicio procedente,
Cap.13.3.4 ſubjungit, *Veruntamen ego ad Dominum loquar* (qui, ſcilicet, nec mentitur, nec perſonas reſpicit) *& arguam in conſpectu ejus, ſi voluerit; vos autem eſtis medici injuſti, & curatores malorum omnes.* Vides quemadmodum, tanquam injuſta, hominum judicia declinet, ad Deum verò animarum medicum, juſtúmque judicem confugiat. Poſtea etiam, plurimùm juſto Dei judicio confiſus, animos ſumit, ac dicit,
Ibid.vers.18. *Novi ego quòd juſtus apparebo.* Rursúſque,
Cap.16.20. *Ecce in cœlis eſt teſtis meus, & conſcius meus in excelſis.* Vides quemadmodum ubique falſa hominum judicia fugiens, Deum ipſum adverſarium & teſtem ſibi poſtulet. Quantæ dilectionis, quantæ libertatis, quantæque confidentiæ argumenta hæc ſunt? Itaque Deus, qui mentes hominum penitus perſpectas habet, quo animi affectu Juſtus hæc

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ ἡ πρόληψις ἡ διὰ τῶν βασάνων, ἀσεβῆ τὸν δίκαιον ἀπεδείκνυε, καὶ οὐκ ἦν ἐκ τῶν ὁρωμένων δεῖξαι ψευδῆ τὴν ὑπόνοιαν, πρὸς αὐτὸν βούλεται κριθῆναι τὸν ἀληθῆ καὶ ἀπροσωπόληπτον Θεὸν, σφόδρα πεποιθὼς τῇ αὐτοῦ δικαιοκρισίᾳ, καὶ μονονουχὶ λέγων, ὑμεῖς μὲν, ὦ φίλοι, ἐκ τῶν * ἐπενεχθέντων, κατ' ἐμοῦ τὰς ψήφους ἐκφέρετε· εἰ δὲ θελήσοι ὁ ἀψευδὴς Θεὸς δικάσασθαι μετ' ἐμοῦ, ἀπροσωπολήπτης ὢν, καὶ αὐτοαλήθεια τυγχάνων, αὐτὸς προσμαρτυρήσει, ὅτι οὐ δι' ἁμαρτήματα τὰς βασάνους ἐπήγαγεν. ὅτι δὲ τοιαύτη ἐστὶν ἡ τοῦ δικαίου διάνοια, καὶ ἐκ πολλῆς ἀγάπης καὶ παρρησίας τῆς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πεποιθήσεως τῆς περὶ τὴν αὐτοῦ ἀλήθειαν, φεύγει μὲν τὴν πρὸς ἀνθρώπους κρίσιν, πρὸς Θεὸν δὲ ἡδέως κρίνεται, τὸν ἀψευδῶς καὶ ἀπλανῶς ἕκαστα λέγοντα· ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος ἐν τοῖς ἐφεξῆς, ὅτε πρὸς τὸν Σωφὰρ διαλέγεται, ὃς ἐάσας τὴν πρὸς τοὺς φίλους διάλεξιν, οἷα ἐσφαλμένην, καὶ οὐ μετὰ τῆς δικαίας προϊοῦσαν κρίσεως, ἐπάγει, οὐ μὴν δὲ ἀλλ' ἐγὼ πρὸς Κύριον λαλήσω, τὸν ἀψευδῆ, δηλονότι, καὶ ἀπροσωπόληπτον, ἐλέγξω δὲ ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐὰν βούληται· ὑμεῖς δέ ἐστε ἰατροὶ ἄδικοι, καὶ ἰαταὶ κακῶν πάντες. ὁρᾷς ὡς μὲν τὰς τῶν ἀνθρώπων κρίσεις, ὡς ἀδίκους, * ἐκκλίνει, εἰς δὲ τὸν τῶν ψυχῶν ἰατρὸν, καὶ δίκαιον κριτὴν καταφεύγει Θεόν. εἶτα καὶ ἐφεξῆς σφόδρα πεποιθὼς τῇ δικαιοκρισίᾳ τοῦ Θεοῦ, θαρρεῖ, καὶ λέγει, οἶδα ἐγὼ ὅτι δίκαιος ἀναφανοῦμαι. καὶ πάλιν, ἰδοὺ, ἐν οὐρανοῖς ὁ μάρτυς μου, ὁ δὲ συνίστωρ μου ἐν ὑψίστοις. θεωρεῖς πανταχοῦ, ὡς φεύγων τὰς παρὰ ἀνθρώποις ἐσφαλμένας κρίσεις, αὐτὸν αἰτεῖ τὸν Θεὸν, καὶ ἀντίδικον αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ μάρτυρα. ταῦτα πόσης ἀγάπης, πόσης παρρησίας, πόσης πεποιθήσεως; διὸ καὶ ὁ Θεὸς ἐπιστάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων, οὐ παρεσιώπησεν, εἰδὼς ἐκ ποίας διαθέσεως ὁ δίκαιος

* γ. ἐπαχθέντων.

* γ. ἐκκλίνει.

δίκαιος ἐλάλει· ἀλλὰ δέδωκεν αὐτῷ κατὰ τῶν φίλων τὰ νικητήρια, καὶ ἀπεφήνατο, μὴ δι' ἁμαρτίας αὐτὸν πάσχειν, ἀλλ' ἵνα ἀναφανῇ δίκαιος. Ταύτην οὖν ἐγνωκότες τοῦ δικαίου τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην, οὕτω τῶν ἐφεξῆς ἀναγεγραμμένων ἀκούσωμεν. ἐὰν δὲ λέγῃ ὁ Ψαλμῳδὸς, μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου, ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν, μὴ τοῦτο ἡμᾶς θορυβείτω. καὶ γὰρ καὶ ὁ μέγας οἶδεν Ἰὼβ, ὅτι ὡς πρὸς τὴν θείαν δικαιοσύνην, καὶ ἀκρίβειαν, οὐδεὶς δίκαιος· νῦν δὲ ὁ σκοπὸς αὐτῷ οὐ δικάσασθαι πρὸς τὴν θείαν ἀκρίβειαν, οὐδὲ δεῖξαι τὸν δίκαιον Θεὸν ἀδίκως αὐτὸν κολάζοντα· ἀλλ' ἀπελέγξαι ψευδομένους τοὺς φίλους, τοὺς οἰηθέντας δι' ἁμαρτίας αὐτὸν τιμωρεῖσθαι. ὥστε καὶ ὁ ἀγαθὸς Θεὸς τῇ τοῦ Ἰὼβ συνέδραμε γνώμῃ, καὶ σαφῶς εἶπεν, ὡς οὐ δι' ἀσέβειαν πέπονθεν, ἀλλὰ πεῖρά τις ἦν ἡ βάσανος, δοκιμάζουσα τὸ γενναῖον, ἵνα ἀναφανῇ δίκαιος. ἀλλ' ἀκούσωμεν τοῦ ἀοιδίμου λέγοντος, οὐ γὰρ εἶ ἄνθρωπος κατ' ἐμὲ, ᾧ ἀντικρινοῦμαι, ἵνα ἔλθωμεν ὁμοθυμαδὸν εἰς κρίσιν.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τοῦτό μοι, φησὶν, συμβαίνει, οὐχ ὡς τὴν συνείδησιν ἐπὶ παρανομίᾳ πληττομένῳ, ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ πρὸς ὁμοφυῆ καὶ ἰσότιμον τοὺς λόγους ποιοῦμαι· ὡς εἴθε ἦν, ὡς ἐπὶ ἀνθρώπων, πρὸς σὲ τὸν ἀδέκαστον κριθῆναι κριτήν. Εἶτα παρρησιαστικώτερον μεσίτου τυχεῖν εὔχεται, λέγων, Εἴθε ἦν ὁ μεσίτης ἡμῶν, καὶ ἐλέγχων, καὶ διακούων ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων. ὁ λόγος ἐστὶ * ἀκόλουθος ἐξομαλιζόμενος. ἐγὼ μὲν, φησὶν, ἐπίσταμαι τὰ κατ' ἐμαυτόν· ἐπειδὴ δὲ οἱ φίλοι, οὐ λογισμῷ ὀρθῷ * κινούμενοι, ἐκ δὲ τῶν περιεστηκότων θλιβερῶν οἴονταί με δι' ἁμαρτίας πεπονθέναι, ἀρκοῦμαι τῇ σῇ δοκιμασίᾳ· ὡς εἴθε ἦν ἑλέσθαι μεσίτην, τὸν * ἐν τῷ πράγματι ἀποφαινόμενον, ὥστε ἴσον ἑκατέρων γενέσθαι κριτὴν, καὶ μετὰ παρρησίας ἐλέγχειν τὸν ἀδικοῦντα. Ταῦτα δὲ, ὡς ἔφημεν,

* ἴσ. ἀκολούθως ἐξομαλιζόμενος.
* γρ. κινούμενοι.
* ἴσ. del. ἐν.

loqueretur cognoſcens, ſilentio non præterivit; ſed palmam illi contra amicos detulit, & adverſa illum pati, non propter peccata, ſed ut juſtus appareret, oſtendit. Cùm hoc igitur amore erga Deum flagrâſſe Juſtum intelligamus, ſic ea quæ deinceps ſcribuntur, audiamus. Neque verò illud nos perturbet, quod dicit Pſalmiſta, *Ne intres in judicium cum ſervo tuo, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens:* Pſal. 142. 2. Non enim ignarus fuit magnus Jobus, ſecundùm divinam juſtitiam, & diſtrictum examen, neminem reperiri juſtum: nunc verò ſcopus ejus eſt, non ut cum diſtricto Dei judicio contendat, neq; ut juſtum Deum injuſtè ipſum ſupplicio afficere oſtendat, ſed ut amicos mendacii argueret, qui propter peccata ſupplicia illi infligi arbitrabantur. Unde & bonus Deus Jobi ſententiæ aſſenſum præbuit, & palam profeſſus eſt, quòd non propter impietatem adverſa paſſus fuerit; ſed ut fortitudo ejus exploraretur, & juſtus appareret, cruciatus toleraverit. Sed ipſum virum celebrem dicentem audiamus, *Non es enim homo ſicut ego, cui contradicam, ut veniamus pariter in judicium.*

POLYCHRONII. Hoc mihi, inquit, accidit, non quòd conſcientia aliquo ſcelere vulneretur, ſed quia non cum eo ſermonem habeam, qui naturâ & dignitate mihi par ſit; atque utinam apud te judicem incorruptum, tanquam coram hominibus, judicari liceret. Deinde majorem libertatem & fiduciam induens, interceſſorem exoptat, dicens, *Utinam eſſet nobis medians, & arguens, & diſceptans inter utrumque:* Hæc verba, ut conſequentia poſtulat, nunc explananda ſunt. Ego, inquit, rerum mearum non ſum ignarus; quoniam verò amici rectæ rationis ductum non ſequuntur, ſed ex afflictionibus quæ me circumſtant, ob peccata me hæc pati exiſtimant, tuo examine contentus ſum. Atque utinam mediatorem eligere liceret, qui reipſa æquum ſe utriuſque judicem oſtenderet, & eum qui injuſtè fecit, liberè vituperaret. Hæc verò, ut diximus,

divinâ

divinâ veritate fretus, & amicos falſitatis arguere volens, loquitur. Cùm enim Jobus diceret, Non ſum tanti ſceleris conſcius, ut talia ſupplicia merear; & Deus diceret, quòd propter peccatum non puniret; quid aliud arbitro reſtabat, quàm ut ſermonibus utriuſque conſentiret, & amicos mendacii condemnaret? quod quidem poſtea à Deo ipſo factum eſt. Deinde, quaſi quiſpiam objiceret, Cur cauſæ tuæ æquitatem in medium non profers? docendo ait, Si Deus libertatem loquendi mihi conceſſerit, & cruciatibus liberaverit, metum etiam mihi eximet, ut tanquam ab eo loquendi libertate donatus, liberè & ex animo loquar, & cauſæ meæ æquitatem ob oculos proponam; unde ſubjungit.

θαρρῶν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀληθείᾳ, φησὶ, καὶ βουλόμενος τοὺς φίλους διελέγξαι μὴ ἀληθεύοντας. τοῦ γὰρ Ἰὼβ λέγοντος, οὐκ οἶδα τοιαῦτα ἡμαρτηκὼς, ὡς τοιαῦτα κολάζεσθαι· καὶ τοῦ Θεοῦ φάσκοντος, ὡς οὐ δι' ἁμαρτίαν κολάζει, τί ἕτερον εἶχεν ὁ μεσίτης ποιεῖν, ἢ συντρέχειν τοῖς ἑκατέρων λόγοις, καὶ καταδικάζειν τοὺς φίλους, ὡς ψευσαμένους; ὃ δὴ καὶ ὕστερον ὁ Θεὸς ἐποίησεν. Εἶτα ὥσπερ τινὸς λέγοντος, καὶ διατί μὴ τὰ σαυτοῦ * παρατίθεις δίκαια; διδάσκει λέγων, ὅτι εἰ ἐπιτρέπει μοι ὁ Θεὸς παῤῥησιάσασθαι, * ἀφελέσθαι τὰς βασάνους, ἐπιτρέψει μοι τὸ μὴ φοβεῖσθαι, ἵνα ὡς παρ' αὐτοῦ τὴν παῤῥησίαν λαβὼν, λαλήσω, καὶ ἀπὸ καρδίας εἴπω, καὶ τὰς ἐμὰς δικαιολογίας παραθῶμαι· διὸ ἐπάγει.

* ἴσ. παρατίθης

* ἴσ. καὶ.

Avertat à me virgam, timor autem ejus non me tranſverſum agat, & non timebo, ſed loquar.

Ἀπαλλαξάτω ἀπ' ἐμοῦ τὴν ῥάβδον, ὁ δὲ φόβος αὐτοῦ μή με στρεβλείτω, καὶ οὐ μὴ φοβηθῶ, ἀλλὰ λαλήσω.

POLYCHRONII. Hæc nonnulli de arbitro intelligi volunt; quaſi diceret, Si mediator me à circumſtantibus plagis liberaret, & pro futuro me nihil tale paſſurum ſponderet, liberè & audacter loquerer, ac de rebus meis abſque omni metu diſſererem, & ſupplicii mei cauſam ac rationem, purâ conſcientiâ exigerem, cùm nullius injuſtitiæ mihi conſcius ſim. Alii verò, Deo hæc dici volunt.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τινὲς περὶ τοῦ μεσίτου ταῦτα νοοῦσιν, ὡς εἰ ὁ μεσίτης ἀπήλλαξέ με τῶν νῦν ἐπικειμένων πληγῶν, καὶ περὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἐνηγγυήσατό μοι, ὡς οὐδὲν πείσομαι, παῤῥησιασάμενος ἐλάλησα ἄν, καὶ περὶ τῶν κατ' ἐμὲ δίχα παντὸς διελέχθην φόβου, καὶ καθαρῷ τῷ συνειδότι τῆς κατ' ἐμοῦ τιμωρίας τὴν αἰτίαν ἀπῄτησα, οὐ γὰρ συνεπίσταμαι ἐμαυτῷ ἄδικα. οἱ δὲ, πρὸς τὸν Θεὸν εἰρῆσθαι ταῦτα, φασίν.

OLYMPIODORI. *Avertat à me virgam ſuam*, hoc eſt, tormenta & quæſtiones; *Et timor ejus non me* obterat, id enim eſt, *tranſverſum agat*, ſtrangulet, circumagat, percellat. Liberationem autem à cruciatibus, veniæ & indulgentiæ argumentum facit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀποστησάτω ἀπ' ἐμοῦ τὴν ῥάβδον αὐτοῦ, τουτέστι, τὸ ἐτασικὸν, καὶ τὰς βασάνους· καὶ ὁ φόβος αὐτοῦ μή με θλιβέτω· τοῦτο γὰρ, τὸ, στρεβλούτω, ἀγχέτω, περιστρεφέτω, καταπλησσέτω. δεῖγμα δὲ ποιεῖται τῆς ἐπιτροπῆς, τὴν τῶν βασάνων ἀπαλλαγήν.

Οὐ

Οὐ γὰρ οὕτω συνεπίσταμαι, ΚΑΜΝΩΝ τῇ ψυχῇ μου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΕΥΑΓΡΙΟΥ. Οὕτω πως, ἢ ὡς οἱ φίλοι ὀνειδίζουσιν, ὡς δὴ ἁμαρτίας τιμωρούμενος· ἢ τοῦτο λέγει, ὅτι οὐ συγκάμνει τῷ σώματί μου ἡ ψυχή μου· τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς πληγῆς καταβέβληται, ἡ δὲ ψυχὴ μένει ἀταπείνωτος.

Στένων ἐπαφήσω ἐπ' ἐμαυτὸν τὰ ῥήματά μου.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἐφ' ἡσυχίας, φησί, στενάξω, πρὸς οὐδένα δυνάμενος τῇ ἐμαυτοῦ χρήσασθαι δικαιολογίᾳ. ὅρα δὲ πῶς ἡμᾶς ἀσφαλίζεται μηδὲν ἄτοπον ἐννοεῖν περὶ Θεοῦ. καὶ ταῦτα γάρ, φησί, στένων, καὶ τοῖς κακοῖς συνεχόμενος, οὐ κατὰ Θεοῦ βλασφημίαν ἐποίσω τινά, ἀλλὰ κατ' ἐμαυτοῦ τὰ τῆς ὀλιγωρίας τρέψω ῥήματα. τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγεν, ἀπόλοιτο ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἐγεννήθην, δεικνύς, ὅτι οὐδὲν κατὰ Θεοῦ ἐφθέγξατο, ἀλλὰ καθ' ἑαυτοῦ τὰ τῆς ὀλιγωρίας ἔτρεψε ῥήματα· καὶ μονονουχὶ λέγει, ὡς κατὰ Θεοῦ μὲν
* ἴσ. ἐφθεγξάμην. οὐδὲν οὐδόλως * φθέγγομαι, μὴ γένοιτο· εἰ δέ τι ὅλως καὶ λαλῶ ὑπὸ τῆς ἄγαν κακώσεως, καὶ οὐκ ἐμοῦ πολλάκις, ἀλλὰ τῆς νόσου τὰ ῥήματα. δείκνυσιν οὖν, ὡς οὐκ αὖ οὐδὲ τὰ
* ἴσ. ἑαυτόν. καθ' * ἑαυτοῦ ἐλάλει ῥήματα, ἀλλ' ἐφιλοσόφει, καὶ ἠγάπα τὴν σιωπήν, εἰ μὴ τὸ μέγεθος αὐτῶν τῶν ὀδυνῶν, εἶτα καὶ ὁ τῶν φίλων παροξυσμός, λαλεῖν ἠνάγκαζε. λαλεῖ δὲ οὐδὲν ἀπηχὲς κατὰ Θεοῦ, ὡς ἡμεῖς τε δι' ὅλων αὐτοῦ τῶν λόγων ἐπεδείξαμεν, καὶ ὁ Θεὸς προσεμαρτύρησε, δίκαιον αὐτὸν ἀποφηνάμενος. ἀπολογεῖται μέντοι ὑπὲρ τοῦ ἀνδρός, ὑπὲρ ὧν ὅλως ὀλιγωρότερον ἐφθέγξατο, αὐτὸ τοῦτο τό, ἄνθρωπον εἶναι, καὶ μὴ ἀναλγήτως τὰς βασάνους φέρειν, καὶ αἱ τῶν συμφορῶν ὑπερβολαί, καὶ ἡ τῆς ἀρετῆς ἀκρίβεια, καὶ τὸ ἁπλοϊκὸν τοῦ ἤθους καὶ ἄδολον, ὡς υἱοῦ πρὸς πατέρα μετὰ παρρησίας φθεγ-

Non enim ſic conſcius ſum, LABORANS animâ meâ. CAP. X.

OLYMPIODORI, & EVAGRII. Hoc autem ab eo ſic dictum eſt, vel quia amici ei exprobrarent, quòd peccatorum pœnas lueret; vel quia anima ejus non unà cum corpore pateretur: hoc enim plagâ confectum erat, anima verò malis non ſuccubuit.

Gemens dimittam ſuper me verba mea.

POLYCHRONII. Tacitè, inquit, ingemiſcam, cùm apud neminem defenſione mea uti poſſim. Vide autem quemadmodum nos muniat, ne de Deo aliquid abſurdi cogitemus; Gemens enim, inquit, & malis oppreſſus, nullo maledicto Deum inceſſam, ſed in meipſum verba incuriæ convertam. Hoc autem dicit, quoniam in principio dixerat, *Pereat dies in qua natus* Cap. 3. 3.
ſum, oſtendens, ſe nihil contra Deum eloquutum fuiſſe, ſed in ſeipſum negligentiæ verba convertiſſe; quaſi diceret, Abſit ut contra Deum aliquid loquar; ſi verò, afflictionis extremitate coactus, aliquid omnino loquutus fuero, ſæpenumero non mea, ſed ægritudinis verba ſunt. Oſtendit igitur, quod ne de ſeipſo quidem verba feciſſet, ſed æquanimitatem & ſilentium amplexus fuiſſet, niſi dolorum magnitudo, & amicorum exacerbatio, loqui invitum coëgiſſent. Nihil verò abſonum contra Deum loquitur, prout nos ex cunctis ejus ſermonibus palam fecimus; & Deus juſtum eum declarans, teſtimonio ſuo comprobavit. Siquid autem ab eo negligentiùs & inconſultiùs dictum eſt, excuſationem vel ideo meretur, quòd homo fuerit, & ſine doloris ſenſu cruciatus ferre non potuerit; quòd calamitates grandes extiterint, & virtus ſingularis in eo enituerit; quòd mores ſimplices & ingenui fuerint, tanquam filii qui patrem liberè alloqueretur;

retur; & quòd in omnibus ſuis ſermonibus nihil grave & odioſum de Deo protulerit; ſed ut illud tantùm oſtenderet, ſe non immeritò mortem optare, & quòd amicorum de eo opinio falſa eſſet; &, quod omnium præcipuum eſt, quòd Deus incorrupto ſuo ſuffragio juſtum eum pronunciaverit; ſanctus enim Apoſtolus alicubi author eſt,
Rom. 8. 33.34. *Si enim Deus eſt qui juſtificat, quis eſt qui condemnet?*

γομένου, καὶ τὸ διὰ πάντων αὐτοῦ τῶν λόγων μηδὲν μὲν δυσχερὲς φθέγξασθαι περὶ Θεοῦ, δεικνύναι δὲ μόνον, ὡς οὐκ ἀπεικότως ποθεῖ τὸν θάνατον, καὶ ὅτι οὐκ ἀληθὴς ἡ περὶ αὐτοῦ τῶν φίλων ὑπόνοια· καὶ τὸ δὴ πάντων κεφάλαιον, αὐτὴ τοῦ Θεοῦ ἡ ἀδέκαστος ψῆφος, δίκαιον αὐτὸν ἀποφηναμένη· εἰ γὰρ Θεὸς ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων, ὁ ἱερός που φησὶν Ἀπόστολος.

Loquar amaritudine animæ meæ compreſſus, & dicam ad Dominum, Noli docere me, impium eſſe; &, Cur me ita judicâſti? Aut bonum eſt tibi ſi iniquè egero?

Λαλήσω πικρίᾳ ψυχῆς μου συνεχόμενος, καὶ ἐρῶ πρὸς Κύριον, μή με ἀσεβεῖν δίδασκε· καὶ, διατί με οὕτως ἔκρινας; ἢ καλόν σοι ἐὰν ἀδικήσω;

OLYMPIODORI. Ne me deſpice labore fractum, ne graviore mœrore abſorptus, injuſtus evadam; ac ſi diceret, Ne me permittas, Domine, ultra vires tentari, ſed malis meis finem impone, nec in longum cruciatus extende; ne fortè quod veriſimile eſt, calamitate perculſus aliquid ineptum proferam, vel neceſſitate coactus incogitanter impietatis vocem edam: illud enim, *Noli me docere impium eſſe*, idem eſt ac, Vocem impietatis à me averte, Deus enim neminem docet impium eſſe. Illud autem, *Cur me ita judicâſti?* pro illo eſt, Doce me quorum ſcelerum ſupplicium de me ſumas. *Cur?* verò, hoc loco, non ad reddendam cauſam, ſed ad ſupplicandum uſurpatur. *Aut bonum eſt tibi ſi iniquè egero?* ac ſi diceret, Tibi, Domine, nec bonum, nec gratum eſt, ut ad iniquitatem ego delabar; miſerere igitur: multi enim cùm calamitates ferre non poſſent, ad iniquitatem ſive ad blaſphemiam converſi ſunt. Adeo ut Sanctus hic ſub ſua perſona pro nobis omnibus Deum ſuppliciter roget, ut tentationibus adversùm nos parcè veniam concedere velit, ne majore, ſcilicet, triſtitia abſorbeamur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Μὴ περιόρα με καταπονούμενον, ἵνα μὴ γένωμαι ἄδικος, τῇ περιαττοτέρᾳ λύπῃ καταποθείς· ὡσανεὶ ἔλεγε, μή με συγχωρήσῃς πειρασθῆναι, Κύριε, ὑπὲρ ὃ δύναμαι, ἀλλὰ παῦσον τὰ κατ' ἐμοῦ κακὰ, καὶ μὴ ἐπιπολὺ παρατείνῃς τὰς βασάνους, ἵνα μὴ, ὡς εἰκὸς, ἐκπλαγεὶς ἀνακόλουθόν τι φθέγξωμαι, ἢ κατολιγωρήσας ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἀσεβείας ἀφήσω λόγον· τὸ γὰρ, μή με ἀσεβεῖν δίδασκε, ἀντὶ τοῦ, ἀπόστησον λόγον ἀσεβείας ἀπ' ἐμοῦ· οὐδένα γὰρ ὁ Κύριος ἀσεβεῖν διδάσκει. τὸ δὲ, διατί με οὕτως ἔκρινας; ἀντὶ τοῦ, γνώρισόν μοι, ποίων με παρανομημάτων εἰσπράξω δίκην. τὸ δὲ, διατί; οὐκ αἰτιολογικῶς, ἀλλ' ἱκετευτικῶς λέγει. ἢ καλόν σοι ἐὰν ἀδικήσω; ὡσανεὶ ἔλεγεν, οὐ καλόν σοι, δέσποτα, οὐδὲ ἀρεστὸν, τὸ, εἰς ἀδικίαν τραπῆναί με· οἰκτείρησον τοίνυν· πολλοὶ γὰρ τὰς συμφορὰς οὐ φέροντες εἰς ἀδικίαν, εἴτουν βλασφημίαν ἐτράπησαν. ὡς δὲ οἰκείῳ μέντοι προσώπῳ ὑπὲρ ἡμῶν πάντων ὁ ἅγιος τὸν Θεὸν ἱκετεύει, πεφεισμένως συγχωρεῖν καθ' ἡμῶν τοὺς πειρασμοὺς, ἵνα μὴ περιαττοτέρᾳ λύπῃ καταποθῶμεν.

Ὅτι

Ὅτι ἀπείπω ἔργα χειρῶν σου, βουλῇ δὲ ἀσεβῶν προσέσχες.

Quia deſpexiſti opera manuum tuarum, & ad conſilium impiorum animadvertiſti.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς, ὅτι οὐ διὰ τοῦτο βούλεται δικάσασθαι, ὡς καλῶς πράττων, ἀλλ' * ὅτι ὠφελεῖ με, φησὶν, αὕτη ἡ θλῖψις; δέδοικα γὰρ μὴ καὶ βλάψῃ. Εἰκὸς γάρ τινας * λογίσασθαι, ἢ ὅτι οὐ προνοεῖς τῶν ἀνθρώπων οὓς ἔπλασας, ἢ ὅτι οἱ φαῦλοι μάλιστα παρὰ σοὶ εὐδοκιμοῦσι, καὶ ἀρέσκουσί σοι μάλιστα τὰ τούτων βουλεύματα.

γρ. πῶ. γρ. λογίσασθαι.

CHRYSOST. Vides, quòd non ideo judicio cõtendere velit, quaſi actiones ejus bonæ aſſent; ſed, Qua in re proderit mihi, inquit, hæc afflictio? vereor enim ne obſit potiús: veriſimile enim eſt, quoſdam ſecum cogitaturos, vel quòd hominum quos finxiſti, curam non geras, vel quòd improbi præcipuè in exiſtimatione apud te ſint, & illorum conſilia tibi maximè arrideant.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πάλιν μέντοι ὡς ποιητὴν ἱκετεύει, μὴ παριδεῖν ἑαυτοῦ τὸ ποίημα· καὶ ἠρέμα μὲν πληροφορεῖται, ὅτι τῷ διαβόλῳ παραδέδοται· τοῦτον γὰρ ἴσως, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δαίμονας, ἀσεβεῖς φησί· τὴν δὲ πρόνοιαν, δι' ἣν ὁ πονηρὸς αὐτοῦ κρατεῖ, οὔπω μαθεῖν δεδύνηται. διό μοι δοκεῖ, καὶ ποικίλοις περιστρέφειν λόγοις, τοῦτο μὲν ἐξαιτῶν, ἀπαλλαγῆναι τῶν δεινῶν, τοῦτο δὲ καὶ μαθεῖν * ἐπιποθῶν, δι' ἣν αἰτίαν κολάζεται.

γρ. ἐπιζητῶν.

OLYMPIODORI. Rurſus quidem tanquam opificem eum deprecatur, ne opus ſuum deſpiciat; ſibique ſenſim perſuadet, ſe diabolo traditum fuiſſe; (hunc enim forſan, & reliquos cum eo dæmones, *impios* dixit) providentiæ autem rationem, cur in diaboli poteſtate eſſet, nondum addiſcere potuit. Unde mihi videtur vario verborum circuitu uti, partim quidem ut à malis liberetur enixè poſtulans, partim verò ut cauſam ob quam puniretur intelligat, deſiderans.

Ἢ ὥσπερ βροτὸς ὁρᾷ, καθορᾷς; ἢ καθὼς ὁρᾷ ἄνθρωπος, βλέψῃ; ἢ ὁ βίος σου ἀνθρώπινός ἐστιν; ἢ τὰ ἔτη σου ἀνδρός; ὅτι ἀνεζήτησας τὴν ἀνομίαν μου, καὶ τὰς ἁμαρτίας μου ἐξιχνίασας· οἶδας γὰρ ὅτι οὐκ ἠσέβησα. ἀλλὰ τίς ἐστιν ὁ ἐκ τῶν χειρῶν σου ἐξαιρούμενος;

Aut ſicut mortalis videt, deſpeclas? aut ſicut homo videt, perſpicies? aut humana eſt vita tua? aut anni tui ſunt viri? quoniam inquiſiviſti iniquitatem meam, et peccata mea inveſtigâſti; ſcis enim me non egiſſe impié: ſed quis eſt, qui de manibus tuis eripiat?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Μὴ ἀνθρωπίνως, φησὶ, τὰ πράγματα κρίνεις; μὴ δύναταί τι διαλαθεῖν τὴν σὴν ἀκρίβειαν, ὥσπερ τοὺς ἀνθρώπους; μὴ τὰ ἔτη σου ὀλίγα τυγχάνει, καὶ ἀγνοεῖς τὰ πρὸ τῆς σαυτοῦ ἀρχῆς γεγονότα; καὶ χρεία σοί ἐστι ζητεῖν ἢ ἐξετάζειν τὰ πεπραγμένα, ὥστε γνῶναι ὅτι μηδὲν ἠσέβησα;

OLYMPIODORI. Num hominum, inquit, more de rebus fers judicium? Num diſtrictum tuum examen, ſicut homines, quicquam latere poteſt? Num anni tui pauci ſunt, & ea quæ ætatem tuam præceſſerunt, ignoras? tibiq; factorum meorum inquiſitione & exploratione opus eſt, ut intelligas, in nullo me impium eſſe?

JULIANI.

JULIANI, & POLYCHRONII. An non præterita & futura nôſti? An recens eſt originis tuæ initium, ut ex diſquiſitione actiones meas, & quarum causâ me plagis expoſueris, intelligas? verùm nihil te latet, prout homines, & ſcientiam tuam fugit; quandoquidem vita tua, ſicut illorum, brevis & caduca non eſt. Quomodo igitur iniquitatem meam exquiris, & peccatum meum inveſtigas, in quibus impietatem contra te non ineſſe, exploratum habes? Hæc autem eò ab eo dicuntur, ut Deum juſtitiæ ſuæ teſtem proferat, ſimúlque ut divina bonitate frui enixè petat. Hominum enim, inquit, improbitatem non imitaris, memorem & malevolum erga peccatores animum gerens, & ſeveras delictorum pœnas ab iis repoſcens: homines enim paria exigunt; tu verò, Deus, quæ tua eſt benignitas, de multis pauca requiris, qui cùm intimas cogitationum fibras perfectè cognoſcas, in nullo me deliquiſſe conſcius mihi es.

CHRYSOSTOMI, & OLYMPIODORI. Novi etiam ego, me nullam impietatem admiſiſſe, quanquam contingere poſſit, ut impiè agam, & tamen ignorem; te igitur puniente, nemo juſtificari poteſt: quamvis autem meo judicio impiè non egerim, novi tamen voluntatem tuam me vitare non poſſe; ac ſi diceret, Quamvis nullius mihi conſcius ſim, tua tamen voluntas, cui noſtra meliùs ſunt quàm nobis ipſis cognita vincat, & obtineat.

JULIANI. Verba autem diligentiùs perpendenda ſunt: aliud enim *peccatum*, aliud *iniquitatem* eſſe dicit; illud enim pariter in Deum, & in hominem committitur, hæc verò peculiariter in Deum, cui pietatis cultus debetur, inter homines enim nemo veneratione proſequendus eſt. Senſus autem horum verſuum complexus talis eſt; Tu viribus ac poteſtate polles, & eorum quæ ſunt cognitionē habes, & juſtitia penes te eſt; quis igitur tibi obſiſtere poteſt? Hæc verò omnia beatus Jobus in eum finem profert, ut nos doceat, in tentationibus nihil

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἆρα οὐκ οἶδας τὰ παρελθόντα, καὶ τὰ ἐσόμενα; μὴ πρόσφατον τὴν ἀρχὴν ἔχεις, ἵνα ἐξ ἀνακρίσεως τὰ κατ' ἐμὲ ἐπιγνῷς, δι' ὧν τῇ αἰκίαις με παραδέδωκας; ἀλλ' οὐδέν σε λέληθεν, ὥσπερ τοὺς ἀνθρώπους λανθάνει, ἐπεὶ μηδὲ κατ' αὐτοὺς ὀλιγοχρόνιος εἶ. πῶς τοίνυν ἀναζητεῖς τὴν ἀνομίαν μου, καὶ τὴν ἁμαρτίαν μου ἐξιχνιάζεις; ἐν αἷς ὅτι οὐκ ἔστιν ἀσέβεια ἡ παρὰ σέ, οἶδας. Ταῦτα δὲ λέγει, μάρτυρα τὸν Θεὸν τῆς ἑαυτοῦ δικαιοσύνης παρεχόμενος, ὁμοῦ καὶ ἐξαιτῶν ἀγαθότητος ἀπολαῦσαι Θεοῦ. οὐ γὰρ τὴν ἐν ἀνθρώποις, φησὶν, αὐτὸς κακίαν μιμῇ, μνησικακῶν τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ ἀκριβεῖς τῶν πλημμελημάτων ἀπαιτῶν τὰς εὐθύνας· οἱ μὲν γὰρ ἄνθρωποι τὰ ἴσα ζητοῦσι, σὺ δὲ, Θεὸς, τῇ ἀγαθότητι, ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα ἐξετάζεις, ὃς καὶ τὰ μυχαίτατα τῶν λογισμῶν σαφῶς διαγινώσκων, σύνοιδάς μοι οὐδὲν ἐπταικότι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Καὶ ἐγὼ οἶδα, ὅτι οὐκ ἠσέβησα, ἀλλὰ συμβαίνει ἠσεβηκέναι με, καὶ ἀγνοεῖν· ὅταν οὖν σὺ κολάσῃς, οὐδεὶς δικαιωθῆναι δύναται. ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ἠσέβησα τόγε εἰς ἐμὴν γνώμην, οἶδα ὅτι τὴν σὴν βουλὴν οὐκ ἔστιν ἀποφυγεῖν, αὐτὶ τοῦ, κἂν μὴ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' ἡ σὴ κρατείτω βουλὴ, ἡ κρεῖττον ἡμῶν τὰ καθ' ἡμᾶς ἐπισταμένη.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Ἐπιστῆσαι δὲ δεῖ τῷ ῥητῷ, ὅτι ἄλλο λέγει τὴν ἁμαρτίαν, ἕτερον δὲ τὴν ἀσέβειαν· καὶ τὴν μὲν κοινῶς περί τε τὸν Θεὸν καὶ ἀνθρώπους γίνεσθαι, τὴν δὲ ἰδικῶς περὶ Θεὸν, περὶ ὃν καὶ τὸ σέβειν, ἀνθρώπων γὰρ σεπτὸς οὐδείς. τὸ δὲ συναγόμενον ἐν τοῖς στίχοις τοιοῦτόν ἐστι· τὸ δύνασθαί σοι πρόσεστι, καὶ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν ἔχεις, καὶ τὸ δίκαιόν σοι ὑπάρχει· τίς οὖν ἀντιστῆναί σοι δύναται; Ταῦτα δὲ πάντα ὁ μακάριος Ἰὼβ φθέγγεται, ἡμᾶς διδάσκων, ἐν τοῖς πειρασμοῖς μηδὲν ἕτερον ποιεῖν, ἢ

ἐπὶ

ἐπὶ Θεὸν καταφεύγειν, καὶ ἱκετεύειν, ὡς ἀγαθὸν, φείσασθαι τοῦ ἑαυτοῦ ποιήματος· διὸ εἰπὼν, ἀλλὰ τίς ἐστιν ὁ ἐκ χειρῶν σου ἐξαιρούμενος; ἐπήγαγεν.

aliud agendum, quàm ut ad Deum confugiamus, & eum pro ſua benignitate ſupplices oremus, ut ſuo opificio parcere velit: quare cùm dixiſſet, *Quis eſt qui de manibus tuis eripiat?* ſubjunxit.

Αἱ χεῖρές σου ἔπλασάν με, καὶ ἐποίησάν με.

Manus tuæ plaſmaverunt me, et fecerunt me.

ΧΡΥΣΟΣΤ. καὶ ΟΛΥΜΠ. Ἔργον εἰμὶ, φησὶ, τῶν χειρῶν σου, κἂν ἁμαρτωλός. ὁρᾷς ὡς καὶ ποιητὴν γινώσκει τὸν Θεὸν, καὶ παρακαλεῖ φείσασθαι ποιήσασθαι τοῦ ἰδίου δημιουργήματος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διαφέρει δὲ τὸ ἔπλασας, τοῦ, ἐποίησας· πέπλασται μὲν γὰρ τὸ σῶμα ἐξ ὑποκειμένης τῆς γῆς, ἤτοι τῆς γυναικός· πεποίηται δὲ ἡ ψυχὴ μὴ προϋποκειμένου τινός· ὡς γὰρ ἀσώματος, οὕτω καὶ ἀμέριστος.

CHRYSOSTOMI, & OLYMPIODORI. Licèt peccator, inquit, exiſtam, opus manuum tuarum ſum. Vides quemadmodum Deum opificem agnoſcat, &, ut parcat ſuo opificio, roget.

DIDYMI. Diſcrimen verò eſt inter *Plaſmaviſti* & *Feciſti*; plaſmatum enim eſt corpus ex præexiſtente terra, aut muliere; anima verò ex nulla præexiſtente materia facta eſt; ſicut enim incorporea, ſic etiam indiviſibilis eſt.

Μετὰ ταῦτα μεταβαλών, με ἔπαισας. [Ἀκύλας δὲ καὶ Θεοδοτίων, ἅμα κύκλῳ κατεπόντισάς με.]

Poſtea mutans percuſſiſti me. [Aquila verò & Theodotio, *Simul in circuitu adobruiſti me.*]

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Μετὰ τὸ ποιῆσαί με, φησὶ, καὶ ἐν εὐθηνίᾳ καταστῆσαι, εἰς θλίψεις καὶ μάστιγας μετέβαλες τὰ κατ' ἐμέ. τὸ δὲ ὅλον τοιοῦτον· οὐδεὶς ἕτερος ἀπαλλάξαι με τῶν κακῶν δύναται, πλὴν σοῦ τοῦ πλήξαντος.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀκολούθως δὲ, καὶ τῆς δημιουργίας, καὶ τῆς προνοίας αὐτὸν ἐπιστάμενος ἀρχηγὸν καὶ κύριον, εἰς εὐχὴν τρέπει τὸν λόγον, ἱκετεύων μνησθῆναι τοῦ τῆς φύσεως εὐτελοῦς, καὶ ὀλιγοχρονίου, καὶ ὅτι ἐξ ἀρχῆς τῇ ἀγαθότητι * πεποίηκε, καὶ ὀργισθεὶς θανάτῳ ἐζημίωσε, καί φησι.

*ἴσ. suppl. τ̃ ἀνθρώπου.

OLYMPIODORI. Poſtquam, inquit, me feciſti, & in rerum affluentia conſtituiſti, in afflictiones & verbera rerum mearum ſtatum commutâſti. Summa autem totius hæc eſt; Prater te, qui me plagis affeciſti, nemo alius ex hiſce malis eripere me poteſt.

CHRYSOSTOMI. Conſequenter verò, cùm creationis & providentiæ principem & dominum illum agnoſceret, ad preces ſermonem convertit, ſupplexque petit, ut vilitatis & brevitatis vitæ humanæ recordari velit, & quòd in initio ex benignitate ſua hominem creaverit, & infenſus, morte poſtea multaverit, dicitque.

Μνήσθητι ὅτι πηλόν με ἔπλασας, εἰς δὲ γῆν με πάλιν ἀποστρέφεις.

Memor eſto quòd lutum finxiſti me, et in terram me iterum convertis.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Εἰ καὶ ἐπήγαγες, φησὶν, ὡς ἐξουσι-

OLYMPIODORI. Quamvis, inquit, tanquam poteſtatem habens,

 acerbis

acerbis & moleſtis me affixeris, recordare tamen quòd imbecillis ſim, & quòd corpus meum ex luto fabricatum ſit.

ἄζων, τὰ ὀδυνηρά, ἀλλὰ μνήσθητι ὅτι ἀσθενής εἰμι, καὶ ἐκ πηλοῦ τὴν σύστασιν ἔχω, κατὰ τὸ σῶμα δηλαδή.

JULIANI. Ex his autem divinæ naturæ majeſtatem demonſtrat; Tantâ, inquit, bonitate & ſapientiâ præditus es, ut etiam ex fragili hac materia animal effeceris, illique intelligentiam & rationem elargitus ſis.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Ἐκ δὲ τούτων καὶ τὸ μεγαλοφυὲς τοῦ Θεοῦ ἀποδείκνυσιν· εἰς τοσοῦτον γάρ, φησίν, ἀγαθὸς εἶ, καὶ σοφός, ὡς καὶ ἐκ τῆς ὕλης ταύτης τῆς ἐπικήρου ζῶον ποιῆσαι, καὶ τούτῳ νοῦν καὶ λόγον χαρίσασθαι.

Nónne tanquam lac mulſiſti me, et coagulâſti me æquè ac caſeum? Pelle autem et carne veſtiſti me, oſſibúſque et nervis conſeruiſti me: vitam autem et miſericordiam poſuiſti apud me, et viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum.

Ἢ οὐχ ὥσπερ γάλα με ἤμελξας, ἐτύρωσας δέ με ἴσα τυρῷ; δέρμα δὲ καὶ κρέας με ἐνέδυσας, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἔνειρας· ζωὴν δὲ καὶ ἔλεος ἔθου παρ' ἐμοί, ἡ δὲ ἐπισκοπή σου ἐφύλαξέ μου τὸ πνεῦμα.

CHRYSOST. Semen ex quo animal conſiſtit, lac emulctum dicit; & quemadmodum lac ex uberibus expreſſum fit caſeus, ita ſemen ſtillatim fuſum, & coagulatum, natura & ſubſtantia evadit; atque hæc prima eſt embryi conſtitutio. Semen enim quod uteri ſulcis mandatum eſt, cùm inſtar caſei condenſatur & coagulatur, ſubſtantia fit, ac poſtea efformatur (vel, ut Scriptura loquitur, *exemplari aſſimilatur*, & tanquam characterem recipit) & ſubſtantia quæ humida erat, coagmentatur, quòdque in uterum fuit conjectum, in pellem, carnes, oſſa, & nervos diſtribuitur: & hæc quidem ſingula, animâ præſente, motu animali moventur, illâ verò recedente, torpent & otioſa ſunt. Non ſolùm autem, inquit, vitam mihi largitus es, quod creationis proprium eſt indicium, ſed miſericordem etiam te præbuiſti, quod providentiæ favorem manifeſtat, in omni enim vitâ providenti-
Exod.21.23 am tuam expertus ſum; hoc enim eſt, *Viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum*, id eſt, Poſtquam creatus ſum, tuâ providentiâ vitâ fruor; & in ſumma, vniverſam conſtitutionis corporis, quæ ex anteceden-

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τὸ σπέρμα ἐξ οὗ συνίσταται τὸ ζῶον, γάλα ἀμελχθὲν λέγει· καὶ ὥσπερ τὸ γάλα ἀμελχθὲν τυρὸς γίνεται, οὕτω καὶ τὸ σπέρμα ἀποσταξὲν, καὶ συστραφὲν, φύσις γίνεται· κατάστασις δὲ αὕτη ἐστὶ πρώτη τοῦ ἐμβρύου. τὸ γὰρ καταβληθὲν εἰς τὰς αὔλακας τῆς ὑστέρας σπέρμα, ὅταν συστραφῇ οἷα τυρός, καὶ παγῇ, γίνεται φύσις, ὕστερον λοιπὸν διαπλάττεται (ἤ, ὡς ἡ γραφή φησιν, ἐξεικονίζεται, καὶ δέχεται ὥσπερ χαρακτῆρα· καὶ συμπήγνυται μὲν ἡ ὑγρὰ φύσις, εἰς δὲ δέρμα, καὶ κρέας, ὀστέα τε, καὶ νεῦρα μερίζεται τὸ καταβληθέν· ταῦτα μὲν τοιαῦτα καθ' ἑαυτά, παρούσης μὲν ψυχῆς, ζωτικὸν ἔχει κίνημα, ἀναχωρησάσης δέ, ἀργὰ καταλείπεται). οὐ μόνον δέ, φησί, ζωὴν ἔθου παρ' ἐμοί, ὅπερ τὸ τῆς δημιουργίας οἰκεῖον σημαίνει, ἀλλὰ καὶ ἔλεον ἐποίησας μετ' ἐμοῦ, δι' οὗ ἡ προνοητικὴ χάρις δηλοῦται, καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον προνοίας ἀπήλαυσα τῆς σῆς· τοῦτο γάρ, τό, ἡ ἐπισκοπή σου ἐφύλαξέ μου τὸ πνεῦμα, τουτέστι, καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι, τῇ σῇ προνοίᾳ τὸ ζῆν κέκτημαι· καὶ ἁπλῶς, ὅλην τὴν ὁδόν, καὶ ἁρμονίαν τῆς συστάσεως τοῦ σώματος ἀπαγγέλλει,

ἀπαγγέλλει, διά τε τῶν πρὸ * τούτων, καὶ αὐτῶν προκειμένων.

* ἴσ. τούτου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὡς γάλα γάρ με, φησὶν, ἤμελξας, ἤτοι ἀπὸ χοὸς διὰ τὸ λεπτότατον, ἢ διὰ τὸν σπερματικὸν λόγον μᾶλλον. ἐτύρωσας δὲ, τουτέστιν, ἔπηξας ὡς τυρὸν, ἢ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῆς πλάσεως σύμπηξιν, ἢ καὶ διὰ τὴν ἐν τῇ μήτρᾳ σύστασιν. τὸ δὲ, ἐνεῖρας νεύροις, ἀντὶ τοῦ, συνέρραψας. τὸ δὲ, ζωὴν ἔθου παρ' ἐμοὶ καὶ ἔλεος, καὶ ἡ ἐπισκοπή σου ἐφύλαξέ μου τὸ πνεῦμα, ἀντὶ τοῦ, διὰ μόνην φιλανθρωπίαν καὶ ἔλεον, ἐξ οὐκ ὄντων ἡμᾶς εἰς τὸ εἶναι καὶ ζῆν παρήγαγες· ἡ δὲ σὴ περὶ ἡμᾶς πρόνοια τὴν ἡμετέραν διατηρεῖ σύστασιν.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τάχα δὲ καὶ ἐκπλήττεται, πῶς ἐν μήτρᾳ τὸ βρέφος ἐν τοσαύτῃ ὑγρότητι συνεχόμενον οὐ διαφθείρεται· τοῦτο οὖν, φησὶν, οὐκ ἂν ἐγένετο, μὴ σοῦ φιλανθρωπίᾳ διακρατοῦντος τὴν φύσιν· εἰ γὰρ μὴ ἠλέησας, οὐκ ἂν ἐν τῇ ὑγρότητι τῆς μήτρας ἔζη τὸ βρέφος. δι' ὅλων δὲ ὃ κατασκευάζει, ἐκεῖνό ἐστιν· ἐποίησας ἡμᾶς ἀγαθότητι, εἶτα θανάτῳ κατεδίκασας, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀφείλου τοῦ εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλ' ἀθανάτους τῇ διαδοχῇ κατέστησας, πλείστην περὶ ἕκαστον ἐνδειξάμενος πρόνοιαν· καθ' ἣν ἐξ εὐτελοῦς ὑποθέσεως τῆς τῶν ἀνθρώπων γονῆς τὸ εἶναι τούτοις * δεδώρηται, οὐκ ἐῶν διαφθείρεσθαι ἐν τῇ μητρῴᾳ νηδύϊ, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος, καὶ ὀστέα ἔπηξας, καὶ μυελὸν ἔτηξας, καὶ νεῦρα διέτεινας, καὶ φλέβας ἐφύσησας, καὶ αἷμα ταύταις ἐνέχεας, καὶ σάρκα ἐμάλαξας, καὶ δέρμα περιέτεινας, καὶ οἷον ἔνδυμα περιέβαλες. ὁ τοσαύτην οὖν φιλανθρωπίαν περὶ ἐμὲ ἐπιδειξάμενος, τοσαύτην πρόνοιαν, τοσαύτην σοφίαν, περιορᾷς *;

* ἴσ. δεδώρησαι.

* ἴσ. ἐμὲ.

tibus ſit, & ipſorum etiam præexiſtentium, rationem & harmoniam indicat.

OLYMPIODORI. *Tanquam lac enim me mulſiſti*, inquit, è terræ pulvere ſcilicet, propter ejus exilitatem, vel potiùs propter ſpermaticam rationem. *Coagulâſti* autem, id eſt, tanquam caſeum me condensâſti, idque vel propter plaſmationis, quæ in initio extitit, coagmentationem; vel propter eam quæ in utero fit concretionem. Illud verò, *Nervis conſeruiſti me*, id eſt, conſuiſti. *Vitam verò & miſericordiam poſuiſti apud me, & viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum*, id eſt, Tuâ ſolius benignitate & miſericordiâ, cùm non eſſemus, vitam & exiſtentiam nobis tribuiſti; & tua erga nos providentia corporis noſtri compagem ſalvam tuetur.

POLYCHRONII. Forſan etiam attonitus obſtupeſcit, quomodo infans tanto humore in utero circumſeptus non extinguatur; hoc autem, inquit, non fieret, niſi benevolentiâ erga genus humanum naturam incolumem ſervares; niſi enim tu miſericordiâ moverere, fœtus in uteri humiditate vivere non poſſet. Quod verò his omnibus adſtruere nititur, hoc eſt; Benignitate tua nos feciſti, morti deinde addixiſti; genus tamen univerſum non prorſus deleviſti, ſed homines ſucceſſionis viciſſitudine immortales reddidiſti, ſingulari providentiâ unumquemque complexus; qua ex vili generationis materia largitus es hominibus ut exiſterent, nec paſſus es in matris utero extingui, ſed ex eodem ſemine oſſa condenſâſti, medullam mollem & fluxam feciſti, nervos diſtendiſti, venas inflâſti, ſanguinem illis infudiſti, carnem emolliviſti, cutéque circumdediſti, ac quaſi indumento amiciviſti. Méne igitur negligis, qui tantam erga me benignitatem, tantam providentiam, tantámque ſapientiam manifeſtâſti?

Hæc cùm habeas in teipſo, ſcio quòd omnia potes, & nihil tibi evadit impoſſibile.

OLYMPIODORI. Cùm hæc, inquit, opinio apud me firma & rata ſit, quòd non enti exiſtentiam tribuere, & ex ſubſtantia fluxa & lactea hominis compagem tuâ ſapientiâ & potentiâ producere poſſis, & quòd miſericors, & vitæ dominus ſis, rebúſque noſtris diligenti curâ proſpicere digneris; & in ſumma, vim tuam & poteſtatem creandi, gubernandi, & judicandi mecum conſiderans, (quæ per illa, *Vita*, *Miſericordia*, & *Viſitatio*, intelligitur) à præſentibus doloribus te opificium tuum liberare poſſe, certò mihi perſuadeo. Vides quanta cum religione creatoris mentionem faciat, & pro creatione & providentia erga nos, gratias referat: quæ quidem hominis verè pii, & admodum grati indicia, & religioni beati Jobi conſona ſunt.

Ταῦτα ἔχων ἐν σεαυτῷ, οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι, ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐθέν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ταῦτα, φησί, τὰ δόγματα περὶ ἐμαυτῷ πάγια κεκτημένος, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγεῖν δυνατὸς εἶ, καὶ τὴν ῥευστὴν καὶ γαλακτώδη οὐσίαν, ὡς σοφὸς καὶ δυνατὸς, εἰς ἀνθρώπου σύστασιν ἐργάζῃ, καὶ ὅτι ἐλεήμων εἶ, καὶ ζωῆς χορηγὸς, καὶ ὅτι πολλὴν τὴν καθ' ἡμᾶς ποιῇς πρόνοιαν· καὶ ἁπλῶς, τὸ δημιουργικὸν, τὸ προνοητικὸν, τὸ κριτικὸν λογιζόμενος, ἃ δηλοῦται διὰ τοῦ, ζωὴ, καὶ ἔλεος, καὶ ἐπισκοπὴ, οἶδα ὅτι δυνατὸς εἶ, καὶ τῶν παρόντων ἀλγεινῶν τὸ σὸν ἀπαλλάξαι ποίημα. ὁρᾷς πῶς σεβασμίως μέμνηται τοῦ δημιουργοῦ, καὶ χάριν ὁμολογεῖ τῆς ποιήσεως, καὶ τῆς περὶ ἡμᾶς προνοίας· ἅπερ ἐστὶν εὐσεβοῦς ὄντως, καὶ λίαν εὐχαρίστου, καὶ τῇ τοῦ μακαρίου Ἰὼβ πρέποντα θεοσεβείᾳ.

Quòd ſi & peccavero, cuſtodis me; ab iniquitate autem non inſontem me feciſti.

OLYMPIODORI. Decet, inquit, tuam clementiam & benignitatem opificio tuo veniam aliquam impertiri, nec pro tua omniſcientia accuratè nimis omnes meas actiones & peccata animadvertere. Rurſus verò hoc loco vir ſanctus ſub ſua perſona, pro nobis Deum ſuppliciter orat; communem enim naturæ humanæ perſonam ſuſcipiens, dicit, Nihil te latet, Domine, ſed etiam noſtra opera obſervas, (hoc enim eſt, *cuſtodis*). & licèt ſæpenumero peccatores non confeſtim punias, non tamen ideo impunitos dimittis: verùm ſeverus, inquit, delictorum meorum indagator factus, & pro omnibus ſupplicium de me ſumens, pari benignitate me nequaquam es complexus.

Ἐάν τε γὰρ ἁμάρτω, φυλάσσεις με· ἀπὸ δὲ ἀνομίας οὐκ ἀθῷόν με πεποίηκας.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πρέπει, φησί, τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ νέμειν τι καὶ συγγνώμης τῷ σῷ ποιήματι, καὶ μὴ σφόδρα ἀκριβῶς, ὡς πάντα ἐπιστάμενον, πάσας τὰς πράξεις μου καὶ τὰ παραπτώματα ἐπιτηρεῖν. * Ταῦτα δὲ πάλιν ὁ ἅγιος τὸ οἰκεῖον πρόσωπον ὑποστησάμενος, ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετεύει Θεόν· τὸ κοινὸν γὰρ τῆς ἀνθρωπότητος πρόσωπον ὑπελθὼν, φησὶν, ὅτι οὐδέν σε λανθάνει, δέσποτα, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐπιτηρεῖς ἡμῶν τὰ ἔργα, τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, φυλάσσεις· καὶ εἰ πολλάκις τοὺς ἁμαρτάνοντας μὴ παραχρῆμα κολάζεις, πλὴν οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀθώους ἐᾷς· ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἐμοῦ, φησὶ, τῇ ἴσῃ ἐχρήσω ἀγαθότητι, ἀκριβής τε ἐξεταστὴς τῶν ἡμῶν πλημμελημάτων γενόμενος, καὶ δίκας ὑπὲρ ἁπάντων ἀπαιτήσας.

* ἴσ. ἐνταῦθα

ΔΙΔΥ-

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰκότως δὲ τοῦτο λέγει· ἐπεὶ γὰρ δημιουργὸν καὶ προνοητὴν ἑαυτοῦ οἶδε τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀκολούθως καὶ περὶ μακροθυμίας αὐτοῦ διδάσκει· ἐπίσταται γὰρ καὶ αὐτὸς, κατὰ τὸν μακάριον Δαβὶδ, ὅτι οὐκ ὀργὴν ἐπάγει καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, φυλάττει δὲ τὸν ἁμαρτάνοντα, οὐ βουλόμενος αὐτὸν ἁμαρτάνειν· * οὐ
*ἴσ. καὶ τὸ.
βούλεται γὰρ τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν. Τὸ δὲ, οὐκ ἀθῷόν με πεποίηκας, οἱ ἄλλοι, οὐκ ἀθωώσεις με, οὐ καθαριεῖς με, εἶπον.

DIDYMI. Meritò autem hoc dicit: nam cùm Univerſitatis Deum, creatorem ſuum & providentem gubernatorem intelligeret, ordine conſequentiæ de illius longanimitate diſſerit; novit enim, ſecundùm beatum David, quòd *non iram* Pſal. 7.12.
adducat per ſingulos dies; ſed peccatorem cuſtodiat, nolens illum peccare; juxta illud,
Non autem vult mortem peccatoris, ut pœni- Ezech. 18.23
tentiam. Illud verò, *Non me inſontem feciſti*, alii reddiderunt, *Non inſontem facies me*, *Non mundabis me.*

Ἐάν τε γὰρ ἀσεβήσω, οἴμοι· ἐάν τε ὦ δίκαιος, οὐ δύναμαι ἀνακύψαι.

Sive enim impiè egero, væ mihi; & ſi juſtus fuero, non poſſum ſuſpicere.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ δικαιωθεὶς, οὐκ ἀρῶ κεφαλήν. Ὁ δὲ νοῦς οὗτος· εἴτε ἀσεβὴς εἴην, φησὶ, τοῦτό μοι πάντων τὸ χείριστον· ἐὰν δὲ καὶ τολμήσω εἰπεῖν, ὅτι δίκαιός εἰμι, οὐδέν μοι ἐντεῦθεν ὄφελος· τέως μέντοι ἀμφισβητοῦμαι διὰ τὰ πάθη, ἐγὼ μὲν γὰρ ἐμαυτῷ οὐδὲν σύνοιδα, αἱ δὲ συμφοραὶ βαρεῖαι οὖσαι ἀντιφθέγγονταί μοι, καὶ οὐκ ἐῶσί με ἀνανεῦσαι.

OLYMPIODORI. Aquila autem, *Et juſtificatus non tollam caput.* Senſus verò hic eſt; Sive impius, inquit, fuero, hoc mihi malorum omnium peſſimum erit; ſi verò me eſſe juſtum dicere auſus fuero, nullam inde utilitatem percipiam: interim propter ea quæ patior, animi pendeo; nullius enim ſceleris mihi conſcius ſum, calamitatum autem acerbitas mihi obloquitur, nec caput attollere patitur.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τάχα δὲ καὶ τοιοῦτόν τι λέγει· εἴτε προαιρετικῶς ἁμαρτάνω, οἴμοι· εἴτε ὡς ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως, καὶ εἰς ἡμᾶς διαβαινούσης ἐκ διαδοχῆς τῆς ὀφειλῆς, πάλιν οὐδ᾽ οὕτως ἀνακύψαι δυνήσομαι, ὡς πάντως ἀπηλλαγμένος ῥύπου· τῶν γὰρ ἁμαρτημάτων, τὰ μὲν ἐκ προαιρέσεως τῆς ἡμετέρας ὑφίσταται, οἷς καὶ κόλασις ἕπεται· τὰ δὲ ἐκ προγόνων, οἷς καὶ κάθαρσις χρεωστεῖται.

DIDYMI. Fortaſſe etiam tale quidpiam dicit; Sive arbitrii libertate peccavero, væ mihi; ſive tanquam ex lapſu Adami, debito etiam ad nos per ſucceſſionem derivato, neque ſic quidem, quaſi ab omni labe purus, ſuſpicere potero. Quædam enim peccata ex arbitrii noſtri libertate fiunt, quæ ſupplicium comitem habent; alia verò à parentibus manant, quibus purgatio debetur.

Πλήρης γὰρ ἀτιμίας εἰμί· ἀγρεύομαι γὰρ ὥσπερ λέων εἰς σφαγήν.

Plenus enim ſum opprobrio, & capior ſicut leo ad occiſionem.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἓν οἶδα, φησὶν, ὅτι ἀτιμία μου καταχέχυται, καὶ ὥσπερ λέων εἰς σφαγὴν ἀγρευόμενος, οὕτω πανταχόθεν ταῖς τιμωρίαις

OLYMPIODORI. Unum, inquit, novi, dedecus meum eſſe diffuſum, & inſtar leonis venatione ad necem capti, ſuppliciis undique me eſſe affe-

ſtum: propter priſtinam autem felicitatem, & virium integritatem, videtur leoni ſe comparare; animal enim eſt imperio præditum.

POLYCHRONII. Apertiùs autem Hebræus habet, *Si robuſtus fuero ſicut leo, opprimes me*, hoc eſt, Ego qui, gloriâ eximiâ & divitiarum affluentiâ, leonis inſtar valeo & efferor; ærumnis, quaſi retibus, implicatus ſum, & miſeriarum nullum finem invenio.

βάλλομαι· ἔοικε δὲ λέοντι ἑαυτὸν παρεικάσαι, διὰ τὴν προτέραν εὐδαιμονίαν, καὶ εὐσθένειαν· ἀρχικὸν γὰρ τὸ ζῶον.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Σαφέστερον δὲ ἔχει τὸ Ἑβραϊκὸν, ἐὰν γὰρ, φησὶν, εὐσθενὴς ὦ ὡς λέων, πιάσῃς με, τουτέστιν, ἐγὼ ὁ δυνατὸς καὶ γαῦρος, λέοντος δίκην, τῇ περιούσῃ δόξῃ, καὶ ἀφθονίᾳ τοῦ πλούτου, ὥσπερ ἄρκυσι ταῖς δειναῖς τεθήρευμαι, οὐδεμίαν διάλυσιν τῶν δεινῶν εὑρίσκων.

Iterum enim commutans, miſerè me perdis.

POLYCHRONII. Aquila autem, & Theodotio, *Et converſus mirificâſti in me.* Verſûs vis hæc eſt; Robur & potentiam leonis antea obtinebam; nunc verò, præter opinionem rerum mutatione factâ, everſa eſt mea felicitas, & gloria ac fortitudo periit: cùm enim ſortem proſperam qua priùs fruebar, in dedecus mutando, vel ab acerbis ad acerbiora traducendo, priſtinum felicem rerum ſtatum ſubitæ mutationi obnoxium feceris, in calamitatem maximam me conjeciſti.

Πάλιν γὰρ μεταβαλὼν, δεινῶς με ὀλέκεις.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἀκύλας δὲ, καὶ Θεοδοτίων, καὶ ἐπιστρέψας ἐθαυμάστωσας ἐν ἐμοί. ἡ δύναμις τοῦ στίχου αὕτη· λέοντος εἶχον σθένος καὶ κράτος πρότερον, νυνὶ δὲ ἐκ παραδόξου μεταβολῆς περιετράπη μοι τὰ τῆς εὐτυχίας, καὶ ἀπώλετο ἰσχὺς, καὶ ἡ δόξα· ἀγχίστροφον γὰρ τὴν προτέραν εὐημερίαν ἐργασάμενος, εἰς ἐσχάτην κατέστησας συμφορὰν, μεταβαλὼν ἀπὸ τῆς πρώτης εὐδαιμονίας εἰς ἀτιμίαν, ἢ καὶ ἀπὸ δεινῶν εἰς δεινότερά με περιάγων.

Inſtaurans in me inquiſitionem meam.

OLYMPIODORI. Mala, inquit, quæ me premunt, impetum non remittunt, ſed multò magis augentur, & perpetuò redintegratur malum; ac ſi diceret, Variæ ac diverſæ calamitates me circumſtant, illiſque ſimilis ſum, qui poſt priora verbera, ad quæſtionem aliam, & tormenta alia ſæpius deferuntur.

POLYCHRONII. Ad peccatorum enim meorum examen frequenter me trahis, partim quidem nunquam intermittentibus plagis, partim verò calamitatum cauſâ plures accuſatores excitando, quorum ſinguli impietatem mihi exprobrant, & pœnas à me repetunt.

Ἐπανακαινίζων ἐπ' ἐμὲ τὴν ἔτασίν μου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οὐκ ἀνίησι, φησὶ, τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλέον αὔξεται, καὶ ἀεὶ καινοποιεῖται τὸ κακόν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ποικίλαις περιβάλλομαι συμφοραῖς, καὶ ὅτι ἔοικα τοῖς πρότερον μαστιχθεῖσι, καὶ αὖθις, καὶ πολλάκις εἰς ἑτέραν ἐξέτασιν καὶ βασάνους ἄλλας φερομένοις.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Εἰς ἐξέτασιν γάρ με τῶν ἡμαρτημένων συνεχῶς ἄγεις, τοῦτο μὲν διὰ τῶν ἐπαλλήλων πληγῶν, τοῦτο δὲ, τὸ πλείστους κατηγόρους ἐκ τῶν συμφορῶν ἐργάζεσθαι, ἑκάστου ὀνειδίζοντος ἐπ' ἀσεβείᾳ, καὶ τὰς εὐθύνας ἀπαιτοῦντος.

Ὀργῇ δὲ μεγάλῃ μοι ἐχρήσω.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τουτέστι, σφόδρα τῇ κατ' ἐμοῦ ἐχρήσω τιμωρίᾳ· ὀργὴν γὰρ, τὴν τιμωρίαν φησὶ, τὴν μεγάλως αὐτῷ ἐπενηνεγμένην, καὶ τὴν ἐπίπονον ἀγωγὴν, οὐ μὴν πάθος. καὶ ἐνταῦθα δὲ πάλιν τὸ μέγεθος τῶν θλιβερῶν ἐμφαίνει, * ὅτι οὐκ ἀποκάμνων, ἀλλὰ παριστῶν τοῖς φίλοις γνῶναι, ὅτι ἡ ὑπερβάλλουσα αὕτη ὀργὴ οὐ δι' ἁμαρτίας ἐστὶν, ὡς ὑπενόουν, εἰ συμβάλλοιεν αὐτοῦ τὸν βίον.

* ἴσ. del. ἵν.

Irâ autem magnâ mihi uſus es.

OLYMPIODORI. Id eſt, Gravi in me ſupplicio uſus es; ſupplicium enim vehementer ei illatum, & conditionem ſuam ærumnoſam valde, non autem animi perturbationem, *Iram* vocat. Et hìc rurſus afflictionum magnitudinem indicat, non quòd animo fractus eſſet, ſed ut amicis notum faceret, ingentem hanc iram non propter peccata, ut arbitrabantur, excitatam eſſe, ſi vitæ ejus rationes diligenter ſubducere vellent.

Ἐπήγαγες δὲ ἐπ' ἐμὲ πειρατήρια.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τουτέστιν, ἅπασί με * τοῖς πρὸς τὸ πάσχειν ἐκδέδωκας· πειρατήρια γὰρ καλεῖ τὰ ἐπιστρατευθέντα αὐτῷ κακά. δεήσεως δὲ * ἔρχεται ταῦτα, καὶ γνώμης θεοσεβοῦς σὺν ὀδυρμῷ τῷ προσήκοντι.

* ἴσ. del. τοῖς vel ſuppl. δεινοῖς.

* ἴσ. ἔχεται. ἴσ. ἄρχεται ἐνταῦθα.

Et induxiſti ſuper me tentationes tuas.

POLYCHRONII. Id eſt, Malorum omnium perpeſſioni me expoſuiſti; *tentationes* enim, mala quæ eum infeſtaverant, appellat. A precatione verò & animo religioſo cum debito luctu, initium hìc facit.

Ἱνατί οὖν ἐκ κοιλίας με ἐξήγαγες, καὶ οὐκ ἀπέθανον; ὀφθαλμὸς δέ με οὐκ εἶδε, καὶ ὥσπερ οὐκ ὢν ἐγενόμην. διατί γὰρ ἐκ γαστρὸς εἰς μνῆμα οὐκ ἀπηλλάγην;

ΟΛΥΜΠ. καὶ ΠΟΛΥΧΡ. Ταῦτα καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴς ὕστερον εἶπε, μακαρίζων τὸν θανόντα ὑπὲρ τὸν ζῶντα, καὶ τὸν μὴ γενόμενον ὑπὲρ ἀμφοτέρους. τοιαύτῃ δὲ περιπέπτωκεν ὁ ἄνθρωπος ὀδυνηρᾷ ζωῇ, διὰ τὸ μὴ μεῖναι παρὰ Θεῷ, μηδὲ φυλάξαι τὰ θεῖα προστάγματα. ὁ δὲ μακάριος Ἰὼβ ἐπόθει τὸν θάνατον, οὐ μόνον διὰ τὰς ἀλγηδόνας, ἀλλ' ἐπειδήπερ καὶ τοῦ χρόνου παρατεινομένου, καὶ τῶν παθῶν αὐτῷ ἐπιτεινομένων, ὑπώπτευε τέλεον ἐγκατάλειψιν ὑπομεμενηκέναι παρὰ Θεοῦ. Τούτοις δὲ ἐχρῆτο καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ῥήσει, καὶ αὖθις νῦν, δι' ὅλου δεῖξαι βουλόμενος, ὡς οὐδὲ μεμπτὸς, οὐδὲ βλάσφημος, τὴν πικρῶν ἀλγηδόνων ἀπαλλαγὴν ποθῶν

Quare ergo de ventre eduxiſti me, & non ſum mortuus? oculus autem non vidiſſet me, & eſſem tanquam non fuiſſem. Cur enim de utero in monumentum non ſum tranſlatus?

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Hæc etiam poſtea Eccleſiaſtes dixit, beatiorem prædicans Eccl. 4.2,3.
mortuum ſuper vivum, & illum qui nondum eſt ſuper utrúmque. Homo verò in hanc calamitoſam vitam incidit, quia Deo non adhæſerat, neque divina ejus mandata cuſtodiverat. Beatus autem Jobus non tantùm propter dolores mortem optabat, ſed quia diuturnitate temporis, & ærumnarum incremento, ne à Deo prorſus derelictus eſſet, ſuſpicaretur. Hiſce autem in primo ſuo ſermone uſus eſt, & nunc iterum repetit, ubique oſtendere volens, ſe mortem deſiderando ut ab acerbis doloribus liberaretur, neque reprehenſione dignum,

neque

neque blaſphemum eſſe. In hæc igitur, inquit, mala mihi incaſuro, ſatius erat ab initio omnino non extitiſſe, vel in lucem editum ſtatim ad ſepulchrum elatum fuiſſe; ſi enim mercedem rectè factorum nullam reportâſſem, tantis cruciatibus ſaltem minimè dilaniatus fuiſſem.

DIDYMI. Vide autem, quòd incumbentium tentationum recordatus, ad primam malorum cauſam, id eſt, mandati tranſgreſſionem, & ex corruptione generationem recurrat; nuſquam tamen contra primi hominis creationem indignanter queritur. Uteri verò & ventris mentionem faciens, quòd vitæ hujus corruptionem experiretur, grave exiſtimat; per tranſgreſſionem enim nos ipſos in ærumnoſam hanc vitam conjecimus.

Aut nunquid non eſt parva vita temporis mei?

OLYMPIODORI. Rurſus vitæ brevitatem pro ſupplicatione in medium affert, & cruciatuum remiſſione Deum ſibi propitium eſſe factum, oſtendi poſtulat; necdum enim tentationum cauſâ perceptâ, non immeritò negligentiùs ſe gerit & perturbatur. Quis enim, inquit, homines, quorum vita brevis & fragilis eſt, cum miſeriis conflictari, grave exiſtimare, ignorat?

Patere me requieſcere puſillum, antequam eam unde non revertar.

DIDYMI. Sub forma precationis hæc profert: moleſtiæ enim, quæ incumbebant, haud exiguæ erant, neque cruciatus abſque doloris ſenſu tulerat; ſi doloris enim ſenſum non percepiſſet, virum fortem ſe non oſtendiſſet. Docet autem ſupplicatione ſuâ, quæ cum gratiarum actione profertur, ſe divinâ potentiâ cruciatus pertuliſſe; Moleſtiarum, inquit, & laborum inducias mihi præbe, qui ad breve tempus duraturus, & in

διὰ τοῦ θανάτου. Φησὶν οὖν, ὅτι τούτοις μέλλοντά με περιπίπτειν, ἄμεινον ἦν μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, ἢ γινόμενον παραχρῆμα εἰς μνῆμα ἀπενεχθῆναι· εἰ γὰρ καὶ μὴ μισθὸν τῆς ἀγαθοεργίας ἐκομιζόμην, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ταῖς τοσαύταις κατεξαινόμην βασάνοις.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὅρα δὲ, ὅτι τῶν προσπεσόντων αὐτῷ πειρατηρίων ἐπιμνησθεὶς, ἐπὶ τὴν πρώτην αἰτίαν τῶν παθῶν ἀνατρέχει, τουτέστι, τὴν παράβασιν, καὶ τὴν ἐκ φθορᾶς γένεσιν· καὶ οὐδαμοῦ μὲν κατὰ τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου ποιήσεως ἀγανακτεῖ. Τὸ δὲ πειραθῆναι τῆς ἐν βίῳ φθορᾶς, ἡγεῖται χαλεπὸν, κοιλίας τε καὶ γαστρὸς μνημονεύων· ἡμᾶς γὰρ ἑαυτοῖς τῇ παραβάσει τὴν ὀδυνηρὰν ταύτην ζωὴν ἐπεσπασάμεθα.

Ἢ οὐκ ὀλίγος ἐστὶν ὁ βίος τοῦ χρόνου μου;

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πάλιν δὲ ὀλιγοχρόνιον εἰς ἱκεσίαν προβάλλεται, καὶ αἰτεῖ δειχθῆναι αὐτῷ διὰ τῆς τῶν βασάνων ἀνέσεως, ὅτι δὴ ἵλεων τὸν Θεὸν κέκτηται· οὔπω γὰρ διδαχθεὶς τὴν αἰτίαν τῶν πειρασμῶν, ἐνδίκως ὀλιγωρεῖ, καὶ ταράττεται. Τίς γὰρ, φησὶν, ἀγνοεῖ, ὡς πρόσκαιροι ὄντες οἱ ἄνθρωποι, βαρὺ νομίζουσιν ἐν ταλαιπωρίαις ἐξετάζεσθαι.

Ἔασόν με ἀναπαύσασθαι μικρὸν, πρὸ τοῦ με πορευθῆναι ὅθεν οὐκ ἀναστρέψω.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εὐχῆς τρόπῳ ταῦτα προσφέρει· οὐ γὰρ αἱ ἐπικείμεναι ἀνίαι μικραὶ τυγχάνουσιν, οὐδὲ ἀναισθήτως ἔφερε τὰς ἀλγηδόνας, τοῦτο γὰρ οὐκ ἦν ἀνδρεῖον, εἰ οὐκ ᾐσθάνετο. Διδάσκει δὲ, ὅτι καὶ Θεοῦ δυνάμει ὑπέμενε, δι' ὧν εὔχεται, εὐχαρίστως λέγων, ἐκεχειρίαν μοι τῶν πόνων παράσχου, προσκαίρῳ ὄντι, καὶ εἰς

ἀεὶ

* γρ. δίζμα. ἀεὶ ἀπόλλυσθαι μέλλοντι· τοῦτο γὰρ δηλοῖ, τό, πορεύσεσθαι ὅθεν οὐκ ἐπανελεύσεσθαι. καὶ * δόγμα τι διδάσκει κάλλιστον, ὅτι ὁ ἅπαξ ἐξελθὼν τοῦ βίου, οὐκέτι εἰς τὸν δὲ τὸν βίον ἐπαναστρέφει, ὡς μυθολογοῦσιν οἱ τὰς μετενσωματώσεις τερατευόμενοι. Εἶτα διηγεῖται τὰ ἐν ᾅδου κακά, ἵνα γνῶμεν οἵων ἡμᾶς ἐλευθέρωσεν ὁ Σωτήρ, εἰπὼν τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλυφθῆναι.

æternum interiturus ſum; hoc enim ſignificat illud, Abire unde non revertetur. Dogma etiam præclariſſimum docet, quod ſcilicet, qui ſemel ex hac vita exceſſerit, non ampliùs ad eam revertatur, ſicuti fabulantur, qui corporum tranſmutationes prodigiosè finxerunt. Deinceps inferni mala enarrat, ut intelligamus, à quibus nos Salvator noſter liberaverit, *dicens iis qui in vinculis ſunt, Exite, & iis qui in tenebris ſunt, ut revelentur.* Eſa. 49. 9.

Εἰς γῆν σκοτεινὴν καὶ γνοφεράν, εἰς γῆν σκότους αἰωνίου.

Ad terram tenebroſam & caliginoſam, ad terram tenebrarum æternarum.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, σκεπομένην θανάτῳ· ὁ δὲ Ἑβραῖος, Εἰς γῆν σκοτεινὴν ὑπὲρ τὸ σκότος, ἔνθα, φησίν, οὐκ ἔστιν ἄφεσις, ἀλλ' ἀτελεύτητον κακόν. κατὰ παράθεσιν δὲ ἔδειξε τοῦ θανάτου τὸ βαρύ· ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐν νυκτί τις γενόμενος, ἀπαλλαγὴν προσδοκᾷ ἡμέρας ἐπιλαβούσης, ἐκεῖ δὲ ἀπελθόντα οὐκ ἔνεστιν εἰς τὸν βίον ἐπαναστρέψαι· καὶ ἐπιμένων τῇ συγκρίσει, ἐπάγει.

POLYCHRONII. Symmachus autem, *Operiam morte:* Hebræus verò, *Ad terram tenebroſam ſuper ipſas tenebras,* ubi, inquit, nulla eſt remiſſio, ſed malum exitu carens. Mortis autem gravitatem, per comparationem oſtendit; hîc enim, cùm quiſpiam noctis tenebris circumfuſus fuerit, diei adventu liberationem expectat, illuc verò abeunti non licet iterum in vitam redire; & comparationi inſiſtens, addit.

Οὗ οὐκ ἔστι φέγγος, οὐδὲ ὁρᾶν ζωὴν βροτῶν.

Ubi non eſt lux, neque eſt videre vitam hominum.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, ὅπου τάξις ἡλίου καὶ ἄστρων οὐκ ἔστιν, οὔτε τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων κατάστασιν ἔστιν ἰδεῖν, ἵνα εἴπῃ, εὐνομίας καὶ τάξιν πολιτικήν. Ταῦτα λέγει, δεδοικώς, μὴ ἐὰν μετὰ τῶν βασάνων τελευτήσῃ, καὶ τῶν ἐτασμῶν, ἐν τελείᾳ τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ * ἀπορριφῇ γεγονώς, μετὰ τῶν ἀσεβῶν ἐν τῷ * ἄδῃ καταλεχθῇ, οἵτινες τὸ αἰώνιον οἰκοῦσι σκότος, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· φωτὸς γὰρ ὄντος κατὰ φύσιν τοῦ Θεοῦ, οἱ ἔξω τοῦ προσώπου αὐτοῦ βαλλόμενοι, ἐν σκότει τυγχάνουσι.

* ἴσ. ἀπορρίψει.
* ἴσ. ᾅδῃ.

OLYMPIODORI. Id eſt, Ubi Solis & ſyderum ordo non eſt, neque rerum humanarum ſtatum, bonarum, ſcilicet, legum ſanctionem, & ordinem politicum, intueri licet. Hæc veritus, ne fortè cum cruciatibus & tormentis vitam finiens, à divino aſpectu prorſus amandatus, cum impiis in inferno numeraretur, dicit, qui quidem (ut inquit Salvator) tenebras habitant ſempiternas; cùm enim Deus ſuapte natura lux ſit, qui ab ejus vultu excluduntur, in tenebris verſantur.

PROTHE-

PROTHEORIA CAPITIS OCTAVI.

OLYMPIODORI. Poſtquam Jobus ſermonem longiùs produxiſſet, Sopharus acriùs contendit; ac primùm quidem propter multiloquium Sanctum irridet; deinde, quaſi purum ſe & inculpatum dixiſſet, vituperat; cúmque non animadverteret quo animi affectu cum Deo judicio contendere vellet, Utinam, inquit, poſſet Deus in judicium tecum deſcendere, ut ſapientiâ ejus & poteſtate edoctus, pro merito tuo pœnas tibi inflixiſſe, intelligas. Deinde, Dei poteſtate, & hominis vilitate oſtenſâ, Jobum hortatur, ut ad preces ſe convertat, & peccatorum quæ priùs admiſerat, pœnitentiam agat; ſic enim eventurum, Deo propitio ſibi facto, ut præſentibus malis eripiatur, & priſtinam felicitatem recuperet.

CAP. XI. *RESPONDENS autem Sophar Minæus, ait, Qui multa dicit, & viciſſim audiet.* [Symmachus autem, *Nunquid multiloquo non reſpondebitur.*]

OLYMPIODORI. Sopharus, prout reliqui, vel potiùs illis vehementiùs, in Jobum impetum facit; pariter enim animi affectum, quo Juſtus utebatur cùm de Deo ſermonem faceret, ignorabant: unde Dei patrocinium ſuſcipere arbitrantes, Deum inſcii offenderunt.

POLYCHRONII. Qualia verò ſunt quæ Sopharus dicit? Verborum multitudine victoriam te adeptum eſſe exiſtimas, ita ut verborum torrente attoniti, & ſilentium agentes, juxta te ſedere nos oporteat: ſcito autem me, ut orationi tuæ ſimul reſpondeam, & eam refutem, acce-

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΟΓΔΟΟΥ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀποτάδην τοῦ Ἰὼβ διαλεχθέντος, σφοδρότερον ὁ Σωφὰρ διαμάχεται· καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ πολυλογίᾳ σκώπτει τὸν ἅγιον· εἶτα μέμφεται ὡς εἰρηκότα, ὅτι καθαρός εἰμι, καὶ ἄμωμος· καὶ οὐ νενοηκὼς ἐκ ποίας διαθέσεως ἤθελε κρίνεσθαι πρὸς Θεὸν, εἴθε, φησὶν, ἦν δυνατὸν δικαιολογήσασθαί σοι Θεὸν, ἵνα καὶ ἐκ τῆς σοφίας αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως γνῷς, ὡς κατ' ἀξίαν σοι ἀπονέμων, ἐτιμωρήσατό σε. Εἶτα, δείξας τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸ εὐτελὲς, προτρέπει τὸν Ἰὼβ εἰς εὐχὴν τραπῆναι, καὶ μετανοῆσαι ἐφ' οἷς πρότερον ἥμαρτεν· οὕτω γὰρ ἔσται *αὐτοῦ ἵλεων τὸν Θεὸν καταστησόμενον, τῶν τε παρόντων δεινῶν ἔξω γενέσθαι, καὶ τῆς προτέρας εὐδαιμονίας ἀπολαβεῖν. *ἴσ. ἵλεω τοῦ Θεοῦ κατασταθησομένου αὐτῷ

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Σωφὰρ ὁ Μιναῖος, λέγει, ὁ τὰ πολλὰ λέγων, ἀντακούσεται. [Ὁ δὲ Σύμμαχος, μὴ ὁ πολύλαλος ἀναντίρρητος ἔσται;

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Παραπλησίως τοῖς ἄλλοις καὶ ὁ Σωφὰρ ἐπιφέρεται τῷ Ἰὼβ, ἢ καὶ σφοδρότερον· ἠγνοήκασι γὰρ ὁποίᾳ τῇ τοῦ δικαίου διαθέσει, ἢ περὶ Θεοῦ χρώμενος ἐλάλει· διὸ δὴ καὶ Θεῷ συνηγορεῖν οἰόμενοι, Θεῷ προσκρούοντες ἔλαθον.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Οἷα γοῦν φησιν ὁ Σωφάρ; τῷ μὲν πλήθει τῶν ῥημάτων νομίζεις νενικηκέναι, ὥστε ἡμᾶς καὶ ἡσυχίαν ἄγοντας καθέζεσθαι ἐκπεπληγμένους τῶν λόγων τὰ ῥεύματα· ἴσθι δὲ, ὡς ἥκω αὐτὸς ἀποκρινόμενός τε, καὶ ἐλέγξων τὸν λόγον, σὺ δὲ ἄκουε· ὁ

γὰρ

γὰρ γλῶσσαν ἔχων εἰς τὸ λαλεῖν, ἔστι καὶ ἀκοὰς κέκτηται εἰς τὸ ἀκούειν.

dere, tu verò audi; cui enim lingua ad loquendum data eſt, hic etiam aures ad audiendum habet.

Ἢ καὶ ὁ εὔλαλος οἴεται εἶναι δίκαιος;

Aut etiam eloquens putat ſe eſſe juſtum?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Οὐκ ἐν πλήθει λόγων, φησὶν, ἡ τοῦ δικαίου κρίνεται φύσις· οὐδὲ εἴ τις εὔστομος καὶ εὐεπὴς, ἤδη παρὰ τοῦτο δίκαιος· ἀλλ' ἔστι καὶ πρὸς τοὺς γοργοὺς καὶ εὐτροχάλους λόγους ἀντίρρησις. σὺ δὲ, ὡς ἔοικε, τῷ πλήθει τῶν λόγων οἴει τοῦ δικαίου περιεστάναι τὴν μοῖραν· ἀλλ' εἴσῃ, ὡς οὐδὲν γενναῖον, οὐδὲ ἀναντίρρητον ἔφης· μὴ γὰρ ἐπεὶ φθέγξασθαι δύνασαι, ἤδη καὶ δίκαιος εἶ.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Juſti natura & indoles verborum multitudine non æſtimatur: neque enim ſiquis facundus & diſertus ſit, ideo ſtatim juſtus erit; verùm ſermo etiam qui citò & velociter fluit, contradictione non caret. Tu verò, ut videtur, ſortem & conditionem juſti viri in verborum multitudine ſitam eſſe arbitraris: verùm intelliges, te nihil viro generoſo dignum, & quod contradictionem non admittat, loquutum eſſe; non enim continuò juſtus es, quia loqui potes.

Εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος.

Benedictus natus mulieris brevis vitæ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Κερδαίνει γὰρ τὸ μὴ δεινὰ τὰ μὲν ἰδεῖν, τὰ δὲ παθεῖν, ὁ τοῦ βίου θᾶττον ἀπαλλαττόμενος, καὶ τὸ μὴ πολλὰ ἁμαρτεῖν. λέγει δὲ τοῦτο, ἐπιστομίζων ὥσπερ τὸν Ἰὼβ δικαιοῦντα ἑαυτόν· ἢ καὶ τὴν ἡμετέραν ζωὴν οἰκτιζόμενος, ὡς πολλὰς ἐπισπωμένην συμφορὰς, καὶ ἐπώδυνον, καὶ διὰ τοῦτο μακαρίζων τὸν μὴ ἐπιπολὺ αὐτῇ παραμείναντα.

OLYMPIODORI. Hoc enim lucratur qui citò è vita excedit, ut acerba & moleſta, partim non videat, partim non experiatur, neque multum peccet. Hoc verò dicit, ut Jobo ſeipſum juſtificanti os obturet; vel ut vitam noſtram, quòd calamitates multas ſecum trahat, & doloribus plena ſit, defleat; & beatum proinde eum prædicet, qui in ea diutius non duraverit.

Μὴ πολὺς ἐν ῥήμασι γίνου, οὐ γάρ ἐστιν ὁ ἀντικρινόμενός σοι.

Ne multus ſis in verbis, cùm nemo ſit qui contradicat tibi.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Μὴ ἐπεὶ, φησὶν, ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα, ἢ οὐ βουλόμεθα ἀντιλέγειν σοι, διὰ τοῦτο πλήθυνε ῥήματα, καὶ ἐπαίνει σαυτὸν ἀκαίρως, καὶ εἰς οὐδὲν δέον· οὐ γὰρ ἐπαινεῖν σε, μᾶλλον ἢ μέμφεσθαι ἔχομεν, οὕτω τοῖς ἑαυτοῦ κεχρημένον ἐπαίνοις, καὶ διακενῆς λέγοντα μαστιγοῦσθαι· τοῦτο δὲ λέγεις, διότι οὐκ ἔστιν ὁ ἐντρέπων σε.

POLYCHRONII. Quia nos, inquit, non poſſumus, aut nolumus tibi contradicere, noli idcirco verba multiplicare, & teipſum intempeſtivè, & contrà quàm decet, laudibus efferre: nobis enim vituperandus potiùs quàm laudādus es, qui ſic laudes tuas prædicas, & ſine cauſa te verbera eſſe paſſum profiteris: hoc autem dicis, quia nemo eſt qui tibi pudorem incutiat.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τάχα δὲ, ἐπεὶ Θεὸν ᾔτησεν ὁ Ἰὼβ, καταστῆναι αὐτῷ εἰς κρίσιν· μὴ μάτην,

OLYMPIODORI. Fortaſſe etiam, quia Jobus Deum poſtulaverat, ut in judicium ſecum deſcenderet: Ne fruſtra, inquit,

quit, nugas agas; Deum enim, ut judicio tecum contendat, habiturus non es.

φησὶ, φλυαρεῖ· οὐ γὰρ ἕξεις Θεὸν ἀντικρινόμενόν σοι.

Noli enim dicere, quia mundus ſum operibus, & irreprehenſibilis ante eum.

Μὴ γὰρ λέγε, ὅτι καθαρός εἰμι τοῖς ἔργοις, καὶ ἀμεμπτος ἐναντίον αὐτοῦ.

Cap. 9. 2. CHRYSOSTOMI. Et ille quidem dixerat, *In veritate ſcio, quia non eſt mortalis mundus coram Domino.* Vides quemadmodum contraria illi vitio vertant.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ ἐκεῖνος μὲν αὐτὸς εἶπεν, ἐπ' ἀληθείας οἶδα, ὅτι οὐκ ἔστι βροτὸς καθαρὸς ἔναντι Κυρίου. ὁρᾷς πῶς ἐναντία ἐγκαλοῦσιν.

POLYCHRONII. Velle, inquit, tuas actiones cum Dei actionibus conferre, & tibi ipſi accuratæ & exactæ juſtitiæ teſtimonium præbere, ſummâ reprehenſione dignum eſt; ſi enim peccata non admiſiſſes, in triſtia & adverſa non incidiſſes. Hæc autem loquuntur, quia profeſſionem ſuæ puritatis, divinam providentiam irritam reddere, arbitrabantur.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Κατηγορίας γὰρ, φησὶ, τῆς ἐσχάτης ἄξιον, τὰς τοῦ Θεοῦ τὰς ἑαυτοῦ συγκρίνοντα πράξεις, μαρτυρεῖν ἑαυτῷ δικαιοσύνης ἀκρίβειαν· ὡς εἴγε μὴ ἥμαρτες, οὐκ ἂν συμφοραῖς περιέπεσες. ταῦτα δὲ φασιν, οἰόμενοι ὅτι ἀθετικὴ ἐστι τῆς προνοίας, ἡ τούτου τῆς καθαρότητος ὁμολογία.

Sed quomodo Dominus loquetur ad te, et aperiet labia ſua tecum? Deinde annunciabit tibi virtutem ſapientiæ, quia duplex erit ad ea quæ circa te; et tunc ſcies, quia digna eveniunt tibi à Domino quæ peccâſti.

Ἀλλὰ πῶς ἂν ὁ Κύριος λαλήσει πρὸς σὲ, καὶ ἀνοίξει χείλη αὐτοῦ μετὰ σοῦ; εἶτα ἀναγγελεῖ σοι δύναμιν σοφίας, ὅτι διπλοῦς ἔσται τῶν κατὰ σὲ, καὶ τότε γνώσῃ, ὅτι ἄξιά σοι ἀπέβη ἀπὸ Κυρίου ὧν ἡμάρτηκας.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Utinam, inquit, fieri poſſet, ut Deus tecum ſermones ſereret, & ſapientiæ ſuæ arcana verbis proponeret (hoc enim innuit, *Et annunciabit tibi virtutem ſapientiæ*) ut ſapientiam & juſtitiæ ejus excellentiam edoctus, non ampliùs purum te & irreprehenſibilem dicere auderes; ſed, quòd ſupplicia peccatis paria infligens pro meritis tibi retribuerit Deus, intelligeres. Illud autem, *Quia duplex erit ad ea quæ circa te*, hoc ſignificat; Dei excellentia longè major eſt eo, qui, ſicut tu, ſapientem ſe & juſtum eſſe gloriatur: ſi igitur nobis ſapientiòr & juſtior eſt, ſapienter & juſtè ſupplicium de te ſumpſit: & hoc

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Εἴθε, φησὶν, ἦν Θεὸν διαλεχθῆναί σοι, καὶ τῆς αὐτοῦ σοφίας τὰ ἀπόρρητα παραστῆσαι τῷ λόγῳ, τοῦτο γὰρ μηνύει, τὸ, ἀναγγελεῖ σοι δύναμιν σοφίας, ἵνα μαθὼν τὴν αὐτοῦ σοφίαν, καὶ τὴν κατὰ δικαιοσύνην ὑπεροχὴν, μηκέτι * τολμήσειας λέγειν, ὅτι καθαρὸς εἰμι, καὶ ἄμεμπτος· ἀλλὰ γνῷς ὅτι τὸ κατ' ἀξίαν ἀπένειμέ σοι Θεὸς, ἰσομέτρους τοῖς ἁμαρτήμασι τὰς τιμωρίας ἐπαγαγών. τὸ δὲ, ὅτι διπλοῦς ἔσται τῶν κατά σε, τοῦτο δηλοῖ· πολλὴ, φησὶν, ἡ ὑπεροχὴ τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸν λέγοντα, ὥσπερ σὺ, σοφὸν εἶναι καὶ δίκαιον· εἰ οὖν καὶ σοφώτερος ἡμῶν, καὶ δικαιότερος, σοφῶς καὶ δικαίως ἐπήγαγέ σοι τὰς τιμωρίας· *ἰσ. τολμήσῃς.

καὶ

καὶ τοῦτο ἔγνως ἂν εἰ ἐλάλησε πρὸς σὲ Κύριος, καὶ *ἐπέστησέ σε κατὰ τὴν σοφίαν ἑαυτοῦ. τότε γὰρ καταμαθήσας τὴν μετὰ σοφίας αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς πικροῖς ἐπαγωγὴν, ὅτι οὐκ ἀμυνόμενος, ἀλλ' ἰατρικῶς καὶ πρὸς ὑγίειαν ψυχῆς, ἐπάγει τὰς θλίψεις, σωφρονέστερος ἂν κατέστης· καὶ συνιδὼν ἑαυτόν τε καὶ τοῦ Θεοῦ τὸ διάφορον, καὶ ὡς μείζονα ἢ κατὰ τὴν σεαυτοῦ ἐτόλμησας φύσιν, κρίνεσθαι πρὸς τὸν δεσπότην ἑλόμενος ἀνὴρ, μηδὲ τὸν τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων συνιεὶς *τὸν λόγον, κατέβαλες ἂν τὴν ὀφρύν· καὶ τὸ μέγεθος τῆς θείας σοφίας καὶ δυνάμεως γνοὺς, ὡμολόγησας, ὡς ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων τὴν δίκην ὑπέσχες.

*Ισ. αὐτόν.

*χ. τὴν γνῶσιν.

quidem intelligeres, ſi Deus tecum loqueretur, & ſapientiâ ſuâ te inſtitueret. Tunc enim prudenti ejus ratione qua in inferendis etiam malis utitur, diligenter perſpectâ (quòd non ad ulciſcendum, ſcilicet, ſed ad animæ ſanitatem, more medici, tribulationes immittat) prudentior evaderes; &, diſcrimine inter te & Deum perpenſo, quódque homo cum Domino in judicium deſcendere volens, cùm ne rationem quidem eorum quæ ab eo fiunt intelligas, naturâ tuâ & viribus majora auſus fueris, ſupercilium deprimeres; & divinæ ſapientiæ ac poteſtatis magnitudine cognitâ, meritas te peccatorum pœnas luiſſe agnoſceres.

Ἢ ἴχνος Κυρίου εὑρήσεις; ἢ εἰς τὰ ἔσχατα ἀφίκου ἃ ἐποίησεν ὁ παντοκράτωρ;

Aut veſtigium Domini invenies? aut ad ultima perveniſti quæ fecit omnipotens?

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἀνέφικτά σοι, φησὶ, τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ τῆς προνοίας εὑρεῖν ἀμήχανον, ἢ ἄχρι τέλους τῶν βουλευμάτων αὐτοῦ φθάσαι, ἢ τῶν ποιημάτων. * πολλοῦ δέω λέγειν, ὅτι ἀρχὴν ἢ τέλος αὐτοῦ εὑρήσεις, ἔσχατα γὰρ τὰς ἐκβάσεις λέγει, οὐδ' ἂν εἴποις, ὅτι τὴν μὲν ἀρχὴν οὐχ εὑρήσεις, τοῦ δὲ τέλους ἐφικέσθαι δυνήσῃ· τὸ γὰρ χρόνοις ἀπέραντον καὶ ἀΐδιον τοῦ Θεοῦ, ἐν περινοίᾳ ληφθῆναι ἀδύνατον.

*Ισ. ἀλλ' οὐδ' ἂν λέγοις, vel, πολλοῦ δεῖ λέγειν.

OLYMP. Quæ Dei, inquit, ſunt, vires tuas excedunt, nec illius providentiæ rationes invenire, aut conſiliorum actionúmve ejus fines aſſequi potes. Sed ne dixeris quidem, te principium ejus & finem inventurum (eventa enim *ultima* vocat) neque, principium quidem te invenire non poſſe, finem autem aſſequuturum affirmaveris; Dei enim interminabile & ſempiternum, intellectu comprehendi non poteſt.

Ὑψηλὸς ὁ οὐρανὸς, καὶ τί ποιήσεις; βαθύτερα δὲ τῶν ἐν ᾅδου· τί οἶδας; ἢ μακρότερα μέτρου γῆς, ἢ εὔρους θαλάσσης;

Sublime eſt cœlum, & quid facies? profundiora autem iis quæ in inferno; quid nôſti? nónne longiora quàm menſura terræ, vel latitudo maris?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Πῶς δ' ἂν ἐφίκοιο, φησὶ, πόσον ἐστὶ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ; τοῦτο γὰρ σημαίνει, τὸ, καὶ τί ποιήσεις; ἀντὶ τοῦ, ἀμηχανήσεις εὑρεῖν, ἢ τίνα ἐστὶ τὰ ὑπὸ τὸν ᾅδην. καὶ τί λέγω τὰ ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ, ἢ τὰ *κατώτερα τῆς γῆς; οἶδας τῆς θαλάσσης τὸ πλάτος, ἢ τῆς γῆς τὸ μέτρον πόσον ἐστὶν,

*Ισ. κατωτέρω.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Qui autem, inquit, quanta ſit cœli ſublimitas aſſequi poteris? (hoc enim ſignificat, *Et quid facies?* id eſt, invenire nequaquam poteris) aut quænã illa ſint quæ ſub inferno poſita ſunt? Quorſum autem mentionem eorum facio, quæ ſupra cœlum elata ſunt, vel infra terram depreſſa? Nôſti maris latitudinem, quantáve ſit

terræ menſura, aut quemadmodũ ipſa fabricata fuerit, & cui fundamẽto innitatur? profectò nullius harum rerum ſcientiam inſolenter tibi ipſi arrogaveris. Si igitur quæ cernuntur, & quæ à Deo facta ſunt, noſtrum intellectum fugiant, neque quibus limitibus terra & mare circumſcribantur, explicari poſſit; quomodo non ſummæ audaciæ fuerit, contra Deum ipſum linguam ſtringere?

DIDYMI. Hiſce omnibus vult oſtendere, humanæ ſcientiæ modum & menſuram eſſe, quæ Dei judicia aſſequi non valeat. Et nunc quidem cœlum, inquit, eſt, & inferni profunditas, terræ longitudo, & maris latitudo, de hiſce dic aliquid, ſi potes. Innuit autem fortaſſe, quòd quamvis de terra, mari, & cœlo, aliquis loqui aggreſſus fuerit, ea tamen quæ ultra ſunt, ignoret.

ἢ ὅπως αὕτη γέγονε, καὶ ἐπὶ τίνος ἕστηκε τῆς ἕδρας; ἀλλὰ μὴν οὐδὲν τούτων εἰδέναι ἀλαζονεύσαιο. Εἰ οὖν τὰ ὁρώμενα, καὶ ὑπὸ Θεοῦ γενόμενα διαφεύγει τὴν ἡμετέραν κατάληψιν, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τίσι μέτροις περιώρισται ἥ τε γῆ καὶ θάλασσα, πῶς οὐ τῆς ἐσχάτης θρασύτητος πρὸς αὐτὸν * τείνειν τὴν γλῶσσαν; * ἴσ. ἀποτείνειν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Δεῖξαι δὲ βούλεται διὰ πάντων τούτων, ὅτι ἡ τῶν ἀνθρώπων γνῶσις μεμετρημένη ἐστὶ, μὴ ἐφικνουμένη τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων. Καὶ νῦν γοῦν ὁ οὐρανὸς, φησὶν, ἐστὶ, καὶ ᾅδου βαθύτερα, καὶ μακρότερα γῆς, καὶ * τὸ εὖρος τῆς θαλάσσης, λέγε τι περὶ αὐτῶν, εἰ δύνασαι. αἰνίττεται δὲ ἴσως, ὅτι κἂν ἐπιχειρήσῃ τις περὶ γῆς, καὶ θαλάσσης, καὶ οὐρανοῦ λαλῆσαι, ἀλλὰ τὰ ὑπὲρ ἐκεῖνα ἀγνοεῖ. * ἴσ. πλεῦρος

Si autem ſubverterit omnia, quis dicet illi, Quid feciſti?

Ἐὰν δὲ καταστρέψῃ τὰ πάντα, τίς ἐρεῖ αὐτῷ, τί ἐποίησας;

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Quaſi diceret, Natura ejus captum humanum ſuperat, & particularis providentia erga ſingulos incomprehenſibilis eſt. Si igitur cuncta etiam ſubvertere voluerit, quis ejus nutibus, tantæque poteſtati contradixerit? Et hoc quidem
Rom 9, 19. rectè dicit, & ad rem appoſitè; *Voluntati enim Dei quis reſiſtat?* Hoc cum illo con-
Verſ. 20. gruit, *Nunquid dicet figmentum ei qui ſe finxit, Quid me feciſti ſic?* Poſtquam verò dixerat, *Si ſubverterit omnia, quis contradicet?* ne videretur dicere, quòd te etiam pro poteſtate ſua ſupplicio affecerit, confeſtim ſubjungit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἵνα εἴπῃ, ἀνέφικτος ὢν τὴν φύσιν, ἀκατάληπτός ἐστι καὶ εἰς τὴν καθ' ἕκαστον οἰκονομίαν. Εἰ οὖν καὶ τὰ πάντα ἀνατρέψαι βουληθῇ, τίς ἀντερεῖ τοῖς αὐτοῦ νεύμασι, καὶ τῇ τοσαύτῃ ἐξουσίᾳ; καὶ τοῦτο ἀληθῶς λέγει, καὶ πρὸς τὸν σκοπὸν τὸν πρέποντα· τίς γὰρ ἀνθίσταται τῷ βουλήματι τοῦ Θεοῦ; ὅμοιον τούτῳ, τὸ, μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτως; ἐπειδὴ δὲ εἶπεν, ἐὰν καταστρέψῃ τὰ πάντα, τίς ἀντερεῖ; ἵνα μὴ δόξῃ λέγειν, ὅτι καὶ σὲ κατ' ἐξουσίαν ἐτιμωρήσατο, εὐθέως ἐπήγαγεν.

Ipſe enim novit opera iniquorum; videns autem abſurda, non deſpiciet.

Αὐτὸς γὰρ οἶδεν ἔργα ἀνόμων· ἰδὼν δὲ ἄτοπα, οὐ παρόψεται.

EORUNDEM. Hæc, inquit, actiones uniuſcujuſque, & eorum quæ geruntur cauſam cognoſcens, & res humanas ſine indagatione non relinquens, nec pec-

ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ. Ταῦτα, φησὶ, πάσας τὰς ἑκάστου πράξεις εἰδὼς, καὶ τὴν τῶν γενομένων αἰτίαν, καὶ οὐκ ἀνεξέταστα καταλιμπάνων τὰ ἀνθρώπινα, οὐδὲ τοὺς ἁμαρ-

ἁμαρτάνοντας ἐκτὸς τιμωρίας ἀφιείς· ὡς δυνατὸς τοίνυν, καὶ σοφὸς, καὶ δίκαιος, αἰο-μοῦντά σε οὐ παρεῖδεν, ἀλλ᾽ ἐτιμωρήσατο. σαφὲς δὴ, ὅτι διὰ αὐτὸν εἶπε, τὸ, ἐὰν καταστρέψῃ· καὶ δεικνὺς τοῦ Θεοῦ τὸ ἀναπόδραστον, ἐπήγαγεν, ὅτι οἶδε τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔργα, μὴ παρορῶν τὰ πταίσματα.

catores impunitos dimittens, facit: tanquam potens ergo, & ſapiens, & juſtus, te peccantem non neglexit, ſed punivit. Manifeſtum igitur eſt, Jobi cauſâ Sopharum dixiſſe, *Si ſubverterit*; cúmque Deum inevitabilem eſſe oſtendiſſet, ſubjunxit, quòd hominum opera explorata habeat, nec eorum delicta negligat.

*ἴσ. τινάλλως.

Ἄνθρωπος δὲ * ἄλλως νήχεται λόγοις, βροτὸς δὲ γεννητὸς γυναικὸς ἴσα ὄνῳ ἐρημίτῃ.

*Homo autem * aliter natat ſermonibus, & vir natus mulieris tanquam onager ſolitarius.*

* ε. fruſtra.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως ἀσφαλὲς παραβάλλων ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπιβολαῖς, νήχεσθαι αὐτοὺς ματαίως ἔφησε, μὴ δυναμένους πᾶσαν τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν λογισμῷ περιλαβεῖν. διὰ δὲ τοῦ ἐρημίτου ὄνου, παρίστησι τὸ σφόδρα νωθὲς αὐτῶν πρὸς τὴν κατάληψιν τῶν κριμάτων, ὑπερβολικῷ χρώμενος τῷ λόγῳ.

DIDYMI. Divinæ notitiæ infallibilitatem, cum hominum conceptibus comparans, fruſtra eos natare dicit, eò quòd nequeant univerſam Dei cognitionem ratiocinatione complecti. Per onagrum autem ſolitarium, hyperbolicâ loquendi formâ uſus, ſummam eorum in judiciorum Dei apprehenſione hebetudinem ob oculos ponit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τὸν ἐρημίτην ὄνον, διὰ τὸ ἀνυπότακτον παρέλαβεν, αἰνιττόμενος τὸν Ἰὼβ ὡς τὰ πρὸς Θεὸν ἀνυπότακτον· ὁ μὲν γὰρ Θεὸς, φησὶ, τοιοῦτός ἐστι, καὶ τοιόσδε, καὶ τὰ κατ᾽ αὐτὸν τοιαῦτα, οἷα καὶ λογίσασθαι φοβερόν. οἱ δὲ ἄνθρωποι εἰκῇ καὶ μάτην φλυαροῦσιν, οὐδὲν ὄνου, κατὰ τὸ εὐτελὲς τῆς φύσεως, ὅσον πρὸς τὴν θείαν σοφίαν καὶ ὑπεροχὴν, διαφέροντες, τινάλλως τε πλανῶνται περὶ τὰ θεῖα, ἐναντία τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως δοξάζοντες, καὶ οὐδὲν τῶν βοσκημάτων διενηνόχασι, τῶν ἐν ποσὶ πλέον εἰδότες οὐδέν· καθάπερ καὶ ὄνος ἐν ἐρήμῳ, τῆς ὁδοῦ διέξοδον οὐκ ἔχων διὰ τὸ ἄβατον, μηδὲ δυνάμενος εἰς πέρας ἀφικέσθαι τῆς ἐρήμου, ὥσπερ οὐδ᾽ ὁ νηχόμενος εἰς πέρας τῆς θαλάσσης· ἵνα εἴπῃ, ὅτι οὐχ ὡς λογικοὶ συνιᾶσιν ἀπὸ τῶν ὁρωμένων τοῦ Θεοῦ τήν τε σοφίαν καὶ τὴν δύναμιν, ἀλλὰ θρεμμάτων δίκην περὶ τὰ παρόντα εἰλούμενοι, οὐδὲν ἄξιον λογικῆς φρονοῦσι φύσεως.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Ab aſino autem ſolitario, animali immorigero, ſimilitudinem ſumpſit, ut Jobum in rebus divinis immorigerum & effrænatum eſſe innueret: tantus enim taliſque eſt Deus, & quæ Dei ſunt talia exiſtunt, ut de eis vel mente cogitare tremendum ſit. Homines autem fruſtra ac temere nugantur, vilitate naturæ, ſi cum divina ſapientia & excellentia comparentur, nihil ab aſino diſtantes, & in rebus divinis Dei naturæ contraria ſentientes, fruſtra hallucinantur, neque quicquam à pecudibus diſcrepant, quæ, præter ea quæ ante pedes poſita ſunt, nihil intelligunt; quemadmodum aſinus in deſerto viæ exitum non habet, quia invia eſt, neque ad deſerti limitem extremum pervenire poteſt, prout neque ad maris terminum is qui in eo natat; ac ſi diceret, quòd tanquam rationis participes, ex viſibilibus Dei ſapientiam & poteſtatem, non intelligant, ſed pecudum more circa res præſentes volutantes, nihil rationali naturâ dignum ſapiant.

Nam ſi tu mundum poſuiſti cor tuum, & extendis manus ad eum, ſi iniquum quid eſt in manu tua, longè facito illud à te, et iniquitas in domo tua non maneat.

Εἰ γὰρ σὺ καθαρὰν ἔθου τὴν καρδίαν σου, ὑπτιάζεις δὲ χεῖρας πρὸς αὐτόν, εἰ ἄνομόν τί ἐστιν ἐν χειρί σου, πόῤῥω ποίησον αὐτὸ ἀπὸ σοῦ, ἀδικία δὲ ἐν διαίτῃ σου μὴ αὐλισθήτω.

OLYMPIODORI. Symmachus verò, pro, *Extendis ad Deum manus*, reddidit, *Expandes ad eum palmas tuas*: tempora igitur hìc mutantur. Senſus autem hic eſt; Si qua in re, inquit, mihi optima conſulenti obtemperare volueris, cor tuum purga, & repudiatis eis quæ nefariè geſſiſti, mente ſincerâ ad Deum accede, ac expanſis in precatione inculpatis manibus, Deum ſuppliciter invoca, finémque peccandi facito, nihil injuſtum vel iniquum ampliùs perpetrato, nec improbitatis ullæ reliquiæ in te remaneant; & ſi contigerit quidem te injuſtam aliquã actionẽ moliri, at in vita tua nulla improbitas perduret. Si enim hac ratione Deum propitium reddideris, purúſque in omnibus videberis, ea tibi contingent, quorum poſtea mentionem facit; & (ut uno verbo dicam) ſublato omni infortunio, ad priſtinam felicitatem redibis.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, ὑπτιάζεις χεῖρας πρὸς Θεόν, ἁπλώσεις πρὸς αὐτὸν τὰς παλάμας σου, ἐκδέδωκεν· οἱ οὖν χρόνοι ἐνταῦθα ἐνηλλαγμένοι εἰσίν. ὁ δὲ νοῦς ἐστιν, Εἴ τι μοι πείθῃ, φησί, τὰ κάλλιστα συμβουλεύοντι, κάθαιρέ σου τὴν καρδίαν, καὶ τὴν * ἀθέσμων σοι πεπραγμένων ἀποβολὴν ποιησάμενος, εἰλικρινεῖ πρόσελθε τῷ Θεῷ διαθέσει, καὶ τὰς χεῖρας ἀμώμους εἰς εὐχὴν ἐκπέτασον, δεήθητί τε τοῦ Θεοῦ, καὶ παῦσαι παρανομῶν, καὶ μηκέτι ἀδικήσῃς ἢ παρανομήσῃς, μηδέ τι φαῦλον λείψανον ἐν σοὶ ἀπομεινάτω· ἀλλὰ κἂν συμβῇ σε ἐν ἀρχῇ τοῦ ἀδικεῖν γενέσθαι, μὴ παραμενέτω ἐν τῷ σῷ βίῳ ἡ κακία. Εἰ γὰρ οὕτως ἵλεων ποιήσῃ τὸν Κύριον, καὶ καθαρὸς ἐν πᾶσι δειχθήσῃ, ἔσονταί σοι τάδε ἅπερ ἐφεξῆς φησι· καὶ τὸ ὅλον, πᾶσαν δυσπραγίαν ἀποδυσάμενος, εἰς τὴν προτέραν ἐπανήξεις εὐδαιμονίαν.

* ἴσ. ἀθέσμως.

Sic enim fulgebit facies tua tanquam aqua pura.

Οὕτω γὰρ ἀναλάμψει σου τὸ πρόσωπον, ὥσπερ ὕδωρ καθαρόν.

POLYCHRONII. Rerum in melius commutationem, exemplo oſtendit; Sicut enim, inquit, qui ſordibus inquinantur, corpore abluto, prioris deformitatis veſtigium nullum retinent; ſic etiam tu, per Dei providentiam, mutatis moribus, rerum omnium abundantiâ afflues, ita ut præſentis afflictionis monumentum nullum relinquatur. Illorum igitur, *Tanquam aqua pura*, hæc mens eſt; Splendidus & immaculatus eris tanquam aquâ limpidiſſimâ mundatus: vel, Quemadmodum in aqua limpida, & priſtino nitori reſtituta, nullæ ſordes videntur; ſic poſt florentem & deſæ-

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Παραδείγματι τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἔδειξε μεταβολήν· ὥσπερ γάρ, φησίν, οἱ ῥυποῦντες τὸ σῶμα ἀποπλυνόμενοι, οὐδὲν ἴχνος φέρουσι τῆς προλαβούσης * αἰδίας· οὕτω καὶ αὐτὸς μεταβαλλόμενος τὸν τρόπον, τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ πάντων ἕξεις τὴν ἀφθονίαν, ὥστε μηδὲν μνημόσυνον καταλειφθῆναι τῆς παρούσης ταλαιπωρίας. Τὸ οὖν, ὥσπερ ὕδωρ καθαρόν, ὡσπερεὶ ἀπὸ ὕδατος διειδεστάτου ἔσῃ λαμπρὸς, καὶ ἀκηλίδωτος· ἤ, ὥσπερ μετὰ τὸ διειδὲς γενέσθαι τὸ ὕδωρ, οὐκ ἐμφαίνεταί τι τῆς ὕλης· οὕτως οὐδὲ μετὰ τὴν καθαρὰν εὐπραγίαν, δηλαδὴ

* ἴσ. ἀηδίας.

ὑ

τε καὶ πειρασικόν. τὸ δὲ, ἀναλάμψει τὸ πρόσωπόν σου, ἀντὶ τοῦ, ἄλλος ἀντ' ἄλλου δειχθήσῃ, ὥσπερ καὶ τὸ ὕδωρ τὸ τεταραγμένον καὶ τεθολωμένον, ὅταν καταστῇ. διπλοῦν οὖν τὸ καθαρὸν, τὸ μὲν ὡς καθαῖρον, τὸ δὲ ὡς ἔχον ἐν ἑαυτῷ καθαρότητα· ὥσπερ καὶ τὸ ἁγνὸν, τὸ μὲν ὡς ἡγνισμένον, τὸ δὲ ὡς ἐμποιοῦν ἄλλοις τὸν ἁγνισμόν. ὡς, τὸ, ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς, τουτέστιν, ἁγνοποιός. καλεῖται τοίνυν καθαρὸν ὕδωρ, ἤτοι ὡς καθαρισμὸν ἐμποιοῦν τοῖς ῥυπαρωμένοις, ἢ ὡς αὐτὸ διειδὲς χρηματίζον, καὶ ἀθόλωτον.

catum rerum ſtatum, nihil fæculentum & quod tentationem moveat, apparebit. Illud autem, *Fulgebit facies tua*, id eſt, tanquam aqua turbida & ſordibus plena poſtquam deſederit, planè alius videberis. Purum ergo duplex eſt; quod purificat, ſcilicet, alia; & quod in ſe puritatem habet: ſicuti etiam caſtum dicitur, quod in ſe caſtimoniam habet, & quod aliis eam impartitur. Unde illud, *Timor Domini caſtus*; id eſt, caſtum efficiens. Psal.18.10. Aqua igitur hoc in loco pura vocatur, vel quia res inquinatas à ſordibus purget, vel quia ipſa limpida & illimis ſit.

Ἐκδύσῃ δὲ ῥύπον, καὶ οὐ μὴ φοβηθήσῃ.

Exues autem ſordem, & non timebis.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἐπειδὴ ὁ Ἰὼβ ἔφη, ἱκανῶς ἐν ῥύπῳ με ἔβαψας, πρὸς ἐκεῖνο ὁ Σωφὰρ φησιν, ὅτι καὶ τοῦτον τὸν ῥύπον, ὅ ἐστι, τὴν δυσπραγίαν, ἀποδύσῃ, καὶ οὐδὲ ἔτι φοβηθήσῃ μή τί σοι ἐν τοῖς ἐφεξῆς * δυσχερὲς ἀπαντήσῃ.

* γρ. δυσπραγία

POLYCHRONII. Quoniam Jobus dixerat, *Satis in ſorde tinxiſti me*, Cap.9.31. Sopharus ad hoc reſpondens, inquit, Sordem iſtam, id eſt, rerum infelicem ſtatum, exues, nec ampliùs formidabis, ne infelicitas ulla tibi in poſterum contingat.

Καὶ τὸν κόπον ἐπιλήσῃ, ὥσπερ κῦμα παρελθὸν, καὶ οὐ μὴ πτοηθήσῃ.

Et laborem oblivìſceris tanquam fluctum qui præteriit, et non terreberis.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλ' οὐδὲ ἴχνος ὑπολειφθήσεταί σοι τῶν κόπων, οὐδὲ μνημόσυνον τῆς συμφορᾶς, ὥσπερ οὐδὲ κύματος παρελθόντος ἴχνη καταλιμπάνεσθαι. ἄφοβος δὲ ἔσῃ λοιπὸν, γαληνιασάντων ἐπὶ σοὶ τῶν κακῶν. ἡδὺ δὲ πάντως ὥσπερ γαλήνη μετὰ χειμῶνα, οὕτως εὐκληρεία μετὰ τὴν δυσκληρείαν.

OLYMPIODORI. Sed ne veſtigium quidem moleſtiarum, aut calamitatum memoria ulla exſtabit, prout nec fluctûs prætérlapſi veſtigia ulla relinquuntur: reliquum verò vitæ, ſedatis omnibus malis, intrepidè tranſiges. Sicut autem grata eſt omnino poſt tempeſtatem tranquillitas, ita poſt adverſam proſpera fortuna.

Ἡ δὲ εὐχή σου ὥσπερ ἑωσφόρος.

Et oratio tua tanquam lucifer erit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, καθαρὰ καὶ * ἀνιοῦσα, ἢ φωτίζουσα τὴν τῆς ψυχῆς σου τὴν ἐκ τῶν κακῶν σκοτομήνιαν· εἴτουν ἄγγελος τῆς περιφανοῦς ζωῆς.

* γρ. αἰνοῦσα

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Id eſt, Pura & exoriens; vel, tenebricoſam animæ tuæ noctem ex malis contractam illuſtrans; ſive, vitæ conſpicuæ nuncia.

De meridie autem orietur tibi vita.

AUt hoc dicit, Tanquam Sol meridiano tempore vita tua ſplendebit; aut, ſecundùm Scripturæ conſuetudinem, ipſam calamitatem meridiem vocat: ſic enim dicit
Eſa. 18.4. Propheta, *Sicut lux æſtûs in meridie*, in calamitate, ſcilicet, aderit tibi divinum auxilium: *De meridie* igitur, hoc eſt, ex vehementiori æſtu, præſentis, ſcilicet, tribulationis, divinum adminiculum tibi exorietur; Vel hoc inquit, Quandoquidem meridie, cùm Sol noſtro vertici imminet, umbram nec à facie, nec à tergo projicit; ſic ex periculoſo & præcipiti hoc ſtatu, in quo res tuæ quaſi in æquilibrio & in acie novaculæ conſtitutæ eſſe videntur, ſi pœnitentiam egeris, vita tibi reſplendebit.

Ἐκ δὲ μεσημβρίας ἀνατελεῖ σοι ζωή.

Ἢ τοῦτο λέγει, ὅτι ὡς ἥλιος ἐν μεσημβρίᾳ, διαλάμψει σου ἡ ζωή· ἢ μεσημβρίαν τὴν συμφορὰν λέγει, κατὰ τὸ τῆς γραφῆς ἔθος· οὕτω γὰρ καὶ ὁ προφήτης λέγει, ὡς φῶς καύματος μεσημβρίας, ἀντὶ τοῦ, ἔσται σοι ἐν συμφορᾷ τοῦ Θεοῦ ἡ ἀντίληψις· ἐκ μεσημβρίας οὖν, τουτέστιν, ἐκ τοῦ ἐπιτεταμένου καύσωνος, λέγει δὲ, τῆς παρούσης θλίψεως, ἀνατελεῖ σοι ἡ τοῦ Θεοῦ ἀντίληψις· ἢ, ἐπειδὴ ἐν μεσημβρίᾳ ὑπὲρ κεφαλῆς ὢν ὁ ἥλιος, οὔτε ὄπισθεν ποιεῖ τὴν σκιὰν, οὔτε ἔμπροσθεν, φησὶν, ὅτι ἐπειδὴ νῦν ὥσπερ ἐν μέσῳ ζυγοῦ ἐπὶ ξυροῦ κεῖται τὰ κατὰ σὲ, ἐκ ταύτης σου τῆς ἀμφικρήμνου καταστάσεως, ἀναλάμψει σου ἡ ζωὴ, ἐὰν μετανοήσῃς.

Confidénſque eris, quia eſt tibi ſpes.

POLYCHRONII. Et poſthæc, inquit, confides, tanquam in Deo ſpem collocans, & ab illo auxilium conſequutus. Aquila verò, intrepidam quietem innuens, reddidit, *In ſpe dormies.*

Πεποιθώς τε ἔσῃ, ὅτι ἔστι σοι ἐλπίς.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Καὶ θαῤῥήσεις λοιπὸν, φησὶν, ὡς ἔχων εἰς Θεὸν τὴν ἐλπίδα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ βοηθούμενος. ὁ δὲ Ἀκύλας, ἐν ἐλπίδι κοιμηθήσῃ, ἔφη, τὴν ἀδεῆ αἰνιττόμενος ἀνάπαυσιν.

De cura verò ac ſolicitudine apparebit tibi pax.

OLYMP. & POLY. Curas verò, quæ cum anxiis & laborioſis ſolicitudinibus nunc conjunctæ ſunt, tranquilla quædam & pacata conditio excipiet. Cura enim quæ ſecundùm Deum eſt, ab omni ſolicitudine & perturbatione libera eſt: res igitur quæ ad religionem & Dei cultum ſpectant, diligenti ſtudio curandæ ſunt.

Ἐκ δὲ μερίμνης καὶ φροντίδος ἀναφανεῖταί σοι εἰρήνη.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τὰς δὲ, νῦν ἐχούσας μερίμνας ἐπωδύνους, φροντίδας γαληναία τις καὶ εἰρηνικὴ κατάστασις διαδέξεται· πάσης γὰρ ταραχῆς καὶ φροντίδος, ἡ κατὰ Θεὸν φροντὶς ἠλευθέρωται· φροντιστέον οὖν τῶν εἰς εὐσέβειαν ἡκόντων.

Quieſces enim, et non erit qui oppugnet te.

POLYCHRONII. Hæc, inquit, ſi præſtiteris, & pietatis ſtudioſus, à peccatis abſtinueris, nec injuſtè rem familiarem augere conatus fueris, in rerum omni-

Ἡσυχάσεις γὰρ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ πολεμῶν σε.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ταῦτα, φησὶ, ποιήσας, καὶ τῆς εὐσεβείας ἐπιμελούμενος, παύσαιο παρανομῶν, καὶ μὴ ἐξ ἀδικίας αὔξειν τὰ κατὰ τὸν οἶκον * σπουδάζεις, *ἴσ. σπουδάσεις.

ζῇς, ἐν ἀφθονίᾳ πάντων γινόμενος, οὐκέτι δείσεις τὴν ἐκ τῶν πολεμίων ἔφοδον· ἀλλ' οὕτω βαθείας ἀπολαύσεις εἰρήνης, ὡς ἀπόλεμον τὸν λειπόμενον διαβιῶναι χρόνον.

um abundantiâ conſtitutus, hoſtium impetum non ampliùs formidabis; ſed pace tam altâ fruêris, ut reliquum vitæ tempus ſine bello tranſigas.

Μεταβαλλόμενοι δὲ πολλοί σου δεηθήσονται· σωτηρία δὲ αὐτοὺς ἀπολείψει· ἡ γὰρ ἐλπὶς αὐτῶν, ἀπώλεια· ὀφθαλμοὶ δὲ ἀσεβῶν τακήσονται.

Transmutati autem multi rogabunt te; ſalus autem eos deſeret; ſpes enim eorum, perditio; & oculi impiorum tabeſcent.

ΠΟΛΥΧΡΟ. καὶ ΟΛΥΜΠ. Οἱ δὲ νῦν, φησί, περιορῶντές σε διὰ τὰς συμφοράς, καὶ ἐπεμβαίνοντές σοι, ὕστερον σοῦ δεηθήσονται, ὅταν αὐτοὺς ἡ παρὰ Θεοῦ σωτηρία καταλίπῃ, καὶ μηδεμίαν ἔχωσιν ἐλπίδα. τότε δὴ καὶ τακήσονται αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπὶ τῇ σῇ εὐημερίᾳ, ὑπὸ τοῦ φθόνου, δηλονότι. ἐκ δὲ τούτων τῶν λόγων ἔστι συνιδεῖν, ὅτι πρὸς πᾶσι τοῖς κακοῖς, καί τινας ἐπέστησεν ὁ διάβολος ἐπιγελᾷν, καὶ ἐπεμβαίνειν ἐν ταῖς τοῦ Ἰὼβ συμφοραῖς. ἀλλ' οὗτοι, φησί, μετὰ τοῦτο ἐν συμφοραῖς ἐξεταζόμενοι, τῆς παρὰ σοῦ ἐπικουρίας τυχεῖν σπουδάσουσιν, οὐ μὴν καὶ ἐπιτεύξονται ὧν προσεδόκησαν, ἀλλ' αἱ ἐλπίδες αὐτῶν ἀπολοῦνται μὴ ἐπιτυγχάνουσαι· οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται τοὺς παρανόμους πράττειν ἀσφαλῶς, ἀλλὰ τοῖς δεινοῖς περιπεπτωκότες, ἐν ὅσῳ μεταβολὴν ἐλπίζουσιν, ὑπὸ τῶν συμφορῶν φθάνουσι διαφθαρῆναι, ἤ τινος ἀγαθοῦ τυχεῖν. ἐνταῦθα μέντοι πονηρούς τινας αἰνίττεται, καὶ τὴν λύπην αὐτῶν τὴν γινομένην ἐπὶ μεταβολῇ *τοῦ ἀνιαροῖς περιπεπτωκότος· περὶ ὧν καὶ ἀποφαίνεται, ὅτι νεκρωθήσονται, τῶν ἐπὶ σοὶ πονηρῶν ἐλπίδων ἐκπεπτωκότες, καὶ τῷ φθόνῳ τακήσονται, τὴν σὴν εὐπραγίαν θεωροῦντες· ἤ, κατὰ Θεοδοτίωνα, οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκλείψουσι, τουτέστι, ἀποκάμνουσιν ἐν τῷ ὁρᾶν ἐπιπολύ, καὶ προσδοκᾷν τὴν σὴν πάλιν εἰς ἀτυχίαν μεταβολήν, μὴ ἔχειν δὲ ταύτην ἰδεῖν. ταῦτα δὲ πρὸς ἕτερον μὲν λεγόμενα δι' ἁμαρτίας κακῶς πάσχοντα, καλῶς ἐλέγετο· οὐδὲ γὰρ ἀποβλητοὶ τῶν φίλων τοῦ

* ἴσ. σοῦ.

POLYCHRONII, & OLYMPIODORI. Qui verò nunc, inquit, te propter calamitates tuas deſpiciunt, tibique inſultant, poſtea, cùm divina ſalus eos deſeruerit, & ſpes omnis decollaverit, opem tuam implorabunt: tunc etiam oculi eorum, præ invidia, ſcilicet, proſperam tuam ſortem intuentes, liqueſcent. Ex his autem verbis intelligere licet, quòd diabolus, præter cætera mala, quoſdam etiam inſtigaverit, qui Jobum ludibrio haberent, & in calamitatibus ejus inſultarent. Hi autem, inquit, poſtea calamitatibus vexati, auxilio tuo potiri ſedulò contendent, expectatione autem fruſtrabuntur, & ſpes illorum irritæ & inanes peribunt (fieri enim non poteſt, ut improbi ſecurè degant, ſed in caſus adverſos incidentes, quatenus rerum mutationem expectant; priuſquam boni alicujus participes fiant, calamitatibus obruti extinguuntur) itaque hoc in loco improbos quoſdam intelligit, & mœrorem quem conceperant pro mutatione tui ſtatûs, qui in moleſtias & difficultates incideras; de quibus etiam pronunciat, quòd de ſpe improba, quam de te fovebant, excidentes, enecabuntur, & proſperam tuam ſortem intuentes, invidiâ contabeſcent; vel, ſecundùm Theodotionem, *Oculi eorum deficient*, id eſt, Multùm intuendo, & fortunæ tuæ in pejus rurſus mutationem expectando, quam videre tamen non poſſint, fatiſcent. Hæc verò ſi alteri dicta fuiſſent, qui propter peccata adverſa pateretur, non ineptè dicta fuiſſent (neque enim amicorum Jobi ſermones rejiciendi

jiciendi erant, ſi alius quiſpiam commonefaciendus fuiſſet, & debitâ adhibitâ diſtinctione habiti fuiſſent) Juſtus verò eò magis dolet, quòd improbitatis nullius ſibi conſcius, tanquam impius ad agendam pœnitentiam moneretur.

Ἰὼβ οἱ λόγοι, ἐὰν ἕτερον ᾖ τῶν προσώπων τὸ νουθετούμενον, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης λέγωνται διαιρέσεως· ὁ δὲ δίκαιος καὶ μᾶλλον ἀλγεῖ, οὐδὲν μὲν ἑαυτῷ συνειδὼς, ὡς ἀσεβὴς δὲ νουθετούμενος εἰς μετάνοιαν.

PROTHEORIA CAPITIS NONI.

OLYMPIODORI. Poſtquam Sopharus vehementiore uſus fuiſſet oratione, & divinâ ſapientiâ & poteſtate in medium allatâ, Juſto partim metum incutere, partim quòd non injuſtè pateretur, oſtendere conatus fuiſſet; Jobus Sopharum, quòd manifeſta & ab omnibus confeſſa demonſtrationibus adſtruere vellet, ſubſannat. Deinde, in rebus divinis ſe plus amicis ſapere oſtendens, magnificè de Dei ſapientia & poteſtate loquitur; illóſque vituperat, quòd ſermones ad medendum idoneos proferre non potuerint: ipſe verò, coram juſto Deo quænam pateretur, juſto ejus judicio multùm fretus, libenter narrat. Amicos etiam cauſatur, quòd Dei patrociniū contra jus & fas in ſe recepiſſent, dicitque, Licèt millies pro Deo loqui videamini, ſi dolosè tamen & injuſtè loquuti fueritis, Deus qui veritatem diligit, vos nequaquam probabit. Ipſe verò è contrario, quia ſine dolo & ſincerè, quæ animo habebat, coram Deo cum fiducia diſſereret, ſalutem aſſequi ſperat, & dicit, Novi ego quòd in veritate loquens, apud verum & juſtum Deum, juſtus apparebo. Deinde ad preces convertitur, & veniam, ſi in aliquo offendiſſet, à Deo deprecatur, naturæque imbecillitatem pro ſupplicatione in medium proponit, nullùm hominem purum eſſe aſſerens, quamvis uno tantùm die in vitam prodeat. Comparatione autem factâ, hominem plantis imbecilliorem eſſe oſtendit, & Deum tanquam opificem, ut ſuo opi-

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΕΝΝΑΤΟΥ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Σφοδρότερον τοῦ Σωφὰρ χρησαμένου τοῖς λόγοις, καὶ διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας καὶ δυνάμεως πειραθέντος, τοῦτο μὲν φοβῆσαι τὸν δίκαιον, τοῦτο δὲ καὶ δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἀδίκως πάσχει· χλευάζει ὁ Ἰὼβ τὸν Σωφὰρ, ὡς τὰ ὡμολογημένα δι' ἀποδείξεων βουληθέντα κατασκευάσαι. εἶτα καὶ αὐτὸς μεγαλοπρεπῶς ἐξηγεῖται τὰ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας καὶ δυνάμεως, δεικνὺς ὅτι συνετώτερος αὐτῶν ἐστι περὶ τὰ θεῖα· καὶ μέμφεται μὲν τοὺς φίλους, ὡς οὐ δυνηθέντας θεραπευτικοὺς λόγους εἰπεῖν· αὐτὸς δὲ, ἐπὶ τοῦ δικαίου Θεοῦ ἡδέως λέγει τὰ προσόντα αὐτῷ, σφόδρα θαῤῥῶν τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ· καὶ αἰτιᾶται τοὺς φίλους, ὡς παρὰ τὸ δίκαιον τὴν ὑπὲρ Θεοῦ δικαιολογίαν ἀναλαβόντας, καί φησιν, ὅτι κἂν μυριάκις δόξητε ὑπὲρ Θεοῦ λαλεῖν, λαλῆτε δὲ μετὰ δόλου καὶ παρὰ τὸ δίκαιον, οὐκ ἀποδέξεται ὑμᾶς ὁ φιλαλήθης Θεός. τὸ δὲ ἐναντίον, αὐτὸς σωτηρίας ἐλπίζει τεύξεσθαι, ὡς ἀδόλως καὶ καθαρῶς ἃ φρονεῖ μετὰ παῤῥησίας ἐπὶ τοῦ Θεοῦ διαλεγόμενος, καί φησιν, οἶδα ἐγὼ ὅτι δίκαιος ἀναφανοῦμαι πρὸς ἀληθῆ Θεὸν καὶ δίκαιον σὺν ἀληθείᾳ φθεγγόμενος. Εἶτα τρέπεται καὶ εἰς αἴτησιν πρὸς Θεὸν, καὶ παρακαλεῖ συγγνώμης τυχεῖν, εἴ τι καὶ ἥμαρτε, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς εἰς ἱκεσίαν προβάλλεται, φάσκων, μηδένα ἄνθρωπον εἶναι καθαρὸν, κἂν μίαν ἡμέραν εἰς τὸν βίον * παρέλθῃ. δείκνυσι δὲ κατὰ παράθεσιν, ὡς καὶ τῶν φυτῶν ἀδρανέστερός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἱκετεύει τὸν Θεὸν ὡς ποιητὴν, φείσα-

* ἴσ. προέλθῃ.

σθαι

περὶ τοῦ ἰδίου δημιουργήματος, καὶ ἀξιοῖ, μὴ πρὸς ἀκριβεῖς ἐλθεῖν ζητήσεις καὶ ἐλεγμούς. θαυμάσαι δὲ ἄξιον, πῶς ἐν τοσαύταις συμφοραῖς καὶ βασάνοις οὐκ ἐξεπλάγη, οὐ κατέπεσε· πῶς οὐδὲν αὐτὸν τῶν ὑπὸ τῶν φίλων λαληθέντων διέλαθεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντα ἀπήντα, καὶ δόγματα λαλεῖ, καὶ ἀξίως Θεοῦ τὰς περὶ αὐτοῦ κέκτηται ὑπολήψεις, καὶ ἐν μέσαις ταῖς βασάνοις, ὡς μὴ ὢν ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ὅλος ἐν πνεύματι, φιλοσοφεῖ.

ficio parcere velit, ſuppliciter precatur, noliſque ad accuratam examinationem & inquiſitionem deſcendere, enixè rogat. Admiratione autem dignum eſt, quomodo tantis calamitatibus & cruciatibus vexatus, ſtupore perculſus non fuerit, nec animum deſponderit; quomodo eorum, quæ ab amicis dicebantur, nihil eum latuerit, ſed omnibus obviam iverit, dogmata protulerit, de Deo opiniones dignas habuerit, & in mediis tormentis, tanquam non in carne, ſed totus in ſpiritu, philoſophatus fuerit.

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἰὼβ, λέγει, εἶτα ὑμεῖς ἐστε ἄνθρωποι; ἢ μεθ' ὑμῶν τελευτήσει σοφία;

CAP. XII.

RESPONDENS autem Job, ait, Itaque vos eſtis homines? aut vobiſcum morietur ſapientia?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Μόνους, φησὶν, ἑαυτοὺς * κρίνεται ἀνθρώπους, εἰδότας τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ λογικὸν ἀκριβῶς διασώζοντας· καὶ οἴεσθε μήτε τινὰ τῶν πρὸ ὑμῶν γεγονέναι σοφὸν, μήτε ἔσεσθαι μεθ' ὑμᾶς, ἀλλ' * εἰς ὑμᾶς ἡ πᾶσα τελευτᾷ σοφία, ὡς μηδένα ἄλλον μετέχειν αὐτῆς. τουτέστι, πέρας σὺν ὑμῖν λήψεται, ἐφ' ἕτερον δὲ οὐ μεταβήσεται, ἀλλ' ἐν ὑμῖν μόνοις ἡ τελειότης τῆς σοφίας περιγραφήσεται. ταῦτα δὲ λέγει, οὐ κατεπαιρόμενος αὐτῶν, ἀλλ' ἀχθόμενος ἐφ' οἷς παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἐλάλουν. ἐπάγει γοῦν.

* ἴσ. κρίνετε

* ἴσ. ἐφ' ὑμῶν τὴν πᾶσαν τελευτήσειν σοφίαν.

OLYMPIODORI. Vos ſolos, inquit, homines eſſe judicatis, qui Dei magnalia cognita habeatis, & rationis facultatem diligenter cuſtodiatis; neque quenquam ante vos ſapientem fuiſſe, vel poſtea evaſurum, ſed ſapientiam omnem veſtrâ ætate exitum habituram, ita ut nemo alius particeps ejus fiat, exiſtimatis. Id eſt, Vobiſcum finem ſortietur, neque ad alium tranſibit, ſed in vobis ſolis ſapientiæ perfectio limitibus circumſcribetur. Hæc autem nullâ animi elatione contra eos dicit, ſed moleſtè ea ferens quæ contra veritatem dixerant; quare ſubjungit.

Κἀμοὶ μὲν καρδία καθ' ὑμᾶς ἐστιν.

Et mihi quidem cor juxta vos eſt.

ΟΛΥΜΠ. Τὴν αὐτὴν ὑμῖν, φησὶν, εἰμὶ ἔχων φύσιν, οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖν τὰ τοιαῦτα δύναμαι· ἄνθρωπος γάρ εἰμι κἀγὼ, καὶ πάντως οὐκ ἀκάρδιος. βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι συνέσει μὲν ὑμῶν οὐ λείπομαι· ἀλλὰ συνίημι κἀγὼ ὥσπερ ὑμεῖς, καὶ οὐκ ἀπολώλεκα τὴν καρδίαν, ὡς περί τινων λέγεται τῶν τοῦ καθήκοντος ἐνέργειαν ἀποβαλόν-

OLYMPIOD. Eâdem, inquit, vobiſcum naturâ præditus ſum, neque hæc ignorare poſſum; homo enim ego ſum, nec omnino excors. Dicere autem vult, Rerum intelligentiâ vobis inferior non ſum, ſed perinde ut vos ſapio, neque cor perdidi, quod de quibuſdam dicitur qui debitum animi uſum amiſerunt; malorum autem magnitudine

gnitudine ictus, aliorum contumeliis expoſitus ſum.

Sed juſtus vir & ſine crimine venit in deriſum.

POLYCHRONII. Hoc autem omnium, inquit, acerbiſſimum eſt, quòd vitam bonam tranſigens, nec ullam reprehenſionis occaſionem præbens, ludibrium vobis factus ſum.

OLYMPIODORI. Videtur quidem de ſeipſo verba facere; dictum autem catholicum profert, quòd homines, ſcilicet, carnales, ea quæ ab hominibus juſtis & ſpiritualibus fiunt, ſtultitiam exi-
Cor. 1. 2. 14 ſtiment; juxta illud, *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritûs.* Juſtum autem ſe hoc loco dicit, non quòd perfectam virtutem hoc teſtimonio ſibi arroget; ſed quòd nemini injuriam fecerit, nec quiſquam ſit, qui criminari eum poſſet: quòd ſi ego, inquit, qui nihil injuſtum perpetravi, talia patior, quanto magis improbus?

DIDYMI. Obſervandum autem eſt, Jobum, cùm minora dicit, ſibi ipſi ea tribuere (faſtu enim ad inanem oſtentationem non eſt comparatus) cùm verò majora recenſet, ad genus univerſum orationem referre; quemadmodum & hîc propemodum dicit, Ne derideantur juſti; tamdiu enim adverſa patiuntur, quamdiu Deo viſum eſt.

In tempus autem ſtatutum paratus fuerat, ut caderet ab aliis, & domus ejus ut devaſtarentur ab iniquis.

OLYMPIODORI. Qui opinionem fati tuentur, ex hoc loco dicunt, Ecce ut Scriptura ipſa aſſerat fato decretum ut pateretur, & à Deo conſtitutum fuiſſe, ut minor eis appareret, qui priùs ipſi inferiores erant. Scriptura autem hoc non dicit, abſit. Mala enim quæ patimur, ſive naturalia, ſive voluntaria ſint, ſive à tentatione

των τῆς ψυχῆς, ὑπὸ δὲ μεγέθους τῶν κακῶν βεβλημένος, πρὸς δὲ λοιδορίας πρόκειμαι.

Δίκαιος γὰρ ἀνὴρ καὶ ἄμεμπτος ἐγενήθη εἰς χλεύασμα.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τοῦτο δὲ πάντων, φησὶ, δεινότατον, ὅτι εὖ βιοὺς καὶ οὐδεμίαν κατηγορίας ἀφορμὴν παρασχόμενος, ὑμέτερον ἀπεφάνθην παίγνιον.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Καὶ ἔοικε μὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, καθολικὸν δὲ ἐκτίθεται λόγον, ὅτι οἱ σαρκικοὶ, τὰ τῶν δικαίων καὶ πνευματικῶν, μωρίαν ἡγοῦνται· κατὰ τὸ εἰρημένον, ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος. δίκαιον δὲ ἑαυτὸν ἐνταῦθα λέγει, οὐχὶ τὴν τελείαν ἀρετὴν ἑαυτῷ μαρτυρῶν, ἀλλὰ τὸ μηδένα ἠδικηκέναι, τὸ μηδένα τῶν ἄλλων ἔχειν ἐγκαλεῖν αὐτῷ· καὶ εἰ ἐγὼ, φησὶ, μηδὲν ἠδικηκὼς τοιαῦτα πάσχω, πόσῳ μᾶλλον ὁ πονηρός;

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπισημῆναι δὲ, ὅτι ὅταν μὲν τὰ ἐλάττονα λέγῃ, ἑαυτῷ αὐτὰ περιάπτει, οὐ γάρ ἐστιν ἐπιδεικτικὸς δι' ἀτυφίαν· ὅταν δὲ τὰ μείζονα καταλέγῃ, εἰς τὸ καθόλου ἀνάγει τὸν λόγον· ὥσπερ οὖν καὶ τοῦτο μονονουχί φησι, μὴ γελάσθωσαν οἱ δίκαιοι, ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ πάσχουσιν, ἐφ' ὅσον ὁ Θεὸς βούλεται.

Εἰς χρόνον γὰρ τακτὸν ἡτοίμαστο πεσεῖν ὑπὸ ἄλλων, οἴκους τε αὐτοῦ ἐκπορθεῖσθαι ὑπὸ ἀνόμων.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἐντεῦθεν οἱ τὴν εἱμαρμένην δοξάζοντες, φασὶν, ὅτι ἰδοὺ καὶ ἡ γραφὴ λέγει ὅτι * εἵμαρτον αὐτὸν * ἰσάμαρτο παθεῖν, καὶ ὅτι ὡρίσθη ὑπὸ Θεοῦ ἐλάττονα τούτων ὀφθῆναι, τῶν πρότερον ὑποδεεστέρων. ἀλλ' οὐ τοῦτο ἡ γραφὴ λέγει, μὴ γένοιτο· οὐ γὰρ ὑπ' ἀνάγκην τὰ ἡμέτερα πάθη, εἴτε φυσικὰ εἶεν, εἴτε προαιρετικὰ,

τικά, εἴτε πειραστικά· τὰ μὲν γὰρ τῇ τῆς φύσεως ἀσθενείᾳ προσανατεθέον, τὰ δὲ τῇ αὐτεξουσίῳ προαιρέσει, τὰ δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ κυβερνήσει, πρὸς τὸ συμφέρον ἐπί τινα χρόνον ἡμῖν ἐπιφέρεσθαι συγχωρούσῃ. ἀλλ' ὅτι ἐν μέτρῳ διοικῶν τὰ καθ' ἡμᾶς ὁ Θεὸς τοῖς τῆς ἑαυτοῦ προνοίας λόγοις, οἶδε καὶ μέχρι πόσου συμφερόντως δεῖ πάσχειν ἡμᾶς, καὶ κατὰ μέτρον ἐπάγει τοὺς πειρασμούς.

procedant, fatali neceſſitati obnoxia non ſunt (quædam enim naturæ imbecillitati, alia verò voluntatis libero arbitrio, & alia divinæ gubernationi, quæ propter cōmodū noſtrū ad tempus aliquod nobis inferri ea ſinit, adſcribenda ſunt) Deus verò qui ſecundùm modū & menſurā, providētiæ ſuæ rationib⁹ noſtra gubernat, quatenus cum utilitate pati nos mala oporteat novit, & tentationes certo modo & debitâ mēſurâ hominibus infert.

Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ μηδεὶς πεποιθέτω πονηρὸς ὢν ἀθῷος ἔσεσθαι, ὅσοι παροργίζουσι τὸν Κύριον, ὡς οὐχὶ καὶ ἔτασις αὐτῶν ἔσται.

Veruntamen nemo confidat, cùm malignus ſit, futurum ſe inſontem, quicunque irritant Dominum, tanquam inquiſitio in eos non ſit futura.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οἴεσθέ με, φησίν, ἀγνοεῖν τοὺς τῆς προνοίας λόγους, καίτοι καὶ τούτους οὐκ ἔλαττον ὑμῶν γινώσκω· καὶ οἶδα ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, ὡς οὐκ ἔνεστιν εἰς Θεὸν ἡμαρτηκότα μὴ δοῦναι δίκην. δῆλον γὰρ τοῦτο καὶ ὡμολογημένον, ὡς οὐκ ἀτιμώρητος ἡ ἁμαρτία, οὐδὲ ἀνεξέταστοι μένουσιν οἱ τὸν Θεὸν παροργίζοντες· κἂν χλευάζῃ τις τὸν δίκαιον, καὶ καταδυναστεύῃ, οὐκ ἔσται ἀθῷος, κἂν ἐκνικήσῃ αὐτὸν τῷ δοκεῖν, παροργίζει γὰρ ὁ τοιοῦτος τὸν Θεόν· ἔσται δὲ πάντως ἐξέτασις τῶν πεπραγμένων καὶ κρίσις.

POLYCHRONII, & OLYMPIODORI. Arbitramini, inquit, me providentiæ rationes ignorare, quæ mihi tamen non minùs quàm vobis cognitæ ſunt: quin & illud non ſecus ac vos novi, quòd ſupplicium effugere non poſſit, qui in Deum peccaverit. Quòd peccatum enim non evadat impunitum, neque ſine exploratione maneant qui Dei iram accendunt, manifeſtum & in confeſſo eſt: & ſi juſtum aliquis ludibrio habuerit, & poteſtate ſuâ oppreſſerit, licèt externâ apparentiâ exſuperare eum videatur, inſons non erit, talis enim Dei iram provocat: eorum autem quæ geruntur, ſine dubio examinatio futura eſt & judicium.

Ἀλλὰ δὴ ἐρώτησον τετράποδα, ἐάν σοι εἴπωσι· πετεινὰ δὲ οὐρανοῦ, ἐάν σοι ἀπαγγείλωσιν· ἐκδιήγησαι γῇ ἐάν σοι φράσῃ, καὶ ἐξηγήσονταί σοι οἱ ἰχθύες τῆς θαλάσσης. τίς οὖν οὐκ ἔγνω ἐν πᾶσι τούτοις, ὅτι χεὶρ Κυρίου ἐποίησε ταῦτα; εἰ μὴ ἐν χειρὶ αὐτοῦ ψυχὴ πάντων ζώντων, καὶ

Sed tamen interroga quadrupedia, ſi tibi reſpondeant; volatilia autem cœli, ſi tibi annuncient; enarra terræ ſi tibi dicat, & exponent tibi piſces maris. Quis igitur non cognovit in omnibus his, quòd manus Domini fecit hæc? ſi non in manu ejus eſt anima omnium viventium, & ſpiritus

ritus omnis hominis. Nam auris quidem dijudicat verba, fauces autem cibos guſtant.

CHRYSOSTOMI, & OLYMPIODORI. Quandoquidem Dei notitiā ſe habere gloriabantur, ideo omnem creaturam ſuum opificem nôſſe demonſtrat, quod non tantùm hominibus compertum eſt, ſed etiam brutis animantibus, & terræ quæ ſenſûs expers eſt. Cur igitur, inquit, quaſi magnum aliquid & admirandum dixiſſetis, ſic affecti eſtis? Oportet enim omnino improbum interire, neque quiſquam eſt, qui hoc ignorat. Ut Sopharo autem majorem pudorem incuteret, hyperbolicè dixit, Interroga irrationalia & inanimata, quæ etiam, licèt non loquantur, eò quòd vocem talem edere videantur, Dei gloriam enarrant; cùm itaque divinæ potentiæ vim ſentiant, ſi ſermone prædita eſſent, Deum Univerſi creatorem profiterentur, cujus ſapientia captum humanum ſuperat, qui de improbis ſuppliciū ſumit, in cujus manu viventium omnium vita & mors ſita eſt, qui quicquid de ſingulis ſtatuerit, facili negotio præſtat, quique brutorum animam, & hominis ſpiritum, & omnia alia fovet ac conſervat. Si igitur bruta animantia ita de Deo prædicarent, ſi ſermone prædita eſſent, quantò magis homo qui naturâ ratione imbutus eſt, quemadmodum, nimirum, guttur vel palatum guſtabilia, & auris diſcernendi ſonos, facultate pollet. Quædam autem exemplaria, pro, *Aure, Mentem*, habent; dicit igitur, Quemadmodum ad dijudicandum eſculenta, gutture omnes præditi ſumus, & commune eſt omni homini, cibum ſumere; ita & ad Dei notitiam mentem accepimus, quæ ſapientiam ejus & potentiam percipere poſſet (mens enim intelligibilia, ſenſus autem ea quæ ſub ſenſum cadunt, diſcernit) nobiſque etiam omnibus commune eſt, Deum Univerſi opificem agnoſcere.

πνεῦμα παντὸς ἀνθρώπου. οὓς μὲν γὰρ ῥήματα διακρίνει, λάρυγξ δὲ σῖτα γεύεται.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ μέγα ἐκεῖνοι ἐφρόνουν, ὡς τὴν τοῦ Θεοῦ ἔχοντες γνῶσιν, τούτου χάριν ἀποφαίνεται, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις οἶδε τὸν δημιουργὸν, καὶ οὐκ ἀνθρώποις τοῦτο δῆλον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλόγοις, καὶ αὐτῇ τῇ ἀναισθήτῳ γῇ. τί τοίνυν ὡς μέγα τι καὶ θαυμαστὸν εἰρηκότες, οὕτω διάκεισθε; δεῖ γὰρ πάντως τὸν πονηρὸν ἀπόλλεσθαι, καὶ οὐδεὶς ἀγνοεῖ. πρὸς πλείονα δὲ ἐντροπὴν τοῦ Σωφὰρ, ὑπερβολικῶς εἶπεν, ἐπερώτησον τὰ ἄλογα καὶ ἄψυχα, ἃ καὶ αὐτὰ διηγεῖται δόξαν Θεοῦ, τῷ φαίνεσθαι οὕτω φθέγγεσθαι, κἂν μὴ λαλῇ· τῆς γοῦν τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἐπαισθανόμενα, κἂν φωνὴν λάβωσιν, ἐροῦσιν, ὅτι δημιουργός ἐστι τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ τὴν σοφίαν ἀνέφικτος, καὶ τῶν πονηρῶν τιμωρὸς, καὶ ὅτι ὑπὸ τὴν χεῖρα αὐτοῦ πάντα ἐστὶ, καὶ ἡ ζωὴ τῶν ζώντων, καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἑτοίμως ἔχει ποιεῖν, ὃ ἂν περὶ ἑκάστου βουλεύσηται, καὶ πάντα συνέχει καὶ διακρατεῖ, τήν τε ψυχὴν τῶν ἀλόγων, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου. εἰ τοίνυν τὰ ἄλογα, εἰ ἐφθέγξατο, οὕτως ἂν ἀπήγγειλε περὶ Θεοῦ, πόσῳ γε μᾶλλον ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἔμφυτον ἔχων τὸ λογικὸν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ λάρυγξ διακριτικός ἐστι τῶν γευστῶν, καὶ τὸ οὖς τῶν φωνῶν. τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, ἀντὶ τοῦ, οὖς, νοῦν, ἔχουσι· λέγει οὖν, ὅτι ὥσπερ λάρυγγα ἐπὶ διακρίσει βρωμάτων ἅπαντες ἔχομεν, καὶ κοινὸν ἀνθρώπων, τὸ, τῆς τροφῆς μεταλαμβάνειν· οὕτω καὶ νοῦν εἰς γνῶσιν Θεοῦ εἰλήφαμεν, δυνάμενον εἰδέναι τὰ περὶ τῆς αὐτοῦ σοφίας καὶ δυνάμεως· νοῦς μὲν γὰρ νοητὰ, αἴσθησις δὲ τὰ αἰσθητὰ διακρίνει· καὶ κοινὸν ἡμῖν τὸ καὶ δημιουργὸν εἰδέναι τὸν τῶν ὅλων Θεόν.

Ἐν

Ἐν πολλῷ χρόνῳ σοφία, ἐν δὲ πολλῷ βίῳ ἐπιστήμη.

In multo tempore ſapientia eſt, et in multa vita eſt ſcientia.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐμοὶ δοκεῖ καθάπτεσθαι αὐτῶν· μὴ γὰρ νομίζητε, φησί, τὸ πᾶν εὑρηκέναι· εἰ γὰρ καὶ νοῦν ἔχομεν διακρίνοντα, ἀλλ' ὅμως καὶ χρόνου δεόμεθα πολλοῦ ὥστε εὑρεῖν· ὁ γὰρ φρόνιμος παλαιούμενος προκόπτει τῇ σοφίᾳ. καὶ τάχα τοῦτο θέλει εἰπεῖν, ὅτι καὶ οἶδα ἃ ἀκούω, καὶ χρόνον εἰς ἐπιστήμην προσέλαβον. Ἀκύλας δέ, καὶ Σύμμαχος, ὁ μέν, ἐν παλαιοῖς σοφία· ὁ δέ, ἐν μακροχρονήσασιν, ἐξέδωκε, παρὰ ἀνθρώποις πόνῳ αἰνουμένη, καὶ χρόνῳ ἐγγινομένη, παρὰ δὲ Θεῷ, θελήσει.

CHRYSOSTOMI, & OLYMPIODORI. Mihi videtur his verbis illos perſtringere; Nolite, inquit, vos omnia inveniſſe exiſtimare; licèt enim mente imbuti ſimus quæ vim dijudicandi habet, ut inveniamus tamen, longo tempore egemus; ſapiens enim ſeneſcens in ſapientia progreſsus facit. Hoc etiam fortaſſe dicere vult, Quæ audio ſcio, & tempus ad ſcientiam adipiſcendam impendi. Aquila autem, & Symmachus, hic quidem, *In antiquis ſapientia*; ille verò, *In longævis*, reddidit; quæ apud homines quidē labore perficitur, & tempore acquiritur, apud Deum verò, ſolâ voluntate.

Παρ' αὐτῷ σοφία, καὶ δύναμις.

Apud eum ſapientia & virtus.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Παρ' αὐτῷ, τῷ Θεῷ, δηλονότι· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς σοφίας καὶ δυνάμεως, ὁ καὶ τοῖς ἄλλοις ταῦτα διδούς. καὶ τὸ μέν, περὶ Θεοῦ τὰ μέγιστα φρονεῖν, πάντες ἄνθρωποι κέκληνται· τὴν δὲ ἀκριβῆ τῶν ἐν τῇ κτίσει γνῶσιν, καὶ τὴν κατὰ πάντων δύναμιν ἔχει μόνος Θεός, καὶ πάντα οἰκονομεῖ, οὐκ εἰκασίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ τοῦ μέλλοντος, ἀλλ' ἀκριβῆ ἑκάστου τὴν γνῶσιν ἔχων.

OLYMPIODORI. *Apud eum*, Deum ſcilicet; ille enim ſapientiæ & potentiæ fons eſt, qui hæc etiam aliis largitur. Et quidem de Deo magnificenter ſapere, omnibus hominibus datum eſt; rerum autem creatarum exactam cognitionem, & poteſtatem ſuper omnes ſolus Deus habet; omniáq; gubernat, non conjecturâ & ignoratione futuri, ſed perfectâ uniuſcujuſque cognitione prædictus.

Αὐτῷ βουλὴ καὶ σύνεσις.

Ipſi eſt conſilium et intellectus.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τῇ δυνάμει τὴν βουλὴν συνῆψε καὶ τὴν σύνεσιν· οὐδὲν γὰρ ἀβούλως ἢ ἀσυνέτως ποιεῖ, ἀλλ' ἐν σοφίᾳ τὰ πάντα. ἔστι δὲ δύναμις καὶ βουλὴ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, κατὰ τὸ ψαλλόμενον, ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με.

POLYCHR. Cum poteſtate conſilium & prudentiam conjunxit, nihil enim inconſultò & imprudenter facit, ſed in ſapientia omnia. Filius autem eſt Patris potentia & conſilium; prout canitur in Pſalmo, *In conſilio tuo deduxiſti me.* Pſal. 72. 24.

Ἐὰν καταβάλῃ, τίς οἰκοδομήσει; ἐὰν κλείσῃ κατ' ἀνθρώπων, τίς ἀνοίξει;

Si deſtruxerit, quis ædificabit? ſi clauſerit contra homines, quis aperiet?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τῷ παντοδυνάμῳ προστέθεικε καὶ τὸ ἀναμφήριστον, κατὰ τὸ ψαλλόμενον, σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι;

OLYMPIODORI. Omnipotentiæ divinæ, ejus certitudinem ratam & indubitatam addidit; juxta Pſalmiſtam, *Tu terribilis es, &* Pſal. 75. 8.

quis reſiſtet tibi? Quòd Deus, inquit, ſapientia & poteſtate præditus ſit, quòd ſumma cum facilitate cuncta quæ vult operetur, & quòd nullus ejus beneplacita irrita facere poſſit, nemo eſt qui ignorat. Rerum autem eventus poteſtatem ejus demonſtrant. Si enim mortem alicujus decreverit, quis, quo minùs illa ſuperveniat, impedire poteſt? ſi autem interimere noluerit, ſed vitâ doloribus plenâ affligere, quis ad ſolandum idoneus erit? Quæ enim propter peccata noſtra contra nos molitus fuerit, abſque omni controverſia effectum ſortientur.

οὐδεὶς ἀγνοεῖ, φησὶν, ὅτι καὶ σοφός ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ δυνατὸς, καὶ πάντα μεθ' εὐκολίας ποιεῖ ὅσα καὶ βούλεται, καὶ οὐδεὶς ἱκανὸς ἀνατρέψαι τὰ αὐτῷ δοκοῦντα. ἀπόδειξις δὲ τῆς δυνάμεως τὰ πράγματα. Εἰ γάρ τινος θάνατον καταψηφίσηται, τίς τοῦτον ἐπελθεῖν κωλῦσαι δύναται; Εἰ δὲ ἀποκτεῖναι μὲν οὐ βουληθείη, ἐπώδυνον δὲ τὴν ζωὴν κατασκευάσαι τινὶ, τίς ἀρκεῖ παραμυθήσασθαι; ἃ γὰρ ἂν ποιῇ καθ' ἡμῶν διὰ τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας, ἀναντιῤῥήτως ἐκβήσεται.

CHRYSOSTOMI. Tacitè Juſtus eos, qui ipſi contradicebant, de providentia inſtituit; licèt enim providentiam confeſſi fuerant, contradictionibus tamen implicati erant. Dicit autem, Quis voluntati ejus reſtitit? Hunc enim cum egeſtate, illum verò cum calamitate confligentem, vel morbo gravatum, invenire licet; &, ut verbo dicam, diverſis caſibus, qui Dei voluntate contingunt, alium atque alium implicatum reperies, neque quiſquam, eſt, qui quod decretum eſt, amoliri poteſt. Hujus autem rei demonſtratio, à majori, & ab eis quæ ab omnibus in confeſſo ſunt, petitur.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἠρέμα δὲ ὁ δίκαιος τὸν περὶ προνοίας λόγον διδάσκει τοὺς ἀντιλέγοντας αὐτῷ· εἰ γὰρ καὶ ἐπίστευον πρόνοιαν, ἀλλά γε ἐναντιώμασι περιέπιπτον. λέγει δὲ, ὅτι τῷ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκεν; ἔστι γοῦν τὸν μὲν θλίψει πονούμενον, τὸν δὲ ἐν περιστάσει, τὸν δὲ νόσῳ πεπιεσμένον, καὶ ὅλως, ἐν διαφόροις συμπτώμασι Θεοῦ βουλήσει συμβαίνουσιν, ἄλλον καὶ ἄλλον * κατειλημμένους, καὶ μηδένα δυνάμενον ἀπώσασθαι τὸ κεκριμένον. καὶ ἡ ἀπόδειξις ἀπὸ τῶν μειζόνων καὶ ὡμολογημένων.

* ἴσ. κατειλημμένον.

Si prohibuerit aquam, ſiccabit terram: quòd et ſi emiſerit, perdidit ſubvertens eam.

Ἐὰν κωλύσῃ τὸ ὕδωρ, ξηρανεῖ τὴν γῆν· ἐὰν δὲ ἐπαφῇ, ἀπώλεσεν αὐτὴν καταστρέψας.

EJUSDEM. Si pluviam inhibuerit, ut Eliæ tempore, ſqualore & ſiccitate omnia peribunt; ſi terræ eam immiſerit, quod Noë temporibus factum eſt, diluvio eam inundabit & obruet. Deinde, demonſtrationis illius, Quòd quæ à Deo fiunt, à nemine alio fieri poſſint, rationem ex ſequentibus oſtendit, dicens.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Κἂν ἐπίσχῃ τὸν ὑετὸν, τῷ αὐχμῷ ἀπόλλυται τὰ πάντα, ὡς ἐπὶ Ἠλιού· κἂν ἐπαφῇ τοῦτον τῇ γῇ, ὡς ἐπὶ τοῦ Νῶε, *κατέκλυσεν αὐτὴν, καὶ ἠφάνισεν. Εἶτα τὸν λόγον τῆς ἀποδείξεως, τοῦ ἕκαστα τῶν παρὰ Θεοῦ γινομένων, μὴ δύνασθαι ἄλλον ποιεῖν ἢ αὐτὸν, διὰ τῶν ἑξῆς διδάσκει, φάσκων.

* ἴσ. κατακλύσει, & ἀφανίσει.

Apud ipſum potentia & fortitudo, ipſi ſcientia & intellectus.

Παρ' αὐτῷ κράτος καὶ ἰσχύς, αὐτῷ ἐπιστήμη καὶ σύνεσις.

ID eſt, Illi ſoli proprium eſt, omnia ex arbitrio facere: & hoc quidem jure me-

ΤΟυτέστιν, αὐτῷ μόνῳ πρόσεστι, τὸ πάντα κατὰ γνώμην ποιεῖν· συμβαίνει

δὲ

δὲ τοῦτο εἰκότως, ἐπεὶ πάντων δεσπόζων, ἄφατον ἔχει τὴν δύναμιν. αὐτοῦ ἐπιστήμη καὶ σύνεσις, γνῶσις τῶν ὄντων ἀκριβεστάτη, καὶ κυβέρνησις σοφωτάτη.

rito contingit, quoniam imperium in univerſa obtinens, ineffabili potentia præditus eſt. *Ipſi ſcientia & intellectus*, entium cognitio exactiſſima, & gubernatio prudentiſſima.

Διάγων βουλευτὰς αἰχμαλώτους, κριτὰς δὲ γῆς ἐξέστησε.

Qui ducit conſultores captivos; judices autem terræ in pavorem miſit.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Καὶ ταῦτα τῆς προνοίας ἔργα· καὶ γὰρ τῷ θείῳ θελήματι καὶ τῇ κρίσει, καὶ βουλευταὶ αἰχμάλωτοι ἄγονται, καὶ κριταὶ μεθίστανται. ἴσως δὲ τοῦτο, οὐ περὶ τῶν ἐν πολέμῳ γινομένων δορυαλώτων φησίν, ἀλλὰ περὶ τῶν μέγα φρονούντων ἐπ' ἀγχινοίᾳ· ὡς εἰ λέγοι, σφάλλει καὶ τοὺς σοφοὺς, καὶ τοὺς διακριτικοὺς παραπλῆγας, καὶ τοὺς τὰ πρακτέα τοῖς ἄλλοις εἰσηγουμένους, πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀκρίβειαν ἀσυνέτους ἀποφαίνει, καὶ εἰς ἀβουλίαν ἄγει. ταύτην τὴν ἔννοιαν παρίστησι καὶ Ἀκύλας, καὶ Σύμμαχος· ὁ μὲν γὰρ, ἀπάγων συμβούλους λάφυρα, φησίν· ὁ δὲ, ἄγων βουλευτικοὺς εἰς ἀβουλίαν. ὅρα δὲ, ὅτι ἄμαχον δείξας τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, ἁπάντων αὐτὸν μείζονα κατὰ σοφίαν δείκνυσι· διαιρεῖ δὲ τὸν λόγον, εἴς τε τοὺς κατὰ τὸν βίον λαμπροὺς, καὶ τοὺς ἐν εὐσεβείᾳ νομιζομένους μεγάλους.

CHRYSOSTOMI, & POLYCHRONII. Et hæc providentiæ opera ſunt: divina enim voluntate & judicio, etiam conſiliarii in captivitatem abducuntur, & judices ſolum mutant. Hoc autem fortaſſe, non de iis qui bello captivi fiunt, dicit, ſed de iis qui propter ingenii acumen & ſolertiam ſuperbiunt; quaſi diceret, Sapientes fallit, & qui diſcernendi facultate valent, ad inſaniam redigit, & qui alios, quid ſit agendum erudiunt, præ ſua accurata cognitione, inſipientes oſtendit, & ad conſilii inopiam redigit. Hunc ſenſum Aquila etiam & Symmachus exhibent; hic quidem, *Abducens conſiliarios ſpolia*; ille verò, *Ad conſilii inopiam conſiliarios redigens*. Vide autem quemadmodum Dei potentiam invincibilem eſſe oſtendens, ſapientia etiam eum aliis omnibus antecellere doceat; ſermonem autem partitur, in eos qui vitæ converſatione illuſtres ſunt, & qui propter pietatem magni exiſtimantur.

Καθιζάνων βασιλεῖς ἐπὶ θρόνους, καὶ περιέδησε ζώνῃ ὀσφύας αὐτῶν.

Qui collocat Reges ſuper ſedes, & circumdedit baltheo lumbos eorum.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλὰ καὶ αὕτη τοῦ Θεοῦ ἐξουσία, τὸ, μηδένα χωρὶς αὐτοῦ βασιλεύειν. καὶ περιέδησε ζώνῃ ὀσφύας αὐτῶν. ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ περιζωννύων αὐτοὺς σχοινίῳ κατὰ λαγόνων, ἀντὶ τοῦ, καὶ μεταβάλλων αὐτοὺς εἰς οἰκέτας.

OLYMPIODORI. Sed & hæc etiam Dei poteſtas eſt, quòd ſine eo nemini regnare concedatur. *Et circumdedit baltheo lumbos eorum.* Symmachus verò, *Et circumcingens eos fune ſuper lumbos*, id eſt, ex dominis ſervos eos reddens.

Qui emittit ſacerdotes captivos, dynaſtas autem terræ evertit.

EJUSDEM. Neque enim improbis ſacerdotibus parcit, ſed unà cum imperium malè gerentibus eos perdit; ac ſi diceret, Qui in ſumma autoritate apud homines ſunt, in nullo pretio apud eum ſunt. Si igitur eos intelligit, qui ſacerdotio abutuntur, Deum oſtendit neque iis quidem parcere, ſi temporis ratio poſtulet: ſi verò eos qui prout par eſt munere funguntur, illos etiam ſignificat ſæpenumero Deum ſolere, & quidem propter reliqui populi commodum, in captivitatem ablegare; quod in Daniele, & Jeſu Joſedechi filio factum eſt, qui propter ſuas actiones, ut in captivitatem ducerentur, non ſunt meriti. Illud autem, *Dynaſtas terræ evertit*, par illi eſt quod ſupra dixit, *Judices autem terræ ſemovit.*

Ἐξαποστέλλων ἱερεῖς αἰχμαλώτους, δυνάστας δὲ γῆς κατέστρεψε.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὐδὲ γὰρ τῶν ἱερέων φείδεται παρανομούντων, ἀλλὰ τοῖς κακῶς ἄρχουσιν αὐτοὺς συναπόλλυσιν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι καὶ οἱ μέγιστοι παρὰ ἀνθρώποις, εἰς οὐδὲν αὐτῷ εἰσιν. Εἰ μὲν οὖν τοὺς οὐκ ὀρθῶς χρωμένους τῇ ἱερωσύνῃ λέγει, δηλοῖ ὅτι οὐδὲ ἐκείνων φείδεται, καιροῦ καλοῦντος· εἰ δὲ τοὺς εἰς δέον χρωμένους τῷ πράγματι, σημαίνει ὅτι καὶ τούτους πολλάκις, ὡς τοὺς περὶ Δανιὴλ καὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ἰωσεδὲκ, εἰς αἰχμαλωσίαν ἐξαποστέλλει Θεός, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον τοῦ ἄλλου πλήθους, ὅσον γὰρ ἐφ' οἷς ἐπεπράχεσαν, οὐκ ἦσαν ἄξιοι αἰχμαλωσίαν ὑποστῆναι. Τὸ δὲ, δυνάστας γῆς κατέστρεψεν, ὅμοιον τῷ περὶ αὐτοῦ, κριτὰς δὲ γῆς ἐξέστησε.

Qui permutat labia fidelium.

EJUSDEM. Fideles eos hoc loco vocat, quibus tanquam vera dicentibus fides habenda eſt; quod Symmachus ſuâ interpretatione evidentiùs ſic expreſſit, *Qui ſubvertit labia non errantium*, id eſt, Eorum, qui minimè omnium videntur errare, conſilia in contrarium convertit, ſicut fecit in Balaamo.

Διαλλάσσων χείλη πιστῶν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πιστοὺς ἐνταῦθα λέγει, τοὺς ὀφείλοντας ὡς ἀληθεύοντας πιστεύεσθαι· ὅπερ ὁ Σύμμαχος ἐσαφήνισεν, ἐκδοὺς, περιτρέπων χείλη ἀπλανήτων, τουτέστι, καὶ τῶν δοκούντων εἶναι ἀπλανεστάτων τὰς βουλὰς εἰς τοὐναντίον μεθίστησιν, ὡς ἐπὶ τοῦ Βαλαὰμ πεποίηκε.

Intelligentiam autem ſenum cognovit.

ID eſt, Nihil eum latet, ſed primos ſapientum animi motus cognitos habens, ne effectum ſortiantur, penitus evertere poteſt. Symmachus autem reddidit, *Et ſcientiam ſenum auferens*; quaſi diceret, Quòd eorum qui ætate aliquid aſſequuti eſſe videntur, apparentem ſcientiam, quam longo tempore addidicerunt, facilè evertat.

Σύνεσιν δὲ πρεσβυτέρων ἔγνω.

ἈΝτὶ τοῦ, οὐδὲν αὐτὸν διαλανθάνει, ἀλλὰ γνοὺς ἀπ' ἀρχῆς τῶν συνετῶν τὰς κινήσεις, δύναται ταύτας ἀνατρέπειν, ὡς μηδὲ εἰς ἔργον ἐκβαίνειν. ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ ἐπιστήμην γερόντων ἀφαιρῶν, ἐκδέδωκεν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι καὶ τῶν ἐκ τοῦ χρόνου τι προσλαβόντων τὴν δοκοῦσαν σύνεσιν ῥᾳδίως ἀνατρέπει, ἣν πολλῷ χρόνῳ ἔγνωσαν.

Ἐκχέων

Ἐκχέων ἀτιμίαν ἐπ' ἄρχοντας, ταπεινοὺς δὲ ἰάσατο.

Ταῦτα μάλιστα τὸν Θεὸν δείκνυσι θαυμαστὸν, τὰ παρὰ προσδοκίαν τοῖς ἀνθρώποις ἀπαντῶντα. ὅμοιον τούτῳ, τὸ, καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς.

Qui effundit ignominiam in Principes, humiles autem ſanavit.

Illa præcipuè Deum admirabilem eſſe teſtantur, quæ hominibus præter ſpem & expectationem eveniunt. Huic ſimile eſt illud, *Depoſuit potentes de thronis, & exaltavit humiles.* Luc.1.52.

Ἀνακαλύπτων βαθέα ἐκ σκότους, ἐξήγαγε δὲ εἰς φῶς σκιὰν θανάτου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν, ὁ καὶ τὰ πᾶσιν ἄδηλα φανεροποιῶν, καὶ τὰ συνεσκιασμένα ἐξάγων εἰς τοὐμφανές· ἢ καὶ τοὺς ἐν κινδύνοις, καὶ πλησίον ὄντας θανάτου διασώζων· σκιὰν γὰρ θανάτου, τὸν κίνδυνον καλεῖ. πρὸς δὲ διάνοιαν, ἔοικε προφητικῶς τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν καταγγέλλειν, ὃς εἶπε τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθατε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύφθητε· καὶ ἐπέφανε τοῖς ἐν σκότει, καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις.

Qui revelat profunda de tenebris, & produxit in lucem umbram mortis.

OLYMPIODORI. Ad literam quidem, Qui manifeſta facit quæ omnibus ſunt obſcura, & qui in apertum producit, quæ tenebris involuta erant: Vel, qui homines in periculis & morti vicinos conſervat; periculum enim, *umbram mortis*, vocat. Ad ſenſum verò magis reconditum, propheticè videtur Domini adventum annunciare, qui *iis qui in vinculis ſunt,* Eſa.49.9.
dixit, Exite, & his qui in tenebris, Revelate vos; Et apparuit iis qui in tenebris & umbrâ mortis ſedebant. Luc.1.79.

Πλανῶν ἔθνη, καὶ ἀπολλύων αὐτά· καταστρωννύων ἔθνη, καὶ καθοδηγῶν αὐτά.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοῦτο πεποίηκε τοῖς Ἰσραηλίταις, τοὺς μὲν ἐξελθόντας ἐξ Αἰγύπτου καὶ ἀπειθήσαντας πλημμελήσαντας, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ· τοὺς δὲ τούτων υἱοὺς καθοδηγήσας ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας, ἐν τῷ δὴ καταστρῶσαι καὶ ἐξομαλίσαι αὐτοῖς τὴν ὁδόν.

ΠΟΛΥΧΡ. Ἀμφότεροι οἱ στίχοι τὸ αὐτὸ δηλοῦσιν· ἐν πολέμῳ γὰρ, φησὶ, βουληθεὶς εἰς φυγὴν τρέπει τὸ πλῆθος, καὶ ὑπὸ δειλίας πλανᾶσθαι παρασκευάζει· ὃ πρότερον μὲν ἐπὶ Χαναναίων γέγονε, τελευταῖον δὲ ἐπὶ Ἰουδαίων ἡμαρτηκότων εἰς Θεόν. καὶ μὴν καὶ κολάζει, φησὶ, καὶ τῇ δεξιᾷ τῶν πολεμίων ἐμπίπτειν παρασκευάζει, μονονουχὶ καὶ καθοδηγῶν εἰς

Decipiens gentes, & perdens eas; ſternens gentes, & in viam ducens eas.

EJUSDEM. Hoc Iſraëlitis fecit, à recto itinere abducens eos qui ex Ægypto egreſſi ſunt, & mandatis ejus obtemperare noluerunt, quorum cadavera in deſerto ceciderunt: filios autem eorum, viam quaſi iis ſternendo & complanando, in terram promiſſionis deduxit. Num.14.29.

POLYCHRONII. Utriuſque verſûs idem ſenſus eſt; In bello, inquit, quando viſum ei fuerit, multitudinem in fugam vertit, & præ metu huc illuc vagari cogit; quod priùs quidem Chananæis, poſtea verò Judæis evenerat, qui in Deum peccaverant. Etenim & ſupplicio, inquit, afficit, & ad interitum ferè & mortem deducens, facit ut in inimicorum

dextrâs incidamus. Scripturæ autem mos eſt, Deo, propter ſummam ejus patientiam & indulgentiam, liberi arbitrii noſtri errorem adſcribere.

ἀπώλειαν, καὶ εἰς θάνατον. ἔθος δὲ τῇ γραφῇ, καὶ τὴν αὐτοπροαίρετον ἡμῶν πλάνην ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρειν, διὰ τὴν ἄμετρον αὐτοῦ μακροθυμίαν καὶ συγχώρησιν.

Permutans corda principum terræ, errare fecit eos in via quam non noverant.

Διαλλάσσων καρδίας ἀρχόντων γῆς, ἐπλάνησε δὲ αὐτοὺς ἐν ὁδῷ ἣ οὐκ ᾔδεισαν.

OLYMP. & POLYCHR. Simile quiddam etiam in Pſalmis dictum eſt,
Pſal. 32. 10. *Reprobat cogitationes populorum, & reprobat conſilia Principum.* Theodotio verò, pro, *Permutās*, reddidit, *Transferēs*; Symmachus, *Evertens*, & Aquila, *Removens*, in uno ſenſu omnes tres convenientes; ac ſi diceret, Non tantùm plebem in fugam vertit, ſed viros etiam fortes, & qui reliquis imperare videntur: quod & Sedechiæ contigerat, qui manus contra barbarum attollere non poterat, ſed in primo congreſſu terga dedit. Horum autem meminit, tanquam quæ rebus præſentibus accommodari poſſent, ita enim & vocum harum commodus & opportunus uſus meliùs eluceſcet. Deinde enarrans ea, quæ neceſſariò fugâ ſibi conſulentibus evenire ſolent, ſubjungit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὅμοιόν τι καὶ ἐν ψαλμοῖς εἴρηται, ἀθετεῖ δὲ λογισμοὺς λαῶν, καὶ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων. ὁ μέντοι Θεοδοτίων, τὸ, διαλλάσσων, μεθιστῶν, φησίν· ὁ δὲ Σύμμαχος, παρατρέπων· ὁ δὲ Ἀκύλας, ἀφιστῶν, εἰς μίαν οἱ τρεῖς ἐρχόμενοι ἔννοιαν· ὡς εἰ λέγει, οὐ μόνον τοὺς πολλοὺς εἰς φυγὴν τρέπει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνδρείους, καὶ τὴν λοιπῶν ἀρχὴν δοκοῦντας· οἷον δή τι καὶ ἐπὶ Σεδεκίου γέγονεν, οὐδὲ ἀντᾶραι χεῖρας τῷ βαρβάρῳ δυνηθέντος, ἀλλὰ ἀποδράντος καὶ πρὸς τὴν ἔφοδον μόνην. μέμνηται δὲ τούτων, ὡς δυναμένων ἐπὶ πραγμάτων ἁρμοσθῆναι, οὕτω γὰρ καὶ τὸ κύριον τῶν φωνῶν τούτων δειχθήσεται. εἶτα καὶ τὰ τοῖς φεύγουσιν ἐξ ἀνάγκης συμβαίνοντα διηγούμενος, φησί.

Palpent tenebras, & non lucem; errent autem tanquam ebrius.

Ψηλαφήσαισαν σκότος, καὶ μὴ φῶς· πλανηθείησαν δὲ ὥσπερ ὁ μεθύων.

AC ſi diceret, Hi, quod ad res propoſitas agendas attinet, nihil ab iis differunt, qui luce orbati in tenebris & caligine verſantur; & calamitatum magnitudine victi, ab iis qui crapulâ circumaguntur, in nullo diſcrepant. Illud enim, *Palpent tenebras*, &c, *Errent*, optantis non eſt, ſed eventum innuit, hoc eſt, palpant, & oberrant.

ΙΝα εἴπῃ, οὐδὲν οἱ τοιοῦτοι διαλλάττουσι, τῶν ἐν ζοφερῷ σκότει ἀφαιρεθέντων τὸ φῶς, πρὸς τὴν τῶν προκειμένων πρᾶξιν· καὶ ὑπὸ τοῦ μεγέθους δὲ τῶν συμφορῶν, οὐδὲν τῶν ὑπὸ κραιπάλης περιφερομένων * διοίσουσι. τὸ γὰρ, ψηλαφήσαισαν σκότος, καὶ, πλανηθείησαν, οὐκ εὐκτικῶς λέγει, ἀλλὰ τὸ συμβαῖνον *, τουτέστι, ψηλαφῶσι, καὶ πλανῶνται). *ſc. διαφέρουσι. *ſc. add. δηλοῖ.

CAP. XIII. *ECCE hæc vidit oculus meus, et audivit auris mea, et novi quæcunque et vos ſcitis, et*

ΙΔΟΥ ταῦτα ἑώρακέ μου ὁ ὀφθαλμὸς, καὶ ἀκήκοέ μου τὸ οὖς, καὶ οἶδα ὅσα καὶ ὑμεῖς ἐπίστασθε,

σταθε, καὶ οὐκ ἀσυνετώτερός εἰμι ὑμῶν.

non ſum minùs intelligens quàm vos.

ΟΛΥΜΠ. καὶ ΠΟΛΥΧΡ. Ταῦτα, φησὶ, καὶ αὐτῇ τῇ πείρᾳ ἔγνων, καὶ λεγόντων ἑτέρων ἤκουσα· τουτέστι, καὶ ἐκ τῶν πραγμάτων κατέλαβον, καὶ διδαχῇ παρέλαβον, καὶ ἐπαιδεύθην περὶ Θεοῦ· καὶ εἰ τῇ ἡλικίᾳ ἐλάττων ὑμῶν εἶναι δοκῶ, ἀλλ' οὐδὲν εἰς σύνεσιν λείπομαι, καὶ οὐχ ἥκιστα εἰς τὴν τῶν θείων εἴδησιν, καὶ οὐδὲν ὑμῶν εἰμι περὶ ταῦτα καταδεέστερος.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Hæc, inquit, ipſâ experientiâ didici, & aliis dicentibus audivi, id eſt, de Deo ex rebus ipſis intellexi, & doctrinâ accepi, & inſtitutus ſum: & licèt ætate minor vobis videar, prudentiâ tamen, & maximè rerum divinarum cognitione, nequaquam ſuperor, nec vobis in his ullâ ratione inferior ſum.

Οὐ μὴν δὲ ἀλλ' ἐγὼ πρὸς Κύριον λαλήσω.

Veruntamen ego ad Dominum loquar.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Αἰτιασάμενος τοὺς φίλους ὡς σφαλλομένους, φησὶν, ὅτι πρὸς Κύριον λαλήσω, τὸ εὐπαρρησίαστον ἑαυτοῦ δεικνύς.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁρᾷς ὡς ἐπὶ τοῦ δικαίου κριτοῦ, καὶ τοῦ τῶν ψυχῶν ἰατροῦ, βούλεται τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐξετασθῆναι, θαρρῶν τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ, ὡς τῶν φίλων καὶ σφαλλομένων, καὶ ἀντὶ θεραπείας φαρμάκων, καὶ λόγων παρακλήσεως, ἐπιτριβόντων αὐτῷ τὸ τραῦμα.

DIDYMI. Poſtquam amicos tanquam deceptos accusâſſet, fiduciam ſuam & loquendi libertatem oſtendens, Dominum ſe alloquuturum dicit.

OLYMPIODORI. Vides quemadmodum amicis errore lapſis, & pro pharmacorum medelâ ac verbis conſolatoriis, vulnus refricantibus, juſto Dei judicio fretus, à juſto judice & animarum medico, cauſam ſuam examinari velit.

Ἐλέγξω δὲ ἐναντίον αὐτοῦ, ἐὰν βούληται.

Et arguam in conſpectu ejus, ſi voluerit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, ἀποδείκνυμι τὰ κατ' ἐμαυτὸν, εἰ καθ' ὑπόθεσιν τοῦτο θέλει καὶ ἐπιτρέπει· οἶδα γὰρ ὅτι αὐτὸς τὴν αἰτίαν τῆς κακώσεως ἐπίσταται. ὅμοιον τούτῳ, τὸ, ἄρτι γὰρ ἀνθρώποις πείθω; καὶ τὸ, ὁ δὲ ἀνακρίνων με Κύριός ἐστιν. ἐὰν οὖν ὁ Θεὸς, φησὶν, ἐπιτρέψῃ μοι, αὐτοῦ δικάζοντος, ἐλέγξω ὑμᾶς ψευδομένους, οἳ τὰς νόσους* τῶν καμνόντων ἐπιτρίβετε, ψευδόμενοι παρουσίας τὴν ἐπαγγελίαν· ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς ὑμᾶς ἅμιλλαν παρήσω· εἰ δὲ Θεὸς βούλοιτο κρίνειν τὰς ἐμὰς πράξεις, ὑποστήσομαι τὴν δικαιολογίαν.

* ἴσ. τὸ νόσημα.

EJUSDEM. Id eſt, Cauſam meam planè aperiam, hoc ſuppoſito, quòd ille voluerit & permiſerit: novi enim quòd afflictionis meæ cauſa illi non incognita ſit. Simile huic eſt illud, *Modò hominibus ſuadeo?* & *Qui autem judicat me, Dominus eſt.* Si Deus igitur, inquit, permiſerit, illo judice, mendacii vos arguam, qui adventûs veſtri profeſſionem ementiti, laborantis ægritudines vehementiùs irritatis: ſed vobiſcum contendere deſinam; Dei autem juſtum judicium, ſi actiones meas judicare voluerit, lubens ſubibo.

Galat. 1. 10.
1. Cor. 4. 4.

Vos

Vos autem eſtis medici injuſti, & curatores malorum omnes.

POLYCHRONII. Symmachus verò, *Addicti eſtis mendacio, & medici concinnatores mei; apparentes abſurda.* Supervacaneum, inquit, eſt vobiſcum diſſerere, qui ad medendum accedentes; ſermonibus tanquam jaculis vulneratis, & medicos imperitos imitantes, qui, relictâ pharmacorum medelâ, ægri vulnera glorioſâ jactatione imprudenter oſtentant, moleſtiâ veſtrâ dolorem acerbiorem ipſâ calamitate mihi affertis.

DIDYMI. Iniquus eſt medicus, prout omnibus obvium eſt, qui ægris, præter ſalutaria, alia remedia adhibet: dupliciter autem hoc fit, vel ex medici imperitia, vel nequitia. Hi autem qui vituperantur, ex inſcitia potiùs quàm improbitate, arbitrantes ſe verba conſolationis allaturos, Jobo dixerunt, quòd propter peccata pateretur: erant igitur injuſti ex eo quòd mali cauſam ignoraverint. Illud autem, *Curatores malorum omnes*, de iis fortaſſe dicit, quia opinione de ſe elati, aliorum adverſis caſibus mederi ſe poſſe putarent.

Sit autem vobis obmuteſcere, & evadet vobis ſapientia.

POLYCHRONII. Satius, inquit, vobis eſſet ſilere, quàm ita loqui; ſic enim potiùs ſapientiæ opinionem reportaretis, & aliorum opinione prudentes haberemini; ac ſi diceret, Quod inſipientium eſt facitis, vulnerantes eum qui ſolatio indiget.

CHRYSOST. & OLYMP. Quando quis ea quæ à ratione aliena ſunt loquitur, ſilere melius eſt, & tacendo potiùs quàm loquendo ſapiens erit. Tacere enim id genus hominibus melius eſt, quàm ejuſmodi verbis aliis inſultare: eorum quippe ſilentium ſapientiæ opinionem præbet: ſapiens enim videbitur, qui mutum ſe præſtiterit: loquacitas autem eum qui adverſa patitur exacerbat. Tu igitur qui Deum amas,

Ὑμεῖς δέ ἐστε ἰατροὶ ἄδικοι, καὶ ἰαταὶ κακῶν πάντες.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, προσέθεσθε ψεύσματι, καὶ ἰατροὶ ἐπίπλαστοί μου, κατασκευάζοντες ἄλογα. Περιττὸν, φησὶ, τὸ πρὸς ὑμᾶς διαλέγεσθαι, οἵγε ἐπὶ θεραπείαν ἀφικόμενοι, πλήττοντες τοῖς λόγοις ὡς βέλεσι, χαλεπωτέραν τοῦ πάθους τὴν ἐκ τῶν πόνων ὀδύνην ἐπάγετε, τοὺς ἰδιώτας τῶν ἰατρῶν μιμούμενοι, οἳ τὴν διὰ φαρμάκων θεραπείαν καταλιπόντες, ἐπιδείκνυουσιν [illegible]τως τοῦ ἀρρωστοῦντος τὰ τραύματα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἄδικος δὲ ἰατρός ἐστι, κατὰ τὸ προχεῖρον, ὁ ἄλλα βοηθήματα παρὰ τὰ συμφέροντα προσάγων τοῖς κάμνουσι· διττῶς δὲ τοῦτο γίνεται, ἢ ἐξ ἀπειρίας τοῦ ἰατροῦ, ἢ ἐκ κακοηθείας. οὗτοι δὲ οἱ ἐλεγχόμενοι, ἐξ ἀμαθίας μᾶλλον ἢ ἐκ κακουργίας, ἔλεγον τῷ Ἰὼβ, ὅτι δι' ἁμαρτήματα πάσχεις, οἰόμενοι παρακλήσεως προσάγειν λόγους· ἄδικοι οὖν κατὰ τὸ ἀγνοεῖν τὴν αἰτίαν. Τὸ δὲ, ἰαταὶ κακῶν πάντες, εἴη ἂν λέγων, κατὰ τῶν οἰομένων μεγάλα περὶ ἑαυτῶν, ὡς δυναμένων ἰάσασθαι τὰ περιστατικῶς ἑτέροις συμβαίνοντα.

Εἴη δὲ ὑμῖν κωφεῦσαι, καὶ ἀποβήσεται ὑμῖν σοφία.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἄμεινον ὑμῖν, φησὶν, ἦν τὸ σιγᾷν, τοῦ οὕτω λαλεῖν· μᾶλλον γὰρ ἂν συνέσεως ἀπηνέγκασθε δόξαν, καὶ ἐνομίσθητε φρόνιμοι· ἵνα εἴπῃ, ὡς ἀνόητα πράττετε, πλήττοντες τὸν παρακλήσεως δεόμενον.

ΧΡΥΣΟΣΤ. καὶ ΟΛΥΜΠ. Ὅταν γάρ τις τὰ μὴ λόγον ἔχοντα φθέγγηται, βέλτιον σιγᾷν, καὶ σιωπῶν μᾶλλον ἔσται σοφὸς, ἢ λέγων. καλὸν γὰρ τοὺς τοιούτους σιωπᾷν, ἢ τοιούτοις ἐνάλλεσθαι ῥήμασιν· ἡ μὲν γὰρ σιωπὴ τούτων ὑπόνοιαν ἔχει σοφίας· ἐνεὸν γὰρ ὅλως ἑαυτὸν ποιήσας, δόξει φρόνιμος εἶναι· ἡ δὲ λαλιὰ παροξύνει τὸν πάσχοντα. καὶ σὺ τοίνυν, ὦ φιλόθεε, ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις μὴ σαλεύου,

λοῦ, μιμοῦ δὲ μᾶλλον τοὺς ἁγίους, εἰδὼς ὅτι σατανικαί εἰσιν αὗται ὑποβολαί, καὶ διάβολός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν τοῖς ὀνειδίζουσιν, ἵνα σε τῆς πίστεως ἀφελκύσῃ, καὶ τῆς προθέσεως παύσῃ τῆς ἀγαθῆς. οἶδε γὰρ ὁ πανοῦργος, ὅτι ὁ μὲν πόνος οὐδέν σε βλάπτει, ἀλλὰ μᾶλλον συνίστησι παρὰ τῷ Θεῷ· τὸ δὲ παύσασθαι τῆς προθέσεως, τοῦτο μεγάλως βλάπτει. ὅσῳ οὖν μεγάλως σε πειράζει, τοσούτῳ μᾶλλον προκόπτε τῇ ἀρετῇ· καὶ ὅσῳ ὀλιγωρεῖν σε βιάζεται, τοσούτῳ μᾶλλον μακροθύμει, καὶ ὑπόμενε, καὶ λέγε, Ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σου. ἂν οὕτω κρατυνθῇς πρὸς τοὺς πειρασμούς, ὁ μὲν διάβολος ἀποστραφήσεται εἰς τὰ ὀπίσω κατῃσχυμμένος, μνημονεύσει δέ σου ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, καὶ ἀναψύξει μὲν ὧδε διπλῶς, ἀκούσῃ δὲ μετὰ ταῦτα, Εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω. μνήσθητι τῆς ὑπομονῆς τοῦ Ἰώβ, τοῦ μήτε ἐν * εὐθηνίᾳ, μήτε ἐν πειρασμῷ περιτραπέντος, τοσαῦτα ἐν ἑκάστῳ πράγματι μακροθυμήσαντος καρτερῶς, ἕως ἂν ἀπολάβῃ διπλᾶ παρὰ Θεοῦ, καὶ μαρτυρηθῇ μέχρι νῦν, ὅτι πέπονθεν ἵνα φανῇ δίκαιος τοῖς πᾶσιν.

* γρ. εὐθυμίᾳ.

noli his verbis labefactari, ſed Sanctos potiùs imitare, ſuggeſtiones has Satanæ eſſe certò tibi perſuadens, & quòd Diabolus ſit qui in calumniatoribus operetur, ut te à fide avellat, & de recto inſtituto dimoveat. Novit enim veterator callidus, dolorem & moleſtiam te non lædere, ſed Deo magis commendatum reddere; à bono autem propoſito deſciſcere, illud eſſe quod ſummopere tibi officiat. Quantò igitur magis tentationibus te adoritur, tantò majores in virtute progreſſus facito; quantóq; magis ad ſocordiam te compellit, tantò magis cum animi tolerantia & patientia ferto; ac dicito, *Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te.* Pſal.43.18.
Si hac ratione contra tentationes animum obfirmaveris, diabolus quidem pudore ſuffuſus retrò abibit, dominus autem Univerſi tui recordabitur, & in hac vita dupliciter te refrigerabit; poſthæc autem audies, *Euge ſerve bone & fidelis; ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam.* Matt.25.21. Jobi patientia in mentem tibi veniat, qui neque in proſpera fortuna, neque in tentationibus perculſus fuit; ſed in utraque ſorte multa & gravia forti animo patienter tulit, donec à Deo dupla recepiſſet, & teſtimonium hoc in hodiernum diem ei datum fuiſſet, quòd ærumnas paſſus fuerit, ut juſtus omnibus appareret.

Ἀκούσατε δὲ ἔλεγχον τοῦ στόματός μου, κρίσιν δὲ χειλέων μου προσέχετε.

Audite ergo increpationem oris mei, et judicium labiorum meorum animadvertite.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Προσέχετε, φησί, τὸν νοῦν τοῖς μετὰ παρρησίας λεχθησομένοις, καὶ τῇ κρίσει μου, τουτέστι, τῇ δικαιολογίᾳ μου.

POLYCHRONII. Animum, inquit, eis quæ liberè dicturus ſum, & *judicio meo*, id eſt, cauſæ meæ patrocinio, advertite.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κατανοήσατε ἃ μέλλω λέγειν εἰς ἔλεγχον ὑμῶν, καὶ ἐννοήσατε εἰ κεκριμένως φθέγγομαι. στόμα δὲ καὶ χείλη, ἀντὶ τοῦ λόγου φησίν. ἐλέγχει δὲ ὁ ἅγιος, ὡς ἅγιος, καὶ κρίνει ὡς πρέπει αὐτῷ· οὐ γὰρ ἄκαιρον ἔλεγχον ἔχει ὁ δίκαιος, οὐδὲ ψευδῶς τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ κεκριμένως καὶ νομίμως χρῆται τῷ ἐλέγχῳ

DIDYMI. Conſiderate diligenter quæ ad redargutionem veſtri allaturus ſum, &, an cum judicio loquar, vobiſcum perpendite. *Os* autem, & *labia* pro ſermone uſurpavit. Sanctus autem, tanquam ſanctus redarguit, & prout illi par eſt, judicat. Juſtus enim importunâ vituperatione non utitur, neque fictè & mendaciter hoc facit, ſed jure &

Pſal. 36. 30. & legitimè judicat & redarguit: *Os enim juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium.*

καὶ τῇ κρίσει· στόμα γὰρ δικαίου μελετήσει σοφίαν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ λαλήσει κρίσιν.

Nunquid non corã Domino loquimini? et ante conſpectũ ejus profertis dolũ? an ſubtrahetis vos?

Πότερον οὐκ ἔναντι Κυρίου λαλεῖτε; ἔναντι δὲ αὐτοῦ φθέγγεσθε δόλον; ἢ ὑποστελεῖσθε;

OLYMPIODORI. Docendo eos quòd Deus omnia intueatur quæ proferunt, initium reprehenſionis facit; imò ut ad ſaniorem mentem redeant, ac talem affectum deponant, quippe qui Dominum inſpectorem habeant, dolum etiam quem animo verſant, illo inſpectante adhiberi narrat, dicitque; Nónne animo vobiſcum reputatis, Deum ſermones veſtros audire? Quomodo igitur, audiente illo, quod falſum eſt eloqui audetis? An ſubdolè & malâ fide agentes, eum latebitis? Hoc enim vult illud, *An ſubtrahetis vos?* id eſt, Num eum celare poteſtis? Theodotio verò reddidit, *An perſonam ejus ſuſtinetis?* Hebræus autem dixit, *Verecundamini*, id eſt, Contra Deum loqui veremini, ac proinde in gratiam ejus dicitis. Vos igitur qui Deo patrocinari videmini, vobis ipſis attendite, ne alia & diverſa ab eis quæ de me nôſtis, falsò mihi affingentes, ſermonibus veſtris contraria decernatis; pro Deo enim loquimini veritatem ſimulantes: hypocriſin enim & ſimulationem *dolum* hoc loco vocavit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀπάρχεται τοῦ ἐλέγχου, διδάσκων αὐτοὺς, ὅτι πάντα ἃ προφέρουσιν, ὁρῶντος τοῦ Θεοῦ φθέγγονται, ἀλλὰ καὶ τὸν δόλον ὡς κατέναντι αὐτοῦ προσφερόμενοι αὐτοῖς ἀπαγγέλλει διορθώσεως ἕνεκεν, ἵνα παύσωνται τῆς τοιαύτης διαθέσεως, ὡς ἔχοντες τὸν ἐφορῶντα Κύριον· καί φησιν, Οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ Θεὸς ἐπακούει τῶν λόγων ὑμῶν; πῶς οὖν τολμᾶτε εἰς ἐπήκοον αὐτοῦ παρὰ τὸ ἀληθὲς φθέγγεσθαι; ἢ * λήσετε αὐτὸν ῥᾳδιουργοῦντες; (* Ἴσ. λήσεσθε.) τοῦτο γὰρ τὸ, ἢ ὑποστελεῖσθε; τουτέστιν, ἆρα δύνασθε κρύψαι αὐτόν; ὁ δὲ Θεοδοτίων, ἢ πρόσωπον αὐτοῦ λαμβάνετε; ὁ δὲ Ἑβραῖος, δυσωπεῖσθε, λέγει, τουτέστι, δεδοίκατε κατὰ Θεοῦ λέγειν, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς χάριν * λέγετε. (* Ἴσ. λέγητε.) σκοπήσατε οὖν τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς ὑμεῖς οἱ δοκοῦντες Θεῷ συνηγορεῖν, εἰ μὴ τὰ ἐναντία τοῖς λόγοις τῇ γνώμῃ ψηφίσησθε, ἄλλα μὲν περὶ ἐμοῦ εἰδότες, ἕτερα δὲ καταψευδόμενοι· ὑπὲρ γὰρ τοῦ Θεοῦ λαλεῖτε σχηματιζόμενοι τὸ ἀληθές· δόλον γὰρ, τὴν ὑπόκρισιν ἐκάλεσεν.

Vos autem ipſi judices ſitis: bonum enim ſi inveſtiget vos: ſi enim omnia facientes adjiciemini ei, nihilominus arguet vos.

Ὑμεῖς δὲ αὐτοὶ κριταὶ γίνεσθε· καλὸν γὰρ ἐὰν ἐξιχνιάσῃ ὑμᾶς· εἰ γὰρ τὰ πάντα ποιοῦντες προστεθήσεσθε αὐτῷ, οὐθὲν ἧττον ἐλέγξει ὑμᾶς.

OLYMPIOD. & POLYCHR. Vos judices eſtote, an non vera ſint quæ dico, quòd Deus, ſcilicet, qui judex eſt incorruptus, ſi diligentiùs in vos inquiſierit, quamvis millies pro eo loqui videamini, & licèt multò plura quàm quæ adhuc dicta ſunt

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὑμεῖς, φησὶ, κρίνατε εἰ μὴ ἀληθῆ λέγω; ὅτι ἐὰν τὰ καθ᾽ * ἡμᾶς ἀναζητήσῃ Θεὸς, (* Ἴσ. ὑμᾶς.) κἂν μυριάκις ὑπὲρ αὐτοῦ λαλεῖν δοκῆτε, καὶ πολυπλασίονα τῶν εἰρημένων,

εἰρημένων, κἂν πέρα τούτων προσχαρίζησθε αὐτῷ, ἀδέκαστος ὢν τῇ κρίσει, οἴσει τὴν καθ' ὑμῶν ψῆφον, ἐλέγχων τῆς γνώμης τὸ ὕπουλον, καὶ δείκνυς ψευδομένους οὐδὲν ἔλαττον, ἢ εἰ κατ' αὐτοῦ ἐλέγετε· ὥστε *συμφέρει μοι τὸ ἐξετασθῆναι ὑμᾶς, ὑμῖν δὲ οὐκ ἀγαθόν. ἐπιτήρει δὲ, ὡς πανταχοῦ μέμφεται τὸ ψεῦδος ὁ δίκαιος, κἂν ὑπὲρ Θεοῦ τις λέγειν δοκῇ. διὸ γὰρ αὐτὸς ἃ φρονεῖ, σὺν ἀληθείᾳ καὶ μετὰ παῤῥησίας διαλέγεται· ἐφ' ᾧ καὶ Θεὸς αὐτὸν ἀποδέχεται, αὐτὸς ὢν ἡ ἀλήθεια. Φησὶ γοῦν πρὸς τοὺς φίλους ψευδομένους, ὑμᾶς αἱροῦμαι κριτὰς, εἴπατε, μή τι ἀγαθὸν *ἐστιν, ἐὰν τοὺς ὑμετέρους λόγους ὁ Θεὸς ἐξετάσῃ; ἢ πάντως, οὐ πρὸς *κακοῦ ὑμῖν *ἐστι τὸ πρᾶγμα. εἴπερ αὐτὸς μισεῖ τὴν ὑπόκρισιν καὶ τὸ ψεῦδος;

*ἴσ. συμφέρει. *ἴσ. ἔσται. *ἴσ. κακοῦ. *ἴσ. ἔσται.

in medium afferatis, ac ulteriùs verbis illi gratificari pergatis, ſubdolum animi veſtri affectum arguendo, & mendaces vos, non ſecus ac ſi contra eum verba feciſſetis, oſtendendo, calculo ſuo vos condemnaturus ſit: ita ut mihi proſit veſtra exploratio, vobis autem non item. Vide autem, quemadmodum ubique Juſtus mendacium vituperet, licèt etiam pro Deo quiſpiam loqui videatur. Quare ipſe quæ mente concipit, cum veritate & libertate effatur; unde & Deus, qui eſt ipſa veritas, eum laudat & probat. Amicos igitur mentientes alloquitur, Vos judices ſtatuo; dicite, an lucrum aliquod reportaturi ſitis, ſi Deus ſermones veſtros examinaverit? an potiùs non in damnum veſtrum res ceſſura ſit, ſiquidem ille ſimulationem, & mendacium abominatur?

Εἰ δὲ καὶ κρυφῇ πρόσωπα θαυμάσεσθε, πότερον οὐχ ἡ δίνη αὐτοῦ στροβήσει ὑμᾶς; [Ὁ δὲ Σύμμαχος, μὴ κρύφα πρόσωπον αὐτοῦ δυσωπηθήσεσθε; μὴ οὐχὶ ἡ κίνησις αὐτοῦ πτοήσει ὑμᾶς;] ὁ φόβος δὲ παρ' αὐτοῦ ἐπιπεσεῖται ὑμῖν, ἀποβήσεται δὲ ὑμῶν τὸ γαυρίαμα ἴσα σποδῷ, τὸ δὲ σῶμα πήλινον.

Quòd et ſi occultè perſonas mirati fueritis, nónne turbo ejus verſabit vos? [Symmachus autem, *An occultè perſonam ejus verebimini? nunquid non commotio ejus exterrebit vos?*] *Timor autem ab eo cadet ſuper vos, evadet autem elatio veſtra tanquam cinis, corpus autem luteum.*

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ ἄριστος κριτὴς πραγμάτων ἐστὶν ἐξεταστὴς, οὐκ εἰς πρόσωπον βλέπει τῶν κρινομένων· ἐὰν γὰρ ὦσιν οἱ κρινόμενοι πλούσιοι, ἢ ἄρχοντες, ἢ καὶ ἄλλῃ *ἀξίᾳ ὑπερέχοντες, οὐκ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῶν σκοπεῖ, ἀλλ' εἰς τὰς πράξεις ἃς κρίνει· οὔτε γὰρ πλουσίῳ προστίθεσθαι δεῖ, οὔτε πένητος τὴν ἔνδειαν ἐλεοῦντας, παρορᾶν τὸ δίκαιον· διὸ εἴρηται, οὐκ ἐλεήσεις πτωχὸν ἐν κρίσει.

*ὑπερέχουσιν.

DIDYMI. Optimus judex, rerum æſtimator eſt, judicandorum perſonas non reſpicit. Si enim divites, vel principes ſint, aut aliâ dignitate excellant, qui in judiciũ vocantur, non perſonas eorum, ſed actiones quas judicat, intuetur. Neque enim diviti aſtipulando, neque pauperis inopiam commiſerando, jus violandum eſt; unde dictum eſt, *Non miſerebere pauperis in judicio.* Exod.23.3.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ νοῦς τῶν τοῦ Ἰὼβ ῥημάτων τοιοῦτος· εἰ καὶ χαριζόμενοι, φησὶ, τῷ Θεῷ, καὶ ὥσπερ αἰδούμενοι αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, κρυφίως λαλεῖτε, ἄλλα μὲν ἔχοντες κατὰ διάνοιαν, ἕτερα δὲ φθεγγόμενοι, ἆρα οὐχὶ ἡ συστροφὴ

OLYMPIODORI. Senſus verborum Jobi hic eſt: Licèt, inquit, Deo gratificantes, & tanquam perſonam ejus reveriti, alia mente gerentes, alia linguâ proferentes, tacitè loquamini, nónne contorſio, & inquiſitio, vel, ſupplicium

cium, id enim eſt, *turbo ejus*, terrebit vos & circumaget; & arrogantia veſtra & gloriatio humiliabitur; iráque ejus accensâ, corporis veſtri conſtitutio (qui clandeſtina judicia exercebatis, ac propterea in contemptum abiiſtis) pulvis & cinis eſſe monſtrabitur, & quòd nihil aliud præterquam lutum exiſtatis? ac ſi diceret, Cinis & lutum exiſtentes, inſolenter gloriamini, & extra calamitates conſtituti, nec minimam malorum meorum partem ſuſtinere valentes, veniam nullam ærumnis meis tribuitis.

καὶ ἡ ἔτασις, τοῦτο γάρ ἐστιν, ἡ δίνη αὐτοῦ, *περιτρέψει ὑμᾶς καὶ φοβήσει, καὶ ἡ μεγαλαυχία ὑμῶν καὶ τὸ οἴημα ταπεινωθήσεται, καὶ ἡ μετὰ τὴν ὀργὴν ὑμῶν κατάστασις τῶν λαθραίως κρινόντων, καὶ διὰ τοῦτο εὐτελιζομένων, οὐδὲν ἕτερον ἀποδειχθήσεται ἢ σποδὸς, καὶ ὅτι οὐδὲν ἄλλο, ἢ πηλὸς τυγχάνετε; ἀντὶ τοῦ, ἀλαζονεύεσθε τέφρα ὄντες καὶ πηλὸς, καὶ ἀσύγκριτοι πρὸς τὰ ἐπενεχθέντα μοι δεινὰ καθεστήκατε, ἐκτὸς ὑπάρχοντες συμφορῶν, καὶ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν τῶν ἐμῶν παθημάτων ὑπομεῖναι δυνάμενοι.

* γρ. συστρέψει.

POLYCHRONII. Si enim Deus vobis ſuccenſens minitatus fuerit, ſuperbam veſtram arrogantiam nihil eſſe diſcetis; neque ſolùm præſentem hanc philoſophiam & æquanimitatem, ac ad fortiter ferendum adhortationem abjicietis, ſed præ metu ac formidine moriemini. His verbis breviter, metum illis incutiens, & apologiam ſui ſuſcipiens, tremendam Dei majeſtatem oſtendit. Hebræus autem ſic, *Si averterit faciem ſuam, turbabimini*, liquidò oſtendens, calamitatum magnitudinem, pro verborum aſperitate, apologiam eſſe ſatis idoneam.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἐὰν γὰρ καθ' ὑμῶν ἀγανακτήσας ὁ Θεὸς, ὑμῖν ἀπειλήσῃ, εἴσεσθε ὑμῶν οὐδὲν οὖσαν τὴν μεγαλαυχίαν, καὶ οὐ μόνον τὴν παροῦσαν φιλοσοφίαν, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ καρτερεῖν παραίνεσιν ἀπορρίψετε, ἀλλὰ καὶ τεθνήξεσθε τῷ δέει. ἐν τούτοις τὸ φοβερὸν ἔδειξε τοῦ Θεοῦ συντόμως, κἀκείνους φοβήσας, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπολογησάμενος. ὁ δὲ Ἑβραῖος οὕτω φησὶν, ἐὰν ἀποστρέψῃ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ταραχθήσεσθε, καὶ ἔμφασιν διδάσκων, ὡς τῶν συμφορῶν τὸ μέγεθος, ἀρκοῦσα ἀπολογία τῆς τραχύτητος τῶν ῥημάτων γέγονε.

Obmuteſcite ut loquar, & requieſcam ab ira, apprehendens meas carnes dentibus meis.

Κωφεύσατε ἵνα λαλήσω, καὶ ἀναπαύσωμαι θυμοῦ, ἀναλαβὼν τὰς σάρκας μου τοῖς ὀδοῦσιν.

OLYMPIODORI. Quieti, inquit, eſtote, & ſilentium agentes aures mihi præbete, ut loquendo inſtantis doloris ſolatium aliquod inveniam, & verbis ægritudinem leniens, requieſcam. Hoc enim illud fortaſſe ſignificat, *Apprehendens carnes meas dentibus meis*, id eſt, Cum gemitu quidem & dolore diſſeram: loquar tamen, unicum ærumnarum mearum ſolatium eſſe exiſtimans, de rebus meis liberè poſſe diſſerere, & ore meo, mala quæ ſuſtineo, proferre.

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Ἄγετε, φησὶν, ἡσυχίαν, καὶ σιωπῶντες ἀκούσατέ μου, ὡς ἂν φθεγξάμενος λάβω τινὰ παραψυχὴν τῆς ἐπικειμένης ὀδύνης, καὶ ἀναπαύσωμαι, παραμυθούμενος διὰ τῶν λόγων τὸ πάθος. τοῦτο γὰρ ἴσως δηλοῖ, τὸ, ἀναλαβὼν τὰς σάρκας μου τοῖς ὀδοῦσι, τουτέστι, στένων μὲν καὶ ὀδυνώμενος διαλεχθήσομαι· λαλήσω δ' ὅμως, μίαν παραμυθίαν τῶν πόνων ἡγούμενος, τὸ περὶ τῶν κατ' ἐμαυτὸν μετὰ παρρησίας διαλεχθῆναι, τὸ τὰ παθήματά μου ἐξαγορεῦσαι τῷ στόματί μου.

CHRYSOSTOMI. Quemadmodum enim, qui in doloribus carnes ſuas mordent, ſolamen aliquod habent; ſic etiam ego dum hæc loquor. Vides, hæc non eſſe

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ὥσπερ γὰρ οἱ τὰς σάρκας ἑαυτῶν καταδάκνοντες ἐν τῇ ὀδύνῃ, ἔχουσί τινα παραμυθίαν· οὕτω καὶ ἐγὼ ταῦτα φθεγγόμενος. ὁρᾷς, ὅτι οὐχ ἑαυτὸν δικαι-

δικαιοῦντος ἑαυτὸν τὰ ῥήματα, ἀλλὰ παραμυθία τις τῆς ὀδύνης διὰ τοῦ λόγου ἀνακτωμένου τὸ σῶμα, καὶ ἀνακουφίζοντος τὴν ψυχήν.

verba ſeipſum juſtificantis, ſed propter doloris aliquod ſolatium, corpus ſermone refocillantis, & animum erigentis.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τάχα γε ἔοικεν ἤδη * ὑποκαταπαύειν τοὺς φίλους· ἐπεὶ γὰρ αὐτοὺς ᾐτιάσατο πρότερον, ὡς παρακλήτορας κακῶν ὄντας, οὐ γὰρ παρεκάλουν ὡς ἔδει, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν λύπην ἤγειρον καὶ τὴν ὀδύνην τοῦ δέοντος παρακαλουμένου· νῦν λέγει, ὅτι λήξω τοῦ πρὸς ὑμᾶς θυμοῦ, ἀναλαβὼν τὰς σάρκας μου τοῖς ὀδοῦσι, τουτέστιν, οὐκέτι καθ' ὑμῶν ὀργίσομαι, ἀλλὰ κατ' ἐμαυτοῦ.

*lr. ἐπικαταπαύει.

DIDYMI. Fortè etiam amicos ratione aliquâ demulcet: cùm enim priùs eos tanquam malorum conſolatores accuſâſſet (non enim prout oportebat conſolabantur, ſed dolorem & mœrorem ejus, qui conſolandus erat, magis excitabant) nunc, inquit, *Apprehendens carnes meis dentibus*, vobis ſuccenſere deſinam, id eſt, vobis non ampliùs, ſed mihi ipſi ſtomachabor.

Ψυχὴν δέ μου θήσω ἐν χειρί. ἐάν με χειρώσηται ὁ δυνάστης, ἐπεὶ καὶ ἤρξατο, ἦ μὴν λαλήσω, καὶ ἐλέγξω ἐναντίον αὐτοῦ.

Et animam meam ponam in manu. Licèt opprimat me qui potens eſt, quoniam & cœpit, tamen loquar, et coram eo arguam.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τίθημι, φησὶ, τὴν ἐμὴν ψυχὴν εἰς ἐνέχυρον, ἕτοιμος ὢν ἡδέως τὴν ὑπὲρ τῶν λόγων ὑπομένειν δίκην, κἂν ἀνελεῖν θέλῃ ὁ ἀρξάμενός με βασανίζειν Θεός· εἰ μὴ γὰρ τἀληθῆ φθέγγομαι, ἕτοιμός εἰμι ὑπομένειν ὅ, τι ποτ' οὖν τῷ Θεῷ δοκεῖ· πλὴν οἶδα ὅτι διελέγξω τοὺς ψευδομένους.

OLYMPIODORI. Animam, inquit, meam pignori oppono, paratus libenti animo pro verbis meis ſupplicium ſubire, licèt interimere me voluerit Deus, qui tormentis me explorare cœpit: ſi enim vera non ſint quæ loquor, quicquid Deo viſum fuerit, pati non recuſabo; novi autem quòd mendaces redarguam.

ΠΟΛΥ. Νοήσεις δὲ καὶ οὕτως· μονονουχὶ τὴν ψυχήν μου ἐπὶ τῆς χειρός μου φέρων, περιελθόντος τὸν θάνατον, τοῦ Θεοῦ τῇ παρατάσει τῆς τιμωρίας ἐπώδυνόν μοι τὴν ζωὴν κατασκευάσαντος· ἀλλ' ὅμως ἀνενδοιάστως τοῖς πρὸς ὑμᾶς χρήσομαι ἐλέγχοις, αὐτὸν τὸν πλήξαντα ὡς δεσπότην, κριτὴν εἶναι βουλόμενος ἰσόρροπον, οὗ τῇ χειρὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν ὑποτίθημι, καὶ ἕτοιμός εἰμι θανάτῳ παραδίδοσθαι, εἰ τοῦτο βούλεται, ὁ ἤδη κακοῦν με ἀρξάμενος δεσπότης.

POLYCHRONII. Sic etiam intelligere potes; Cùm Deus ſupplicii extenſione vitam mihi ærumnoſam reddiderit, animam meam ferè in manu geſto, mortem expectans; nihilominus indubitanter vos arguere pergam, æquum eum judicem & in neutram partē inclinantem, mihi poſtulans, qui me tanquam dominus plagis multavit, cujus manibus animam meam ſuppono, ac morti tradi paratus ſum, ſi ita Domino videbitur, qui me malis affligere jam incepit.

Καὶ τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν· οὐ γὰρ ἐναντίον αὐτοῦ δόλος εἰσελεύσεται.

Et hoc mihi evadet in ſalutem; non enim coram eo dolus ingredietur.

Τουτέστι, τοῦτό μοι ἐστὶ παραμυθία, τὸ ἐναντίον τοῦ Θεοῦ τἀληθῆ λέ-

ID eſt, Hoc mihi ſolatio eſt, quòd coram Deo vera dicam, & vos mendacii

redarguam. Vides quemadmodum juſto Dei judicio confidat; Non loquor, inquit; quemadmodum vos, diverſa ab eis quæ mente gero; quòd nihil ſubdolum in eo ſit, & quòd fraudem omnem averſetur, nec fuco & fallaciâ verborum veſtrorum delectetur, certò novi.

DIDYMI. In omnibus autem, cauſam malorum & moleſtiarum Juſtus amicos docere ſtudet, ut illos lucrifaceret, nec diverſa ſentire perſuaderet; hoc enim ſalutare eſſe exiſtimabat, ſi providentiæ erga eum rationem intelligerent; quam cùm manifeſtare vellet, dixit, *Redarguam*; ſæpenumero enim elenchus demonſtrationem ſignificat. Ut igitur mendacii ſe expertem, & pietatem colere, ob oculos poneret, dicit, Deo intuente loquor quæ dico, Deus enim fraude nullâ decipi poteſt, nec dolus coram eo ingredi poteſt.

γειν, ἐκ διελέγχειν ὑμᾶς ψευδομένους· ὁρᾷς πῶς θαῤῥεῖ τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ· οὐ, καθάπερ ὑμεῖς, φησὶ, * ἕτερα διάνοια φθέγγομαι· οἶδα ὅτι οὐδέν ἐστιν ὕπουλον παρ' αὐτῷ, οἶδα ὅτι οὐ προσίεται δόλον, οὐδὲ ἀρέσκεται τῷ ἐσχηματισμένῳ ὑμῶν τῶν λόγων. *ἴσ. ἕτερα διανοίας.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Δι' ὅλων δὲ σπουδὴ τῷ δικαίῳ ἐστὶ, παιδεῦσαι τοὺς φίλους τὴν αἰτίαν τῶν ἐπιπόνων, ἵνα κερδήσῃ αὐτοὺς μὴ ἐναντία δοξάζειν· σωτηρίαν γὰρ * ταύτην ἐλογίζετο, τὸ, τούτους γνῶναι τὸν περὶ τούτου τῆς προνοίας λόγον, ὃν φανερῶσαι βουλόμενος, ἔλεγε, τὸ, ἐλέγξω· πολλάκις γὰρ ὁ ἔλεγχος τὴν ἀπόδειξιν σημαίνει. Τὸ οὖν ἀψευδὲς αὐτοῦ παραστῆσαι θέλων καὶ τὸ εὐλαβὲς, λέγει, ὅτι ἃ λέγω, Θεοῦ ὁρῶντος φθέγγομαι· οὐ γὰρ οἷόν τε ἀπατῆσαι τινὰ ψεύσασθαι Θεῷ, * ὡς δόλον εἰσελθεῖν ἐνώπιον αὐτοῦ. *ἴσ. τῶν. *ἴσ. ἢ.

Audite, audite verba mea, narrabo enim vobis audientibus.

Ἀκούσατε, ἀκούσατε τὰ ῥήματά μου, ἀναγγελῶ γὰρ ὑμῶν ἀκουόντων.

CHRYSOSTOMI. Volo, inquit, judicium ſubire, judicis tribunal non deprecor, novi enim quòd non condemnabor. Amicos autem ad audienda ea quæ dicturus eſſet exhortans, ut animos eorum magis inflecteret, hortationem ingeminat: reprehenſiones enim quibus, audientibus illis, palam & liberè uſurum ſe eſſe profitetur, iniquo illos animo ferre animadvertebat. Geminatio igitur illius vocis, *Audite*, vel animi anxietatem ob oculos ponit, vel ut firmiter audiant, attentos eos reddere vult. Fit enim interdum, ut licèt vox aures feriat, homines non audiant, quia animus non intentus eſt; quare Salvator cùm auditores ad legitimè audiendum excitaret, dicebat,
Mat. 11. 15. *Qui habet aures ad audiendum, audiat.*

ΧΡΥΣΟΣΤΟ. Βούλομαι κριθῆναι, φησὶν, οὐ παραιτοῦμαι τὸ δικαστήριον, καὶ οἶδα ὅτι οὐ κατακριθήσομαι. Εἰς ἀκοὴν δὲ τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων τοὺς φίλους παρακαλῶν, πρὸς πλείονα δυσώπησιν, διπλασιάζει τὴν παράκλησιν· ἑώρα γὰρ αὐτοὺς δυσχεραίνοντας ἐπὶ τοῖς ἐλέγχοις, ἐφ' οἷς ἀπερικαλύπτως ἀκροωμένων αὐτῶν * παῤῥησιάζεσθαι λέγει. ὁ οὖν διπλασιασμὸς, τοῦ, ἀκούσατε, ἢ τὴν ἀθυμίαν παρίστησιν, ἢ προσοχὴν ἐνεργάσασθαι βούλεται, ἵνα βεβαίως ἀκούσωσιν. ἔνεστι γάρ ποτε πληγείσης τῆς ἀκοῆς τῇ φωνῇ, διὰ τὸ μὴ προσέχειν τὸν νοῦν * ἀκηκοέναι· διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ διεγείρων τοὺς ἀκούοντας εἰς τὸ γνησίως ἀκούειν, ἔλεγεν, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. *ἴσ. [illegible] *ἴσ. add. μηδὲ.

Ecce, ego appropinquo judicio meo, novi ego quòd juſtus appare-

Ἰδοὺ, ἐγὼ ἐγγύς εἰμι τοῦ κρίματός μου, οἶδα ἐγὼ ὅτι δίκαιος ἀνα-

ἀναφανοῦμαι. τίς γάρ ἐστιν ὁ κριθησόμενός μοι, ὅτι νῦν κωφεύσω καὶ ἐκλείψω;

bo. Quis eſt enim qui judicium ſit facturus mihi, quia nunc obmuteſcam & deficiam?

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ, καὶ ὈΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Διδασκαλίας ἀρχὴν τοῖς φίλοις καὶ νῦν καταβάλλεται, παιδεύων ὅτι οὐ δι' ἁμαρτίας πάσχει, καί φησιν, ἰδοὺ εἰς κρίσιν καθίσταμαι, θαῤῥῶν ταῖς ἐμαυτοῦ δικαίως· καὶ τῆς παῤῥησίας τὴν αἰτίαν διδάσκων, ἐπάγει, τίς γάρ ἐστιν ὁ κριθησόμενός μοι, ὡς ἠδικημένος δηλαδή τι παρ' ἐμοῦ; τίς ὁ ἐλέγξων ἐφ' ἁμαρτίας, ἵνα δείσας ἡσυχίαν ἄγω; τὸ γὰρ, ἐκλείψω, ἀντὶ τοῦ, καταλυθήσομαι λαλεῖν· ὁ γοῦν Ἑβραῖος, ἵνα μὴ λαλήσω, ἔχει. οὐκ ἀλαζονείᾳ δὲ τοῦτό φησιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν παίδευσιν αὐτῶν, μὴ ἑτέραν παρὰ τὴν ἀληθῆ διάληψιν ἔχειν περὶ αὐτοῦ. ἔσθ' ὅτε γάρ τις περὶ ἑαυτοῦ λέγει χρηστὰ, μὴ προθέμενος τοῦτο ποιεῖν, ὅταν ἄλλως ᾖ διακείμενός τις περὶ αὐτόν. φέρε γὰρ, εἴ τις ἐγκεχειρισμένος τὴν διακονίαν εἰς τοὺς δεομένους ἀποπληρῶσαι, διαβάλλοιτο ὡς σφετεριζόμενος, οὐκ ἂν αὐτὸν αἰτιασώμεθα, ἐν ἀπολογίας εἴδει λέγοντα, ὅτι καὶ τὰ ἐμὰ παρέσχον τοῖς δεομένοις, πρότερον τοῦτο μὴ εἰρηκότα. οὕτως οὐδὲ τὸν Ἰὼβ αἰτιατέον, οὐ φιλαυτίας, ἀλλὰ τῆς εἰρημένης αἰτίας ἕνεκα, μετὰ παῤῥησίας καθαρᾶς λέγοντα, οἶδα ὅτι δίκαιος ἀναφανοῦμαι, πιστεύων τῇ τοῦ Θεοῦ ἀληθείᾳ καὶ δικαιοκρισίᾳ, ἐφ' οὗ καὶ φθέγγομαι· διὸ οὐδὲ ἐκλείψω, τουτέστιν, οὐ σιωπήσω, κἀντεῦθεν ὑπόδικον ἐμαυτὸν ποιήσω, καὶ ἀναπολόγητον, ὡς ἐλλειπούσης μοι δικαιολογίας.

POLYCHRONII, & OLYMPIODORI. Nunc etiam docendi fundamentum jacit, & propter peccata ſe minimè adverſa pati, amicos inſtruere incipit; Ecce, inquit, æquitate cauſæ meæ fretus, in judicio me ſiſto: & libertatis ſuæ in loquendo cauſam oſtendens, ſubjungit, *Quis enim eſt qui judicium ſit facturus mihi*, quaſi injuriâ aliquâ à me læſus? Quis peccati arguet, ut præ formidine ſilentium agam? Illud enim, *Deficiam*, idem eſt ac, loqui prohibebor: Hebræus habet, *Ut ne loquar*. Hoc autem non per arrogantiam dicit, ſed ut amicos erudiat, ne falſam de eo opinionem fovere velint. Accidit enim aliquando, ut præclara de ſe quiſpiam loquatur, quod in initio facere minimè propoſuerat, cùm alium malè erga ſe affectum offendit. Exempli gratiâ; ſiquis, cui provincia pauperibus miniſtrandi incumbit, ab alio traducatur, tanquam in ſuum uſum, quod illis erogandum erat, interverterit; ſi ſub apologiæ formâ dicat, quòd etiam ſua indigentib' dederit, cùm priùs hoc ab eo dictum non fuerit, vitio illi nequaquam vertimus. Ita neque Jobus accuſandus eſt, qui nullo ſui amore, ſed propter cauſam prædictam, cum pura confidentia loquutus eſt, *Scio quia juſtus apparebo*, in veritate divina & juſto Dei judicio fiduciam collocans, coram quo etiam verba facio; idcirco *non deficiam*, id eſt, non ſilebo, & ſilentio reum me & inexcuſabilem faciam, quaſi nulla cauſæ meæ defenſio mihi ſupereſſet.

Δυεῖν δέ μοι χρήσῃ, τότε ἀπὸ τοῦ προσώπου σου οὐ κρυβήσομαι.

Duo autem mihi præbeas, tunc à facie tua non abſcondar:

ὈΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πρὸς Θεὸν ἔτρεψε τὸν λόγον· ἐὰν τὰ δύο ταῦτα παράσχῃς μοι, παῤῥησιάσομαι πρὸς σέ, ἀνθρώπων μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐλέγξει,

OLYMPIODORI. Ad Deum ſermonem convertit; Si duo hæc mihi conceſſeris, liberè apud te loquar, nemo enim hominum me redarguet; tecum

verò, metu ſepoſito, libenter diſſeram. Aquila autem & Theodotio, pro illo, *Duo autem mihi præbeas*, reddiderunt, *Tantummodo duo ne facias mecum*. Hebræus autem, pro eo, *A facie tua non abſcondar*, habet, *non declinabo*, id eſt, Ex adverſo tibi in judicio occurram, ſi duas has res mihi largitus fueris. Quaſnam?

πρὸς σὲ δὲ δίχα ὑποστολῆς διαλέξομαι ἀσμένως. ὁ μέντοι Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων, ἀντὶ τοῦ, δυεῖν δέ μοι χρήσῃ, πλὴν δύο μὴ ποιήσῃς μετ' ἐμοῦ, ἐξεδώκασι. ὁ δὲ Ἑβραῖος, ἀντὶ τοῦ, οὐ κρυβήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, οὐκ ἐκκλινῶ, ἔχει, τουτέστιν, ἐξ ἐναντίας σοι εἰς κρίσιν ἐλεύσομαι, ἐὰν τὰ δύο μοι ταῦτα παράσχῃς. Τίνα δή;

Manum aufer à me, & timor tuus non me terreat.

Τὴν χεῖρα ἀπ' ἐμοῦ ἀπέχου, καὶ ὁ φόβος σου μή με καταπλησσέτω.

POLYCHRONII. Id eſt, Libera me à præſenti calamitate, vindicẽ tuam manum avertendo, méq; qui in defenſione cauſæ meæ victor evaſi, certum ac ſecurum reddito, quòd libertatem loquendi qua erga te uſus ſum, pro peccato non reputabis, nec ſupplicio afficies. Ne metum mihi incutias, majeſtatem divinam noli contra me in medium afferre, & judicium ſubibo. Peccâſſe me profiteor, ſed majora multò, inquit, recipio.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τουτέστιν, ἀπάλλαξόν με τῆς παρούσης συμφορᾶς, τὴν τιμωρὸν ἀποστήσας χεῖρα, καὶ πληροφόρησόν με ὡς ἐκ τῆς δικαιολογίας νενικηκότα, οὐ τιμωρήσῃ, αὐτὴν τὴν πρὸς σὲ παῤῥησίαν, ὡς ἁμαρτίαν λογισάμενος. μή με φοβήσῃς, μή μοι τὸ ἀξίωμα τοῦ Θεοῦ παραγάγῃς, καὶ κρινοῦμαι. ἥμαρτον κἀγώ, λέγω, ἀλλὰ πολλῷ μείζονα ἀπολαμβάνω, φησίν.

Deinde vocabis, ego autem tibi obediam; aut loquêris, ego autem tibi dabo reſponſum.

Εἶτα καλέσεις, ἐγὼ δέ σοι ὑπακούσομαι· ἢ λαλήσεις, ἐγὼ δέ σοι δώσω ἀνταπόκρισιν.

OLYMPIODORI. Reliqui verò planiùs interpretati ſunt, *Loquar, & reſpondebis mihi.* Si hæc, inquit, à te conſequutus fuero, téque animo benevolo erga me eſſe affectum cognovero, vitæ meæ anteactæ rationem exigito, & reddere me promptum invenies, & rogatus, ad cauſæ meæ defenſionem me accingam. Pluribus autem ſuam fiduciam in Deum manifeſtam reddit, ut hac ratione amicos ad veram de ſe opinionem alliciat. Quòd enim calamitates minui ſibi & levari ſuppliciter oraverit, & abſque metu Deum alloquutus fuerit, & judicio cum eo contenderit, juſtum eum eſſe evidenter ob oculos ponit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οἱ δὲ λοιποὶ σαφέστερον ἐξεδώκασι, λαλήσω, καὶ ἀποκρίνῃ μοι. Εἰ ταῦτα, φησίν, ὑπάρξει μοι παρὰ σοῦ, καὶ γνῶ ὅτι εὐμενῶς διάκεισαι πρὸς μέ, ἀπαίτησον τῶν βεβιωμένων εὐθύνας, καὶ ὑπέχω τὸν λόγον, καὶ ἐρωτώμενος, εἰς ἀπολογίαν ἔρχομαι. Διὰ πλειόνων δὲ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἑαυτοῦ παῤῥησίαν γνωρίζει, ἵν' ἐν τούτῳ ἀγάγῃ τοὺς φίλους εἰς τὴν ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ διάληψιν. τὸ γὰρ, ἱκετεῦσαι κουφισθῆναι, καὶ ἀφόβως εἰπεῖν, καὶ δικαιολογήσασθαι πρὸς Θεόν, παραστατικόν ἐστι τοῦ εἶναι αὐτὸν δίκαιον.

Quot ſunt peccata mea, et iniquitates meæ? doce me, quænam

Πόσαι εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι μου, καὶ ἀνομίαι μου; δίδαξόν με, τίνες εἰσί;

εἰσί; Διὰ τί ἀπ' ἐμοῦ κρύπτῃ, ἥγησαι δέ με ὑπεναντίον σοι; ἢ ὡς φύλλον κινούμενον ὑπὸ ἀνέμου, εὐλαβηθήσῃ; ἢ ὡς χόρτῳ φερομένῳ ὑπὸ πνεύματος, ἀντίκεισαί μοι; ὅτι κατέγραψας κατ' ἐμοῦ κακά, περιέθηκας δέ μοι νεότητος ἁμαρτίας.

ſunt? Cur abſconderis à me, et putas me eſſe contrarium tibi? Nunquid quaſi folium quod movetur à vento, vereberis? aut quaſi fœno quod fertur à ſpiritu, oppoſuiſti te mihi? quoniam ſcripſiſti contra me mala, et impoſuiſti mihi peccata juventutis.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Πάλιν διὰ τοὺς φίλους τὰ τοιαῦτα λέγει, ἵνα ἐκεῖνοι μάθωσιν, ὅτι ὁ ἔχων ἁμαρτίας
*Ἴσ. λέληθεν οὐ * λέληθε τὸν Θεόν. καὶ αὐτὸς πρὸς αὐτοὺς εἰπών, Ἐγὼ οἶδα ὅτι δίκαιος ἀναφανοῦμαι· πρὸς τὸν Θεὸν εὐλαβῶς λέγει, Δίδαξόν με ποίων ἁμαρτημάτων δίκην εἰσπράξῃ, ποῦ, ἢ πότε, ἢ περὶ τίνων γενομένων· τὴν γὰρ αἰτίαν ἐπιθυμῶ μαθεῖν τῶν κολάσεων, καὶ ποίων πλημμελημάτων ἐκτίνων δίκας ταῦτα ὑπομένω. Διὰ τί δέ, δέσποτα, ἀποκρύπτεις με τὰς ἁμαρτίας μου, καὶ ἡγῇ με πολέμιόν σοι; οὐ μικρὰν γὰρ εἰς παραμυθίαν τοῖς τιμωρουμένοις, τὸ μαθεῖν τὴν αἰτίαν τῆς κολάσεως. Εἴρηται δὲ καὶ τοῦτο πρὸς τὴν τῶν φίλων διάληψιν· οὗτοι γάρ, φησί, νομίζουσιν, ὅτι ὑπεναντίος μοι τυγχάνεις, οἰόμενοι δι' ἁμαρτίας με πάσχειν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἁμαρτήματα οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχεις, εὖ οἶδα· ὁρῶ δὲ ὅτι ὥσπερ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον πολλαῖς ἔβαλες ταῖς πληγαῖς, καὶ πολὺ ὑπέχου ἐχθρὸν ἡγήσασθαι τὸν οὐδὲν φύλλου διαφέροντα, ὥσπερ εὐλαβούμενος τὴν ἀσθένειαν. ἐρωτῶ οὖν, διὰ τί ἀπ' ἐμοῦ κρύπτῃ, διὰ τί παραιτῇ εἰς μέσον ἀγαγεῖν μου τὸ κρίμα, διὰ τί ὡς ἐχθρῷ κέχρησαι τῷ καὶ φύλλων ἀσθενεστέρῳ, ἅπερ ἀνέμου διασείοντος ἐκπίπτουσι.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ τάχα εὐλαβῇ με, ἀγνοῶν τῆς φύσεώς μου τὸ εὐτελές, ὅτι φύλλου ἢ χόρτου ὑπ' ἀνέμου φερομένου μηδὲν διαφέρω. Τίνος οὖν ἕνεκεν, ὦ δέσποτα, ἀπεφήνω κατ' ἐμοῦ τηλικαύτην ἀπόφασιν. Τὸ γάρ, κατέγραψας κατ' ἐμοῦ κακά, ἤγουν κακώσεις,

POLYCHRONII. Rurſus amicorum cauſâ hæc dicit, ut intelligant, Deum eum non latere, qui peccatis eſt ob-
noxius. Et idem ille qui amicis dixerat, *Scio* Cap. 13. 18
quia juſtus apparebo, piè Deum ſic alloquitur; Doce me, pro quibus peccatis, ubi, quando, & qua de cauſa admiſſis, pœnas mihi irroges: ſuppliciorum enim cauſam ſcire deſidero, & quorum delictorum pœnas luens, hæc patiar. Cur autem, Domine, peccata mea à me abſcondis, & me hoſtem tibi eſſe exiſtimas? Non leve enim ſolatium eſt iis qui pœnis afficiuntur, ſuppliciorum cauſam cognitam habere. Hoc autem ex opinione etiam amicorum dictum eſt; Illi enim, inquit, exiſtimantes me propter peccata adverſa pati, te mihi adverſarium eſſe opinantur; verùm quòd peccata nulla mihi objicere poſſis, probè novi: video tamen, quòd tanquam hoſtem & inimicum multis plagis affeceris, & quaſi imbecillum veritus, inimicum me qui nihil à folio diſcrepo, reputare ſuſtinueris. Quæro igitur cur à me abſcondaris, cur condemnationis meæ ſententiam in medium proferre recuſes, cur tanquam hoſtem te geras erga eum qui foliis vento concutiente decidentibus longè infirmior eſt?

CHRYSOSTOMI. Fortaſſe etiam vilitatem & fragilitatem naturæ meæ ignorans, vereris me, qui à folio & gramine quod vento agitatur, in nihilo differo. Cur igitur, Domine, tam gravem contra me ſententiam tuliſti? Illud enim, *Scripſiſti contra me mala*, id eſt, tri-

bulationes,

bulationes, à Regibus metaphorâ ſumptâ, qui ſententias & decreta ſcriptis mandant. Illud verò, *Oppoſuiſti te mihi*, id eſt, tanquam adverſario ſupplicium infligis; ac ſi diceret, ſupplicium contra me pro imperio decreviſti, tanquam dominus contra ſeditioſum & rebellem ſervum, *ſcripſiſti* enim illud ſignificat: ſic autem Domino decorum ſervans, loquutus eſt.

ἐκ μεταφορᾶς τῶν βασιλέων, τῶν γράμμασι τὴν ἀπόφασιν ἐκφερόντων. τὸ δὲ, ἀντίκεισαί μοι, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἀντικειμένῳ ἐπάγεις τὴν κόλασιν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ὡς ὁ δεσπότης * καταστασιάζοντος οἰκέτου, μετ' ἐξουσίας τὴν κατ' ἐμοῦ ὥρισας τιμωρίαν, τοῦτο γὰρ, τὸ, κατέγραψας· οὕτω δὲ ἔφη φυλάξας τῷ δεσπότῃ τὸ πρέπον. ἴσ. καταστασιάζοντα

OLYMPIODORI. Vel etiam illud, *Scripſiſti mala*, id eſt, Peccata mea omnia à juventute annotâſti, ne ex memoria tua unquam deleantur. Hæſitans enim, & eorum quæ ei contigerant cauſam non reperiens, animum in omnes partes verſat; cúmque nullorum peccatorum, quæ virili & firmatâ ætate admiſiſſet, conſcius ſibi eſſet; Num, inquit, eorum quæ adoleſcens exiſtens commiſeram, pœnas nunc à me exigit? Vides quemadmodum peccatorem ſe agnoſcat, & propter ætatem veniam obtinere, vel etiam propter ætatem peccatorem ſe oſtendere velit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Η, τὸ, κατέγραψας κακά, ἀντὶ τοῦ, ἀπεσημειώσω πάντα εἴτι καὶ ἥμαρτον ἐκ νεότητος, ὥστε εἶναί σοι ἀείμνηστον. ὡς γὰρ ἀπορῶν, καὶ οὐκ ἔχων αἰτίαν εὑρεῖν τῶν γεγενημένων, πανταχόσε περιάγει τὸν λογισμὸν, καὶ μὴ συνειδὼς ἑαυτῷ ὡς τελείῳ ἀνδρὶ ἁμαρτήματα, φησὶ, μήποτε ὧν ἔπραξα μειράκιον ἔτι ὢν, ἐκείνων με νῦν δίκην εἰσπράττῃ. ὁρᾷς, πῶς οἶδεν ἑαυτὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ ἀπὸ τῆς ἡλικίας βούλεται τυχεῖν συγγνώμης, ἢ καὶ ἀπὸ τῆς ἡλικίας δεῖξαι ἑαυτὸν ἁμαρτωλόν.

Et poſuiſti in impedimento pedem meum.

Ἔθου δέ μου τὸν πόδα ἐν κωλύματι.

POLYCHRONII, & OLYMP. Aquila, & Symmachus, ille quidem, *In anguſtia & miſeria, ſicut ſub ligno carceris*, ille verò, *In cippo*, tranſtulit. Metaphoræ autem inſiſtit; cùm enim dixiſſet, *Scripſiſti contra me*, & ſupplicio me addixiſti, & pro peccatis quæ in adoleſcentia commiſi pœnas exigis, ſubjunxit, Malis me quodammodo implicatum vinxiſti, ut ulteriùs progredi non liceat; ac ſi diceret, Diligenter actiones meas obſervâſti, quod facere illi ſolent qui ſontes in compedes conjiciunt: Aquila enim ſic reddidit, *Et poſuiſti in cippo pedem meum.*

ΠΟΛΥ. καὶ ΟΛΥ. Ἀκύλας δὲ, καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν, ἐν ταλαιπωρίᾳ, ὡς ὑπὸ ξύλον εἱρκτῆς, ὁ δὲ, ἐν ξυλοπέδῃ, ἐξέδωκεν. ἐπέμεινε δὲ τῇ μεταφορᾷ· εἰρηκὼς γὰρ, ὅτι κατέγραψας κατ' ἐμοῦ, καὶ ἀπεφήνω κόλασιν, καὶ ὑπὲρ ὧν ἐν νεότητι ἥμαρτον ὑπὲρ τούτων με τιμωρῇ, ἐπήγαγεν, ὅτι καὶ ἐπέδησάς με τρόπον τινὰ τοῖς δεινοῖς, ὥστε μηδὲ περαιτέρω δύνασθαι προβῆναι· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ἀκριβῶς ἐφύλαξας τὰ κατ' ἐμὲ ὡς οἱ ἐν τῇ ξυλοπέδῃ δεσμοῦντες τοὺς καταδίκους· ὁ γὰρ Ἀκύλας οὕτως ἐκδέδωκε, καὶ ἔθηκας ἐν ξυλοπέδῃ τὸν πόδα μου.

Et obſervâſti omnia opera mea.

Ἐφύλαξας δέ μου πάντα τὰ ἔργα.

DIDYMI. Noverat beatus Jobus, ſanctus exiſtens, quod à Davide dictum
Pſal.129.3. eſt, Deum, ſcilicet, non omnes delinquen-

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἶδεν ὁ μακάριος τὸ ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ εἰρημένον, ἅγιος ὤν, ὅτι ὁ Θεὸς οὐ παρατηρεῖται

πάσας

πάσας τὰς ἀνομίας τῶν πταιόντων· ἀλλὰ παιδεύων τοὺς φίλους πάλιν, δι᾽ ἣν αἰτίαν πάσχει, ὅτι δι᾽ ἀγῶνα, τὸ προκείμενον εἴρηκεν, ὡς τοῦ Θεοῦ πάντα αὐτοῦ τὰ ἔργα φυλάξαντος, καὶ ἀκριβωσαμένου, καὶ οὕτως ἐπαγαγόντος αὐτῷ τὰ ἀνιαρά· ἵνα ἐκ τούτου ἐννοήσωσιν, ὅτι τὸ μέγεθος τῶν τοιούτων ἐπαγωγῶν, οὐ δι᾽ ἁμαρτίας ἐστὶν, ἀλλὰ δι᾽ ἀγῶνα, καὶ σκοπὸν ἀνδρείας.

Εἰς δὲ ῥίζας τῶν ποδῶν μου ἀφίκου.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ δὲ Ἑβραῖος, τὰ δὲ ἴχνη τῶν ποδῶν μου περιχαράττεις. κατὰ μὲν οὖν τὸ Ἑλληνικὸν, φησὶν, ὅτι καὶ τὰ τυχόντα τῶν πράξεών μου περιεργάζῃ, καὶ αὐτὰς τὰς αἰτίας, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ ῥίζας τῶν διαβάσεών μου τῶν πρακτικῶν ἐπιτηρεῖς, καὶ τὰ λεπτότατα τῆς πορείας μου ἐξετάζεις, ἵνα μοι κόλασιν ἐπαγάγῃς, ὡς οἱ φίλοι μου διάκεινται, δι᾽ ἁμαρτίας με πάσχειν λογιζόμενοι, καὶ ὅτι αἱ τῆς νεότητος ἁμαρτίαι νῦν μοι περιετέθησαν. ὁ δὲ Ἑβραῖος, τὸ, περιχαράττεις, ἔφη, ἀντὶ τοῦ, περιτειχίζεις με τοῖς δεινοῖς, ὥστε μηδεμίαν τῶν κακῶν εὑρέσθαι διέξοδον.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὅρα δὲ, πῶς δι᾽ ὅλων τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς εἰς ἱκετηρίαν προβάλλεται, φύλλῳ παρεικάζων τὸν ἄνθρωπον, καὶ χόρτῳ τῇδε κἀκεῖσε περιφερομένῳ, καὶ ἀσκῷ παλαιουμένῳ, καὶ ἄνθει ταχέως μαραινομένῳ, καὶ σκιᾷ παρατρεχούσῃ. τὸν τοιοῦτον οὖν, φησὶ, δέσποτα, εἰς ἀκριβεῖς ἄγεις ἐλέγχους, καὶ λεπτῶς τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἐξετάζεις;

Ὃ παλαιοῦται ἴσα ἀσκῷ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἔδειξε μὲν τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εὐτελὲς διὰ δύο εἰδῶν παραδειγμάτων, διά τε τοῦ φύλλου τοῦ ἀπορρέοντος, καὶ διὰ τοῦ χόρτου τοῦ διὰ τὸ ἄνικμον ξηραινομένου, καὶ παιζομένου τοῖς πνεύμασι· νῦν δὲ καὶ ἑτέρᾳ κέχρηται εἰκόνι, δι᾽ ἧς παρίστησιν, ὅτι καὶ

tium iniquitates obſervare: verùm, ut amicos rurſus inſtitueret, quam ob cauſam pateretur (ad virtutis, ſcilicet, certamen) verba hæc protulit, quaſi Deus opera ejus omnia obſervâſſet, & diligenter examinâſſet; ac proinde ærumnis & cruciatibus illum confeciſſet; ut ex hoc intelligere poſſent, tantarum tribulationũ magnitudinem, non propter peccata, ſed certaminis causâ, & ad fortitudinem manifeſtandam, illi eveniſſe.

Et ad radices pedum meorum perveniſti.

POLYCHRONII. Hebræus autem, *Veſtigia pedum meorum circumimprimis*. Juxta igitur interpretationem græcam dicit, Etiam actionum mearum leviſſima quæq; curioſiùs indagas, & ambulationis & converſationis meæ practicæ initia, cauſas, & radices ipſas obſervas, & tenuiſſimas quaſque fibras inceſſionis meæ exploras, ut ſupplicium mihi infligas, quod amici (talis eſt eorum erga me affectus) propter peccata me pati, & adoleſcentiæ delicta me nunc circumdediſſe, arbitrantur. Hebræus autem, *Circumimprimis*, dixit, id eſt, Ærumnis me circumvallas, ut malorum nullum exitum inveniam.

OLYMPIODORI. Vide quemadmodum per omnia naturæ imbecillitatem in medium proponens pro deprecatione utatur, hominem folio, gramini huc illuc vento jactato, utri inveteraſcenti, flori ſubitò marceſcenti, & umbræ prætereunti, comparans. Talémne igitur, inquit, & tantillum, Domine, ſeverè tu redarguis, & actionum ejus minutias examinas?

Qui inveteraſcit ſicut uter.

EJUSDEM. Hactenus duobus exemplis, ductis, ſcilicet, à folio defluente, & gramine propter humoris defectum areſcente, ventorúmque ludibrium facto, naturæ humanæ vilitatem & fragilitatem oſtendit: nunc aliâ ſimilitudine utitur, qua naturam noſtram etiam ante ſupplicium im-

imbecillem eſſe, ob oculos ponit, corpore, ſcilicet, noſtro ſponte ſuâ ad diſſolutionem vergente, & inſtar utris ſenium contrahente; vel, ut Symmachus reddidit, *Tanquam putredo.*

CHRYSOSTOMI. Rurſus calamitatis magnitudinem narrat, rurſus naturæ vilitatem exaggerat. Cur autem utrem in medium attulit? quia inanis eſt uter, & ſpiritu tantùm repletur; unde vulgari ſermone à multis dici ſolet, utrem nos eſſe inflatum. Noli igitur, inquit, corporis molem inſpicere, & cutem diſtenſam, ſed interiora conſidera, & multam vacuitatem videbis.

περὶ τῆς ἡμετέρας αὐτὴ ἡ φύσις ἀσθενὴς, αὐτοδιαλύτου ὄντος τοῦ σώματος ἡμῶν, καὶ παλαιουμένου ἀσκοῦ δίκην, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ὁμοίως σηπεδόνι.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Πάλιν δὲ μέγεθος λέγει τῆς συμφορᾶς, πάλιν δὲ εὐτελὲς τῆς φύσεως κωμῳδεῖ. τίνος δὲ ἕνεκεν ἀσκὸν παρήγαγε; ὅτι κενός ἐστιν ὁ ἀσκὸς, πνεῦμα μόνον ἔχων· τοῦτο καὶ τοῖς πολλοῖς ἔθος λέγειν, ὅτι ἀσκός ἐσμεν πεφυσημένος. μή μοι οὖν, φησὶ, τὸν ὄγκον ἴδῃς, μηδὲ τὸ δέρμα διαταθὲν, ἀλλ' ἐννόησον τὰ ἔνδον, καὶ ὄψει πολλὴν τὴν κενότητα.

Aut velut veſtimentum quod à tinea comeſtum eſt.

PEr veſtem à tinea corroſam, corporis ægritudines ſignificat, quæ non ſecus ac tinea corpora corrodunt & devorant.

Η ὥσπερ ἱμάτιον σητόβρωτον.

ΔΙὰ τοῦ σητοβρώτου ἱματίου τὰ σωματικὰ πάθη δηλοῖ, ἅτινα ὥσπερ οἱ σῆτες διαβιβρώσκοντα τὰ σώματα καταπαλαίοντα.

Cap. XIIII. *HOMO enim natus ex muliere, brevi vivens tempore, & plenus iracundiæ.*

OLYMPIODORI. Illud, *Plenus iracundiæ*, Aquila, *Plenus turbatione*, reddidit; ac ſi diceret, Hominis vita momentanea eſt, & perturbatione plena; mortales enim ex mortalibus geniti, & brevi tempore vitam circumſcriptam habentes, vitam tumultûs & perturbationis plenam poſſidemus; vel, divinæ iræ & punitioni obnoxii omnino ſumus. Hæc autem, veniam ſimul petens ſi in quo offendiſſet, & propter humilem & abjectam hominis conditionem miſericordiam implorans, loquutus eſt.

ΒΡΟΤΟΣ γὰρ γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος, καὶ πλήρης ὀργῆς.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὸ, πλήρης ὀργῆς, ὁ Ἀκύλας, πλήρης κλονήσεως, ἐκδέδωκεν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι καὶ ὀλιγοχρόνιός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὁ βίος αὐτοῦ μεστὸς ταραχῆς· πάντες γὰρ φθαρτοὶ ἐκ φθαρτῶν γινόμενοι, καὶ οὐ μακρῷ τινι χρόνῳ τὴν ζωὴν περιωρισμένην ἔχοντες, θορύβου καὶ ταραχῆς μεστὸν τὸν βίον κεκλήμεθα, ἢ κολάσεως καὶ ἀγανακτήσεως τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πάντως ἐσμὲν ὑπεύθυνοι. Ταῦτα δὲ εἶπε, καὶ συγγνώμην αἰτῶν εἴ τι καὶ ἥμαρτε, καὶ ἔλεον ἐπιζητῶν ἐπὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ταπεινότητι.

Aut tanquam flos effloreſcens decidit. Aufugit autem velut umbra, & non ſtabit.

POLYCHRONII. His ſimile Davidis lyra, ſpiritualiter ſonum edens,

Η ὥσπερ ἄνθος ἀνθῆσαν ἐξέπεσεν. ἀπέδρα δὲ ὥσπερ σκιὰ, καὶ οὐ μὴ στῇ.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Παραπλήσιον τούτοις καὶ ἡ Δαβιτικὴ

λύρᾳ μέλος ἀνακρούεται, πενθηματικῶς κελαδοῦσα, ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσει. καὶ πάλιν, αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὡσεὶ σκιὰ παράγουσι. κατὰ ταῦτα ὁ Ἰὼβ τὸν ἄνθρωπον οἰκτειζόμενος, διαφόροις παραδείγμασι τὸ ἐπίκηρον τῆς φύσεως παριστῶν, φησὶν, ὅτι κἂν δόξῃ εἶναί τις ἐν περιφανείᾳ, καὶ ἀνθῶν ἐν τῇ τοῦ βίου κοιλάσι, μικρὸν ὕστερον πίπτει καὶ ἀπόλλυται, καὶ σκιᾶς δίκην * παρῆλθεν τὸν βίον, οὐδὲ μνημόσυνόν τι τοῖς ζῶσιν ἀφίησιν. ὁρᾷς πῶς οὐ διὰ τὸ δίκαιον εἶναι, ἀλλὰ διὰ τὴν εὐτέλειαν τῆς φύσεως, βούλεται ἀπαλλαγῆναι. τοῦτον ἔδει ἐξετασθῆναι, φησί, τοῦτον ἔδει εὐθύνας ἀπαιτηθῆναι, τὸν σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον οὐκ ὄντα; ταῦτα γὰρ αἰνίττεται, λέγων.

* ἴσ. διελθὼν

carmen pangit, *Homo, ſicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri, ſic efflorebit.* Et rurſus, *Dies hominis ſicut umbra prætereunt.* Jobus quoque hoc in loco hominis miſertus, & variis exemplis naturæ humanæ fragilitatem ob oculos ponens, Licèt, inquit, videatur aliquis honore conſpicuus, & in vitæ convallibus florere, brevi tamen poſteà cadit & perit, umbræque inſtar vitam tranſigens, nullam ſui memoriam ſuperſtitibus relinquit. Vides quemadmodum à malis liberari cupiat, non quia juſtus eſſet, ſed propter humanæ naturæ vilitatem & fragilitatem. Hunccine, inquit, quæſtione examinari, & ſupplicium ſubire oportuit, qui hodie eſt, cras autem non exiſtet? hoc enim innuit, dicendo,

Psal. 102. 15.
Psal. 143. 4.

Οὐχὶ καὶ τούτου λόγον ἐποιήσω, καὶ τοῦτον ἐποίησας εἰσελθεῖν ἐν κρίματι ἐνώπιόν σου;

Nunquid & hujus rationem feciſti, & hunc feciſti venire in judicium coram te?

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ, καὶ ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Τουτέστι, τὸν οὕτως ἀσθενῆ εἰς λόγον ἄγεις καὶ εἰς κρίσιν, καὶ ὡς πολέμιον κρίνεις; οἱ δὲ οὕτω τοὺς στίχους νοοῦσι· σύ με εἰς ζήτησιν τῆς τοιαύτης αἰτίας, καὶ ἡ σὴ ἀγαθότης κινεῖ· οὐ γὰρ πρὸς τὸ εὐτελὲς τοῦ ζώου εἶδες, ἀλλὰ καὶ λόγου αὐτῷ μετέδωκας· καὶ ἐντολὴν αὐτῷ παρέσχες, καὶ κρίσιν αὐτῷ παρ' ἐπηγγείλω· ταῦτα οὖν με κινεῖ πρὸς παρρησίαν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τάχα δὲ καὶ τὴν περὶ τὸν ἄνθρωπον πρόνοιαν ἐνταῦθα σαφηνίζει, οὐχ ὡς εἰκαίως καὶ ὡς ἔτυχεν ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ παραμένοντος, ἀλλ' ἐκ κρίσεως Θεοῦ * ὑπερβαίνοντος τὸν περὶ αὐτοῦ τεταγμένον χρόνον· ταῦτα δὲ οὐχ ὡς εἱμαρμένης κρατούσης, λεκτέον, ἀλλ' ὡς τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ ὅροις καὶ μέτροις ἕκαστα διατεταξαμένου.

* ἴσ. ἀλλὰ μὴ

POLYCHRON. & JULIANI. Id eſt, Tam imbecillem ad examen & judicium trahis, & tanquam hoſtem judicas? Alii verò ſic hos verſus intelligunt, Tu me ad cauſæ hujus indagationem, & benignitas tua impellit; non enim vilitatem ejus quod in homine animale eſt reſpexiſti, ſed rationis eum participem feciſti, & mandatum ei dediſti, téque judicem ejus futurum pronunciaſti: hæc me ad liberè loquendum movent.

DIDYMI. Fortè etiam hoc loco divinam providentiam erga hominem manifeſtam facit, non quaſi temerè & fortuitò longiore vitâ fruatur, ſed quòd arbitrio divino terminum ab eo præfinitum non excedat. Hæc autem dici intelligenda ſunt, non tanquam fatum dominium ullum obtineat, ſed quòd divina voluntas terminis & menſuris cuncta diſponat.

Quis

Quis enim mundus erit à ſorde? at nemo, etſi unus dies ſit vita ejus ſuper terram.

CHRYSOSTOMI. Vides rurſus ad naturam confugientem, & ab ærumnis liberari deſiderantem, non ſolùm propter ejus fragilitatem & brevitatem, & quia vita anxietate ſit plena, ſed quia fieri nequit ut quis à labe purus exiſtat.

OLYMPIOD. Quorſum plura, inquit, de homine dicenda ſunt, quandoquidem ipſa hominis generatio ſine illuvie & peccato non exiſtat? unde fit ut infantes ad eluendam ſordem, quam ex Adami tranſgreſſione contraxerunt, baptizentur. Hoc autem dicit, quia per Adami tranſgreſſionem natura noſtra facta eſt infirma, & ad peccatum proclivis, & quidem propter generationem quæ amorem voluptatis conjunctum habet, non autem quòd peccatum nobis connatum & conſubſtantiale ſit; abſit.

SEVERI. Cæterùm verò vox hæc, βίος, interdum vitam ſignificat quæ omnibus eſt communis, interdum verò, vitæ converſationem: vivere enim dicitur quiſpiam etiam ſecundùm actionum & vitæ inſtitutum; prout eum qui virtutem amplectitur, optimam vitam vivere dicimus. Quod igitur à Jobo dicitur, non de communi vita & quæ pariter ad omnes homines pertinet, intelligendum eſt, qua quis ex utero prodiens, aërem reſpirat, & alimentis nutritus vivit; ſed de illa, quæ actionibus ſecundùm virtutem & improbitatem diſcernitur, & de converſatione in virili & firmata ætate, quæ coram Deo in judicium poſtea vocanda, & ſupplicio vel laudibus remuneranda eſt: quod & Jobus ſuprà palam manifeſtans, dixit, *Et hunc feciſti venire in judicio coram te*; vita autem infantium in judicium non venit. Dicit igitur, Hoc ſuppoſito, quòd quiſpiam unicum tantùm diem converſationis in vita tranſigat, licèt in via virtutũ cum diligentia ambulaverit, à lapſu tamẽ non im-

Τίς γὰρ καθαρὸς ἔσται ἀπὸ ῥύπου; ἀλλ' οὐθείς, ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ὁρᾷς πάλιν ἐπὶ τὴν φύσιν καταφεύγοντα, καὶ ἀπαλλαγῆναι ζητοῦντα, οὐ μόνον διὰ τὸ εὐτελές, οὐδὲ διὰ τὸ ὀλιγοχρόνιον, οὐδὲ διὰ τὸ ἀθυμίας γέμειν ἐν τῷ βίῳ, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ δυνατὸν καθαρὸν εἶναι.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Τί γάρ, φησί, μακρὰ δεῖ περὶ ἀνθρώπου λέγειν, ὅπουγε καὶ αὐτὴ ἡ ἀνθρωπίνη γέννησις οὐκ ἄνευ ῥύπου καὶ ἁμαρτίας τυγχάνει; ὅθεν καὶ βαπτίζεται τὰ βρέφη, τὸν διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ ῥύπον ἀποπλυνόμενα. τοῦτο δὲ λέγει, διὰ τὸ ἠσθενηκέναι τὴν φύσιν ἐκ τῆς ἐν Ἀδὰμ παραβάσεως, καὶ εὐόλισθον γεγονέναι εἰς ἁμαρτίαν, καὶ μάλιστα καὶ διὰ τὴν ἐκ φιληδονίας γέννησιν, οὐ μὴν ὡς συνουσιωμένης ἡμῖν τῆς ἁμαρτίας· μὴ γένοιτο.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ἄλλως δέ, ὁ βίος πῆ μὲν σημαίνει τὸ κοινὸν τοῦτο ζῆν, πῆ δὲ τὴν πολιτείαν· βιοῦν γὰρ λέγεταί τις καὶ κατὰ τὴν ἐν πράξεσι διαγωγήν, καθό φαμεν καὶ τὸν τὰς ἀρετὰς μετιόντα, ἄριστον βίον βιοῦν. τὸ τοίνυν εἰρημένον τῷ Ἰὼβ, οὐ περὶ τοῦ κοινοῦ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσου λέλεκται, καθ' ὃν τις προελθὼν ἐκ γαστρὸς, πνεῖ τὸν ἀέρα, καὶ τρεφόμενος ζῇ καὶ βιοῖ· ἀλλὰ περὶ τοῦ βίου τοῦ διὰ τῶν πράξεων τῶν κατ' ἀρετὴν καὶ κακίαν γνωριζομένου, καὶ περὶ πολιτείας τῆς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ εἰς κρίσιν λοιπὸν ἀγομένης παρὰ Θεῷ, καὶ ἢ κολαζομένης ἢ ἐπαίνων ἀξιουμένης· καὶ τοῦτο ἐμφαίνων προέφησεν, ὅτι καὶ τοῦτον ἐποίησας εἰσελθεῖν ἐν κρίματι ἐνώπιόν σου· τῶν δὲ νηπίων ὁ βίος εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται. φησὶ τοίνυν, ὡς εἰ καί τις καθ' ὑπόθεσιν τὸν ἐν πολιτείᾳ βίον ἡμέραν μόνον μίαν βιώσῃ, κἂν σφόδρα ᾖ διὰ τῶν ἀρετῶν ὁδεύσας, οὐκ ἔξω τοῦ ἀπολισθεῖν, οὐδὲ φαίνεται κα-

θαρὸς

θαρὸς ῥύπου τοῦ ἐξ ἁμαρτίας, παρά σοι κρινόμενος τῷ τῶν ὅλων Θεῷ· ἢ γὰρ κατὰ πρᾶξιν, ἤγουν καὶ κατὰ νοῦν ὑπολισθαίνει. καὶ οἱ προϋπεῖναι δὲ τὰς ψυχὰς λέγοντες, καὶ προημαρτηκέναι, ἐλέγχονται ἐκ τοῦ λέγεσθαι, ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ μὴ, πρὸ τῆς γῆς ῥυποῦσθαι.

munis, neque à labe peccati purus apparebit, ſi coram te, Univerſitatis Deo, judicetur; vel enim in actione, vel in cogitatione labitur. Ex eo quod dicit, *ſuper terram* peccati labe infici, non autem, *ante terram*, refelluntur ii, qui animas præexiſtere, & peccato antea inquinari opinantur.

Ἀριθμητοὶ δὲ μῆνες αὐτοῦ παρ' αὐτοῦ· εἰς χρόνον ἔθου, καὶ οὐ μὴ ὑπερβῇ.

Dinumerati enim ſunt menſes ejus ab eo: ad tempus poſuiſti, & non tranſgredietur.

ΠΟΛΥΧΡΟΝ. Ὁ μὲν, φησὶν, ἡμέραν βιώσας ἀποθνήσκει· τῷ δὲ μῆνές εἰσιν ὡρισμένοι πρὸς ζωήν, ἄλλῳ δὲ χρόνος· πάντως δὲ καὶ τοῦτον ἀποθανεῖν δεῖ, καὶ τὸ χρεὼν πληρῶσαι· τοῦτο γάρ ἐστιν, ὅρον αὐτῷ ἔταξας, καὶ οὐ μὴ ὑπερβῇ.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Τουτέστιν, ἀδύνατον αὐτῷ ἐστι μὴ τελευτῆσαι· θάνατοι γὰρ ἐπάγονται, τῶν ὅρων τῆς ζωῆς πληρωθέντων, οὓς περὶ ἕκαστον ἔπηξεν ἡ δικαία τοῦ Θεοῦ πρόνοια. ὁ πλάσας γὰρ ἡμᾶς καὶ ψυχώσας Θεὸς, ἰδίαν ἔδωκεν ἑκάστῃ ψυχῇ διαγωγήν, καὶ ἄλλοις ἄλλους ὅρους ἔπηξε τῆς ἐξόδου· τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ πλεῖον παραμεῖναι τῇ παροικίᾳ τῆς σαρκὸς ᾠκονόμησε, τὸν δὲ θᾶττον ἀπολυθῆναι τῶν δεσμῶν τοῦ σώματος διετάξατο, κατὰ τοὺς ἀπορρήτους ἑαυτοῦ τῆς σοφίας καὶ τῆς δικαιοσύνης λόγους.

POLYCHR. Hic, inquit, diem unum vivens, moritur; huic autem menſes ad vivendum aſſignati ſunt; alteri verò, annus; omnino autem & hunc mori oportet, & decretum fatale adimplere; hoc enim illud eſt, *Terminum ejus poſuiſti, & non tranſgredietur.*

JULIANI. Id eſt, Impoſſibile illi eſt, non mori; impletis enim vitæ periodis & terminis, quos juſta Dei providentia unicuique fixit, mors infertur. Qui enim nos plaſmavit & animavit, Deus, unicuique animæ ſuum domicilium & commorandi locum tribuit, & aliis alios exitûs terminos conſtituit: hunc etenim diutiùs carnis contubernio divina ſua diſpenſatione frui voluit; alium verò, ſecundùm arcanas ſapientiæ ſuæ & juſtitiæ rationes, citiùs carnis vinculis exſolvi ordinavit.

Ἀπόστα ἀπ' αὐτοῦ ἵνα ἡσυχάσῃ, καὶ εὐδοκήσῃ τὸν βίον, ὥσπερ ὁ μισθωτός.

Diſcede ab eo ut requieſcat, & victu contentus ſit, ſicut mercenarius.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἐλθὲ εἰς οἶκτον, δέσποτα, τοῦ οὕτως εὐτελοῦς καὶ ὀλιγοβίου, καὶ ἀπόστησόν σου τὸ ἐτασικὸν ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα ἀναπνεύσῃ δίκην μισθωτοῦ, μετὰ τοὺς πολλοὺς καμάτους, ὀλίγην εὑρίσκων ἀνάπαυσιν. τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων ἔχουσιν, ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, ἵνα ἡσυχάσω, καὶ εὐδοκήσω τὸν βίον μου, ὥσπερ μισθωτός. τὸ ὀλιγοχρόνιον δὲ πάλιν, καὶ ἐπίπο-

OLYMPIOD. Miſerere, Domine, tam vilis & caduci hominis, & tormenta & cruciatus ab eo avertito, ut inſtar mercenarii, poſt multos labores invento laxamento aliquo, reſpiret. Quædam autem exemplaria habent, *Recede à me, ut requieſcam, & victu ſeu mercede contentus ſim, ſicut mercenarius.* Rurſus verò vitæ brevitatem cum moleſtia & miſeria conjunctam

junctam ob oculos poneris; Jube, inquit, me ærumnis & laboribus confectum quieſcere.

POLYCHR. Supplicio meo finem pone, ut ſi priſtinâ rerum affluentiâ & gloriâ frui non liceat, ſaltem mercenarii relaxationem & remiſſionem adipiſcar; illius enim laboribus modus eſt poſitus, & die elapſâ ad quietem ſe recipit, meum autem
Cap. 7. 4. malum juge & continuum eſt; *Si dormiero, dico, Quando dies? & ſi ſurrexero, rurſus, Quando veſper?*

νον, καὶ ταλαιπωρῶν περιϊστῶ, φησί, καταπονούμενόν με καὶ ταλαιπωρούμενον κέλευσον ἐν ἡσυχίᾳ εἶναι.

ΠΟΛΥΧΡ. Παῦσον τὴν καὶ ἐμοῦ τιμωρίας, ἵνα εἰ καὶ μὴ τῆς προτέρας ἀφθονίας τε καὶ δόξης ἀπολαύσω, τῆς γοῦν μισθωτοῦ τύχοιμι ἀνέσεως· ἐκείνῳ μὲν γὰρ μέτρον ἐστὶ τῶν πόνων, καὶ τῆς ἡμέρας παρελθούσης εἰς ἀνάπαυσιν χωρεῖ, ἐμοὶ δὲ συνεχὲς τὸ κακόν, κἂν κοιμηθῶ, λέγω, πότε ἡμέρα; κἂν δ' ἀναστῶ, πάλιν, πότε ἑσπέρα;

Eſt enim arbori ſpes; ſi enim exciſa fuerit, adhuc pullulabit, et germen ejus non deficiet. Si enim ſenuerit in terra radix ejus, et in petra interierit truncus ejus, ab odore aquæ germinabit, et faciet meſſem ſicut novella plantatio: vir verò cùm mortuus fuerit, abiit; et mortalis cùm ceciderit, non ultrà eſt.

Ἔστι γὰρ δένδρῳ ἐλπίς· ἐὰν γὰρ ἐκκοπῇ, ἔτι ἐπανθήσει, καὶ ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ οὐ μὴ ἐκλείπῃ. ἐὰν γὰρ γηράσῃ ἐν γῇ ἡ ῥίζα αὐτοῦ, ἐν δὲ πέτρᾳ τελευτήσῃ τὸ στέλεχος αὐτοῦ, ἀπὸ ὀσμῆς ὕδατος ἀνθήσει, ποιήσει δὲ θερισμὸν ὥσπερ νεόφυτον· ἀνὴρ δὲ τελευτήσας ᾤχετο· πεσὼν δὲ βροτὸς οὐκέτι ἔστιν.

OLYMPIODORI. Quin & plantis homo fragilior eſt. Illæ enim poſt exciſionem aquis irrigatæ, revireſcere rurſus poſſunt, & ſurculos emittere, & *meſſem facere*, id eſt, fructum: homo verò poſtquam ſemel obierit, nulla ei ſpes, ut arbori, ampliùs eſt reliqua, ſed prorſus interit, neque denuo revocabitur, aut ad vitam redire poterit: qui enim hìc in terris vitam egerunt, eò migrabunt; qui verò quiete illâ & ſorte fruuntur, illinc non revertentur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἀλλὰ καὶ φυτῶν εὐτελέστερός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος. ἐκεῖνα γὰρ καὶ μετὰ τὴν τομὴν δύνανται ἐπανθῆσαι, καὶ κλῶνας ἀναβλαστῆσαι, ἀρδείας ὑδάτων τυχόντα, καὶ ποιεῖν θερισμόν, τουτέστι, καρπόν· ἄνθρωπος δὲ ἅπαξ ἀποθανών, οὐχ ὡς τὸ δένδρον ἐν ἐλπίδι καθέστηκεν, ἀλλὰ τέλεον ἀπόλλυται, καὶ οὐκ ἀνακληθήσεται, οὐδὲ εἰς τὸν βίον παλινδρομῆσαι δύναται· οἱ μὲν γὰρ ἐνταῦθα πολιτευσάμενοι, ἀπελεύσονται ἐκεῖσε· οἱ δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ λήξει γενόμενοι, οὐκ ἐνταῦθα ἐπαναστραφήσονται.

POLYCHR. Jure igitur ego miſeriarum remiſſionem anhelo, quandoquidem poſt mortem omnis ſpes & expectatio bonorum ſublata eſt. Arbores enim, licèt quis eas exſcindat, rurſus germinant (rhadamnum enim hoc loco ramum vocat, qui poſt amputationem pullulat & creſcit) homini verò nulla talis ſpes relinquitur.

ΠΟΛΥΧΡ. Εἰκότως οὖν ἐγὼ ἄνεσιν ζητῶ, ἐπεὶ μηδὲ μετὰ θάνατόν ἐστιν ἵνα προσδοκήσω τὴν ἀγαθῶν χάριν. ἀλλὰ τὰ μὲν δένδρα, εἰ καὶ ἐκκόπτει τις, αὖθις ἀναβλαστάνει· ῥάδαμνον γὰρ τὸν κλάδον λέγει, τὸν μετὰ τὴν ἐκτομὴν φυόμενόν τε καὶ αὐξανόμενον· ἀνθρώπῳ δὲ οὐδεμία τῶν ὁμοίων ἐλπὶς λείπεται.

Ταῦτα

Ταῦτα δέ φησιν ὁ δίκαιος, τῷ παραδείγματι τὸ εὐτελὲς παριστῶν τῆς φύσεως. Εἴγε δένδρον μὲν κἂν ὑπὸ τοῦ χρόνου παλαιωθῇ, καὶ τέλεον ἀφανισθῇ, ὥστε καὶ ξηρανθῆναι, πάλιν ἀπὸ ἀρδείας εἰς τὴν προτέραν ἀρχὴν καθίσταται· ἄνθρωπος δὲ οἰχόμενος, οὐκέτι ἐπανακάμπτει. ἱστέον δὲ, ὅτι τὸ, ἐν πέτρᾳ, ὁ Ἑβραῖος, ἐν σποδιᾷ, ἔχει, ἀκολούθως τῷ πρὸ αὐτοῦ στίχῳ, καὶ τῇ φύσει τοῦ πράγματος. Ἀκύλας δὲ, καὶ Θεοδοτίων, ὁ μὲν, ἐν χοΐ, ὁ δὲ, ἐν τῷ χώματι εἴρηκε, συνᾴδοντες καὶ αὐτοὶ τῷ Ἑβραϊκῷ, οἳ καὶ, ἀντὶ τοῦ, ὁ ῥάδαμνος, ὁ κορμὸς, ἐξεδώκασιν. πάλιν δὲ ὁ μὲν Ἑλληνικὸς, ποιήσει θερισμὸν, ἀπὸ τοῦ τέλους, εἴρηκεν· ὁ δὲ Ἑβραῖος ἀπὸ τοῦ πράγματος, ποιήσει καρπόν· σώζεται δὲ ἐν ἑκατέρῳ ἡ αὐτὴ ἔννοια. εἰ οὖν τὸ γηράσαν ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν πέτρᾳ στέλεχος, ἀναθάλλει ἀπὸ τῆς ὀσμῆς τοῦ ὕδατος, ὥσπερ τὸ νεόφυτον· εἰκὸς ἡμᾶς * ἐξεγερμένους τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀναβλαστῆσαι ἀφθαρσίαν, ἣν κατὰ φύσιν εἰλήφαμεν, καὶ ποιῆσαι θερισμὸν ὥσπερ τὸ νεόφυτον, κἂν εἰς παλαιὸν καταπέσωμεν ἄνθρωπον.

* ἴσ. ἐξεγηγερμένους.

Juſtus autem, ſimilitudine humanæ naturæ fragilitatem adumbrans, dicit; Arbor licèt tempore ſenium contraxerit, & exareſacta prorſus diſparuerit, rurſus aquarum irrigatione ad priorem ſtatum redit; homo verò è vita diſcedens, non ampliùs revertitur. Sciendum eſt, quòd Hebræus, pro illo, *In petra*, habet, *In cinere*, prioris verſûs conſequentiâ, & rei ipſius naturâ ita poſtulante. Aquila autem, *In pulvere*, & Theodotio, *In humo*, cum Hebraico fonte conſentientes, reddiderunt; qui etiam pro voce, ῥάδαμνος, interpretati ſunt, κορμὸν, id eſt, truncum pro ſurculo. Rurſus Græcus, *Faciet meſſem*, à fine, dixit; Hebræus autem rem ipſam reſpiciens, *Fructum faciet*; utrobique verò idem ſenſus ſervatur. Si igitur truncus in terra & in petra poſtquam ſenuerit, odore aquæ tanquam recens planta reviреſcit; veriſimile eſt etiam ut nos, qui poteſtate Spiritûs Sancti reſuſcitandi ſumus, germen immortalitatis quam naturâ accepimus, rurſus emittamus, & inſtar recentis plantæ meſſem faciamus, licèt in vetere homine lapſi ſimus.

Χρόνῳ γὰρ σπανίζεται θάλασσα, ποταμὸς δὲ ἐρημωθεὶς ἐξηράνθη· ἄνθρωπος δὲ κοιμηθεὶς, οὐ μὴν ἀναστῇ, ἕως ἂν ὁ οὐρανὸς οὐ μὴ συῤῥαφῇ, καὶ οὐκ ἐξυπνισθήσονται ἐξ ὕπνου αὐτῶν.

Tempore enim rareſit mare, & fluvius deſolatus exaruit; homo autem cùm dormierit, non utique reſurget; quoadusque cœlum non ſit conſutum, & non excitabuntur de ſomno ſuo.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, χρόνῳ σπανίζεται θάλασσα, ὁ Σύμμαχος, ὡς ἐκρεῖ ὕδατα ἀπὸ θαλάσσης, ἐκδέδωκεν. ὁ δὲ νοῦς οὗτος· ὥσπερ, φησὶν, ὕδωρ ἀπὸ θαλάσσης ἐκρέον, οἷόν ἐστι τὸ ἐκ τοῦ Πόντου κατιὸν ῥεῦμα, καὶ ὥσπερ ποταμὸς ξηρανθεὶς, εἴτουν χειμάῤῥους, ὡς ὁ Ἑβραῖος λέγει, οὕτως ἄνθρωπος ἀποθανὼν, ἀφανὴς γίνεται· καὶ ἕως ἂν ὁ οὐρανὸς παλαιωθῇ, καὶ ὁ κόσμος συνέστηκε, τουτέστιν, ἕως συντελείας, οὐ μὴ συῤῥαφῇ, ἀντὶ τοῦ, οὐ μὴ συναρμοσθῇ· συῤῥαφὴν

EJUSDEM. Pro illo, *Tempore rareſit mare*, Symmachus reddidit, *Sicut aquæ effluunt è mari.* Senſus autem hic eſt; Quemadmodum, inquit, aqua è mari fluens, qualis illa eſt quæ è Ponto defluit, & quemadmodum fluvius ſiccatus, ſive *torrens*; (ut Hebræus habet) ſic homo poſtquam obierit, videri ampliùs nequit; & donec cœlum ſenium contraxerit, & quoad mundus conſtiterit, id eſt, uſque ad conſummationem, *non conſuetur*, ideſt, non coagmentabitur;

ſeriem enim commiſſurarum membrorum conſuturam vocavit. Cœlum autem à Deo expers diſſolutionis fabricatum, mutationem aut ſenium pati non poteſt; ita neque homines reſurgere ſive è ſomno expergeſieri poſſibile eſt.

CHRYSOSTOMI. Fortaſſe autem, quemadmodum in præcedentibus, homo citiùs plantis interire oſtenſus eſt; ita etiam hoc loco mari & fluvio brevioris durationis eſſe demonſtratur: neque enim mare, neque fluvius interciditur, homo autem huic obnoxius eſt. Utinam autem mori nos contingeret, & rurſus in vitam redire! verùm hoc fieri nequit. Mare etenim nunc quidem creſcens, nunc verò decreſcens, interdum rareſcit & minuitur, ac rurſus impletur; fluvii etiam modò ſiccantur, rurſus verò ſcaturiunt: homo autem, cùm ſemel obierit, non ampliùs ad vitam revertitur. Et hæc quidem ad literam. Allegoricè autem, *Arbori ſpes eſt*, id eſt, homini. Si enim fortè peccatum admiſerit, pœnitentiam autem egerit, & in terra pietatis, & petrâ, fide ſcilicet piâ, fuerit, aquâ regenerationis, aut pœnitentiæ lachrymis irrigatus, repullulabit: qui autem tranſgreſſioni aut peccato immoritur, nullam ſpem bonam fovere poteſt. Et futuro quidem ſeculo peccatum, metaphoricè *mare* dictum, deletur, & Diabolus cum ſuis tentationibus exſiccatur; qui autem mortui ſunt non extinguuntur, ſed reſurrectionem expectant.

γὰρ εἶπε τὸν εἱρμὸν τῶν ζεύξεων τῶν μελῶν. ἀλλὰ μὴν οὐκ ἔνεστι τὸν οὐρανὸν ἀλλαγῆναι, ἢ παλαίωσίν τινα ὑπομεῖναι, ἀδιάλυτον αὐτὸν τοῦ Θεοῦ κατασκευάσαντος· οὕτως οὐδὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐστὶν ἀναστῆναι, εἴπουν ἐξυπνισθῆναι.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Τάχα δὲ, ὥσπερ ἐν τοῖς προλαβοῦσι τῶν φυτῶν ὠκυμορώτερος ὁ ἄνθρωπος ἀπεδείκνυτο, οὕτω κἀνταῦθα θαλάσσης καὶ ποταμοῦ ὀλιγοχρονιώτερος· οὔτε γὰρ θάλασσα, οὔτε ποταμὸς διακόπτεται, ὁ δὲ ἄνθρωπος τοῦτο ὑπομένει. Εἴθε γὰρ τοῦτο ἦν, ὥστε ἀποθανεῖν ἡμᾶς, καὶ πάλιν ἀναζῆν. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. θάλασσα μὲν γὰρ σπανίζεται, καὶ πάλιν πληροῦται, νῦν μὲν αὐξανομένη, νῦν δὲ λήγουσα, καὶ ποταμοὶ ξηραίνονται, καὶ αὖθις νάουσιν· ἄνθρωπος δὲ ἐπειδὰν ἀποθάνῃ, οὐκέτι πρὸς ζωὴν ἐπανέρχεται. καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸ ῥητόν. ἔστι δὲ, κατ' ἀλληγορίαν, δένδρῳ ἐλπὶς, ἀντὶ τοῦ, ἀνθρώπῳ. ἐὰν γὰρ ἐν παραπτώματι γένηται, μετανοήσῃ δὲ, καὶ γένηται ἐν τῇ γῇ τῆς εὐσεβείας, καὶ ἐν τῇ πέτρᾳ, ἤγουν τῇ εὐσεβεῖ πίστει, ἐκ τοῦ ὕδατος τῆς παλιγγενεσίας, ἢ ἐκ τῶν δακρύων τῆς μετανοίας, ἀναβλαστήσει· ὁ δὲ τῇ παραβάσει καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ ἐναποθανὼν, οὐδὲ μίαν ἔχει χρηστὴν ἐλπίδα. καὶ χρόνῳ μὲν τῷ μέλλοντι ἀφανίζεται ἡ ἁμαρτία, θάλασσα τροπικῶς ὀνομαζομένη· ὁ δὲ διάβολος, καὶ οἱ αὐτοῦ πειρασμοὶ ξηραίνονται· οἵγε μὴν τελευτήσαντες οὐκ ἐξαφανίζονται, περιμένοντες τὴν ἀνάστασιν.

Itaque utinam apud inferos me cuſtodiſſes, et abſcondiſſes me donec requieſceret ira tua, et conſtituas mihi tempus, in quo memoriam mei facias! Si enim mortuus fuerit homo, vivet conſummatis diebus vitæ ſuæ.

Εἰ γὰρ ὄφελον ἐν ᾅδῃ με ἐφύλαξας, ἔκρυψας δέ με ἕως ἂν παύσηταί σου ἡ ὀργὴ, καὶ τάξῃ μοι χρόνον, ἐν ᾧ μνείαν μου ποιήσῃ. ἐὰν γὰρ ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, ζήσεται συντελέσας ἡμέρας τοῦ βίου αὐτοῦ.

OLYMPIOD. Cauſam reddit, cur mortem exoptet, oſtenditque, migrationem hinc non immeritò vitæ doloribus

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Αἰτίαν ἀποδίδωσι τοῦ ποθεῖν τὸν θάνατον, καὶ δείκνυσιν οὐκ ἀπεικότως αἱρετωτέραν τὴν

ἐντεῦθεν

ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν τῆς ἐπωδύνου ζωῆς. Εἴθε γάρ, φησί, μὴ ζῶντά με ἔπλαξας, ἀλλ᾽ ἀποθανόντα ἀνώδυνον ἐτήρεις. Εἴθε τὸν χρόνον τοῦτον ὃν ὀργίζῃ μοι, ἐν τῷ ᾅδῃ με ἐφύλαξας, καὶ μὴ ἐπελάθου μου παντελῶς, ἀλλ᾽ ὥρισας χρόνον καθ᾽ ὃν τῆς σῆς ἀξιώσεις με προνοίας, τῶν παθῶν ἐλευθερώσεις· ἐὰν γὰρ ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, συντελέσας τὰς ἡμέρας τοῦδε τοῦ βίου, οὐκ εἰς ἀνυπαρξίαν χωρεῖ, ἀλλὰ ζῇ τῇ ψυχῇ, περιμένων τὴν ἀνάστασιν. Καὶ οὕτω μὲν ἑρμηνεύσεις τὸ ῥητόν, δεδομένου τοῦ, ὅτι ἤλπιζεν ὁ δίκαιος ἀνάστασιν. νοηθήσεται δὲ καὶ οὕτω, τό, ἐὰν ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, ζήσεται, ἵνα εἴπῃ, ὅτι τῶν βασάνων ἀπαλλάττεται· ὁ γὰρ μὴ ζῶν, οὐδενὸς αἰσθάνεται, οὐδὲ οἶδεν ἀλγεῖν.

referta præferendam eſſe. Utinam, inquit, vivum me non fabricâſſes, ſed mortuum dolore vacuum ſervâſſes! Utinam hoc tempore, quo contra me irâ accenſus es, in inferno me cuſtodiſſes, nec prorſus me oblivioni tradidiſſes, ſed tempus conſtituiſſes, quo me providentiâ tuâ dignatum, ab ærumnis liberares: homo enim cùm, exactis vitæ hujus diebus, moritur, in nihilum non redigitur, ſed reſurrectionem expectans animâ vivit. Et ſic quidem verba expones, hoc conceſſo, quòd Juſtus reſurrectionem ſperaverit. Illud autem, *Si mortuus fuerit homo, vivet*, ſic etiam intelligi poteſt, ac ſi diceret, A cruciatibus liberatur; qui enim in vivis non eſt, nihil ſentit, neque dolere poteſt.

Ὑπομενῶ ἕως ἂν πάλιν γένωμαι· εἶτα καλέσεις, ἐγὼ δέ σοι ὑπακούσομαι.

Suſtinebo donec rurſus fiam: deinde vocabis, et ego obediam tibi.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀκύλας δέ, καὶ Θεοδοτίων, καὶ Σύμμαχος, οἱ μέν, ἐλπιῶ ἕως ἂν ἔλθῃ τὸ ἄλλαγμά μου· ὁ δέ, ἕως ἂν ἔλθῃ ἡ ἁγία φύσις μου. ὁ δὲ νοῦς ἐστι· ἐὰν ἐν ᾅδου φυλαχθῶ, προσδοκῶ τὴν παλιγγενεσίαν, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀλλαγήν, καὶ ἀλλοίωσιν, ὅτε σὺ μὲν ἐντέλλῃ τοῖς νεκροῖς ἀναστῆναι. ἐγὼ δὲ ὑπακούσομαι, σημαίνει δὲ διὰ τούτου, τό, ὡς ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ γίνεσθαι τὴν ἀνάστασιν.

EJUSDEM. Aquila autem, & Theodotio, & Symmachus; hi quidem, *Sperabo quoaduſque venerit immutatio mea*; ille verò, *Donec ſancta mea nativitas veniat.* Senſus autem hic eſt; Licèt in inferno cuſtodirer, te mortuos reſurgere jubente, regenerationem, mutationem, ac in melius transformationem, expectarem. *Ego autem obediam*; his verbis ſignificat reſurrectionem in ictu oculi futuram.

Τὰ δὲ ἔργα τῶν χειρῶν σου μὴ ἀποποιοῦ. ἠρίθμησας δέ μου τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ οὐ μὴ παρέλθῃ σε οὐδὲν τῶν ἁμαρτιῶν μου· ἐσφράγισας δέ μου τὰς ἀνομίας ἐν βαλαντίῳ. ἐπεσημήνω δὲ εἴ τι ἄκων παρέβην.

Sed opera manuum tuarum ne repellas. Numerâſti autem adinventiones meas, et non præteribit te ullum peccatorum meorum; ſignâſti autem in ſacculo iniquitates meas, et annotâſti ſiquid invitus erravi.

Ἀπὸ τούτου βούλομαι σωθῆναι, φησίν, ἀπὸ τοῦ ἔργον εἶναι χειρῶν σου, ἀπὸ δὲ δικαιοσύνης οὐδαμῶς, οὐδὲ ἀπὸ

IDeo, inquit, ſalvari volo, quia manuum tuarum opus ſum; propter juſtitiam autem meam nequaquam, neq; quia decipi

te poſſe ſperem: tuam enim cognitionem nemo diffugere poteſt, tu vitæ meæ greſſus innumerato habes, neque te quicquam rerum mearum latet; ſed qualitatem & numerum earum complexus es, atque ita enumerâſti, & inveſtigâſti, ut tanquam in marſupium congeſſeris & concluſeris iniquitates meas, ita ut nulla ex iis pereat, ſed omnium pœnas exſolvam. Oportebat autem te, propter naturæ imbecillitatem, delicta præterire; hoc autem non feciſti, verùm ſubtiliter & accuratè ſingula examinâſti, ac quaſi tabulis inſcribens, eorum etiam ſupplicia exegiſti, quæ invito me commiſſa ſunt. Hæc autem dicit, Deum orans, ne diſtricto examine in actiones noſtras inquirere velit; ſimul etiam ut nos doceat, nihil à nobis fieri, ſive arbitrii noſtri voluntate, ſive inviti aliquid agamus, quod Dei cognitionem fugiat, quæ decipi & errare non poteſt. Obſerva autem, quòd peccatorum etiam quæ contra voluntatem noſtram admiſſa ſunt, rationem reddituri ſimus.

τοῦ δύνασθαί σε ἀπατῆσαι· ἀναπόδραστος γάρ σου ἡ γνῶσις, καὶ ἀριθμητά σοι τὰ τοῦ ἐμοῦ βίου διαβήματα, καὶ οὐδέν σε λέληθε τῶν ἐμῶν· ἀλλ' ἐμπεριείληφας αὐτῶν καὶ τὴν ποιότητα, καὶ τὸν ἀριθμόν, καὶ οὕτως ἐξηρίθμησας, καὶ ἐξιχνίασας, καὶ ὡς ἐν βαλαντίῳ ἐπεσώρευσας, καὶ κατέκλεισας τὰς ἀνομίας μου, ἐφ' ᾧ μηδεμίαν διαπολέσθαι, ἀλλὰ πασῶν ἀπαιτεῖσθαι τὰς δίκας. καὶ δέον δὲ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν περιιδεῖν τὰ ἐπταισμένα· τοῦτο μὲν οὐ πεποίηκας, λεπτῶς δὲ καὶ ἀκριβῶς πάντα ἐξήτασας, καὶ αὐτῶν τῶν ἀκουσίων ἀπῄτησας δίκην, οἱονεὶ ταῦτα ἀπογραψάμενος. Ταῦτα δέ φησι, Θεὸν μὲν ἱκετεύων, μὴ ἀκριβῶς ἐξετάζειν τὰ καθ' ἡμᾶς· ἡμᾶς δὲ διδάσκων, ὡς οὐδὲν διαλανθάνει τὴν ἀπλανῆ τοῦ Θεοῦ κατανόησιν τῶν ἡμετέρων, εἴτε προαιρετικῶς, εἴτε ἀκουσίως τι πράξομεν. ἐπισημήνασθαι δέ, ὅτι καὶ τῶν ἀκουσίων ὑφέξομεν λόγους.

Et quidem mons cadens decidet, et petra veteraſcet de loco ſuo: lapides lævigaverunt aquæ, et demerſerunt aquæ ſupina cumuli terræ, et patientiam hominis perdidiſti.

Καὶ πλὴν ὄρος πίπτον διαπεσεῖται, καὶ πέτρα παλαιωθήσεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς· λίθους ἐλέασαν ὕδατα, καὶ κατέκλυσαν ὕδατα ὕπτια τοῦ χώματος τῆς γῆς, καὶ ὑπομονὴν ἀνθρώπου ἀπώλεσας.

OLYMPIODORI. Prudens Jobus cùm pleraque ab amicis allata in ænigmate dicta fuiſſe, prudentiâ ſuâ intelligeret, animo propter dolores imperturbato, & in mediis ærumnis philoſophiam ac æquanimitatem oſtendens, ipſe ænigmata loquitur. Deum autem his verbis venerari videtur, ne calamitates ſuas in longum extendere velit, ne animo fortè labaſceret, & ferendis iis impar evaderet. Si enim, inquit, mons & petra tempore inveteraſcat & cadat, ſi continua aquarum alluvies lapides duriſſimos læviget, ſi terræ cumulos prominentes & loca excelſa aquarum vis inundet, & impetu ſuo ſecum

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ὁ σοφὸς Ἰὼβ αἰνίγματα λαλεῖ, ἐπειδὴ καὶ πολλὰ τῶν φίλων δι' αἰνιγμάτων ῥηθέντα συνῆκεν αὐτὸς ὡς σοφός, οὐδαμοῦ τὸν νοῦν ἐκ τῶν ἀλγηδόνων περισπασθείς, ἀλλ' ἐν μέσοις αὐτοῖς τοῖς πάθεσι φιλοσοφῶν. ἔοικεν δὲ ἐν τούτοις τὸν Θεὸν ἱκετεύειν μὴ ἐπιπολὺ παρατείνειν αὐτοῦ τὰς συμφοράς, μήπως τις αὐτῷ καὶ ὀκλασμὸς γένηται, καὶ ἐξατονήσῃ. Εἰ γὰρ καὶ ὄρος, φησί, καὶ πέτρα τῷ χρόνῳ παλαιοῦται καὶ πίπτει, καὶ τοὺς στερροτάτους λίθους λεαίνει ἡ συχνὴ τῶν ὑδάτων ἐπιρροή, καὶ τὰ ἀνεστηκότα τῆς γῆς χώματα καὶ ἐν ὑπτίῳ κείμενα, ἡ τῶν ὑδάτων φορὰ κατακλύζει,

καὶ

καὶ παραφέρῃ· δέος μὲν τῇ συνεχείᾳ τῶν πειρασμῶν, καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου παθεῖν τι κἀγὼ τῶν ἀβουλήτων, καὶ ἀπειπεῖν πρὸς τὰς συμφοράς. Τὸ δὲ, ὑπομονὴν ἀνθρώπου ἀπώλεσας, ἀνθ' οὗ Σύμμαχος οὕτω, προσδοκίαν ἑκάστου ἀνδρὸς ἀπολήσῃς, ἐκδέδωκε, τοῦτο σημαίνει, ὅτι ἐκτὸς τῆς ἄνωθεν βοηθείας οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ τὰς τῶν πειρασμῶν νιφάδας ὑπομεῖναι δύναται.

ΠΟΛΥΧΡ. Τάχα δὲ κἀκεῖνό φησιν, ὅτι τὰ μὲν ὄρη πεσόντα μένει, καὶ πέτρα παλαιουμένη οὐκ εἰς τέλος ἀφανίζεται· ἄνθρωπος δὲ εἰς τέλος διαφθείρεται, καὶ οὐδὲν ὑπομένει αὐτοῦ κατάλειμμα. τοῦτο καὶ τὰ ἐφεξῆς παρίστησιν.

abripiat; verendum eſt, ne tentationum frequentiâ, & temporis diuturnitate, aliquid mihi contra voluntatem accidat, & calamitatibus victus animum deſpondeam. Illud autem, *Patientiam hominis perdidiſti* (pro quo Symmachus ſic reddidit, *Uniuſcujuſque viri expectationem perdideris*) ſignificat, hominem ſine ſuperno auxilio nihil eſſe, nec tentationum procellas poſſe perferre.

POLYCHRONII. Fortè etiam illud dicit, quòd montes poſtquam ceciderint, maneant, & petra contracto ſenio prorſus non evaneſcat; homo autem funditus deleatur, ita ut nullæ ejus reliquiæ remaneant. Hoc etiam quæ deinceps ſequuntur, ob oculos ponunt.

Ὤσας αὐτὸν εἰς τέλος, καὶ ᾤχετο· ἐπέστησας αὐτῷ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐξαπέστειλας.

Impuliſti eum in finem, & abiit; adjeciſti ei faciem, et dimiſiſti.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Πάλιν περὶ τῆς οὐδενείας τοῦ ἀνθρώπου πρὸς Θεὸν ἀποδύρεται, καὶ τὸ ὀλιγοχρόνιον πρὸς παραίτησιν καὶ ἱκεσίαν προβάλλεται. ὡς γὰρ ἐπὶ ἀνέμου, καὶ χοὸς, ἤ τινος τῶν κουφοτάτων, ἐὰν, φησὶ, μόνον ὠθήσῃς αὐτὸν, ἢ ἐπιστήσῃς αὐτῷ τὸ πρόσωπον ἀπειλητικῶς, καὶ ἐμβριθῶς προσχῇς, εὐθέως ἀποστέλλεται, καὶ οἴχεται, ἀντὶ τοῦ, ἀποθνήσκει, καὶ ἀφανὴς γίνεται. τὸ γὰρ, ἐξαπέστειλας, ἀντὶ τοῦ, ἀλλότριον ἑαυτοῦ αὐτὸν ἐπέδειξας, καὶ ἀπέπεμψας.

OLYMPIODORI. Rurſus hominis vilitatem & fragilitatem apud Deum deflet, & vitæ ejus brevitatem pro deprecatione & ſupplicatione in medium affert. Sicut enim vento, pulveri, vel rei alicui leviſſimæ accidit, ſi tu eum, inquit, tantùm impuleris, & torvo vultu aſpexeris, & cum aſperitate animum illi adverteris, ſtatim ablegatur, & *abit*, id eſt, moritur, & evaneſcit: *Dimiſiſti* enim, id eſt, alienum illum à te oſtendiſti, & amandâſti.

Πολλῶν δὲ γενομένων τῶν υἱῶν αὐτοῦ, οὐκ οἶδεν, ἐὰν δὲ ὀλίγοι γένωνται, οὐκ ἐπίσταται· ἀλλ' ἢ αἱ σάρκες αὐτοῦ ἤλγησαν, ἡ δὲ ψυχὴ αὐτοῦ ἐπένθησεν.

Et cùm multi fuerint filii ejus, neſcit; ſin autem pauci fuerint, ignorat: ſed carnes ejus doluerunt, et anima ejus luxit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐπειδήπερ, φησὶν, ἔχει τὴν ζωὴν, καὶ ἑκάστοτε προσμένων τὸν θάνατον, ἐν ἀθυμίᾳ καθέστηκε. τί δὲ ὄφελος ἀνθρώπῳ ἐν ἐδύ-

EJUSDEM. Vitam, inquit, doloribus refertam agit, & indies mortem expectans animi anxietate cruciatur. Quamnam autem utilitatem ex poſteris percipit

homo, qui in doloribus & animi ægritudine vivit? Sive enim ſoboles ejus in multitudinem extendatur, ſive ad paucos redigatur, ille ſemel moriens ignorat. Rurſus verò tacitè nos docet, ne præclaram ſobolem vel numeroſam magni faciamus; homini enim morituro horum nihil prodeſt, præcipuè cùm unuſquiſque ſibi, & non alteri vivat.

ναις ζήσεται, καὶ ἐν πένθει ψυχῆς, ἐκ τῶν μετ' αὐτὸν ἐσομένων; κἄν τε γὰρ εἰς πλῆθος ἐκταθῇ αὐτοῦ ἡ γονὴ, κἄν τε εἰς ὀλίγους περιέστη, αὐτὸς ἅπαξ ἀποθανὼν ἀγνοεῖ. ἠρέμα δὲ πάλιν ἡμᾶς διδάσκει, μὴ μέγα οἴεσθαι τὴν εὐπαιδίαν, ἢ πολυπαιδίαν, τῷ γὰρ ἅπαξ ἀποθνήσκειν μέλλοντι, τούτων οὐδὲν ὄφελος, μάλιστα ὅτι καὶ ἕκαστος ἑαυτῷ, ἀλλ' οὐκ ἄλλῳ ζῇ.

PROTHEORIA CAPITIS DECIMI.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΔΕΚΑΤΟΥ.

OLYMPIODORI. Cùm Jobus in ſermonis ſui exordio dixiſſet, Cap. 12. 2, 3 *Itaque vos eſtis homines? aut vobiſcum morietur ſapientia? Et mihi quidem cor juxta vos eſt*; huic ſtatim occurrens Eliphazus, ſic Jobum affatur; Sapiens nunquam ſapientiam ſuam cum oſtentatione venditat, quod à te factum eſt, cùm tamen nihil neceſſarium & ad rem in medium attuleris; ita ut ex verbis tuis metum etiam abjeciſſe oſtendaris. Dic enim; Num ante omnes homines, & ipſam etiam creationem extiteris? Vel divinæ ſapientiæ myſta conſtitutus fueris, ut tibi ipſi cognitionem arroges? Qua etiam ratione auſus Cap. 13. 18. es dicere, *Irreprehenſibilis ſum*; &, *Juſtus apparebo?* cùm neque Angeli, neque cœlum, nedum homo impurus, reſpectu puritatis divinæ, puri eſſe poſſint. Vetus igitur ac verum dictum, quòd propter peccata ſupplicia hominibus irrogentur, addiſcito. Deinceps, ea quæ impiis pariter contingunt, enarrat. Verè quidem illud dicitur, cauſam afflictionum eſſe peccata; non tamen ſemper per modum retributionis, ſed quandoque etiam explorationis cauſâ, ut probentur juſti, hominibus inferuntur: quare Eliphazus, hæc ſine debita diſtinctione adhibita loquutus, & Jobum illis accenſens qui propter peccata adverſa

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τοῦ Ἰὼβ προοιμιασαμένου, καὶ εἰρηκότος, πότερον ὑμεῖς ἐστε ἄνθρωποι; ἢ μεθ' ὑμῶν τελευτήσει σοφία; κἀμοὶ μὲν οὖν καρδία καθ' ὑμᾶς ἐστιν· εὐθὺς ὁ Ἐλιφὰζ πρὸς τοῦτο ἱστάμενος, φησὶ πρὸς τὸν Ἰὼβ, ὅτι οὐδέποτε ὁ σοφὸς ἐπιδεικτικῶς τὴν ἑαυτοῦ προάγει σοφίαν, ὅπερ σὺ πεποίηκας, καίτοιγε οὐδὲν ἀναγκαῖον εἰρηκὼς, ὥστε ἐκ τῶν σῶν ῥημάτων καὶ ἄφοβος εἶναι δείκνυσαι. εἰπὲ γάρ· πρὸ πάντων ἀνθρώπων γέγονας, ἢ καὶ πρὸ αὐτῆς τῆς κτίσεως; ἢ μύστης τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας κατέστης, ὅτι σαυτῷ ἀποδίδως τὴν γνῶσιν; πῶς δὲ καὶ ἐτόλμησας εἰπεῖν, ὅτι ἄμεμπτός εἰμι· καὶ, δίκαιος ἀναφανοῦμαι; ὅπουγε οὔτε ἄγγελοι, οὔτε οὐρανὸς, μήτοιγε ἄνθρωπος ἀκάθαρτος, δύναται εἶναι καθαροὶ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ καθαρότητα. μάνθανε τοίνυν παλαιὸν καὶ ἀληθινὸν λόγον, ὅτι δι' ἁμαρτίας αἱ κολάσεις τοῖς ἀνθρώποις ἐπάγονται. εἶτα λέγει καὶ τὰ τοῖς ἀσεβέσιν ἴσως συμβαίνοντα. καὶ ἀληθὴς μὲν ὁ λόγος, ὅτι καὶ δι' ἁμαρτίας αἱ κακώσεις· πλὴν οὐ πάντοτε ἀνταποδοτικῶς ἐπιφέρονται, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ γυμναστικῶς, ἵνα δοκιμασθῶσιν οἱ δίκαιοι: ὥστε μὴ μετὰ τῆς προσηκούσης διαιρέσεως ταῦτα εἰρηκὼς ὁ Ἐλιφὰζ, πάλιν ἔπληξε τὸν Ἰὼβ, συντάξας αὐτὸν τοῖς δι'

ἁμαρτίας

ἁμαρτίας πάσχουσι. σὺ δὲ ἄθρει, ὅπως ἐν κόσμῳ ποιοῦνται τὰς διαλέξεις οἱ τοῦ Ἰὼβ φίλοι, καὶ τοῦ ἑνὸς λαλοῦντος οἱ ἕτεροι σιωπῶσιν, ἀντιπαραχωροῦντες ἀλλήλοις, καὶ οὐκ ἐπιδεικτικῶς τοὺς ἑαυτῶν παρεμβάλλοντες λόγους, ἀλλ' ἕκαστος ἀναμένει ἕως ἂν ὁ λέγων πληρώσῃ. οὕτω καὶ Παῦλος τοῖς ἐν ἐκκλησίᾳ προφητεύουσιν ἐπέτρεψε ποιεῖν, ὁμοῦ καὶ τάξιν αὐτοῖς ἐπιτιθεὶς, καὶ τὸ ἀσύγχυτον τοῖς λεγομένοις * φυλάττων. διὰ τοῦτο οὖν πάλιν ὁ Ἐλιφὰζ πρὸς τὸν Ἰὼβ ἀποκρίνεται, ἐπειδήπερ αὐτὸς πρῶτος ἀντικατέστη τῷ Ἰὼβ, εἶτα ὁ Βαλδὰδ, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ Σωφάρ. κατὰ τὴν προσήκουσαν τοίνυν τῶν λόγων διαδοχὴν, πάλιν αὐτὸς ἵσταται πρὸς τὰ εἰρημένα, καί φησι.

* ἴσ. φυλάττειν.

patiuntur, novam illi plagam inflixit. Illud autem conſidera, quomodo obſervato decore Jobi amici ſermones habeant, & vices invicem aliis tribuentes, neque oſtentationis gratiâ ſuos ſermones interſerentes, uno ex iis verba faciente, cæteri ſileant, ac donec peroraverit, expectent. Sic etiam Paulus, prophetantes in Eccleſia facere præcepit, ordinem ſimul ipſis injungens, & ut ſermonis methodum concinnam obſervarent. Cor. 1. 14. 27. Unde Eliphazus Jobo denuo reſpondet, quoniam is primò illi reſtiterat; deinde Baldadus; & poſt illum Sopharus. Juxta igitur debitam ſermonis ſeriem & viciſſitudinem, ipſe rurſus iis quæ dicta ſunt, contradicens, inquit.

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμανίτης, λέγει, πότερον σοφὸς ἀπόκρισιν δώσει συνέσεως πνεῦμα, καὶ ἐνέπλησε πόνον γαστρὸς, ἐλέγχων ἐν ῥήμασιν οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐν λόγοις οἷς οὐδὲν ὄφελος;

CAP. XV.

RESPONDENS autem Eliphaz Themanites, ait, Nunquid ſapiens reſponſionem dabit ſcientiæ ſpiritum, & implevit dolorem ventris, arguens in verbis quibus non oportet, & in ſermonibus quibus nulla utilitas?

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι κἀμοὶ καρδία καθ' ὑμᾶς ἐστι· καὶ, οὐκ εἰμὶ ἀσυνετώτερος ὑμῶν· ἀπὸ τούτων εὐθέως αὐτὸν βάλλει. ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ὁ σοφὸς, καὶ λέγων πάντα εἰδέναι, οἷα ἀποκρίνεται. ἐνέπλησε δὲ πόνον γαστρὸς, τουτέστι, πρὸς παραμυθίαν αὐτοῦ τὰ ῥήματα εἴρηται, καὶ πάθους γέμει. ἐντρεπτικῶς δὲ ταῦτα λέγει πρὸς τὸν Ἰὼβ, δύο κατηγορῶν αὐτοῦ, ὅτι μάλιστα μὲν ὁ σοφὸς οὐκ ἐπιδεικτικῶς προφέρει τὴν σοφίαν *· ἔπειτα δὲ καὶ ἃ ἐλάλησας, ὡς ἐλέγχων ἡμᾶς, καὶ ὡς δῆθεν πάσχων ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν τοῦ νοῦ γαστέρα πληττόμενος, τοῦτο γὰρ δηλοῖ, ἐνέπλησε πόνον γαστρὸς, ματαίως ἐφθέγξω καὶ ἀνωφελῶς, καὶ εἰς οὐδὲν δέον·

* ἴσ. suppl. ὅπερ σὺ πεποίηκας.

CHRYSOSTOMI. Quoniam Jobus dixerat, *Et mihi quidem cor juxta vos eſt*; Cap. 12. 3. Et, *Non ſum minus intelligens quàm vos*; Cap. 13. 2. Eliphazus occaſionem inceſſendi illum ex his protinus arripit; Ecce enim, inquit, qualia vir prudens, & qui omnia ſe ſcire gloriatur, reſpondeat. *Implevit dolorem ventris*, id eſt, Ut ſeipſum ſolaretur, hæc dicit; nihilominus perturbatione plenus eſt. Hæc autem, ut Jobum pudore afficeret, duo in eo vituperans, dicit; præcipuè quia qui ſapiens eſt ſapientiam ſuam arroganter non jactitat, quod à te factum eſt: deinde verò, ea quæ loquutus es, quaſi nos redarguens, & veritatis causâ afflictiones tolerans, & in mentis utero plagam inflictam habens (hoc enim ſignificat, *Implevit dolorem ventris*) fruſtra, & ſine fructu, & in nullum finem protuliſti;

protuliſti; quorum neutrum ſapiens, ſed quod planè contrarium eſt, facit, qui prudenter reſpondet; & quamvis zelo inflammatus, veritatis vicem doleat, & quoſdam redarguere velit, non tamen inutiles, & quos non decet, ad explendum uteri dolorem, ſermones profert; neque ut dolori mentis & æſtui ſatisfaciat, quod à te factum eſt, cum ſermonis acerbitate differit.

ὧν οὐδέτερον ὁ σοφὸς ποιεῖ, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν, καὶ ἀπόκρισιν δίδωσι συνετήν· κἂν ὡς ζηλωτὴς * περιαλγήσῃ τῆς ἀληθείας, καὶ διελέγχειν τινὰς βούληται, οὐ προφέρει λόγους ἀκαίρους, καὶ οὓς οὐ δεῖ, ὥστε ἐκπλῆσαι πόνον γαστρὸς, οὐδὲ πικρῶς διαλέγεται, ὥστε ἐκπλῆσαι τὸν πόνον καὶ τὸ καύσωνα τῆς ἑαυτοῦ διανοίας, ὅπερ σὺ πεποίηκας.

* γρ. ὑπεραλγήσῃ.

Nónne & tu repuliſti timorem? [Pro quo Theodotio, *Non enim tu rejeciſti timorem.*] *conſummâſti autem verba talia coram Domino?* [Symmachus autem, *Et impudenter loquutus es contra Deum.*]

Οὐ καὶ σὺ ἀπεποιήσω φόβον; [ἀνθ' οὗ ὁ Θεοδοτίων, οὐ γὰρ σὺ παρῃτήσω φόβον.] συνετελέσω δὲ ῥήματα τοιαῦτα ἔναντι τοῦ Κυρίου; [ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ ἀναιδῶς ὡμίλησας ἐναντία τοῦ Θεοῦ.]

OLYMPIODORI. Cum Deo in judicium deſcendere cupiens, auſu temerario, & metu omni abjecto, loquutus es; & poſthabito, & non intellecto, inter Deum & naturam tuam diſcrimine, contra Deum ſermone inſolenti uſus es. Fortè verò Eliphazus ejúſque ſocii, propter libertatem & confidentiam ſermonis, quam ex pura conſcientia Juſtus protulerat, blaſphemiâ eum uti opinantes, prætextu pietatis, & quaſi Deo patrocinarentur, hæc dicunt.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἀποτολμήσας, φησὶ, καὶ ἀφόβως ἐλάλησας, πρὸς Θεὸν θελήσας κρίνεσθαι· καὶ τολμηρῶς ἐφθέγξω κατὰ τοῦ Θεοῦ, οὐδὲν δείσας, οὐδὲ συνιδὼν τὸ πρὸς Θεὸν διάφορον τῆς σῆς φύσεως. Ἔοικε δὲ προσποιήσει εὐσεβείας, ὡς ὑπὲρ Θεοῦ, ταῦτα λέγουσιν οἱ περὶ τὸν Ἐλιφὰζ, ἴσως διὰ τὸ εὐπαρρησίαστον τῶν τοῦ δικαίου λόγων, οὓς προέφερεν ἀπὸ καθαροῦ τοῦ συνειδότος, βλασφημεῖν αὐτὸν οἰόμενοι.

Reus es verbis oris tui, neque dijudicâſti verba potentum. Arguat te os tuum, et non ego, et labia tua teſtificabuntur contra te.

Ἔνοχος εἶ ῥήμασι στόματός σου, οὐδὲ διέκρινας ῥήματα δυναστῶν. ἐλέγξαι σε τὸ σὸν στόμα, καὶ μὴ ἐγὼ, τὰ δὲ χείλη σου καταμαρτυρήσουσί σου.

POLYCHRONII, & OLYMPIODORI. Audacter cum illo diſſerit, & tanquam hominem injuſtum alloquitur; ex ipſius autem verbis redarguturum ſe illum opinatur, dicens, Ex ſermone tuo redarguêre, & ex tuis verbis condemnabere. Noſtram enim adhortationem adeo utilem non es amplexus, ſed verbis eorum qui prudentiâ valent (veterum, ſcilicet, ſapientum, qui ante te extiterunt, & noſtrorum, qui amici tui

ΠΟΛΥ. καὶ ΟΛΥΜΠ. Θρασέως αὐτῷ διαλέγεται, ὡς πρὸς μὴ δίκαιον προσφέρων τοὺς λόγους· οἴεται δὲ καὶ ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων ἐλέγχειν αὐτὸν, φάσκων, ὅτι ἐκ τῶν σαυτοῦ ἐξελεγχθήσῃ λόγων, καὶ ἐκ τῶν οἰκείων ῥημάτων κατακριθήσῃ. οὐ γὰρ ἐδέξω τὴν ἡμετέραν παραίνεσιν οὕτως οὖσαν λυσιτελῆ, μὴ κατανενοηκὼς, μηδὲ διακρίνας τὰ τῶν ἐν σοφίᾳ δυνατῶν ῥήματα, ἤτοι τῶν πρὸ σοῦ παλαιοτέρων σοφῶν, ἢ καὶ ἡμῶν τῶν σῶν φίλων, οἳ τοὺς

ἐλάλησας

ἐλάλησας, ὡς μὴ ἀλλαχόθεν, ἀλλ' ἐκ τῶν σῶν λόγων καταδικάζεσθαί σε. οὐκοῦν τοῖς παρὰ σοῦ λεχθεῖσιν ἀντιπαρεξέτασον τὰ πράγματα· οὕτω γὰρ ἴσως καταγνώσῃ σεαυτοῦ, ἀλογώτατα θρασυνόμενος. διχόθεν μέντοι τὸν λόγον ἐλέγχει, ἀπό τε τοῦ χρόνου, καὶ ἀπὸ τῆς συνέσεως, λέγων.

ſumus) non conſideratis, neque dijudicatis; ſic loquutus es, ut non aliunde quàm ex tuis ipſius verbis condemnandus ſis. Quare quæ à te dicta ſunt cum rebus ipſis confer; ſic enim fortaſſe, tanquam à ratione alieniſſima loqui auſum, teipſum cõdemnabis. Dupliciter ergo illius ſermonẽ vituperat, quòd tempore, ſcilicet, & intelligentiâ indigeret, dicens.

Τί γάρ; μὴ πρῶτος ἀνθρώπων ἐγεννήθης; ἢ πρὸ θινῶν ἐπάγης; ἢ σύνταγμα Κυρίου ἀκήκοας; ἢ συμβούλῳ σοὶ ἐχρήσατο ὁ Θεός; εἰς δὲ σὲ ἀφίκετο σοφία; τί γὰρ οἶδας, ὃ οὐκ οἴδαμεν; ἢ τί συνιεῖς σύ, ὃ οὐχὶ καὶ ἡμεῖς;

Quid enim? nunquid primus homo natus es? aut ante colles concretus es? aut conſtitutionem Domini audiſti? aut conſiliario te uſus eſt Deus? et in te pervenit ſapientia? Quid enim nôſti quod non novimus? aut quid intelligis tu, quod non et nos?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Μὴ πρὸ πάντων, φησίν, ἐγένου, καὶ πρὸ αὐτῆς τῆς κτίσεως, ὥστε σε διὰ τὸν χρόνον ἁπάντων εἶναι σοφώτερον; μὴ γὰρ δὴ πρὸ πάντων αὐτὸς εἶ, ἵνα ἀπὸ τοῦ χρόνου τοῦ μακροῦ μάθῃς; ἢ παρὰ τοῦ Θεοῦ τι ἀκήκοας; οὐδὲν ἡμῶν πλεονάζεις κατὰ τὸ εἰδέναι. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὁ Ἰώβ, ὅτι ἐν μακρῷ χρόνῳ σοφία εὑρίσκεται, οὐκοῦν ἑάλως, φησίν. μὴ γὰρ πρὸ πάντων ἀνθρώπων ὑπέστης, καὶ ἄχρι τοῦ νῦν διατείνας τὸν βίον, πλειόνων πραγμάτων πεῖραν ἔσχηκας παρὰ τοὺς ὁμοφυεῖς; ἀλλὰ μὴν οὐ διαφέρεις τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, οὐδὲ ἔξω τῆς φύσεως αὐτῶν ὑπάρχεις, ὥστε πλέον τι τῶν ἄλλων κατειληφέναι· οὐδὲ πρὸ θινῶν ἐπάγης, ἤ, ὡς ὁ Ἑβραῖος φησι, συνελήφθης. θῖνας δὲ λέγει τοὺς βουνούς, εἴτουν τοὺς ὑψηλούς, καὶ δυσβάτους, καὶ ψαμμώδεις τόπους. οὐδὲ σύνταγμα Κυρίου ἀκήκοας· ἀνθ' οὗ, ὁ μὲν Ἀκύλας, ἀπόρρητα, ὁ δὲ Θεοδοτίων, μυστήριον, ὁ δὲ Σύμμαχος, ὁμιλίαν, ἐξέδωκεν· ἵνα εἴπῃ, μὴ τὰ πρὸ τῆς κτίσεως ἐπίστασαι, ὡς καὶ πρὸ βουνῶν γεγενημένος; ἢ συμβούλῳ σοὶ ὁ Θεὸς ἐχρήσατο, ἐπειδὴ

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. An tu, inquit, ante omnes, & ante creationem ipſam exſtitiſti, ut propter ætatem omnibus ſapientior ſis? Num tu omnibus antiquior es, ut temporis longinquitas te erudierit? Num aliquid à Deo audiviſti? ſcientiâ certè nos non antecellis. Quoniam autem Jobus dixerat, In longo tempore invenitur ſapientia, ideo Cap.12.12.
captus, inquit, teneris. Nunquid ante omnes homines exſtitiſti, & huc uſque vitam tuam extendens, rerum multarum experientiâ, eos qui ejuſdem naturæ tecum ſunt participes, ſuperâſti? verùm ab aliis hominibus non differs, neque extra illorum naturam conſtitutus es, ut plus cæteris aſſequare; neque *ante colles concretus es*, vel (ut Hebræus habet) *conceptus es*: *colles* verò dicit clivos, loca nimirum edita, invia, & arenoſa. Neque *conſtitutionem Domini audiſti*; pro quo Aquila, *Arcana*, Theodotio, *myſterium*, Symmachus verò, *Colloquium*, reddidit; ac ſi diceret, Num tanquam ante colles exiſtens, quæ ante mundi creationem fuerunt, nôſti? *Aut conſiliario te uſus eſt Deus*, quandoquidem ſapientiâ tibi tantopere placeas?

ceas? Profer aliquid nobis ignotum, & oſtende, te ſcientiâ nobis eſſe ſuperiorem. Quid tandem novi nôſti, quod noſtram cognitionem fugiat? præter enim res humanas, & quæ in medio poſita ſunt, nihil amplius eſt quod dicere potes. Hæc verò dicunt, ut ſeipſos ſummam ſapientiam aſſequutos eſſe oſtendant.

DIDYMI. Cùm Eliphazus judiciorum Dei inſcrutabilitatem in medium attuliſſet, exiſtimans ſe hac ratione Juſtum impulſurum, ut non aliam ob cauſam, quàm propter peccata (quibus ipſe obnoxius erat) adverſa ſe pati, arbitraretur: neque enim ipſe conſtitutionem Domini audiverat, neque ad eum delapſa eſt ſapientia, qua Juſtum propter peccata adverſa pati comprehenderet. Veriſimiliter autem Jobum cæteris hominibus parem facit, quia, ſcilicet, virtutis ejus magnitudinem ignoraret, & hac ratione juſtitiæ opinionem ex animo ejus eradicare vellet.

μέγα ἐπὶ σοφίᾳ φρονεῖς; παράβαλε δὲ τῶν ἡμῖν οὐκ ἐγνωσμένων, καὶ δεῖξον ὡς ἡμᾶς ὑπερβέβηκας. καίτοι τί ξένον γινώσκεις, ὃ ἡμεῖς οὐκ ἐπιστάμεθα; πλέον γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ τῶν ἐν μέσῳ στρεφομένων, οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν. Ταῦτα δέ φασιν, ἵν' ἑαυτοὺς ὡς ἐφικνουμένους τῆς ἀκριβείας παραστήσωσιν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Προβαλόμενος τοίνυν ὁ Ἐλιφὰζ τὸ τῶν κριμάτων ἀνεξερεύνητον, ἐκ τούτου οἴεται περιτρέπειν τὸν δίκαιον εἰς τὸ οἴεσθαι, ὅτι μὴ δι' ἕτερον ἢ δι' ἁμαρτίας πάσχει, * τούτοις αὐτὸς ἐνεχόμενος· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς στερεώματα[?] Κυρίου ἦν ἀκηκοώς, ἢ ἀφικομένην εἶχε πρὸς αὐτὸν τὴν σοφίαν, ἵνα διάληψιν ἔχῃ περὶ τοῦ ἁγίου, ὡς δι' ἁμαρτίας πάσχοντος. κοινοποιεῖ δὲ αὐτὸν τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις εἰκότως, ἅτε ἀγνοῶν αὐτοῦ τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς, ἐκ τούτου ἀνατρέπων δῆθεν τὸ οἴεσθαι αὐτὸν δίκαιον. *ἴσ. ταύταις

Sed & ſenex, & antiquus in nobis eſt, patre tuo gravior diebus.

Καίγε πρεσβύτης, καίγε παλαιὸς ἐν ἡμῖν, βαρύτερος τοῦ πατρός σου ἡμέραις.

OLYMPIODORI, & DIDYMI. Quorſum autem, inquit, dicis, tempus te ſapientiorem reddidiſſe? eſt verò fortaſſe aliquis ex nobis tribus, non te ſolùm, ſed & patre etiam tuo ætate provectior, vel, ſecundùm Symmachum, *Longævior.* Aut igitur hoc dicit; Si de tempore gloriaris, ſunt apud nos antiqui: vel fortaſſe illud; Licèt ſenex, & ætate grandis ſis, inter nos eſt qui ætate te ſuperat, qui & patre tuo diebus gravior, hoc eſt, ſenior exiſtit, neque tu plus nobis ſapis. Et hæc quidem pro authoritate Eliphazus arroganter loquitur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀλλὰ τί λέγεις, φησὶν, ὅτι ὁ χρόνος σε σοφώτερον κατεσκεύασεν; ἀλλ' ἔστι τις ἐξ ἡμῶν τῶν τριῶν τυχὼν, οὐχὶ μόνον σοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ σοῦ πατρὸς παλαιότερος, εἴτουν πολυχρονιώτερος, κατὰ Σύμμαχον. ἢ τοίνυν τοῦτό φησιν, ὅτι εἰ καὶ ἐπὶ χρόνῳ αὐχεῖς, εἰσὶ παρ' ἡμῖν παλαιοί· ἢ ἐκεῖνο τάχα, εἰ καὶ πρεσβύτης ὑπάρχεις, καὶ παλαιὸς, ἐν ἡμῖν προηγμένος * τυγχάνων, ὡς καὶ τοῦ σοῦ πατρὸς βαρύτερος, τουτέστι, γηραλεώτερος * γεγονέναι, οὐ πλέον τι ἡμῶν ἐπίστασαι. καὶ ταῦτα ἀπὸ αὐθεντίας ἀλαζονικῶς ὁ Ἐλιφὰζ λέγει. *ἴσ. τυγχάνει, ὅς. *ἴσ. γέγονε,

Pauca, præ iis quæ peccâſti, accepiſti verbera.

Ὀλίγα ὧν ἡμάρτηκας μεμαστίγωσαι.

CHRYSOSTOMI. Quoniam Jobus dixerat, *Quænam ſunt peccata*

Cap. 13. 23.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπειδὴ ὁ Ἰὼβ εἶπε, τίνες εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι

παίμου, δίδαξόν με· τούτου χάριν πλῆθος ἁμαρτιῶν αὐτῷ ὀνειδίζει ὁ Ἐλιφάζ, καί φησιν, ἴσθι ὡς πρὸς σύγκρισιν τῶν σῶν ἁμαρτημάτων, ἐλαφρῶς ἐτιμωρήθης, καὶ οὐκ ἀνταξίαν τῶν πλημμελημάτων δέδωκας τὴν δίκην. Εἶτα ἐπεὶ μηδὲν ἔχει δεικνύναι τοῦ Ἰὼβ ἁμάρτημα, ἐκ τῶν λόγων αὐτὸν πειρᾶται κρίνειν, λέγων.

mea, doce me; propterea peccatorum multitudinem illi exprobat Eliphazus, dicens; Scito te, peccatorum tuorum comparatione factâ, levi ſupplicio affectum eſſe, nec pro delictorum merito pares pœnas luiſſe. Deinde cùm nullum Jobi peccatum producere poſſet, ex verbis ipſius eum condemnare conatur, dicens.

Μεγάλως ὑπερβαλλόντως λελάληκας.

Valde ſupra modum loquutus es.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τοῦτο λέγει, ὅτι ἡμάρτηκας, καὶ διὰ τοῦτο μάστιγας ὑπομένεις· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ὑφιστάμενος, ἀδικίαν προσάπτεις τῷ Θεῷ, βαρύτερον γέγονέ σου τὸ ἁμάρτημα. δέον γοῦν καὶ νῦν σε πληγῆναι ὑπὲρ τῆς κατὰ Θεοῦ θρασύτητος, πέπονθας οὐδὲν, τῆς Θεοῦ ἀνεξικακίας νενικηκότος τὴν κατ' αὐτοῦ βλασφημίαν· ἵνα εἴπῃ, ὅτε δέον σε μεταμελείᾳ σωφρονέστερον γενέσθαι, τολμηρῶς εἰς διαδικασίαν Θεοῦ ἐλθεῖν ἐπεχείρησας. διακείμενοι γὰρ περὶ αὐτοῦ, ὡς ἁμαρτόντος, εἶτα ἀκούοντες οὓς ἐκ καθαρότητος προσέφερε λόγους, τόλμαν ἡγοῦντο τοῦτο, καὶ ὑπερβολὴν ἀλαζονείας, ματαίως καὶ ἀνοήτως· διό φησιν Ἐλιφάζ.

POLYCHRONII. Hoc dicit; Peccâſti, ac propterea plagas ſuſtines: ſed quoniam injuſtitiam Deo affingis dum hæc pateris, crimen tuum gravius evaſit. Cùm igitur audaciæ in Deum pœnas te dare nunc oporteret, Dei tamen longanimitate & tolerantiâ blaſphemiam tuam exſuperante, nihil paſſus es; ac ſi diceret, Cùm pœnitentiâ modeſtiorem te fieri oportebat, inſolenti audaciâ cum Deo in judicium deſcendere aggreſſus es. Affecti enim erga eum, tanquam erga peccatorem, & ſermones audientes, quos ex puritate cordis protulerat, ab audacia & extrema arrogantia illos profectos fuiſſe, ſtultè & inſipienter arbitrabantur: quamobrem ait Eliphazus.

Τί ἐτόλμησεν ἡ καρδία σου; ἢ τί ἐπήνεγκαν οἱ ὀφθαλμοί σου; ὅτι θυμὸν ἔρρηξας ἐναντίον Κυρίου, ἐξήγαγες δὲ ἐκ στόματος ῥήματα τοιαῦτα.

Quid auſum fuit cor tuum? aut quid ſuſtinuerunt oculi tui? quòd furorem erupiſti ante Dominum, protuliſti autem ex ore verba talia.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, τί ὅτι ἐπῆρέ σε ἡ καρδία σου; τουτέστι, πῶς οὐκ ἔφριξας καὶ μόνον ἐννοῆσαι τὴν πρὸς Θεὸν κρίσιν; οὐ μόνον, φησὶν, ἐτόλμησας ἐννοῆσαι, ἀλλὰ καὶ φθέγξασθαι οὐ παρῃτήσω, τολμηρῶς τῇ ψυχῇ ἀντοφθαλμήσας Θεῷ, καὶ ὅλον σου τὸν θυμὸν κενώσας εἰς Θεὸν, καὶ διαλεγόμενος, οὐ πρᾴως, ἀλλὰ μετὰ θυμοῦ ἐκτείνας τὴν φωνὴν, καὶ πλείστη

POLYCHRONII. Pro quo Symmachus, *Quid quòd extulit te cor tuum?* id eſt, Quomodo cum Deo in judicium deſcendere vel mente concipere non abhorruiſti? Verùm non tantùm cogitare auſus es, ſed ne loqui quidem recuſâſti, inſolenter Deo animo renitens, & iracundiam tuam omnem in eum evomens, intérque diſſerendum operum innocentiam venditans, non leniter, ſed cum iracundia voces

voces effudiſti, & ſummâ verborum aſperitate uſus es.

DIDYMI. Loquendi enim libertatem, quæ à puritate & integritate ſumma proficiſcebatur, iracundiam illi opinabantur; quod illis quidem evenerat ex putri & rancido fundamento, quod ipſis ſubſtruxerant, laudabilem loquendi fiduciam, blaſphemiam eſſe exiſtimantes. Idcirco ait, Unde tantam tibi audaciam ſumpſiſti, ut contra Deum oculos levaveris, & quaſi ira accenſus, talia verba protuleris?

OLYMP. Vel *oculos*, animi aciem & intelligentiam dicit; Quomodo, inquit, ſic animo efferri, & iracundiâ inflari auſus es, ut tanquam peccati expers, cum Deo diſſereres, & injuſtè te pati affirmares?

Quis enim cùm homo ſit, quia erit ſine crimine? aut tanquam futurus juſtus natus de muliere?

HEbræus autem, *Quomodo juſtificabitur proles mulieris?* ac ſi diceret; Ipſa natura perturbationibus obnoxia, proclivis ad peccatum eſt.

DIDYMI. Proprium eſt eorum qui virtute carent, illius acquiſitionem difficilem eſſe exiſtimare, atque ita animo affici, ac ſi nemo eam poſſideret; ſicut præſens Eliphazus dicit, corporis imbecillitate (ut veriſimile eſt) in errorem inductus. Quis enim, inquit, cùm homo ſit, irreprehenſibilis eſſe poteſt, aut juſtum ſe fore polliceri, prout tu teipſum eſſe exiſtimas?

Si in Sanctis non credit, & cœlum non eſt mundum ante eum; [Symmachus autē, *Ecce in Sanctis ejus nullus eſt immutabilis, neq; cœlum ſine macula.*] *ſine verò abominatus et immundus vir, bibens injuſtitias quaſi potionem.*

POLYCHRONII. Conſidera, inquit, quis unquam mortalium vitam

τῇ τῶν ῥημάτων ἐχρήσω βαρύτητι, καθαρότητα ἔργων σεαυτοῦ μαρτυρῶν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Θυμὸν γὰρ ἡγοῦντο τὴν ἐκ καθαρότητος προβαλλομένης παῤῥησίαν· ὅπερ αὐτοῖς συνέβαινεν ἐκ τῆς σαθρᾶς αὐτῶν ἀρχῆς, ἧς αὐτοὶ ἑαυτοῖς ὑπέθεντο, βλασφημίαν ἡγούμενοι τὴν εὔλογον τῶν λόγων ἐλευθερίαν· διό φησι, τί τοσοῦτον ἐθρασύνω, ὅτι καὶ ἀντέβλεψας Θεῷ, καὶ ὡς ἀγανακτῶν κατ' αὐτοῦ τοιαῦτα ἐφθέγξω ῥήματα;

ΟΛΥ. Ὀφθαλμοὺς φησὶ τὸ ὁρατικὸν καὶ νοητικὸν τῆς ψυχῆς. πῶς οὖν, φησὶ, τῇ διανοίᾳ σὺ οὕτως ἐτόλμησας ἀρθῆναι, καὶ μετ' ὀργῆς, ὡς ἄδικα πάσχων, πρὸς Θεὸν διαλεχθῆναι, οἷά τις ἀναμάρτητος τυγχάνων;

Τίς γὰρ ὢν βροτὸς, ὅτι ἔσται ἄμεμπτος; ἢ ὡς ἐσόμενος δίκαιος γεννητὸς γυναικός;

Ο δὲ Ἑβραῖος, καὶ πῶς δικαιωθήσεται γέννημα γυναικός; ἵνα εἴπῃ, αὐτὴ ἡ φύσις πάθεσιν ὑποκειμένη, εὔκολός ἐστι πρὸς τὴν ἁμαρτίαν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἴδιον δὲ τῶν μὴ ἐχόντων ἀρετὴν, τὸ δυσχερῆ λογίζεσθαι τὴν ταύτης ἀνάληψιν, καὶ διακεῖσθαι, ὡς μηδενὸς αὐτὴν ἔχοντος· καθὰ καὶ ὁ προκείμενος λέγει, σφαλλόμενος διὰ τὴν τοῦ σώματος, ὡς εἰκὸς, ἀσθένειαν· τίς γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπος ὢν, δύναται ἄμεμπτος εἶναι, ἢ ἐπαγγέλλεσθαι, ὅτι δίκαιος ἔσομαι, ὡς σὺ σεαυτὸν νομίζεις;

Εἰ κατὰ ἁγίων οὐ πιστεύει, οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρὸς ἐναντίον αὐτοῦ [ὁ δὲ Σύμμαχος, ἰδοὺ ἐν ἁγίοις αὐτοῦ οὐδεὶς ἄτρεπτος, οὐδὲ οὐρανὸς ἄσπιλος.] ἔα δὲ ἐβδελυγμένος καὶ ἀκάθαρτος ἀνὴρ, πίνων ἀδικίας ἴσα ποτῷ.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Σκόπησον, φησὶ, τίς ποτε ἀνθρώπων ἀκηλίδωτον

ἀκηλίδωτον ἔσχε τὸν βίον; εἴπερ μηδὲ τοὺς πάλαι ἁγίους, οἷον τὸν Ἀβραάμ, τὸν Μωϋσέα, ἐκτὸς κατέλιπε μέμψεως· καὶ γὰρ τῷ Ἀβραάμ, καὶ τῷ Μωϋσῇ ὀργισθεὶς φαίνεται ὁ Θεός. καὶ πῶς αὐτὸς ἀλαζονεύῃ δικαιοσύνης ἀκρίβειαν, ὅπουγε οὐ μόνον οἱ ἅγιοι, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ λοιπά, καὶ τὰ δοκοῦντα εἶναι ἀπαθῆ, δέχεταί τινα τῆς παρούσης καταστάσεως ἀλλοίωσιν; πλὴν οὐ περὶ ἁμαρτημάτων λέγει ἐπὶ οὐρανοῦ, ἀλλὰ βούλεται δεῖξαι, ὅτι μόνη τοῦ Θεοῦ ἡ φύσις ἐστὶν ἀναλλοίωτος, καὶ μόνος αὐτός ἐστι καθαρός· διὰ τοῦτο εἶπεν, οὐδὲ οὐρανὸς ἐνώπιον αὐτοῦ καθαρός· εἰ γὰρ καὶ λαμπρὸς τὴν φύσιν καθέστηκεν, ἀλλ' οὖν νέφους ὑποδραμόντος, καλύπτεται τῆς αὐτοῦ λαμπηδόνος ἡ δύναμις. εἰ τοίνυν οὔτε τοὺς ἁγίους ἐστὶν εὑρεῖν, εἴτε ἀγγέλους, εἴτε ἀνθρώπους τὸ παράπαν πταίσματος ἐλευθέρους, οὔτε οὐρανὸν ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀεὶ καθαρότητος, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ οὐρανοῦ καθαρότης, πρὸς τὴν σύγκρισιν τῆς τοῦ Θεοῦ καθαρότητος, ἀκάθαρτος· πῶς οὖν τολμηρὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ἁγνείᾳ πράξεων αὐχεῖν; τί δ' ἂν εἴποιμεν περὶ ἀνδρὸς τοῦ βδελυκτοῦ καὶ ἀκαθάρτου, ὃς ἴσα πόματι τὰς ἀδικίας ἐκπίνει; τοῦτο δὲ εἶπε, διὰ τὸ προαιρετικῶς τοὺς ἀνθρώπους ἁμαρτάνειν, καὶ οὐ κατὰ περίστασιν, ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ καθ' ἡδονήν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ διψῶν πίνει. τὸ δέ, κατὰ ἁγίων οὐ πιστεύει, δυνατὸν καὶ οὕτω νοεῖσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι τρεπτοὶ γεγόνασι τὴν φύσιν, ὡς καί τινας αὐτῶν ἀπολισθῆναι τῆς οἰκείας στάσεως· εἰ οὖν καὶ αὐτοὶ τρεπτοί, πῶς οἷόν τε ἄνθρωπον εἶναι ἄμεμπτον; καὶ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς οὐ καθαρός ἐστιν, οὐ καθάπαξ, ἀλλ' ἐπίπροσθεν τοῦ Θεοῦ. τὸ μέντοι, ἔα, ἡ μὲν χρῆσις τοῦ λόγου καὶ ἡ ἀκολουθία, πόσῳ μᾶλλον, ναί, καί, μήτοιγε· ἡ δὲ κοινὴ συνήθεια, ἄφες.

prorſus immaculatam traduxerit? ſiquidem neque Sanctos priſci ſeculi, Abrahamum, ſcilicet, & Moyſem, ſine reprehenſione reliquerit; nam & Abrahæ, & Moyſi viſus eſt Deus iraſci. Quomodo igitur juſtitiæ perfectionem tibi arrogas, cùm non ſolùm Sancti, ſed cætera etiam omnia, eáque quæ, videntur impaſſibilia, ſtatûs ſui præſentis alterationem aliquam admittunt? Non tamen peccatum cœlo attribuit, ſed Dei naturam ſolam mutatione carere, illúmque ſolum purum eſſe oſtendere vult; idcirco dixit, *Neque cœlum eſt mundum ante eum:* quamvis enim naturâ ſuâ lucidum ſit, nubis tamen interventu ſplendoris ejus vis obſcuratur & occulitur. Si igitur neque Sanctos, ſive Angelos, ſive homines, omni prorſus errore liberos invenire liceat, neque cœlum ipſum nativam ſuam puritatem ſemper tueatur (cujus etiam puritas, ſi cum divina puritate conferatur, impura eſt) qua fronte audebit homo actionum ſuarum caſtimoniâ gloriari? Quid autem de homine deteſtando & immundo dicemus, qui inſtar potûs iniquitates abſorbet? Hoc verò idcirco dixit, quia homines libertate arbitrii peccant, nullâ calamitate aut neceſſitate impulſi, ſed cum delectatione, ſicuti nimirum, ſitiens bibit. Illud verò, *In Sanctis non credit*, ſic etiam intelligi poteſt; quòd Angeli etiam ipſi naturâ mutabiles creati ſint, ut eorum etiam nonnulli de ſtatione ſua la- Iud. ver. 6. pſu deciderint: ſi igitur etiam illi mutabiles ſint, quî fieri poteſt ut homo ſit irreprehenſibilis? *Et cœlum ipſum non eſt mundum*, non ſimpliciter, ſed coram Deo. Illud autem, ἔα, ſermonis lege & conſequentiâ, *quantò magis*, & *nedum*, ſignificat; communi autem loquendi conſuetudine, ἄφες, id eſt, *ſine*, vel, *dimitte*.

Ἀναγγελῶ δέ σοι, ἄκουέ μου· ἃ δὴ ἑώρακα, ἀναγγελῶ σοι, ἃ σοφοὶ ἐροῦσι, καὶ οὐκ ἔκρυψαν

Annunciabo autem tibi, audi me: quæ utique vidi, annunciabo tibi; quæ ſapientes dicent, &

non celaverunt parentes eorum: ipſis ſolis data eſt terra, nec ſupervenit illis extraneus.

Quod te docebo, inquit, contracto & demiſſo ſupercilio amplectere, & ſapientem ſermonem audi, non recentem, neque à me excogitatum, ſed quem antiquorum filii per ſucceſſionem à patribus traditum acceperunt, & experientia veritatem ejus mihi comprobavit. Qui enim verum hunc ſermonem poſteris tradiderunt, pii adeo exſtiterunt, & in vita eorum talis morum integritas eluxit, ut divinam providentiam aſſequuti, ſoli in terra ſua, nullo hoſte eos invadente, abſque metu & perturbatione vitam in tranquillitate tranſegerint. Et ſanè viris tunc religioſis, ut Abrahæ, Iſaac, Jacob, Moyſi, & Jeſu, nullâ injuriâ ab hoſtibus lædi, præmii loco erat. Videtur autem Eliphazus non ſine faſtu aliquo Jobo hæc dicere.

DIDYMI. Vel fortaſſe, nullo animi propoſito cum faſtu & arrogantia conjuncto, ſed quia peccatis eum implicatum adhortatione ſua indigere arbitraretur. Et hic quidem videtur (licèt nequaquam notitiâ divinâ, ſed admiratione eorum qui prudentia excelluerunt) dicto illi ſimile aliquid protuliſſe, *Hominis fidelis ſunt cunctæ orbis terrarum opes, infidelis verò ne obolus quidem.* Infidelis enim, quamvis largas poſſeſſiones habeat, divitiarum tamen non Dominus eſt, ſed ſervus; Mammonæ enim inſervit. Quiſnam autem vetus ſit ſermo, quem ab antiquis didiciſſe ſe profitetur, ſubjungit.

Omnis vita impii in ſolicitudine: [Pro quo quidem Aquila reddidit, *In dolore*; Theodotio, *Ineptè tranſfigitur*; Symmachus verò, *Effertur arrogantiâ.*]. *Anni autem numerati potenti dati ſunt.* [Symmachus rurſus, *Et numerus annorum occultatus eſt forti.*] *Ti-*

πατέρες αὐτῶν· αὐτοῖς μόνοις ἐδόθη ἡ γῆ, καὶ οὐκ ἐπῆλθεν ἀλλογενὴς ἐπ' αὐτούς.

Καθυφεὶς τῆς ὀφρύος δέξαι μου, φησί, τὴν διδασκαλίαν, καὶ σοφὸν ἄκουε λόγον, οὐ νεώτερον, οὐδὲ παρ' ἐμοῦ ἐξευρημένον, ἀλλ' ὃν οἱ *παλαιότεροι παῖδες παρὰ *πατέρος διεδέξαντο· ἀληθῆ δὲ εἶναι τοῦτον, καὶ ἡ πεῖρά μοι παραδέδωκεν. οἱ γὰρ τὸν σοφὸν τοῦτον παραδόντες λόγον, οὕτω θεοσεβεῖς ἐτύγχανον, καὶ τοιοῦτον τρόπον ἐπεδείξαντο, ὥστε τῆς παρὰ Θεοῦ τυχόντες προνοίας, μόνοι ἐν ἀνέσει διετέλεσαν, καὶ μετὰ ἀδείας καὶ ἀταράχως τὴν ἑαυτῶν ᾤκησαν γῆν, οὐδενὸς αὐτοῖς πολεμίου ἐπελθόντος. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο γέρας ἦν τοῖς τότε εὐσεβοῦσι, τὸ μηδὲν ὑπὸ πολεμίων πάσχειν, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, Ἰακώβ, Μωσέα, καὶ Ἰησοῦν. δοκεῖ δέ πως ἀλαζονικῶς ταῦτα πρὸς Ἰὼβ λέγειν ὁ Ἐλιφάζ.

*ἴσ. παλαιοτέρων. *ἴσ. πατέρων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἢ τάχα, οὐ προθέσει ἀλαζονικῇ, ἀλλὰ τῷ νομίζειν αὐτὸν ἐν ἁμαρτίαις εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο δεῖσθαι τῆς παρ' αὐτοῦ παραινέσεως. καὶ ἔοικέ γε οὗτος, εἰ καὶ μὴ κατ' ἐπίγνωσιν θείαν, ἀλλὰ τῷ θαυμάζειν τοὺς συνέσει ὑπερβάλλοντας, ὅμοιον λέγειν τῷ φάσκοντι ῥητῷ, τοῦ πιστοῦ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, τοῦ δὲ ἀπίστου οὐδὲ ὀβολός. κἂν γὰρ πολυκτήμων ὑπάρχῃ ὁ ἄπιστος, οὐ δεσπότης, ἀλλὰ δοῦλός ἐστι τῶν χρημάτων, τῷ γὰρ Μαμμωνᾷ δουλεύει. τίς δὲ ὁ παλαιὸς λόγος ὃν παρὰ τῶν ἀρχαίων φησὶ μεμαθηκέναι, ἐπάγει.

Πᾶς ὁ βίος ἀσεβοῦς ἐν φροντίδι· [ἀνθ' οὗ, ὁ μὲν Ἀκύλας, ἐν ὀδύνῃ, ἐξέδωκεν· ὁ Θεοδοτίων, ματαιοῦται· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀλαζονεύεται.] ἔτη δὲ ἀριθμητὰ δεδομένα δυνάστῃ. [πάλιν ὁ Σύμμαχος· καὶ ἀριθμὸς ἐτῶν κεκρυμμένος ἰσχυρῷ.] ὁ δὲ φόβος αὐ-

τῶν ἐν ὠσὶν αὐτοῦ. ὅταν δοκῇ ἤδη εἰρηνεύειν, ἥξει αὐτοῦ ἡ καταστροφή.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι. οἱ μὲν ἅγιοι τοῦτον τὸν τρόπον διανύουσι τὴν ζωήν· ὁ δὲ ἀσεβὴς, κἂν ἐν ἀφθονίᾳ διάγειν δοκῇ, οὐκ ἀσφαλῶς βιοῖ, ἀλλ' ἀεὶ τεταραγμένος ἐστὶν, ἀεὶ ἐν φροντίδι· πρόσκαιρος αὐτοῦ ἡ δυναστεία, περίφοβός ἐστιν, ἠχοῦντα ἀεὶ τὸν δέος ἔχων ἐν τοῖς ὠσὶ, καὶ οἷον ἔναυλον ἀναμιμνήσκων· γὰρ ἀεὶ δέδοικεν, αὐτὸς ἑαυτοῦ τῷ συνειδότι κατήγορος γενόμενος, καὶ ἀεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχει τὸν φόβον, ὥσπερ ἐνηχοῦντα αὐτῷ τὴν μέλλουσαν ἀπώλειαν· ἀεὶ ἐν *ὑποψίᾳ ζῇ· καὶ ὅταν δοκῇ ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι, ἥξει αὐτῷ ἀδόκητος ἡ καταστροφὴ τῆς δοκούσης εὐημερίας, καὶ τὴν ἐσχάτην ὑποστήσεται τιμωρίαν. ὁ δὲ Ἑβραῖος, ἀντὶ τοῦ, ἡ καταστροφὴ, ἡ σκύλευσις, ἔχει, ἐμφαντικώτερον παριστῶν τὴν ἔννοιαν. ὁ τοιοῦτος κἂν δυναστεύων θρασύνηται, ἴστω ὅτι ἀριθμητὰ ἔτη ἔχει, οὐχ ἡ δυναστεία πολυχρόνιον αὐτὸν ποιεῖ· ἐπιμετρεῖται γὰρ τοῖς ἀνθρώποις χρόνος παρὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ αὐτοῦ κρίμα. κἂν οὕτως ἀλαζονεύηται ὁ δυνάστης, ἀλλ' ὁ βίος αὐτοῦ βραχὺς, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ ὀλίγα· ὁ δὲ ἀριθμὸς κέκρυπται παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἄδηλός ἐστι· πλὴν ὀλίγῳ χρόνῳ δυναστεύσας, τέλος τιμωρίᾳ περιπίπτει. τάχα δὲ τὸν Ἰὼβ ἐν τούτοις αἰνίττεται, ἐπὶ βραχὺ εὐπραγήσαντα, εἶτα συμφοραῖς περιπεπτωκότα.

* γρ. ἀπιστίᾳ

mor autem ipſius in auribus ipſius. Cùm putaverit ſe eſſe jam in pace, 21
veniet ejus ſubverſio.

POLYCHRONII. Quod verò dicit, hujuſmodi eſt; Sancti quidem vitam ad hunc modum tranſegerunt; impius verò, quamvis in rerum abundantia vivere videatur, non tamen in ſecuritate vivit, ſed cum perpetua perturbatione anxiam & ſolicitam vitam ſemper agit; brevis & momentanea ejus dominatio eſt; metum in auribus habitantem, ac quaſi ſonantem ſemper habens, terrore plenus eſt. Nam qui peccat, ſemper metuit, ipſe ſibi conſcientiâ ſuâ accuſator factus, & pavorem quaſi inculcantem ſibi perniciem futuram, in oculis ſemper gerit; in ſuſpicione ſemper vivit, & ſiquando in tuto res ſuas collocari exiſtimaverit, apparentis illius felicitatis ſubita & inopinata ingruet everſio, & extrema ſupplicia ſubibit. Hebræus autem ſenſu evidentiore, pro, *Subverſione*, habet, *Vaſtationem*. Talis, inquit, licèt poteſtate & dominatu inſoleſcat, ſciet tamen, annos ſibi numeratos eſſe, nec principatum poſſe longævum eum reddere; tempus enim hominibus decreto divino dimenſum eſt. Licèt igitur arroganter ſe jactet qui poteſtate præditus eſt, brevis tamen ipſius vita, & anni ejus pauci ſunt, quorum numerus incertus eſt, & à Deo celatur: ut ut eſt, poſtquam exiguo tempore dominatus fuerit, in ſupplicium tandem incidit. Forſan autem his verbis Jobum innuit, qui brevi proſperâ fortunâ uſus, in calamitates poſtea inciderat.

Μὴ πιστευέτω ἀποστραφῆναι ἀπὸ σκότους, ἐντέταλται γὰρ ἤδη εἰς χεῖρας σιδήρου, [ὁ δὲ Σύμμαχος, προσεσχέθη γὰρ εἰς μάχαιραν.] κατατέτακται δὲ εἰς σῖτα γυψίν. οἶδε δὲ ἐν ἑαυτῷ, ὅτι μένει εἰς πτῶμα· ἡμέρα δὲ σκοτεινὴ

Non credat converti à tenebris, decretus enim eſt jam in manus ferri, [Symmachus autem, *Prævi-ſus enim eſt ad gladium.*] *& diſpoſitus in eſcas vulturum. Novit autem in ſeipſo, quòd manet in ruinam; dies autem tenebroſa ipſum*

ipſum verſabit, anguſtia autem & tribulatio ipſum comprimet.

OLYMPIOD. Supplicium vocat tenebras. Ne credat igitur, inquit, impius, impune ſe laturum; cautum enim eſt decreto divino, ut ferro pereat, & inſepultus jacens à vulturibus conſumatur. Quare ſi felicitatem ſuam intuitus peccator, nullam viciſſitudinem expectaverit, ſeipſum decipit: dudum enim decreto pœnæ eſt obnoxius, ac, licèt Deus longanimitate ſuâ morum mutationem expetat, ſupplicium (quod per ferrum & vultures innuitur) ex eo tempore ſibi ipſi theſaurizavit: cùm ſeipſum non condemnaverit, extremum ſupplicium luet, ita ut ſepulturæ honor illi denegetur, & inhumatus jacens eſca volucrum evadat; quod quidem tunc temporis grave ſupplicii genus judicatum eſt; quamvis & illud gravius, cùm conſcientiâ ſuâ talia ipſi vaticinatus fuerit & prædixerit; ipſe enim futuri casûs ſibi conſcius eſt, & quòd tenebras, perturbationem, afflictionem, & anguſtias ſubiturus ſit. Novit enim peccatoris conſcientia, quòd pravorum ſtudiorum exercitium ruinam ſecum afferat, & quòd calamitate oppreſſum ipſum pœnitebit, cùm, in anguſtias conjectus, ac malorum ſuorum nullum exitum inveniens, ſed ſuppliciorum gravitate in die tenebricoſa perculſus (de qua in prophetia Amos dictum eſt, *Dies*
Am. 5. 18. *Domini tenebræ ſunt, & non lux*) diſcrimen inter pium & impium intelliget. Obſerva autem, quòd peccatoris vita cum perturbatione, & mors cum miſeria conjuncta ſit; nec hæc quidem communi lege naturæ, ſed vi, bello, aut pugnâ eveniat; & ut poſt mortem, ſepulturâ & exequiis careat; nec tantùm inſepultus jaceat, ſed pabulum etiam vulturibus fiat. Mirandum autem non eſt, quòd talia hic loquatur; ſuprà enim dictum eſt, quòd ex antiqua fortè doctrina, qua perperam imbutus fuit, hæc protulerit: porrò Jobum propter peccata adverſa pati, in omnibus conatur oſtendere.

αὐτὸν στρέψει, ἀνάγκη δὲ καὶ θλῖψις αὐτὸν καθέξει.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Σκότος λέγει τὴν τιμωρίαν. μὴ πεπιθέτω οὖν, φησὶν, ἀτιμώρητος μένειν ὁ ἀσεβής· θεῖον γάρ ἐστιν ἔνταλμα, ὑπὸ σιδήρου αὐτὸν ἀναιρεθῆναι, καὶ ὑπὸ γυπῶν δαπανηθῆναι, ἄταφον κείμενον. ὥστε εἰ πρὸς τὴν εὐημερίαν ἀφορῶν ὁ ἁμαρτάνων, οὐδεμίαν μεταβολὴν ἐλπίζει, ἑαυτὸν ἐξαπατᾷ· ἤδη γὰρ τῇ ἀποφάσει ὑπὸ τιμωρίαν κεῖται, κἀντεῦθεν ἑαυτῷ ἐθησαύρισε κόλασιν, ἥνπερ διὰ τοῦ σιδήρου καὶ τῶν γυπῶν σημαίνεται, εἰ καὶ τῇ ἀνεξικακίᾳ Θεὸς τὴν μεταβολὴν ἀπαιτεῖ τοῦ τρόπου· μὴ καταγνοὺς ἑαυτοῦ, τὴν ἐσχάτην δώσει δίκην, ὡς μηδὲ ταφῆς ἀξιωθῆναι, ἀλλ' ἄταφος ῥιφεὶς βορὰ τοῖς οἰωνοῖς γενέσθαι· ὃ χαλεπὸν εἶδος τιμωρίας τοῖς τότε νενόμιστο· χαλεπώτερον δὲ τοῦτο, ὅταν αὐτὸς διὰ τοῦ συνειδότος ἑαυτῷ τοιαῦτα μαντεύηται καὶ προλέγῃ· καὶ αὐτὸς γὰρ συνεπίσταται ἑαυτῷ τὴν μέλλουσαν πτῶσιν, καὶ ὅτι μέλλει ὑπὸ σκότος εἶναι, καὶ κλόνησιν, καὶ θλῖψιν, καὶ ἀνάγκην. οἶδε γὰρ τὸ συνειδὸς * τῶν ἁμαρτανόντων, ὅτι ἡ τῶν φαύλων ἐπιτηδευμάτων ἐργασία πτῶμα ἄγει, καὶ ὡς μεταμεληθήσει αὐτῷ συμφορᾶς καταλαβούσης, ἡνίκα ἐν ἀμηχανίᾳ καταστὰς, καὶ οὐδεμίαν διέξοδον εὑρίσκων τῶν κακῶν, ἀλλὰ διαταραττόμενος ἐκ τῶν κολάσεων, ἐν ἡμέρᾳ σκοτεινῇ, περὶ ἧς εἴρηται ἐν Ἀμὼς, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου σκότος ἐστὶ καὶ οὐ φῶς, εἴσεται τὸ διάφορον εὐσεβοῦς πρὸς τοὺς παρανόμους. ὅρα δὲ, ὅτι τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ὁ βίος ἐν ταραχῇ, καὶ ὁ θάνατος ἐλεεινὸς, οὐ κατὰ τὸν κοινὸν νόμον τῆς φύσεως, ἀλλὰ βίᾳ, καὶ πολέμῳ, καὶ μάχῃ· καὶ μετὰ θάνατον, οὐδὲ ταφὴ καὶ κηδεία· καὶ οὐ μόνον τὸ ἄταφοι κεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ σιτία γυψὶν εἶναι. οὐ δεῖ δὲ ξενίζεσθαι, ὅτι ἐνταῦθα τοιαῦτα φθέγγεται· ἤδη γὰρ εἴρηται, ὅτι ἴσως ἐκ παρακουσμάτων ἀρχαίων αὐτὰ προφέρει. διὰ πάντων μέντοι κατασκευάζει, ὅτι δι' ἁμαρτίας πάσχει ὁ Ἰώβ.

* Ἴσ. τοῦ ἁμαρτάνοντος.

Ὥσπερ

Ὥσπερ στρατηγὸς πρωτοστάτης πίπτων, ὅτι ἦρκε χεῖρας ἐναντίον τοῦ Κυρίου, ἔναντι δὲ Κυρίου παντοκράτορος ἐτραχηλίασεν· ἔδραμε δὲ ἐναντίον αὐτοῦ ὕβρει ἐν πάχει νώτου ἀσπίδος αὐτοῦ.

ΟΛΥΜΠ. Πρωτοστάτην λέγει τὸν ἐν τοῖς πολέμοις τοῦ στρατοῦ προηγούμενον. ὥσπερ τοίνυν ὁ τοιοῦτος τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει θαῤῥῶν, καὶ * προσπηδῶν τῶν πολεμίων, καιρίαν λαβὼν τὴν πληγὴν, οὐδεμίαν ἔχει σωτηρίας ἐλπίδα· οὕτω καὶ ὁ ἀσεβὴς ὡς χεῖρας ἀνταίρων Θεῷ, καὶ οὐ μέχρι βουλῆς, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἔργων τὴν κατὰ τοῦ * Θεοῦ ἐπιδεικνύμενος τραχύτητα, καὶ τὸν χρηστὸν ἀποσειόμενος ζυγὸν, τουτέστι τὴν αὐτοῦ κηδεμονίαν, καθάπερ δάμαλις γαυριῶσα, τοῦ τραχήλου τὸν ζυγὸν ἀποβάλλουσα, καὶ ἀποσκιρτῶσα πρὸς τὴν ζεύγλην, καὶ μονονουχὶ τρέχων εἰς τὸ συμβαλεῖν αὐτῷ πρὸς παράταξιν· καὶ ὡς πρὸς ὁμοφυῆ κατασκευάζων τὴν ὁρμὴν ἵνα πρὸς αὐτὸν ἀντιπαραταττόμενος, οἷά τινα παχεῖαν ἀσπίδα τὴν ὑπερηφανίαν ἐπιφερόμενος, θαῤῥῶν τοῖς ἀμυντηρίοις αὐτοῦ, καταβάλλεται καὶ πίπτει, οἷά τις στρατοπέδων ἄρχων, ὡς ὑπ' ἀντιπάλου τοῦ Θεοῦ τιτρωσκόμενος· τὸ γὰρ, ἐν πάχει νώτου ἀσπίδος αὐτοῦ, ἵνα εἴπῃ, ὅτι δοκῶν τοῖς ἔξωθεν ἠσφαλίσθαι, κρείττων ἔσεσθαι τῆς τοῦ Θεοῦ πληγῆς ἐνόμισε. τινὲς δὲ, τὸ, ὥσπερ πρωτοστάτης, ἀντὶ τοῦ, ὥσπερ ὁ διάβολος, ἐνόησαν· αὐτὸς γὰρ ἐτραχηλίασεν ἔναντι Κυρίου· ὡς οὖν ἐκεῖνος ἔπεσεν, οὕτω καὶ πᾶς ὁ Θεῷ ἀντιτείνων.

* Ισ. προσπηδῶν τῷ πολεμίῳ.

* χ. Κυρίου.

Sicut dux in prima acie decidens, quia elevavit manus contra Deum, & contra Dominum omnipotentem induravit cervicem; cucurrit autem contra eum injuriâ in craſſitudine dorſi ſcuti ſui.

OLYMP. Ducem in prima acie dicit eum qui in bello exercitui præeſt. Sicut igitur dux talis, virib' ſuis confiſus, & in hoſtem impetum faciens, lethali vulnere accepto, de ſalute deſperat; ſic impius manus quaſi adversùs Deũ tollens, non ſolùm conſilio, ſed operibus etiam, animi acerbitatem erga Deum oſtendens, & excuſſo levi jugo, curâ, ſcilicet, ac ſolicitudine qua Deus eum proſequitur, inſtar juvencæ ferocientis, & jugum collo excutientis, ac ab eo reſilientis, currendo, quaſi feſtinans ut in aciem deſcendat, & prælium cum eo conferat; & tanquam cum ejuſdem naturæ participe cominus congreſſurus eſſet, apparatu bellico ſe inſtruens, ſuperbiam inſtar craſſi ſcuti geſtans, ſuiſque confiſus munimentis, non ſecus ac imperator exercitûs, à Deo antagoniſtâ vulneratus, proſternitur & occumbit: illud enim, *In craſſitudine dorſi ſcuti ſui*, idem eſt ac ſi dixiſſet, qui externis præſidiis muniri viſus, divinam plagam declinare ſe poſſe arbitrabatur. Nonnulli autem pro eo, *Sicut dux in prima acie*, *Sicut diabolus*, intellexerunt; ille enim contra Dominũ cervicem erexit: quemadmodũ igitur ille cecidit, ſic omnis qui Deo renititur, cadet.

Ὅτι ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν στέατι αὐτοῦ, [ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐπεκαλύφθη γάρ.] *καὶ ἐποίησε περιστόμιον ἐπὶ τῶν μηρίων.* [πάλιν ὁ Σύμμαχος, καὶ ἐπάχυνε πιμελὴν κατὰ τῆς ψόας.]

Quia operuit faciem ejus in adipe ſuo, [Symmachus verò, *Coopertus eſt enim*] *& fecit periſtomium ſuper femora.* [Rurſus Symmachus, *Et incraſſavit adipem ſupra lumbos.*]

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οἱ εὐτραφεῖς διὰ τὴν ἄγαν τρυφὴν,

OLYMPIODORI. Qui luxu diffluentes bene ſaginantur, facies ſuas pin-

pinguedine incraſſant, & duplicatâ mole carnis ſupercreſcentis (quam periſtomium vocat) femora veſtiunt, quæ illa, non ſecus ac periſtomium collum, ambit undique & conſtringit. Sicut igitur, inquit, hi molles & delicatuli, tales evadunt; ſic etiam impius præ divitiis & luxu inſolenter ſe gerit, nullum præſentis proſperitatis mutationem expectans; ſed bonis undique affluens, & carnis potentiâ fretus, eò audaciæ effertur, ut Deo adverſetur, & contra ejus ſtatuta bellum moveat: unde tanquam hoſtis & inimicus, ab eo proſternitur. Pro illo autem, *Operuit faciem ejus*, Hebræus habet, *Cor*; ac ſi diceret, Facultas animæ viſibilis luxu & deliciis occæcata eſt: pro illo verò, *Periſtomium*, habet, *pinguedinem & diploïdem*, id eſt, Edacitati & cuti curandæ ſe totum dedidit, ut exuberante carnis copiâ femora diploïdas contraherent: Symmachus verò, *Supra lumbos*, interpretatus eſt: idem autem ſenſus eſt omnium.

πιμελῇ παχύνονται τὸ πρόσωπον, καὶ διπλώματα δὲ περισαρκώσεις ποιοῦσιν ἐπὶ τῶν μηρῶν, ἃ δὲ περιστόμιον καλεῖ, ὡς συνέχοντα τοὺς μηρούς, καὶ οἷον θλίβοντα, καθάπερ τὸ περιστόμιον τὸν τράχηλον. ὥσπερ οὖν οὗτοι, φησί, τοιοῦτοι γίνονται· οὕτω δὲ ὁ ἀσεβὴς διὰ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν τρυφὴν θρασύνεται, οὐδεμίαν τῆς παρούσης εὐημερίας μεταβολὴν προσδοκῶν· ἀλλ' ὑπὸ ταύτης πανταχόθεν περιρρεόμενος, καὶ σαρκικῇ δυνάμει πεποιθώς, εἰς ἀντίστασιν ἐπαίρεται τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ πολεμεῖ τοῖς αὐτοῦ διατάγμασι· διὸ καὶ ὡς ἀντιμαχόμενος τῷ Θεῷ, ὑπ' αὐτοῦ καταβάλλεται. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐκάλυψε πρόσωπον αὐτοῦ, ὁ Ἑβραῖος, τὴν καρδίαν, ἔχει· ὡσανεὶ λέγων, τὸ βλεπτικὸν τῆς ψυχῆς ὑπὸ τῆς τρυφῆς ἐπηρώθη· ἀντὶ δὲ τοῦ, περιστόμιον, πιμελὴν καὶ διπλοΐδα, ἔχει, τουτέστι, πολυφαγίᾳ καὶ σαρκὶ ἑαυτὸν ἐξέδωκεν, ὥστε καὶ διπλοΐδας ἔχειν ἐπὶ τῶν μηρῶν ἐκ τῆς πολυσαρκίας. ὁ δὲ Σύμμαχος, κατὰ ψόας, ἡρμήνευσεν· εἰς δὲ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἅπαντα τελεῖ.

Laus autem ejus contumelia.

POLYCHRONII. Et ſiquid, inquit, in Dei gloriam efficere videtur, hoc etiam ſupplicio dignum eſt. Qui enim in iniquitatibus vivit, & religionem ſimulat, exiſtimans ſe Deum actiones ſuas à ratione alienas celaturum, non honore, ſed contumeliâ illum afficit. Præterea, ſicut
Syr. 15.9. alibi ſcriptum eſt, *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.*

Αἶνος δὲ αὐτοῦ ὕβρις.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Καὶ εἴ τι δοκεῖ, φησίν, εἰς Θεοῦ τιμὴν διαπράττεσθαι, καὶ τοῦτο τιμωρίας ἄξιον. ὁ γὰρ ἐν ἀδικίαις ζῶν, καὶ τὴν εὐσέβειαν ὑποκρινόμενος, ὑβρίζει Θεόν, ἀλλ' οὐ τιμᾷ, οἰόμενος λανθάνειν αὐτὸν ἐφ' οἷς ἀτόπως διαπράττεται. ἄλλως δέ, οὐδὲ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Habitet autem civitates deſertas, & ingrediatur in domos non habitatas: quæ autem illi paraverunt, alii auferent.

DIDYMI. Summam impiorum ſolitudinem innuit, qui pro urbibus opulentis & domibus, paupertate coacti loca deſerta incolent. Vir enim hujuſmodi cùm fortunis ſuis exciderit, & poteſtate omni qua præditus eſt, ſpoliatus fuerit,

Αὐλισθείη δὲ πόλεις ἐρήμους, εἰσέλθοι δὲ εἰς οἴκους ἀοικήτους· ἃ δὲ ἐκεῖνοι ἡτοίμασαν, ἄλλοι ἀποίσονται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὴν παντελῆ ἐρημίαν τῶν ἀσεβῶν λέγει, ὡς ἀντὶ πόλεων * εὐθηνουμένων, καὶ οἴκων, ἐρημίαν αὐτοὺς οἰκεῖν ὑπὸ πενίας. ὁ τοιοῦτος γάρ, φησί, τῶν οἰκείων ἐκπεσών, καὶ πάσης τῆς προσούσης δυναστείας, τὰς ἐρήμους

* γρ. εὐθυνομένων.

μοὺς καταδιώξει· ἔθος δὲ τοῖς φεύγουσι, τοὺς τυχόντας τῶν τόπων πρὸς σωτηρίαν καταλαμβάνειν, ἐν οἷς γινόμενοι τὸν ἐν ποσὶ διαφεύγοιεν κίνδυνον. οὐκοῦν ὁ ἀσεβὴς ἔσται ἐν τούτοις, τῆς ἐκ τοῦ πλούτου ἀλαζονείας ἀξίαν τὴν δίκην διδοὺς τῆς περιούσης εὐεξίας τὴν μεταβολήν, καὶ τὰ σὺν πολλῷ δὲ τῷ πόνῳ συλλεγέντα, εἰς ἀλλοτρίους μεταστήσεται. Εἶτα αὔξει τὴν κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς τιμωρίαν, οὐ μόνον μὴ πλουτεῖν αὐτὸν ἀποφαινόμενος, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἐκπίπτειν διαβεβαιούμενος· ἐπάγει γάρ.

Οὔτε μὴ πλουτισθῇ, οὔτε μὴ μείνῃ αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα.

ΤΟυτέστιν, οὐ μόνον τὴν προσοῦσαν οὐσίαν οὐκ αὐξήσει, ἀλλὰ καὶ προσαπολέσει, καὶ οὔτε κτήσεται τὰ μὴ ὄντα, οὔτε φυλάξει τὰ ὄντα.

Οὐ μὴ βάλῃ ἐπὶ τὴν γῆν σκιάν, οὐδὲ μὴ ἐκφύγῃ τὸ σκότος· τὸν βλαστὸν αὐτοῦ μαράναι ἄνεμος, ἐκπέσοι δὲ αὐτοῦ τὸ ἄνθος. μὴ πιστευέτω ὅτι ὑπομενεῖ, κενὰ γὰρ ἀποβήσεται αὐτῷ. ἡ τομὴ αὐτοῦ πρὸ ὥρας φθαρήσεται, καὶ ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ οὐ μὴ πυκάσῃ· τρυγηθείη δὲ ὡς ὄμφαξ πρὸ ὥρας, ἐκπέσοι δὲ ὡς ἄνθος ἐλαίας.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Μεταφορικῶς ὡς ἐπὶ δένδρου εὐθαλοῦς, καὶ πρὶν γηράσει ἐκτεμνομένου, καὶ ἔτι ὄντος ἐν τῷ ἄνθει μαραινομένου, οὕτω διέγραψε τὸν ἀσεβῆ, οὐ μέχρι τέλους εὐημεροῦντα. τὸ δ' οὖν, οὐ μὴ βάλῃ ἐπὶ γῆν σκιάν, ἀντὶ τοῦ, ἐκκοπείη, καὶ οὐκέτι ἐπὶ τὴν προτέραν εὐημερίαν ἀφίξεται. ἔλαβε δὲ τοῦτο ἐκ μεταφορᾶς τῶν φυτῶν, τῶν ξηραινομένων πρὸ τῆς αὐξήσεως· ἵνα εἴπῃ, οὐδὲ μνημόσυνον περιλειφθήσεται· τὰ γὰρ δένδρα ἐν ὅσῳ μὲν ἵστανται, καὶ σκιὰν ποιεῖ, ἀποτμηθέντα δέ, οὐκέτι· καὶ

ſolitudines perſequetur: mos quippe fugitivorum eſt, loca quævis obvia ſalutis causâ captare, ut periculum quod ipſis imminet effugiant. Hæc igitur impii conditio erit; arrogantia ejus ex divitiis orta, felicis rerum ſtatûs mutatione meritò compenſabitur, & quæ illi cum magno labore parta ſunt, ad peregrinos transferentur. Deinde oſtendendo quòd non tantùm divitias minimè cumulabit, ſed affirmando etiam quòd bonis iis quæ poſſidet excidet, impii pœnam adauget; addit enim.

Et non ditabitur, neque permanebit ſubſtantia ejus.

ID eſt, Non ſolùm præſentes facultates non augebit, verùm etiam eas amittet; neque ea quæ non habet poſſidebit, neque quæ habet cuſtodiet.

Non immittet ſuper terram umbram, neque effugiet tenebras: ſtirpem ejus arefaciet ventus, & decidat flos ejus. Non credat quia ſuſtinebit, vana enim evadent ei. Præciſio ejus ante horam corrumpetur, & ramus ejus non condenſabitur; vindemietur ſicut uva acerba ante horam, et decidat tanquam flos olivæ.

EJUSDEM. Metaphorâ ab arbore frondeſcente ſumptâ, quæ ante ſenium exciſa, dum adhuc in flore eſt, exareſcit; impium, qui ad finem uſque rebus proſperis non utitur, deſcripſit. Illud igitur, *Non immittet ſuper terram umbram*, idem eſt ac ſi dixiſſet, Exſcindatur, neque ampliùs ad priſtinam felicitatem redeat. Hoc autem ſimilitudine ſumptâ à plantis dixit, quæ antequam adoleſcant exareſcere ſoleant; ac ſi diceret, Ne memoria quidem ulla illorum reſtabit: Arbores enim quamdiu ſtant, umbram faciunt; exciſæ verò, nequaquam:

quam : neque immeritò, corpus enim eſt quod umbram conficit, corpore verò non exiſtente, umbra fieri non poteſt. Illud verò, *Neque effugiet tenebras*, id eſt, Excipiet eum interitus finalis, & ineluctabili ſupplicio punietur. Sed & impius, inquit, tanquam plantæ germen vi venti, exareſcet ; proſperitas autem ejus & gloria,
Eſ.40.6. veluti flos decidet ; ſecundùm illud, *Omnis gloria hominis tanquam flos fœni.* Sobolem verò germen vocat, metaphorâ ab arboribus ductâ ; ac ſi diceret, Poſteri ejus delebuntur, & vindicta divina illum unà cum liberis ſuis, inſtar æſtûs ardentis, abſumet, ita ut poſteris nullæ reliquiæ memoriæ reliquæ ſuperſint. Illud verò, **Non credat quia ſuſtinebit*, id eſt, Ne putet impius Deum offendens, res ſuas in tuto eſſe collocatas ; *Vana enim evadent ei*, id eſt, Omnis labor ejus irritus erit, quia ex præſcripto divinæ legis actiones ſuas non dirigit. Vanitas enim eſt unaquæque ipſius actio, quia fundamento omni caret ; unde & flos ejus decidit, & germen exareſcit, nec ad tempus maturi fructûs perdurat. Illud verò, *Præciſio ejus ante horam corrumpetur*, id eſt, In immatura, inquit, ætate peribit, & ante tempus mortem ſubibit. Metaphora autem à vitibus ducta eſt, quæ debito tempore putatæ fructus proferunt; tempore autem importuno ſi putentur, corrumpuntur & intereunt. Dicit igitur, impium, priuſquam ſuis potiatur, funditus interiturum. Per *horam* autem hoc in loco, maturitatis & perfectionis tempus deſignatur, ſicut dicere ſolemus, Vindemiæ
Cap.5.26. tempus. Venit autem Jobus ad ſepulchrum *tanquam frumentum maturum quod in tempore meſſuerunt.* Dei verò benignitate fit, ut iniquitatis germen ante tempus corrumpatur & pereat ; quandoquidem medicus etiam ſæpenumero luem quæ corpus invaſit, ferro amputet, nec moleſta remedia priùs adhibere deſinit, quàm ægro ſanitate reſtitutâ, finem ſibi propoſitum adimpleverit. Illud autem, *Rhadamnus ejus non condenſabitur*,

τοῦτο εἰκότως, τὰ γὰρ σώματα ποιεῖ καὶ τὴν σκιὰν εἶναι, σώματος δὲ μὴ ὄντος, ἀδύνατον σκιὰν εἶναι. τὸ δὲ, οὐ μὴ ἐκφύγῃ τὸ σκότος, ἀντὶ τοῦ, παντελὴς αὐτὸν ἀπώλεια διαδέξεται, καὶ ἀναπόδραστον ἕξει τὴν κόλασιν. ἀλλὰ καὶ μαρανθήσεται, φησὶν, ὁ ἀσεβὴς, ὡς φυτοῦ βλαστὸς ὑπὸ ἀνέμου· ἡ δὲ εὐημερία αὐτοῦ καὶ δόξα ὡς ἄνθος ἐκπεσεῖται· κατὰ τὸ, πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. βλαστὸν δὲ λέγει τοὺς ἐκγόνους, ἐκ μεταφορᾶς τῶν δένδρων· ἵνα εἴπῃ, οἱ ἔκγονοι αὐτοῦ ἀφανισθήσονται, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ τιμωρία ἀναλώσει αὐτὸν σὺν τοῖς παισὶ, δίκην καύσωνος φλογώδους, ὥστε μηδὲ τοῖς ὕστερον λείψανον καταλειφθῆναι μνήμης. τὸ δὲ, μὴ πιστευέτω ὅτι ὑπομενεῖ, ἀντὶ τοῦ, μὴ ἀσφαλῆ τὰ καθ' ἑαυτὸν νομιζέτω ὁ ἀσεβὴς πλημμελῶν εἰς Θεόν· κενὰ γὰρ αὐτῷ ἀποβήσεται, τουτέστιν, ἅπας ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς ἀνόνητον χωρήσει, μὴ τοῖς θείοις νόμοις ἀκόλουθα πράττοντι. ματαιότης γάρ ἐστιν αὐτοῦ πᾶσα πρᾶξις, διὰ τὸ μηδὲν ὑφεστηκὸς ἔχειν· ὅθεν καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐκπίπτει, καὶ ὁ βλαστὸς μαραίνεται, ὅτι οὐ μένει καιρὸν τελείου καρποῦ. τὸ δὲ, ἡ τομὴ αὐτοῦ πρὸ ὥρας φθαρήσεται, ἐν ἀώρῳ ἡλικίᾳ τελευτήσει, φησὶ, καὶ πρὸ ὥρας ὑπομενεῖ τὸν θάνατον. ἔλαβε δὲ αὐτὸ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀμπέλων, αἳ τῷ μὲν καθήκοντι καιρῷ τεμνόμεναι, καρποφοροῦσι· πρὸ ὥρας δὲ τοῦτο ὑπομένουσαι, διαφθείρονται. φησὶν οὖν, ὅτι πρὶν ἢ τῶν οἰκείων ἀπολαύσει, τέλεον ἀπόλλυται. τὸ δὲ, πρὸ ὥρας, ἐνταῦθα τὸν τῆς τελεσφορήσεως λέγει, καθ' ὃ λέγομεν, ὥραν εἶναι τρυγητοῦ. ἐν * ταύτῃ γοῦν ὁ Ἰὼβ ἐλήλυθεν, ὡς σῖτος ὥριμος κατὰ καιρὸν θεριζόμενος. εὐεργεσία δὲ Θεοῦ ἐστι, τῆς κακίας τὸν βλαστὸν πρὸ ὥρας φθαρῆναι· ἐπεὶ καὶ ἰατρὸς τὴν ἐπιφυομένην λύμην τῷ σώματι πολλάκις διὰ σιδήρου ἐκτέμνει, καὶ οὐδὲ παύεται προσάγων τὰ ἀνιαρὰ, ἕως οὗ τὸν σκοπὸν τοῦ * ὑγιαίνοντος ἀποπληρώσῃ. τὸ δὲ, ὁ ῥάδαμνος αὐτοῦ οὐ μὴ πυκάσῃ, ὅπερ ὁ Σύμμαχος, οὐκ εὐθαλήσει,

* ſ. τάφῳ

* ſ. ὑγιαίνοντος. vel, ὑγιάζοντος.

εἶπεν

εἶπεν, αὐτὶ τοῦ, οὐ μένει κομῶν τοῖς ἀγαθοῖς· πυκάσαι γάρ ἐστι, τὸ, τοῖς κλάδοις συσκιάσαι· ῥάδαμνος δέ ἐστιν, ὁ τοῖς φύλλοις κομῶν τοῦ δένδρου ἀκρέμων, καὶ σκιὰν ἐκτελῶν· εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ῥᾳδίως δαμάζεσθαι ὑπὸ καύσωνος ἢ ἑτέρας ἄλλης αἰτίας, ὡς ἁπαλὸς, καὶ προεξέχων. εἶτα ἐπιμείνας τῇ μεταφορᾷ, πάλιν διὰ τῆς ὄμφακος τὴν ἄωρον διέγραψε τελευτήν· τῶν δὲ ἀγαθῶν τὴν ἔκπτωσιν, διὰ τῆς ἀποῤῥοῆς τοῦ ἄνθους τῆς ἐλαίας· ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὅτι πᾶσα ἡ δοκοῦσα αὐτοῦ εὐπραγία ἐλέγχεται, καὶ πίπτει, καὶ μαραίνεται, τό τε ἄνθος, ὅ ἐστιν ἀρχὴ καὶ προοίμιον καρποῦ, καὶ ὁ βλαστὸς, καὶ ὁ καρπὸς, ὑπὸ προσβολῆς πειρασμοῦ ἔξωθεν * ἐπισφύσεως, ὡς ὑπὸ καύσωνος ἀνέμου φθειρόμενα καὶ διαῤῥιπτούμενα. τὰς συμφορὰς δὲ διελθὼν, τὸ πέρας τοῦ ἀσεβοῦς θάνατον ἀποφαίνεται, λέγων.

* γρ. ὑποσύσεως.

pro quo Symmachus dixit, *Non florebit*, hoc eſt, In bonorum affluentia non perſiſtet; *condenſari* enim eſt, ramis umbroſum reddere: *rhadamnus* verò eſt major arboris ramus, foliis quaſi cæſarie comatus, & umbram efficiens, ita dictus, quia ab æſtu vel quavis aliâ causâ facilè dometur, utpote qui tener ſit, & reliquis ulteriùs promineat. Deinde allegoriæ inſiſtens, rurſus per uvam acerbam, mortem immaturam, & per floris olivæ defluxum, bonorum amiſſionem deſcripſit; ac ſi diceret, Omnis ejus apparens felicitas, flos, ſcilicet, qui eſt initium & primum rudimentum fructûs, & germen unà cum fructu (tanquam ea quæ æſtu venti corrumpuntur & diſſipantur) tentationis impetu extrinſecè concutiente, refellitur, decidit, & exareſcit. Calamitates autem pertexens, impii exitum mortem eſſe affirmat, dicens.

Μαρτύριον γὰρ ἀσεβοῦς θάνατος.

Teſtimonium enim impii mors.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Τουτέστιν, ἔλεγχος, κατηγορία, μαρτύριον τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ὅτι οὕτως δεῖ παθεῖν πάντας. καὶ θαυμαστὸν, φησὶν, οὐδέν· οἰκτρὸν γὰρ ἀπάντων τῶν ἀσεβῶν τὸ τέλος, τουτέστι, * ἔλεγχος τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀσεβείας ὁ αὐτῶν θάνατος, τουτέστι, τὸ αἰσχρὸν τέλος * δείξει τὰ κατ' αὐτούς. ὡς γὰρ τὴν εὐημερίαν σημεῖον δικαιοσύνης ἐτίθετο, οὕτω καὶ τὴν δυσπραγίαν, φαυλότητος γνώρισμα. ἢ, μαρτύριον ἀσεβοῦς θάνατος, τουτέστι, δῆλος, καταφανὴς, οὐδενὶ ἄγνωστος. Εἰ δὲ βούλει, καὶ ὧδε νόησον, ὅτι ἡ τῆς κακίας τελεσιουργία θάνατον ἀπεργάζεται, οὐ τὸν κοινὸν, ἀλλὰ τὸν τῆς κολάσεως.

* γρ. δεῖγμα.

* ἴσ. δεικνύει.

CHRYSOST. Hoc eſt, Indicium, argumentum, & teſtimonium aliis hominibus, quòd ſic impios omnes pati oporteat. Neque hoc mirum quidem, inquit; miſerabilis enim eſt omnium impiorum exitus, id eſt, Mors hominum impietatem arguit, finis, ſcilicet, infamis, qui vitam illorum anteactam manifeſtat. Quemadmodum enim proſperum rerum ſtatum, juſtitiæ indicium fecerat; ita infortunium, improbitatis argumentum ſtatuit. Vel, *Teſtimonium impii mors*, id eſt, manifeſta, conſpicua, & nemini ignota eſt. Vel ſic etiam intelligito, ſi viſum fuerit, Quòd peccati conſummatio, mortis, non tantùm communis, ſed quæ ſupplicii ſecum conjunctũ habet, cauſa exiſtat.

Πῦρ δὲ καύσει οἴκους δωροδεκτῶν.

Et ignis comburet domos eorum qui munera accipiunt.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πῦρ φησι τὴν θείαν ὀργὴν

OLYMP. Iram divinam, quæ homines cupiditate inexplebiles, & avaros

ros, & propter munera juris æquitatem prodentes, cum tota familia incendio abſumit, *ignem* appellat. Verba autem utilem inſtructionem, & cuivis obviam in ſe continent, Quòd, ſcilicet, qui donis & largitionibus corrumpuntur, propter injuſtitiam & iniquitatem hæc patiantur.

καταφλέγουσαν πανεστίους τοὺς ἀπλήστους, καὶ πλεονέκτας, καὶ δώρων τὸ δίκαιον καταπροδιδόντας. ἔχει δὲ ὠφέλειαν τὸ ῥητὸν, καὶ κατὰ τὸ πρόχειρον. ὅτι οἱ δωροδοκοῦντες, πάντως ἐπὶ ἀδικήμασι καὶ ἀσεβήμασι τοῦτο ὑπομένουσιν.

Concipiet & in ventre gemitus; evadent autem ei vana, [Aquila verò, *Concepit & peperit rem inutilem.*] *& venter ejus ſuſtinebit dolum.*

Ἐν γαστρὶ δὲ λήψεται ὀδύνας, ἀποβήσεται δὲ αὐτῷ κενά· [ὁ δὲ Ἀκύλας, συνέλαβε καὶ ἔτεκεν ἀνωφελές.] ἡ δὲ κοιλία αὐτοῦ ὑποίσει δόλον.

DOlores, inquit, contra alios impius meditatur; & dolum in ſe habens, quo pacto aliis dolorem adferat, deliberat: quare exitus & finis ejus inanis & vanitati ſimilis erit. Illud autem, *ſuſtinebit dolum,* ideo dicitur, quia ex voluntate arbitrii mala concipiat. *Ventrem* autem vocat regionem omnem corporis internam, & animam ipſam: *dolum* autem, omnem improbitatem, acſi anima ejus dolum innatum & inſitum haberet. Vel igitur hoc dicit, Improbum, ſcilicet, adverſùs alios dolores concepturum, & parentem improbi fœtûs futurum; fraudem tamen ejus & iniquitatem contra alios conceptam, & in lucem editam, in nihilum evaſuram. Vel, Hominem ex impietate diteſcentem, inſtar fœminæ parturientis, propter ea quæ poſſidet, acerbo doloris ſenſu affectum iri, ac eventum ejus vanum & inanem futurum. Calamitas enim illi qui rerum affluentia abundat, gravior eſſe ſolet; Deo enim rapinarum pœnas ab eo exigente, ex bonorum copia quam accumulavit, fructum nullum percipiet, nec præter calamitatem, quam propter rerum alienarum appetitum patitur, quicquam illi reliquum erit; acſi diceret, Tu, Jobe, qui multùm ſudâſti, & ex injuria aliis illata divitias coacervâſti, meritas improbitatis tuæ pœnas luens, fructum nullum ex iis percepiſti: dolum enim quem in alios ma-

Ὀδύνας, φησὶν, ὁ ἀσεβὴς μελετᾷ τὰς καθ' ἑτέρων, καὶ δόλον ἔχων ἐν ἑαυτῷ, βουλεύεται πῶς τινας ὀδυνήσῃ· διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἔκβασις αὐτοῦ καὶ τὸ τέλος κενὸν ἔσται, καὶ ματαιότητι ἐοικός. τὸ δὲ, ὑποίσει δόλον, διὰ τὸ ἐκ προαιρέσεως ὑποδέχεσθαι τὰ κακά. κοιλίαν δὲ, ὅλον τὸ ἐντὸς χωρίον φησὶ, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχήν· δόλον δὲ τὴν πᾶσαν κακίαν, ὡς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ δόλον φερούσης. ἢ τοῦτο φησιν, ὅτι ὁ φαῦλος κυήσει κατ' ἄλλων ὀδύνας, καὶ πατὴρ ἔσται πονηρῶν γεννημάτων· εἰς οὐδὲν δὲ αὐτοῦ ἀποβήσεται ἡ καθ' ἑτέρων ὠδινηθεῖσα καὶ συλληφθεῖσα ἀνομία καὶ δολιότης. ἢ ὅτι ὁ ἐν ἀσεβείᾳ πλουτῶν, δίκην τῆς τικτούσης, περιώδυνος ἐπὶ τοῖς κτηθεῖσι γενήσεται, καὶ ἡ ἔκβασις αὐτοῦ κενὴ, καὶ ματαία. χαλεπωτέρα γὰρ ἡ συμφορὰ * τοῖς ἐν περιουσίᾳ καθέστηκε· πλεῖστα γὰρ συναγαγὼν οὐδὲν ἀπόνηται κέρδος, τοῦ Θεοῦ δίκην αὐτὸν τῆς ἁρπαγῆς εἰσπραττομένου, καὶ οὐδὲν πλέον ἕξει τῆς ταλαιπωρίας, ἣν ὑφίσταται τῶν ἀλλοτρίων ἐρῶν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι σὺ πολλὰ καμὼν, ὦ Ἰὼβ, καὶ ἐκ τῆς καθ' ἑτέρων ἀδικίας συναγαγὼν, οὐδὲν ἐντεῦθεν * ἀπόνασαι, ἀξίαν τῆς πονηρίας δεδωκὼς τὴν δίκην· τὸν γὰρ δόλον, ὃν καθ' ἑτέρων εἰργάσω καὶ ἐβουλεύσω,

* ἴσ. πλ.

* ἴσ. ἀπονῆσαι.

ἤγουν

ἤγουν τὴν ἐπ' αὐτῷ τιμωρίαν, αὐ-τὸς ὑποστήσῃ· κοιλίαν δὲ τὴν διάνοιαν, ἤτοι τὴν ψυχὴν λέγει.

chinatus & meditatus es (pro eo, ſcilicet, ſupplicium) ipſe ſubibis : *ventrem* autem, mentem vel animam dicit.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Τοῦ Ἐλιφὰζ εἰρηκότος, τὰς κολάσεις τοῖς ἀσεβέσιν ἐπιφέρεσθαι· πρὸς τοῦτο εὐθὺς ὁ Ἰὼβ ἀπαντᾷ, καί φησιν, ἀκήκοα τοιαῦτα πολλά. μέμφεται δὲ τοῖς φίλοις, ὡς οὐκ εἰδόσι παρακλητικοὺς προσαγαγεῖν λόγους· καὶ αἰσθάνεται μὲν διαβόλῳ παραδεδομένος ὑπὸ Θεοῦ, τὴν δὲ αἰτίαν ἀγνοεῖ. εἶτα λέγει τὰ περιέχοντα δεινά, καὶ αἰτεῖ μὴ παρασιωπηθῆναι τὰ κατ' αὐτόν· καὶ Θεὸν ποιεῖται μάρτυρα τῆς ἑαυτοῦ συνειδήσεως, καὶ ποθεῖ τὸν θάνατον· καὶ πάλιν ἐκδιηγεῖται τὰς συμφοράς, εἰς ὀδυρμὸν κατακλείων τὸν λόγον.

PROTHEORIA CAPITIS UNDECIMI.

OLYMP. Cùm Eliphazus impios ſuppliciis affici dixiſſet ; huic dicto ſtatim Jobus occurrens, dicit, *Multa talia audivi* : Amicos autem vituperat, quòd verba conſolatoria in medium afferre neſcirent ; & ſeipſum diabolo à Deo traditum agnoſcit, cauſam autem ignorat. Deinde ærumnas quibus premebatur perſequitur, & enixè poſtulat, ne ſilentio & oblivione ſepeliantur quæ ipſi acciderunt : Deum etiam conſcientiæ ſuæ teſtem ſtatuit, ac mortem exoptat : rurſúſque luctu ac lamentis orationem claudens, calamitates ſuas enarrat.

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἰὼβ, λέγει, ἀκήκοα τοιαῦτα πολλά.

RESPONDENS autem Job, ait, Audivi talia multa. CAP. XVI.

ΟΛΥΜΠ. Τοιαῦτα, φησίν, οἷα λέγετε, πολλάκις ἀκήκοα, ὡς τοὺς ἀσεβεῖς αἱ κολάσεις ἐκδέχονται· ὥστε καὶ σὺ τὰ κατημαξευμένα μοι εἴρηκας, καὶ προφάσει παραινέσεως ὠνείδισας· κοινὰ γὰρ ταῦτα πάντων ἐστὶ τὰ ῥήματα, ἐπεὶ καὶ ῥᾷον τοῖς ἐν συμφορᾷ τοὺς μηδὲν πάσχοντας μακρὰν παρατείνειν τὰς παραινέσεις.

OLYMP. Qualia, inquit, vos loquimini ſæpius audivi, quòd, ſcilicet, impios ſupplicia conſequuntur ; ita ut trita etiam & omnibus vulgata mihi dixeris, & conſolationis prætextu probris ac conviciis inceſſeris : hujuſmodi enim verba omnibus ſunt communia, quandoquidem facile eſt iis qui nihil acerbi patiuntur, homines calamitoſos ſermonibus in longum productis adhortari.

Παρακλήτορες κακῶν πάντες.

Conſolatores malorum omnes.

ΑΝΘ' οὗ, ὁ μὲν Ἀκύλας, παράκλητοι πόνων· ὁ δὲ Θεοδοτίων, παράκλητοι κόπων· ὁ δὲ Σύμμαχος σαφέστερον, παρηγοροῦντες πάντες ἐπαχθεῖς ἐστε.

PRo quo Aquila, *Conſolatores laborum* ; Theodotio, *Conſolatores moleſtiarum* ; Symmachus autem dilucidiùs reddidit, *Conſolatores omnes odioſi eſtis.*

OREGO-

GREGORII THEOL. Habuit enim amicorum intimos, malorum conſolatores, non autem curatores; qui calamitatem quidem ejus oculis cernebant, arcanam autem calamitatis cauſam ignorantes, plagam illi inflictam, non virtutis explorationem, ſed propter improbitatem, ſupplicii exactionem arbitrabantur: neque hanc opinionē animo ſolùm fovebant, ſed ærumnā ipſi exprobrare non erubeſcebant; quandoquidem verbis conſolatoriis ægritudo ejus lenienda erat, licèt propter improbitatem & ſcelera paſſus fuiſſet.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΘΕΟΛ. Εἶχε γὰρ καὶ τῶν φίλων τοὺς γνησιωτάτους, παρακλήτορας κακῶν, οὐ θεραπευτάς· οἳ τὸ μὲν πάθος ἑώρων, τὸ δὲ τοῦ πάθους ἀγνοοῦντες μυστήριον, οὐ βάσανον ἀρετῆς, ἀλλὰ κακίας εἴσπραξιν, τὴν πληγὴν ὑπελάμβανον· καὶ οὐκ ἐνόμιζον μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ᾐσχύνοντο τὸ δεινὸν ὀνειδίζοντες· ὁπότε καὶ εἰ διὰ κακίαν ἔπασχε, σοφίζεσθαι τὸ λυπούμενον ἔδει παραμυθίας ῥήμασιν.

OLYMPIODORI. Vos, inquit, mali eſtis conſolatores, qui ſermonibus veſtris ærumnas meas refricatis: &, ut videtur, alia quàm in initio propoſueratis, facitis; ad ſolandum enim accedentes, pluribus conviciis, tanquam tormentis, inceſſere eum non deſinitis, qui nullâ vos injuriâ læſit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ὑμεῖς οὖν, φησίν, ἐστὲ κακοὶ παρακλήτορες, διὰ τῶν λόγων ἐπιτρίβοντές μοι τὰ πάθη· καὶ ὡς ἔοικεν, ἐναντίον τοῦ σκοποῦ διαπράττεσθε· ἐλθόντες γὰρ παρακαλέσαι, πλήττοντες διατελεῖτε πολλαῖς βασάνοις ταῖς λοιδορίαις τὸν μηδὲν ἠδικηκότα.

Quid ergò? Nunquid ordo eſt ſermonibus ſpiritûs? aut quid moleſtum tibi erit, quòd reſpondeas? & ego ſecundùm vos loquar.

Τί γάρ; μὴ τάξις ἐστὶ ῥήμασι πνεύματος; ἢ τί παρενοχλήσει σοι ὅτι ἀποκρίνῃ; κἀγὼ καθ' ὑμᾶς λαλήσω.

POLYCHRONII. Id eſt, Loquimini ea quæ methodo carent, & inepta ſunt. Quis verò iram tuam omnem accendit, ut tantâ iracundiâ contra me inflammareris? Dic amabò, num lex aliqua conſtituta ſit, omnibus quæ dicuntur repugnandi? an verò aliquis vos impulerit, ut ſermonibus meis penitus contradiceretis? Quia autem ſic ipſi ſtatuitis, & qui verba facit pro arbitrio ſuo loquitur, ego etiam veſtro more loquar, vobiſque rectâ conſcientiâ contradicam.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, τάξιν οὐκ ἔχοντα, οὐδὲ καθήκοντα λαλεῖτε. Τίς δέ σε ὅλως παρώξυνεν ἵνα οὕτως ὀργίλως διατείνῃ πρός με; εἰπὲ γάρ, νόμος τίς ἐστι, πρὸς πάντα τὰ λεγόμενα ἀπομάχεσθαι; ἢ ὑπό τινος συνωθεῖσθε εἰς τὸ πάντως ἀντιλέγειν τοῖς παρ' ἐμοῦ; πλὴν ἐπειδὴ οὕτως ἐκρίνατε, καὶ ὁ λέγων, ὡς θέλει λαλεῖ, κἀγὼ καθ' ὑμᾶς λαλήσω, καὶ ὀρθῷ τῷ συνειδότι ἀντιφθέγξομαι πρὸς ὑμᾶς.

Si ſubjecta eſſet anima veſtra pro mea.

Εἰ ὑπέκειτό γε ἡ ψυχὴ ὑμῶν ἀντὶ τῆς ἐμῆς.

ILlud, εἰ, pro εἴθε, id eſt, *utinam*, poſitum eſt, ſic enim Symmachus; pro quo Aquila, ὄφελον, reddidit.

ΤΟ, εἰ, ἀντὶ τοῦ, εἴθε, κεῖται, οὕτω γὰρ ἐξέδωκε Σύμμαχος· ὁ δὲ Ἀκύλας, ὄφελον.

Εἶτ

Εἶτ' ἐναλοῦμαι ὑμῖν ῥήμασι, κινήσω δὲ καθ' ὑμῶν κεφαλήν.

Deinde inſultabo in vos verbis, & movebo contra vos caput.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ὁ γενναῖος Ἰὼβ τῶν ὑπαρχόντων γυμνωθείς, καὶ τὸν χορὸν τῶν παίδων ἀποβαλών, καὶ τῇ πικροτάτῃ πληγῇ τοῦ ἕλκους ἐγκαρτερῶν, τῶν φίλων αὐτοῦ καταφιλοσοφούντων τοῦ πάθους, καὶ σπουδαζόντων δίκαιον ἀποφαίνειν Θεόν, τὸν τούτοις αὐτὸν τοῖς δεινοῖς ἐξετάζεσθαι συγχωρήσαντα, πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ἐπὶ καιροῦ, μὴ αἰσθανομένους ὧν ἐκεῖνος διὰ τῆς πείρας ᾐσθάνετο. Ἐβουλόμην ἐν τοῖς ἐμοῖς εἶναι τὰ ὑμέτερα, καὶ ὑμᾶς ἀντ' ἐμοῦ εἶναι τὰ πάσχοντας· καὶ εἶπον ἄν, καὶ * κινεῖν κεφαλήν, ὥσπερ ἐφηδόμενος τοῖς ὑμετέροις κακοῖς, καὶ ταῦτα * ποιεῖν ἅπερ ὑμεῖς· ἵνα τότε ἔγνωτε μὴ φιλοσοφεῖν ἐν ἀλλοτρίοις κακοῖς. πλὴν καὶ νῦν ἐρῶ, καὶ γὰρ φέρει μοι τὸ πρᾶγμα παραμυθίαν.

* ἴσ. ἐκίνουν

* ἴσ. ἐποίουν.

ΟΛΥΜΠ. Ἔστι δὲ καὶ μεθ' ἤθους ἀναγνῶναι οὕτως· Εἰ ἦτε ἐν τοῖς ἐμοῖς κακοῖς, ἆρα ἐνηλλόμην καθ' ὑμῶν τοῖς ῥήμασιν, ἢ ἐκίνουν καθ' ὑμῶν τὴν κεφαλήν; οὐδαμῶς· ἀλλὰ λόγοις ἂν ὑμᾶς ἐπέρρωσα παρακλητικοῖς. Ταύτῃ δὲ συντρέχων τῇ ἐννοίᾳ, καὶ ἕτερος τῶν ἑρμηνευτῶν οὕτως ἐκδέδωκεν· Εἰ ὑμεῖς τοῖς ἐμοῖς ὑπέκεισθε πάθεσιν, ἑτέροις προσεγινόμην ἂν ὑμῖν λόγοις, καὶ ἐκίνησα ἂν ἐφ' ὑμῖν τὴν κεφαλήν, συμπαθῶς, δηλονότι, καὶ ἐπέρρωσα ἂν ὑμᾶς ἐν τῷ στόματί μου· ἀνθ' οὗ οἱ Ἑβδομήκοντα.

SEVERI. Strenuus Jobus bonis omnibus nudatus, liberorum choro orbatus, & ulceris plagam acerbiſſimam animi conſtantiâ patienter ferens, cùm amici in ærumnis ejus philoſophicè argutarentur, Deúmque, qui cum ejuſmodi malis eum conflictari fineret, juſtum oſtendere conarentur, tempeſtivè illos alloquitur, qui nullum eorum quæ ipſe experientiâ patiebatur, ſenſum perciperent. Rerum veſtrarum ſtatum, inquit, cum meo commutari, & vos adverſa tolerando vices meas ſupplere vellem; tunc ego loquerer, & tanquam geſtiens pro veſtris malis, caput moverem, eáque facerem quæ vos facitis; vóſque in alienis malis minimè philoſophandum eſſe diſceretis. Nunc verò loquar, res enim ipſa conſolationem mihi adfert.

OLYMP. Licet etiam moratâ loquendi formulâ, & quæ affectus exprimat, ſic legere; Si in malis & ærumnis meis conſtituti eſſetis, num verbis vobis inſultarem, vel caput contra vos agitarem? nequaquam; ſed verbis potiùs conſolatoriis animos veſtros erigerem. Huic etiam ſenſui alius interpretum conſentiens, ſic reddidit; Si vos meis ærumnis ſubjecti eſſetis, aliis ſermonibus ad vos acceſſiſſem, & caput ſuper vos moviſſem, cum doloris, ſcilicet, affectu, & vos in ore meo corroboràſſem; pro quo Septuaginta.

Εἴη δὲ ἰσχὺς ἐν τῷ στόματί μου· κίνησιν δὲ χειλέων οὐ φείσομαι.

Sit autem fortitudo in ore meo: motui autem labiorum non parcam.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἴθε, φησίν, οἷόν τε ἦν μοι τῷ λόγῳ παραστῆσαι τὰ πάθη, καὶ οὐκ ἂν παρῆκα ἄχρις οὗ ὑπ' ὄψιν ἤγαγον τὰς συμφοράς· οὕτω γὰρ ἴσως μόνως συγγνώμονες ἐγεγόνειτε, εἴπερ

EJUSDEM. Utinam, inquit, verbis ærumnas repræſentare poſſem, non priùs deſinerem, quàm ob oculos calamitates meas ponerem: hac enim fortaſſe ſola ratione veniam mihi indulgeretis, ſi voce

robuſtâ & ſermone aperto apud vos uti poſſem. Quæ deinceps ſequuntur, per interrogationem legenda ſunt.

Si enim loquar, non dolebo vulnus? Quòd & ſi tacebo, quid minùs vulnerabor?

OLYMPIODORI. Id eſt, Omnino dolebo. Ejuſmodi autem eſt quod dicit; Licèt præ dolorum magnitudine in verba proruperim, non ſolùm conſolatione indignus cenſeor, neque *dolor meus remittet*, ut Symmachus reddidit, ſed ſingulis blaſphemum me judicantibus, in pejora incido: ſi autem convicia ſilentio ferre voluerim, non ſolùm philoſophiæ & æquanimitatis gloriâ privabor; ſed è contra, propter ſilentium, quod à conſcientia eorum quæ dicuntur proficiſci exiſtimabitur, multò magis tanquam legum violator condemnabor. Si igitur, ſive loquar, ſive taceam, omnino mihi dolendum ſit, loqui ſatius erit, ne ſilentio veſtram accuſationem comprobare videar.

DIDYMI. Fortaſſe etiam ſincerum animi ſui affectum erga amicos oſtendere vult; Mihi, inquit, veſtra ſalus curæ eſt; quare licèt doloribus crucier, adhortatione ad vos utor: quamvis enim alii qui dolent, ſuis moleſtiis & ægritudinibus mederi, ſatis habent; ego tamen amicorum ſalutem præferendam cenſeo.

Nunc autem laſſatum me fecit, ſtultum, putrem.

OLYMPIODORI, & CHRYSOSTOMI. Non ſufficit, inquit, quòd ſuppliciis plectar, ſed ſtultus & fatuus etiam videor; ſupplicium enim defatigavit, concidit, & putrem me reddidit; ut parum abſit, quin mente captus exiſtimer. Vel hoc etiam fortaſſe dicit; Permiſit Deus ut amici me doloris ſenſu in ærumnis carere arbitrarentur: *ſtultum* enim hoc lo-

ἐξέτό μοι ἰσχυρῷ τόνῳ καὶ ἀνακεκαλυμμένῃ γλώσσῃ κεχρῆσθαι πρὸς ὑμᾶς. εἶτα ἐρωτηματικῶς τὰ ἑξῆς ἀνάγνωθι.

Ἐὰν γὰρ λαλήσω, οὐκ ἀλγήσω τὸ τραῦμα; ἐὰν δὲ καὶ σιωπήσω, τί ἔλαττον τρωθήσομαι;

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἀντὶ τοῦ, καὶ πάντως ἀλγήσω. ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστιν, ὅτι κἂν ὑπὸ τῶν ἀλγηδόνων παραχθῶ φθέγξασθαι, οὐ μόνον παραμυθίας οὐκ ἀξιοῦμαι, οὐδὲ ἐνδώσει ὁ πόνος μου, κατὰ Σύμμαχον, ἀλλὰ καὶ χείροσι περιπίπτω, ἑκάστου με ὡς βλάσφημον κρίνοντος· εἰ δὲ καὶ σιωπῇ ἐνέγκοιμι τὰ ὀνείδη βουληθείην, οὐ μόνον φιλοσοφίας δόξαν οὐκ ἀποίσομαι, ἀλλὰ τοὐναντίον μειζόνως ὡς παράνομος κριθήσομαι, τῆς σιωπῆς ἀπὸ τοῦ περὶ τὰ λεγόμενα συνειδότος γίνεσθαι νομιζομένης. εἰ τοίνυν, καὶ λαλῶν, καὶ σιωπῶν, πάντως ἀλγεῖν μέλλω, ἄμεινον τὸ λαλεῖν, ἵνα μὴ δόξω τῇ σιωπῇ συγκατατίθεσθαι τῇ ὑμετέρᾳ κατηγορίᾳ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τάχα καὶ τὴν γνησίαν αὐτοῦ περὶ τοὺς φίλους διάθεσιν ἐπιδείξασθαι θέλει· ὅτι ἐμοὶ μέλει τῆς ὑμετέρας σωτηρίας· διὸ εἰ καὶ ἀλγῶ, χρῶμαι τῇ παραινέσει· εἰ γὰρ καὶ ἄλλοι ἀλγοῦντες ἀρκοῦνται τῇ καθ' ἑαυτοὺς ἰάσει, ἀλλ' ἐμοί, φησίν, ἡ σωτηρία τῶν φίλων προκριτέα.

Νῦν δὲ κατάκοπόν με πεποίηκε, μωρόν, σεσηπότα.

ΟΛΥΜΠ. καὶ ΧΡΥΣΟΣΤ. Οὐκ ἀρκεῖ, φησίν, ὅτι κολάζομαι, ἀλλὰ καὶ ἀνόητος εἶναι δοκῶ· ἡ γὰρ τιμωρία κατέσκυλέ με, καὶ κατέκοψέ με, καὶ κατέσηψεν, ὡς μικροῦ δοκεῖν καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἐκστῆναι φρενῶν. ἢ τάχα κἀκεῖνο λέγει, ὅτι συνεχώρησεν ὁ Θεὸς τοὺς φίλους περὶ ἐμοῦ ὑπολαμβάνειν, ὅτι ἀνάλγητός εἰμι ἐν ταῖς συμφοραῖς· μωρὸν γὰρ ἐνταῦθα,

αἰτί

ἀντὶ τοῦ, ἀναίσθητον, εἶπε· διὸ συνῆψε τούτῳ, τὸ, σεσηπότα, διὰ τὸ τὰ σεσημμένα τῶν μελῶν ἀφῃρῆσθαι τὴν αἴσθησιν.

co, pro ſtupido & ſenſûs experte, dixit; unde huic, *putrem*, conjunxit, quia membra putrefacta ſenſu priventur.

Καὶ ἐπελάβου μου· εἰς μαρτύριον ἐγενήθη.

Et apprehendiſti me; & in teſtimonium fuit.

Ἕτερα δὲ ἀντίγραφα, ἐπελάβετό μου, ἔχει. κατὰ μὲν οὖν, τὸ, ἐπελάβου μου, ὅπερ ὁ Σύμμαχος, κατέδησάς με ἀδιαλείπτως ἐν ζυγῷ, ἐξέδωκε, πρὸς τὸν Θεὸν λέγει, ὅτι οἷά τις ἀνδρεῖος ἅμα τε ἥψω μου τοῦ μικροῦ καὶ ἀσθενοῦς, καὶ εὐθὺς εἰς παράδειγμα γέγονα πᾶσιν, ὅτι δι' ἁμαρτίας κολάζομαι· κατὰ δὲ, τὸ, ἐπελάβετό μου, ὡς πρὸς τοὺς φίλους λέγει περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι καθήψατό μου, εἰς ἔλεγχόν μοι ἀντικατέστη. * ἢ, τὸ, εἰς μαρτύριον ἐγενήθην, ἀντὶ τοῦ, ἡ ἐμὴ ἀνδρεία πᾶσιν ἐξάκουστος ἐξετέθη. ἀληθεστέρα δὲ ἡ προτέρα ἐκδοχὴ, ὅτι ἐπειδὴ ἐτιμωρήσατό με ὁ Θεὸς, ἅπαντες τοῦτο ἀφορμὴν τῆς κατ' ἐμοῦ κατηγορίας ποιοῦνται, οὐδεμίαν τῆς ἐμῆς εὐσεβείας ἐξέτασιν ποιούμενοι· τὸ οὖν, εἰς μαρτύριον, ἀντὶ τοῦ, εἰς κατηγορίαν.

*ἴσως.

ALia exemplaria habent, *Apprehendit me.* Juxta autem priorem lectionem (pro qua Symmachus reddidit, *Colligâſti me aſſiduè in jugo*) Deum ſic alloquitur; Simulatque tanquam vir fortis, parvum me & imbecillem attigiſti, in exemplum omnibus propoſitus ſum, quòd propter peccata pœnas luerem: ſecundùm autem alteram lectionem, *Apprehendit me*, de Deo amicis dicit, Attigit me, & ad vituperandum coràm mihi obſtitit. Et illud, *In teſtimonium fui*, id eſt, Fortitudo mea omnium auribus expoſita eſt. Prior autem acceptio verior eſt, quòd, ſcilicet, poſtquam Deus ſupplicio me affecerit, omnes inde, vituperandi me anſam arripiant, nullámque pietatis meæ examinationem inſtituant: *In teſtimonium* igitur, ideſt, in reprehenſionem.

Καὶ ἀνέστη ἐν ἐμοὶ τὸ ψεῦδός μου, κατὰ πρόσωπόν μου ἀνταπεκρίθη.

Et ſurrexit ſuper me mendacium meum, contra faciem meam reſpondit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τοῦτο σαφέστερον εἶπεν ὁ Σύμμαχος, καὶ ἀνέστη μοι καταψευδόμενος, κατὰ πρόσωπόν μου ἀντιλέγων μοι. Ταῦτά μου, φησὶ, πάσχοντος, εὗρον πρόφασιν οἱ καταψευδόμενοί μου, ὡς καὶ κατὰ πρόσωπόν μου ἀνερυθριάστως ἀνταποκρίνασθαι, καὶ λέγειν, ὅτι δι' ἁμαρτίας πάσχω. ἐπεχώρησεν ἡ κατ' ἐμοῦ κατηγορία, ἔχουσα μὲν οὐδὲν λέγειν ἀληθὲς, κρατοῦσα δὲ τοῖς πάθεσιν, ἑκάστου οὐκ ἐκ τῶν πραγμάτων κρίνοντος, ἀπὸ δὲ τῶν συμβαινόντων φέροντος τὴν ψῆφον. λέγει μὲν οὖν, τὸ, ἀνέστη τὸ ψεῦδός μου, ἐπὶ τῆς κατ' αὐτοῦ ψευδηγορίας προσωποποιῶν τὴν κατη-

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Symmachus apertiùs hoc dixit, *Et ſurrexit contra me mentiens, in faciem meam contradicens mihi.* Dum hæc, inquit, ego patior, qui contra me mentiuntur prætextum invenerunt coràm & in os, pudore omni abjecto, reſpondendi, & dicendi, quòd propter peccata patiar. Et accuſatio quidem contra me creverat, nullam veritatem in ſe habens, ſed affectibus uniuſcujuſque prævalens, qui ex iis quæ accidunt, non autem ex ipſa rerum natura, judicium ferunt. Dicit igitur, *Surrexit mendacium meum*, ſub mendacio contra eum confićto, quaſi ſub perſona

ficta, accuſationis ſpeciem inducens. Quod dicere autem vult, hoc eſt; Vos adverſùm me mentientes inſurrexiſtis, minimè quidem veritatem reveriti, ſed multa cum audacia mihi contradicentes.

γορίας τὸ εἶδος. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὑμεῖς ἀντέστητε ψευδόμενοι κατ' ἐμοῦ, ἥκιστα μὲν τὴν ἀλήθειαν αἰδούμενοι, σὺν πολλῷ δὲ τῷ θράσει τὴν πρὸς ἐμὲ ἀντιλογίαν ποιούμενοι.

Iracundiâ uſus dejecit me, fremuit ſuper me dentibus.

Ὀργῇ χρησάμενος κατέβαλέ με, ἔβρυξεν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας.

OLYMPIODORI. Hæc ſi de Deo loquitur, iræ ejus vehementiam ſignificat; quia quemadmodum ii qui præ iracundia dentibus ſtrident, talem ſe erga me geſſit: ſi verò de diabolo & de dæmonibus, iiſdem verbis de iis magnus David canit,
Psal.34.16. *Frenderunt ſuper me dentibus ſuis*; quando-
Pet.1.5.8. quidem enim tanquam leo circumeat, quærens quem devoret, meritò etiam tanquam leo fremere dicitur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ταῦτα εἰ μὲν περὶ Θεοῦ λέγει, τὸ σφοδρὸν τῆς ὀργῆς σημαίνει, ὅτι ὡς οἱ τρίζοντες τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, οὕτως ἐχρήσατό μοι· εἰ δὲ περὶ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμόνων, αὐτολεξεὶ περὶ τούτων καὶ ὁ μέγας ψάλλει Δαβὶδ, ἔβρυξαν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν· ἐπεὶ γὰρ ὡς λέων περιέρχεται ζητῶν τίνα καταπίῃ, εἰκότως ὡς λέων καὶ βρυχᾶσθαι λέγεται.

Sagittæ piratarum ejus ſuper me deciderunt.

Βέλη πειρατῶν αὐτοῦ ἐπ' ἐμοὶ ἔπεσαν.

EJUSDEM. Si de Deo hoc dicitur, ſubitum incurſantium malorum impetum indicat; quaſi diceret, Supplicia tanquam piratæ aliqui ex improviſo me invaſerunt: ſi autem de diabolo, dæmonas qui illi famulantur, piratas ejus vocat.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἰ μὲν περὶ Θεοῦ τὸ λεγόμενον, τὸ ἀθρόον δείκνυσι τῶν ἐπελθόντων αὐτῷ κακῶν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι αἱ τιμωρίαι, ὥσπερ τινὲς πειραταὶ, ἀδοκήτως ἐπιτεθείκασί μοι· εἰ δὲ περὶ τοῦ διαβόλου, πειρατὰς αὐτοῦ λέγει τοὺς ὑπουργοῦντας αὐτῷ δαίμονας.

Acie oculorum irruit.

Ἀκίσιν ὀφθαλμῶν ἐνήλατο.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Symmachus hoc dilucidiùs ſic interpretatus eſt; *Adverſarii mei acuerunt oculos ſuos unuſquiſque in me*; ita ut ſenſus verborum hic ſit, quòd non ſolùm dentibus frendendo, iram quam contra me conceperat, oſtenderit, ſive Deus veniam indulgens, ſive diabolus opus peragens; verùm etiam in eo quòd oculos contra me acuerit, & truculentos reddiderit, & quòd obliquo & agreſti aſpectu me intuitus fuerit, & ſub hac ſpecie formidabili in me impetum fecerit. Alii verò ſic intellexerunt, quòd lethales plagas mihi inflixerit, & tan-

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Καὶ τοῦτο σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν, εἰπὼν, οἱ ἐναντίοι μου ὤξυναν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἕκαστος εἰς ἐμέ· ὡς εἶναι τὸ δηλούμενον τοιοῦτον, ὅτι οὐ μόνον ἐν τῷ βρύχειν τοὺς ὀδόντας τὴν κατ' ἐμοῦ ὀργὴν ἐνέφηνεν, ἢ ὁ Θεὸς συγχωρῶν, ἢ ὁ διάβολος ἐνεργῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ὀξύνειν κατ' ἐμοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ δεινοποιεῖν αὐτοὺς, καὶ λοξόν τι καὶ ἄγριον ἐνορᾷν, καὶ μετὰ τοιούτου σχήματος φοβεροῦ ἐναλλέσθαί μοι. Τινὲς δὲ οὕτως ἐνόησαν, ὅτι καιρίας ἤνεγκε κατ' ἐμοῦ τὰς πληγὰς, καὶ

ὡς

ὡς βέλεσι καὶ ἀκοντίοις κατὰ τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν ἔπεμψέ με· ἀκίδες γὰρ εἶναι τὰ τῶν βελῶν σιδήρεια. ὀφθαλμῶν δὲ ἐμνημόνευσε, τὸ βαρὺ τῆς πληγῆς σημαίνων.

quam ſagittis & jaculis contra oculos meos directis, me vulneraverit; ſagittarum enim cuſpides, ἀκίδες vocantur. Meminit autem oculorum, ad vulneris atrocitatem indicandam.

Οξεῖ ἔπαισέ με εἰς τὰ γόνατα.

Mucrone percuſsit me in genibus.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Σφοδρῶς, φησὶν, ἔπληξέ με, ὡς ἐκλελύσθαι μου τὰ γόνατα, καὶ καταπεσεῖν.

OLYMPIODORI. Validè, inquit, me percuſſit, ita ut diſſolverentur genua mea & corruerent.

Ομοθυμαδὸν δὲ κατέδραμον ἐπ᾽ ἐμοί.

Et ſimul concurrerunt in me.

Αἱ τοῦ Θεοῦ, δηλαδὴ, τιμωρίαι, ἢ αἱ τοῦ διαβόλου πειρατικαί. λέγει δὲ πάντα τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ, τήν τε τῶν ὑπαρχόντων ἀπώλειαν, τήν τε τοῦ σώματος κάκωσιν.

Divina, ſcilicet, ſupplicia, vel diaboli piratæ. Omnia autem quæ ipſi acciderant, narrat, bonorum amiſſionem, & corporis afflictionem.

Παρέδωκε γάρ με ὁ Κύριος εἰς χεῖρας ἀδίκων, ἐπὶ δὲ ἀσεβέσιν ἔρριψέ με.

Tradidit enim me Dominus in manus injuſtorum, et ſuper impios projecit me.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ο δὲ Σύμμαχος, Εἰς χεῖρας ἀσεβῶν ἔβαλέ με. αἰτίας τοῦτο προσθέσεις· ταῦτα δέ μοι, φησὶ, συνέβη τοῦ Θεοῦ με τοῖς ἐχθροῖς ἐκδεδωκότος, οἷς τὰ ἐμὰ διήρπαγη· ἀδίκους δὲ * ἀσεβεῖς, τοὺς πειρατὰς λέγει, οὐ τοὺς φίλους.

Ge. add. καὶ.

POLYCHRONII. Symmachus verò reddidit, *In manus impiorum conjecit me*; cauſam ſcilicet appoſitens; Hæc, inquit, mihi contigerunt, quia Deus me hoſtibus tradidit, à quibus facultates meæ direptæ ſunt: *injuſtos* verò & *impios*, piratas, non autem amicos, vocat.

Εἰρηνεύοντα διεσκέδασέ με.

In pace cùm eſſem, diſcerpſit me.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ τοῦτο δὴ, φησὶ, χαλεπώτατον, ὅτι ἐν ἀδείᾳ μου μέσῃ καθεστῶτος, τὸ ἐκ πάντων μοι περισσούσης εὐετηρίας, ἀθρόον ἀφείλετο τὴν κτῆσιν, καὶ τοῖς παρανόμοις προὔθηκεν εἰς ἁρπαγήν.

EJUSDEM. Et hoc, inquit, omnium longè graviſſimum eſt; quòd cùm ſumma ſecuritate fruerer, & rerum omnium abundantia affluerem, ſubitò poſſeſſione omni orbaverit, & improbis ac ſceleſtis hominibus diripiendam propoſuerit.

Λαβόμενός με τῆς κόμης διέτιλε.

Tenens me comâ divulſit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Κόμην, τὸν κόσμον καὶ τὴν εὐθηνίαν, φησίν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι τὸν ἐν ἀνέσει μου διαγωγὴν, καὶ τὴν εὐθηνίαν, καὶ τὴν εὐπρέπειαν

OLYMP. Ornatum, & proſperum rerum ſtatum, *comam* vocat; ac ſi diceret, Vitam meam in otio & quiete tranſactam, rerum omnium affluentiam, & cultum

 omnem

omnem ac elegantiam abſtulit, méque ipſum diſſipavit. Hebræus autem, *Apprehendens me per cervicē, concuſſit*, metaphorâ ab iis ſumptâ, qui contentione & irâ accenſi luctantur, colloq; adverſarii manum injiciunt, & cum concuſſione ad terram eum allidunt.

ὑφείλετο, καὶ διεσκέδασέ με. ὁ δὲ Ἑβραῖος, λαβών με τοῦ τένοντος διετίναξεν, ἐκ μεταφορᾶς τῶν κατ᾽ ἔριν καὶ θυμὸν παλαιόντων, καὶ τοῦ τραχήλου ἐπιλαμβανομένων τοῦ ἀντιπαλαίοντος, καὶ εἰς γῆν αὐτὸν καταῤῥασσόντων μετὰ τιναγμοῦ.

Statuit me ſicut ſignum; circundederunt me lanceis emittentes in renes meos, non parcentes.

Κατέστησέ με ὥσπερ σκοπόν· ἐκύκλωσάν με λόγχαις βάλλοντες εἰς νεφρούς μου, οὐ φειδόμενοι.

CUm Deus me tanquam ſcopum conſtituerit, ut omnium tela & ictus exciperem, tanquam jaculis quibuſdam renes meos transfixerunt, ac ſi diceret, membra mea occulta & maximè lethalia. Hac autem ſimilitudine, mortiferæ plagæ inſanabilitatem ob oculos poſuit: illud enim, *ſicut ſignum*, id eſt, ut tanquam ad ſcopum ictus dirigant, & omnes in me collineent: quod quidem ab iis factum eſt; in orbē enim circum me ſtantes, cum ſtudio & diligentia plagas mihi inflixerunt, & in nullo mihi parcentes, omnia ſine miſericordia ab iis geſta ſunt: hoc autem dixit, quia fortunarum nullæ reliquiæ reliquæ ei ſunt factæ. Poſtquam autem dixiſſet, Signum ſum omnibus propoſitus, & jaculis petor; metaphoræ inſiſtens, tanquam in præcordiis & viſceribus vulnus accepiſſet, ait.

ΤΟῦ Θεοῦ, φησὶν, στήσαντός με ὥσπερ τινὰ σκοπὸν, ἐπὶ τῷ τὰς ἁπάντων δέχεσθαι βολὰς, ὥσπερ τισὶ βολαῖς κατὰ τῶν νεφρῶν μου κατηκόντισαν, ἵνα εἴπῃ, ὅτι κατὰ τῶν ἀποκρύφων καὶ καιριωτάτων. διὰ δὲ τοῦ παραδείγματος τὸ καίριον παρέστησε τῆς πληγῆς· τὸ γὰρ, ὥσπερ σκοπὸν, ἀντὶ τοῦ, ὥστε κατὰ σκοποῦ βαλεῖν, ὥστε πάντας ἐμοὶ ἐπιτοξάζεσθαι· ὃ καὶ ἐπεποίησαν, κύκλῳ γάρ με περιστάντες, ἐπιμελῶς ταῖς κατ᾽ ἐμοῦ ἐχρῶντο πληγαῖς, καὶ ἀνηλεῶς ἅπαντα διεπράττοντο, μὴ φειδόμενοι· τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ μηδὲ λείψανον περιλέλειπτο. ἐπειδὴ δὲ εἶπεν, ὅτι σκοπὸς τέθειμαι πᾶσι, καὶ τοξεύομαι, ἐπιμένων τῇ μεταφορᾷ, ὡς κατὰ τῶν σπλάγχνων πληγείς, φησίν.

Effuderunt in terram fel meum.

Ἐξέχεαν εἰς τὴν γῆν τὴν χολήν μου.

ID eſt, Rebus omnibus me nudârunt, exhaurientes quicquid in me vitale & vegetabile erat.

ΤΟυτέστιν, ἔρημόν με πάντων κατέστησαν, κενώσαντες εἴτι μοι ζωτικὸν ἐνῆν.

Dejecerunt me ruinam ſuper ruinam.

Κατέβαλόν με πτῶμα ἐπὶ πτώματι.

HIs verbis continua & non interrupta ſupplicia innuit, & quòd calamitates alias poſt alias pertulerit.

ΔΙὰ τούτου τὰς ἀδιαλείπτους αἰνίττεται τιμωρίας, καὶ ὅτι ἄλλας ἐπ᾽ ἄλλαις συμφορὰς ὑπέμεινεν.

Εδραιμον

Ἔδραμον πρός με δυνάμενοι.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τουτέστιν, ἔσπευσαν εἰς τὴν διαρπαγὴν τῶν ἐμοὶ διαφερόντων, καὶ τὰ κατὰ γνώμην ἔπραξαν, τῆς τοῦ Θεοῦ ὀργῆς εὐάλωτόν με καταστησάσης.

Cucurrerunt erga me potentes.

POLYCHRONII. Ideſt, Ad direptionem præcipuorum bonorum, & quæ mihi in deliciis erant, feſtinârunt; & divinâ irâ expugnatu facilem me reddente, omnia ex arbitrio ſuo fecerunt.

Σάκκον ἔρραψαν ἐπὶ βύρσης μου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἢ τοῦτο λέγει, ὅτι μεμελάνωταί μου τὸ δέρμα διὰ τὴν τῶν παθῶν ἐπίτασιν, ὥσπερ τις ἐκ τριχῶν πεποιημένος σάκκος· ἢ, ὅτι ὥσπερ οἱ σάκκον φοροῦντες κατατρύχονται τὸ σῶμα, οὕτως ὅλος κατατρύχομαι· ἢ, ὅτι ἐκ λαμπρᾶς καὶ βασιλικῆς ἐσθῆτος, ὑπὸ τῆς ἄγαν πενίας σάκκον περιβέβλημαι, καὶ εἰς πενθικὸν σχῆμα κατέστην, οὐδὲν λείψανον τῆς προλαβούσης εὐημερίας φέρων.

Cilicium aſſuerunt corio meo.

OLYMPIODORI. Vel hoc dicit; Propter dolorum vehementiam cutis mea, tanquam ſaccus ex pilis contextus, nigredinem contraxit: vel, Quemadmodum qui cilicium geſtant, corpus affligunt, ſic ego totus affligor: vel, Quia propter ſummam egeſtatem, pro veſte ſplendida & regia, ſacco amictus ſum, & prioris felicitatis nullas reliquias poſſidens, ad lugubrem habitum redactus ſum.

Τὸ δὲ σθένος μου ἐν γῇ ἐσβέσθη.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, ἡ δύναμις, καὶ ἡ εὐπραγία μου πᾶσα, καὶ ἡ προσοῦσά μοι ἀξία καὶ τιμή, ἀπεσβέσθη καὶ ἠφανίσθη.

Robur autem meum in terra exſtinctum eſt.

EJUSDEM. Id eſt, Omnis mea poteſtas & felicitas, & gloria ac dignitas qua fruebar, exſtincta & deleta eſt.

Ἡ γαστήρ μου συγκέκαυται ἀπὸ κλαυθμοῦ, ἐπὶ δὲ βλεφάροις μου σκιά.

ΓΑστέρα τὴν ψυχήν φησιν, ἢ διὰ τὸ ἀπόκρυφον καὶ ἀόρατον, ἢ ὡς διαδοτικὴν τῆς ἐκ τοῦ λόγου τροφῆς. λέγει οὖν, ὅτι ἡ ψυχή μου συγκαίεται, καὶ ἀκαταπαύστως δακρύω, ὥστε καὶ ἡ ὀπτικὴ τῶν ὀφθαλμῶν μου κατεβλάβη δύναμις· ἢ δὲ ὑπὸ τῆς * ἀθυμίας ὡς ἐν σκότει διάγω. ἄλλα δὲ ἀντίγραφα, σκιὰν θανάτου, ἔχουσιν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν μου ἔχω τὸν θάνατον.

* γρ. ἐκθυμίας.

Venter meus combuſtus eſt à fletu, et ſuper palpebras meas umbra.

ANimam, *ventrem* vocat, vel quia abdita & inviſibilis ſit, vel quia rationis alimenta diſtribuit. Dicit igitur, Ardet anima mea, & lachrymas indeſinenter fundo, ita ut oculorum videndi facultas læſa ſit: vel, Præ animi ægritudine tanquam in tenebris dego. Alia autem exemplaria, *Umbram mortis*, habent; ac ſi diceret, Mors mihi ob oculos verſatur.

Injuſtum

Injuſtum autem nihil fuit in manu mea, deprecatio autem mea munda.

DIDYMI. Graviorem, inquit, animi anxietatem mihi creat, & majore moleſtiâ afficit, quòd nullius improbitatis & ſceleris mihi conſcius ſim; aliud enim nihil ſcio, niſi quòd recto & ſincero animo ſupplicibus precibus Deum invocaverim; quare ſtupore attonitus quòd talia ſuſtineam, admiror. Animadverte autem, Juſti preces puras fuiſſe, ſine omni perturbationum miſtura, nullis animi fluctuationibus obnoxias, aut curarum fluctibus diſtractas.

Terra ne operias ſuper ſanguinem carnis meæ, nec ſit locus clamori meo.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Verba hæc ad miſericordiam excitantis ſunt, quamvis precantis more concipiantur: dicit autem, Ne ſileas, ô terra, ea quæ mihi acciderunt, neque ſanguinem meum injuſtè è carne mea effuſum contegas (quin tanquam Abelis ſanguis, clamorem edat) & quæ corporis mei ſanie reſperſa es, Deum precibus ad vindictam ſumendam excita: neque vociferationem meam aër cohibeat, neque luctus & lamenta loco conſiſtant, & occultentur, aut oblivione deleantur, ſed ad cœlos vocis meæ intenſio pertingat, ut Deus, malorum quæ ſunt vindex, & ſceleris authorum ultor conſtitutus, vitæ meæ anteactæ integritatem inculpatam, omnibus manifeſtam faciat. Mos autem hic eſt eorum qui in ærumnis verſantur, ut noſint mala ſua celari. Tantùm, inquit, abeſt, ut malorum mihi conſcius ſim, ut omnes intueri ea quæ patior, deſiderem. Hæc, ô Beate, ad modum ſupplicis ſimul & Prophetæ à te dicta ſunt; tua enim facinora non ſunt occulta, ſed certamina tua, fortitudinem tuam,

Gen. 4. 10.

Ἄδικον δὲ οὐδὲν ἦν ἐν χερσί μου, εὐχὴ δέ μου καθαρά.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Χείρονά μοι, φησί, τὴν ἀθυμίαν ἐμποιεῖ, καὶ μᾶλλόν με ἀνιᾷ, τὸ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδέναι φαῦλον· οὐ γὰρ γινώσκω τι, εἰ μὴ ὅτι ὀρθῷ λογισμῷ τὰς πρὸς Θεὸν ἐποιούμην ἱκεσίας· διὸ καὶ ξενίζομαι ἐφ᾽ οἷς ταῦτα ὑπομένω. Ἐπισημείωσαι δὲ, ὅτι καθαρὰ ἦν ἡ τοῦ δικαίου εὐχὴ, ἡ τοῦ παντὸς πάθους ἀμιγής, μὴ ῥεμβασμοῖς ὑποκειμένη, μηδὲ ὑπὸ φροντίδων κατασπωμένη.

Γῆ μὴ ἐπικαλύψῃς ἐφ᾽ αἵματι τῆς σαρκός μου, μηδὲ εἴη τόπος τῇ κραυγῇ μου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Εἰς συμπάθειαν δὲ ἐκκαλουμένου τὰ ῥήματα, εἰ καὶ εὐκτικῶς εἴρηται. λέγει δὲ, μὴ σιωπήσῃς, ὦ γῆ, τὰ κατ᾽ ἐμὲ, μηδὲ συγκρύψῃς τὸ ἐμὸν αἷμα, τὸ ἀδίκως ἐκκεχυμένον ἐκ τῆς σαρκός μου, ἀλλὰ κραζάτω, ὡς τὸ τοῦ Ἄβελ, καὶ ἐκκαλέσαι τὸν Θεὸν εἰς ἐκδικίαν, αὐτοὺς τοῦ σώματος τοὺς ἰχῶρας ἔχουσα· καὶ ὁ ἀὴρ μὴ ἐπίσχοι μου τὴν κραυγὴν, μηδὲ στῇ ἐν τόπῳ καὶ ἀποκρυβῇ, καὶ εἰς λήθην ἔλθοι τὰ κατὰ τοὺς ἐμοὺς ὀδυρμοὺς, ἀλλ᾽ εἰς οὐρανοὺς φθασάτω τῆς φωνῆς μου ὁ τόνος, ἵν᾽ ὁ Θεὸς τῶν γενομένων κακῶν ἔκδικος καταστὰς, καὶ τοὺς αἰτίους ἀμυνόμενος, τοῦτο γοῦν ἅπασι δείξῃ, τὴν ἐμοὶ βεβιωμένην τὸ ἄμεμπτον. ἔθος δὲ τοῦτο τοῖς ἐν δεινοῖς οὖσι, τὰ κατὰ αὐτοὺς μὴ θέλειν καλύπτεσθαι. τοσοῦτον ἀπέχω, φησὶ, τοῦ συνειδέναι ἐμαυτῷ πονηρὰ, ὥστε βούλομαι πάντας ὁρᾷν ἃ πάσχω. Ταῦτα εὐκτικῶς ἅμα καὶ προφητικῶς εἴπας, μακάριε· οὐ γὰρ ἀπεκρύβη τὰ κατὰ σὲ, ἀλλὰ πάντες ἀνὰ στόμα ἔχουσιν αἱ θεραπεῖαι τὰ σὰ παλαίσματα,

ἀγωνίσματα, καὶ τὴν ἀνδρείαν, καὶ τὴν ὑπομονήν, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις βραβεῖα καὶ τοὺς στεφάνους, καὶ τὴν ἀνάῤῥησιν.

& invictam patientiam, virtutúmque harum præmia, coronas, & præconia, omnes homines in ore habemus.

Καὶ νῦν ἰδοὺ ἐν οὐρανοῖς ὁ μάρτυς μου, ὁ δὲ συνίστωρ μου ἐν ὑψίστοις.

Et ecce nunc in cœlis eſt teſtis meus, & conſcius meus in excelſis.

ΟΛΥΜΠ. καὶ ΠΟΛΥΧΡ. Εὖγε ψυχῆς καθαρᾶς, καὶ ἀγάπης ἀνυπερβλήτου, καὶ συνειδήσεως ἀληθινῆς, τὸν πάντα ἐφορῶντα ὀφθαλμὸν πρὸς μαρτυρίαν ἐπικαλουμένης. τοῦ Θεοῦ γάρ, φησί, τὴν κρίσιν καλῶ, ὃς τῶν ἁπάντων ἀκριβῆ τὴν γνῶσιν ἔχων, καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν φαινομένων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀληθείας τὴν ψῆφον φέρων, μάρτυς τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων εἶναι δύναται.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Euge animam puram, & charitatem eximiam, ac conſcientiam veracem, quæ oculum cuncta intuentem in teſtimonium advocat. Dei, inquit, judicium appello, qui cùm exactam omnium cognitionem habeat, neque ſecundùm apparentiam, ſed ſecundùm veritatem ſententiam ferat, eorum quæ à me dicuntur, teſtis idoneus eſſe poteſt.

Ἀφίκοιτό μου ἡ δέησις πρὸς Κύριον, ἔναντι δὲ αὐτοῦ στάζοι μου ὁ ὀφθαλμός.

Perveniat oratio mea ad Dominum, & coram eo ſtillet oculus meus.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Μονονουχὶ λέγει, ἀκούσαι ταῦτα ὁ Θεός, ἴδοι ταῦτα ὁ Θεός, ἐπινεύσας τε μου ταῖς ἱκεσίαις, καὶ δακρύοντα κατελεήσας, ἀνάσχοιτό μοι δικάσαι πεπονθότι κακῶς. ἀλλὰ καὶ τοῦτό σοι πρὸς ἔργον ἐξέβη, ἀοίδιμε· ἐθεώρει γάρ σου τὰ παλαίσματα ὁ μέγας ἀγωνοθέτης, καὶ ἐπήκουσέ σου τῆς ἱκεσίας, ἐπεῖδέ σου τὰ τίμια δάκρυα, διὸ καὶ τῶν ἀγώνων τὴν αἰτίαν ἐπληροφόρησε. γίνεται δὲ τὸ στάζειν ἔναντι Κυρίου τὰ δάκρυα τοῖς μακαρίως κλαίουσιν.

CHRYSOSTOMI. Hæc ferè verborum meus eſt; Audiat hæc Deus, videat hæc Deus, & precibus meis annuens, & lachrymantis miſertus, miſerè mihi afflicto jus dicere ne gravetur. Verùm & hoc, vir inclyte, reipſa aſſequutus es; magnus enim agonotheta tua certamina intuebatur, ſupplicationi tuæ aurem præbuit, & precioſas tuas lachrymas aſpexit, ac propterea certaminum cauſam omnibus certam & manifeſtam reddidit. Fit autem ut qui feliciter lugent, lachrymas coram Deo diſtillent.

Εἴη δὲ ἔλεγχος ἀνδρὶ ἔναντι Κυρίου, καὶ υἱῷ ἀνθρώπου τῷ πλησίον αὐτοῦ.

Sit autem redargutio viro coram Domino, & filio hominis ad proximum ſuum.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Παράσχοι, φησίν, ὁ Θεὸς ἐμοί τε καὶ τοῖς πλήξασιν, ἑαυτὸν ἀκροατήν· καὶ γένοιτό μοι, αὐτοῦ δικάζοντος, διαλεχθῆναι πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας, οὓς δὴ καὶ πλησίον αὐτοῦ

POLYCHRONII. Præbeat, inquit, ſe mihi Deus, & iis qui plagis me afficiunt, auditorem; liceátque mihi, illo judice, cum iis differere qui mihi contradicunt; quos quidem, tanquam amicos, proximos

proximos ejus vocat; ſeipſum autem, virum, & filium hominis appellat: ac judicium quidem adeo manifeſtum fore confidit, ut neminem lateat, ac ſi ſub hominibus latum eſſet, metaphorâ à Principibus ſumptâ, qui publicè in omnium auribus res & negotia examinare ſolent. Propheticè etiam hoc ab eo dictum eſt; Deus enim, auditis iis quæ utrinque dicebantur, illum quidem juſtum pronunciavit, ejus autem amicos condemnavit.

φησιν, ὡς φίλους· ἄνδρα δὲ καὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ἑαυτὸν ὀνομάζει· καὶ πέποιθεν οὕτω σαφῆ γενέσθαι τὴν κρίσιν, ὡς ἐπὶ ἀνθρώπων γινομένην, ὥστε μηδένα λαθεῖν, ἐκ μεταφορᾶς αὐτὸ λαβὼν τῶν ἀρχόντων, τῶν ὑπὸ ταῖς πάντων ἀκοαῖς ἐξεταζόντων τὰ πράγματα. προφητικῶς δὲ εἶπε καὶ τοῦτο· διακούσας γὰρ Θεὸς τῶν ἑκατέροις τοῖς μέρεσιν εἰρημένων, αὐτὸν μὲν ἐδικαίωσε, τοὺς δὲ αὐτοῦ κατεδίκασε φίλους.

Anni enim dinumerati venerunt; & viâ, per quam non revertar, ambulabo.

Ἔτη δὲ ἀριθμητὰ ἥκασιν, ὁδῷ δὲ ᾗ οὐκ ἐπαναστραφήσομαι, πορεύσομαι.

OLYMPIODORI. Rurſus vitæ brevitatem pro ſupplicatione in medium affert, ſimulque docet, vitâ functos ad hanc vitam redire non poſſe. Hæc igitur dicit, ſolatium ſibi maximum futurum judicans, ſi actiones ſuæ ante obitum examinarentur.

ΟΛΥΜΠ. Πάλιν τὸ ὀλιγοχρόνιον εἰς ἱκετηρίαν προβάλλεται, διδάσκων ὁμοῦ, ὅτι οἱ ἅπαξ ἀποθανόντες παλινδρομοῦσιν εἰς τόνδε τὸν βίον οὐ δύνανται. Ταῦτα οὖν φησιν, αὐτῷ γενέσθαι πρὸ τοῦ θανάτου, μεγίστην κρίνων παραμυθίαν τῶν πραγμάτων τὸν ἔλεγχον.

CAP. XVII. *PEREO ſpiritu agitatus: oro autem ſepulchrum, & non contingit mihi; preces adhibeo cum labore, & quid feci?*

ΟΛΕΚΟΜΑΙ πνεύματι φερόμενος· δέομαι δὲ ταφῆς, καὶ οὐ τυγχάνω· λίσσομαι κάμνων, καὶ τί ποιήσας;

OLYMPIOD. Præ ærumnis, inquit, & doloribus in anguſtias conjectus, animo ſum perturbato; neminem verò injuriarum judicem habens, nec liberationem à malis, aut vitæ exitum reperiens, ſed cogitationum æſtu undique fluctuans, & cuncta quæ mihi acciderunt contemplans, pereo: unde fit, ut mortem deſiderem, & conſilii inopiâ laborem, quòd illam aſſequi non valeam. Illud enim, *Preces adhibeo*, id eſt, Animi, inquit, pendeo; vel, Sepulturæ tradi enixè peto; falſis autem rationibus decipior, nec voti compos fio. Animadverte igitur, quòd (prout in initio diximus) mortem exoptet; veritus tamen eum qui animam corpori conjunxit, vio-

ΟΛΥΜΠ. Ἐν ταραχῇ, φησὶ, τὴν ψυχὴν καθέστηκα, ὑπὸ μὲν τῶν παθῶν στενοχωρούμενος· οὐδένα δὲ κριτὴν τῆς ἀδικίας ἔχων, καὶ οὔτε τὴν δεινῶν ἐλευθερίαν εὑρίσκω, οὔτε τοῦ βίου ἀπαλλαγὴν, ἀλλ' ἀπόλλυμαι, πανταχοῦ τοῖς λογισμοῖς περιφερόμενος, καὶ πρὸς πάντα ἀφορῶν τὰ ἐμοὶ συμβεβηκότα· διὸ καὶ ποθῶ τὸν θάνατον, καὶ ἀπορίᾳ συνέχομαι, τούτου τυχεῖν μὴ δυνάμενος. Τὸ γὰρ, λίσσομαι, ἀντὶ τοῦ, διαπορῶ μαι, εἶπεν, ἤτοι, ἀντιβολῶ ταφῇ παραδοθῆναι· πλὴν οὐ τυγχάνω, φησὶ, τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ παραλελόγισμαι. ὅρα οὖν, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγομεν, ὡς ποθεῖ μὲν τὸν θάνατον, καὶ δέον ἦν ἀνθέλκειν αὐτὸν ἑαυτοῦ καταστῆναι,

στῆναι, ἀλλ' οὐχ ἑαυτὸν ἐξάγει, τιμῶν τὸν συνδήσαντα.

lentas manus ſibi non injecerit, cùm in poteſtate ſua eſſet mortem ſibi conſciſcere.

Ἐκλέψαν δέ μου τὰ ὑπάρχοντα ἀλλότριοι.

Et furati ſunt extranei bona mea.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οἱ ἱππεῖς, φησὶν, καὶ πολέμιοι μετ' ἐξουσίας λῃσάμενοι τὰ παρόντα μοι, ᾤχοντο· ἐγὼ δὲ ὥσπερ πελάγιος ἐν μέσῳ τῶν κακῶν * φερόμενος, οὐδεμίαν τῶν συμφορῶν ὁρῶ λύσιν.

* χειμαζόμενος. (margin)

EJUSDEM. Equites, inquit, & hoſtes, bona mea cum poteſtate deprædantes, abierunt : ego verò in mediis malis, tanquam in alto oceano jactatus, nullum exitum calamitatum video.

Τίς ἐστιν οὗτος; τῇ χειρί μου συνδεθήτω· ὅτι καρδίαν αὐτῶν ἔκρυψας ἀπὸ φρονήσεως, διὰ τοῦτο οὐ μὴ ὑψώσῃς αὐτούς· τῇ μερίδι ἀναγγελεῖ κακίας.

Quis eſt iſte ? manu meâ ligetur : quia cor eorum abſcondiſti á prudentia, propter hoc ne exaltaveris eos : parti nunciabit mala.

ΠΟΛΥΧΡ. Τούτους τοὺς στίχους τινὲς οὕτως ἑρμηνεύουσι· Τίς ἐστιν ὁ θέλων μοι δικάσασθαι; συνδεθήτω τῇ ἐμῇ χειρὶ, ἵνα κοινῶς ἀπαχθῶμεν πρὸς τὸ θεῖον δικαστήριον, ἐπὶ Θεοῦ κριτηρίου ἐσόμενοι· κἄν τις οἴηταί με τινάλλως αὔξειν τὰ πράγματα ἐν μικροψυχίᾳ, προελθὼν ἐλεγξάτω τοὺς λόγους, ἐξ ἴσου τῶν λεχθέντων τὴν πρὸς ἐμὲ ποιούμενος κρίσιν. Εἶτα περὶ τῶν φίλων φησὶν, ὅτι δοκοῦντες εἶναι φρόνιμοι, κρύπτουσι τὴν ἑαυτῶν βουλὴν, συνειδότες μὲν ὡς οὐδὲν μου κατηγορεῖν ἔχουσιν, ὡς δὲ Θεοῦ δῆθεν συνηγοροῦντες καταψευδόμενοί μου. καὶ οὐ θαυμαστὸν εἰ τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις ἀντιφθέγγονται, τὴν γὰρ τοῦ χείρονος μοῖραν ἀντιπροθέντες τοῦ καλοῦ ἠθέλησαν. Ταῦτα μὲν ἕτεροί φασιν. ἐμοὶ δὲ τά τε ἡγούμενα ἐπισκοποῦντι, καὶ τὰ ἑπόμενα, δοκεῖ καὶ τὰ μεταξὺ ταῦτα ἀκολούθως ἐκείνοις λέγεσθαι. Εἶπε τοίνυν, ὅτι ἔκλεψάν μου τὰ ὑπάρχοντα ἀλλότριοι, καὶ ᾐτιάσατο αὐτοὺς ὡς ἀδίκους καὶ πλεονέκτας· ἵνα δὲ μὴ ἡ κακία καταυχᾶται τῆς ἀρετῆς, μηδὲ πλέον ἔχωσιν οἱ φαῦλοι τῶν ἀγαθῶν, δεῖται τοῦ Θεοῦ, ὥστε ταπεινῶσαι, καὶ ὑπαγαγεῖν τῇ τοῦ δικαίου χειρὶ τοὺς ἅρπαγας· διό φησι,

POLYCHR. Quidam hos verſus ſic interpretantur : Quis eſt qui judicio mecum contendere vult ? manui meæ alligetur, ut Dei judicium ſubituri, ad divinum tribunal ſimul abducamur ; & ſiquis, inquit, ſordidè & avarè divitias me incaſſum cumulare exiſtimaverit, accedat, & judicio dictis meis reſpondente, ſermonem meum arguat ac vituperet. Deinde de amicis dicit, quòd hominum exiſtimatione ſapientes habiti, conſilia ſua celarent, quum ſe nihil reprehenſione dignum in me offendere, ſed tanquam Dei patrocinium ſuſcipientes, falſa mihi affingere, conſcii ſibi eſſent. Neque mirum eſt, ſi iis quæ à me dicuntur, contradicant ; partem enim deteriorem præſtantiori præferunt. Hæc quidem alii dicunt. Mihi verò ea quæ præceſſerunt & quæ ſubſequuntur conſideranti, hæc intermedia neceſſariâ conſequentiâ ab iis pendere videntur. Dixerat enim quòd alieni bona ſua ſuffurati eſſent, illóſque tanquam injuſtos & avaros criminatus eſt : ne autem improbitas contra virtutem glorioſè ſe efferret, neque ſceleratorum hominum conditio melior quàm bonorum eſſet, Deum precatur, ut bonorum direptores humiliare, & ſub poteſtate viri juſti redigere velit :

velit: ac proinde dicit, *Quis est iste? injustus,* ſcilicet, & alieni appetens? libertate & licentia ſua minimè fruatur, ſed prohibeatur, coërceatur, ſub manibus meis vinctus detineatur; & quoniam cor ſuum à prudentibus cogitationibus, & conſiliis quæ ſanctos decent, abalienavit, idcirco denegetur illi in altum elevari, ſed deprimatur potiùs ac deturbetur; ſuámque calamitatem improbitatis parti annunciet, id eſt, iis qui ſimilibus moribus ſunt præditi, ne talia illi perpetrare audeant, ſed ex unius hominis injuſti calamitate & ſupplicio, modeſtiam ac ſobrietatem addiſcant, & ipſe etiam ratione quadam ea quæ paſſus eſt iis annunciet. Verſus autem qui poſt pauca verba ſequitur, in hanc ſententiam me induxit, ubi tanquam per modum precationis dicitur, *Juſtus ſuper impium conſurgat, teneat autem fidelis viam ſuam.* In iis verò quæ interjiciuntur, Juſtus ærumnas ſuas enarrat, & dicit.

τίς ἐστιν οὗτος; ὁ ἄδικος, δηλαδὴ, καὶ πλεονεκτικώτατος; μὴ ἄνετος ἐάσθητω, ἀλλὰ κωλυθήτω, ἐπισχεθήτω, ὑπὸ τὴν ἐμὴν χεῖρα γενέσθω δέσμιος· καὶ ἐπειδὴ τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν πόῤῥω ἐποίησε τῆς συνετῆς καὶ ἁγιοπρεπῶν νοημάτων τε καὶ βουλευμάτων, διὰ τοῦτο μὴ συγχωρηθήτω ὑψωθῆναι, μᾶλλον μὲν οὖν κατενεχθήτω καὶ καταβληθήτω, καὶ τὸ αὐτοῦ πάθος* διαγγελείτω τῇ μερίδι τῆς κακίας, τουτέστι, τοῖς ὁμοτρόποις αὐτοῦ, ἵνα μηδὲ αὐτοὶ τολμῶσι τὰ ὅμοια, ἀλλὰ γένηται τούτοις διδασκαλία καὶ σωφρονισμὸς ἡ τοῦ ἑνὸς ἀδίκου συμφορὰ καὶ τιμωρία, καὶ εἴποι τινὰ αὐτὸς ἐκείνοις * ἀναγγελεῖ ἃ πέπονθεν. Εἰς ταύτην δέ με τὴν διάνοιαν ἤγαγε καὶ ὁ μετά τινα ῥήματα κείμενος στίχος, ἐν ᾧ, ὡς ἐν εὐχῇ, λέγεται, δίκαιος ἐπὶ παρανόμῳ ἐπανασταίη, σχοίη δὲ πιστὸς τὴν ἑαυτοῦ ὁδόν. ἐν μέντοι τοῖς μεταξὺ, τὰ ἑαυτοῦ πάθη διηγεῖται ὁ δίκαιος, καί φησιν.

* Ισ. ἀναγγελλέτω

* Ισ. ἀναγγελεῖ.

Et oculi ſuper filios tabuerunt.

Ὀφθαλμοὶ δὲ ἐφ᾽ υἱοῖς ἐτάκησαν.

OLYMP. Luctum perpetuum pro liberis tragicè exaggerat. Vide autem quemadmodum non dixerit, Oculi mei propter fortunarum amiſſionem tabuerunt (illas enim in parvo pretio habuit) ſed propter ſubitum liberorum interitum; pro illis enim, tanquam illorum clade affectus, vehementer indoluit.

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Τὸν ἐπὶ τοῖς τέκνοις ἀδιάλειπτον κλαυθμὸν ἐκτραγῳδεῖ. ὅρα δὲ, ὡς οὐκ εἶπεν, οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν ὑπαρχόντων ἐτάκησαν, μικρὸν γὰρ ἐκείνων ἐποιεῖτο λόγον· ἀλλ᾽ ἐπὶ τῇ τῶν τέκνων ἀθρόᾳ τελευτῇ· ἐπὶ γὰρ τούτοις, ὡς συμπαθὴς, περιήλγησεν.

Poſuiſti autem me fabulam in nationibus, & riſus illis deveni.

Εθου δέ με θρύλλημα ἐν ἔθνεσι, γέλως δὲ αὐτοῖς ἀπέβην.

POLYCHRONII. Ubique, inquit, & in omnium ore, quæ mihi acciderunt vulgò jactantur, & ludibrium iis factus ſum: tanta eſt calamitatis meæ vis & magnitudo, ut neque eos qui longè diſſiti ſunt lateat, ſed cuncti ea quæ paſſus ſum ſermone celebrent: cúmq; propter hæc, fortunarum, ſcilicet, jacturam, & liberorũ cladem,

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Πανταχοῦ, φησὶ, τὰ κατ᾽ ἐμὲ θρυλλεῖται, καὶ καταγέλαστος γέγονα· τοσαύτη τῆς συμφορᾶς ἡ ὑπερβολὴ, ὡς μηδὲ τοὺς πόῤῥωθεν διαλαθεῖν, ἀλλὰ τὰ κατ᾽ ἐμὲ ἅπαντας διηγεῖσθαι· καὶ δέον ἐπὶ τούτοις ἐλεεῖσθαί με, ἐπί τε τῇ ἀφαιρέσει τῶν προσόντων, ἐπί τε τῇ

τῶν

τὴν παίδων ἀπωλείᾳ, ἐκ τῶν ἐναντίων γελῶμαι ὀδυνώμενος.

misereri mei oporteret, è contrario doloribus afflictus ludibrio habeor.

Πεπήρωνται γὰρ ἀπὸ ὀργῆς οἱ ὀφθαλμοί μου.

Cæcati enim ſunt ab ira oculi mei.

ΟΛΥΜΠ. Τουτέστιν, ἠμαυρώθησάν μου ὑπὸ τῆς κατὰ θείαν ὀργὴν ἐπενεχθέντων μοι κακῶν· δακρύων γὰρ ἐπὶ τῇ ἀώρῳ τῶν παίδων τελευτῇ, μικροῦ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς διέφθειρα.

OLYMP. Id eſt, propter mala mihi à divina ira inflicta obfuſcati & hebetati ſunt: parum enim abeſt, quin lachrymas pro liberorum interitu immaturo effundens, oculos corruperim.

Πεπολιόρκημαι μεγάλως ὑπὸ πάντων.

Expugnatus ſum valde ab omnibus.

ΠΟΛΥΧΡ. Τοῦτό με μάλιστα δάκνει, καὶ ῥεῖσθαι παρασκευάζει τοῖς δάκρυσιν, ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ ὀργῆς εἰς τοῦτό με καταστησάσης τιμωρίας, οἱ δοκοῦντες φίλοι, καὶ ἐπὶ παράκλησιν ἀφιγμένοι, χλεύην πεποίηνται, ὡς ἐπ' οὐδενὶ δυσχεραίνοντα, καὶ ἄλλος ἀλλόθεν, δίκην πολεμίου, πλήττειν τοῖς λόγοις φιλονεικοῦσι, καὶ πάντες ταῖς ἐμαῖς συμφοραῖς ἐπεμβαίνουσι.

POLYCHRONII. Hoc me maximè affligit, facitque ut lachrymis diffluam, quòd, cùm ira divina ſupplicium hoc mihi irrogaverit, qui videntur amici, & ut ſolarentur ad me acceſſerant, tanquam cauſam nullam moleſtè ferendi haberem, ludibrio me habeant, & alius aliunde, inſtar inimici, dicteriis me inceſſere contendat, omnéſque calamitatibus meis inſultent.

Θαῦμα ἔσχεν ἀληθινοὺς ἐπὶ τούτῳ.

Admiratio tenuit veraces ſuper hoc.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Οὐ μὲν οἱ τῆς ἀληθείας μεταποιούμενοι, ὥσπερ ὑμεῖς διετέθησαν, ἀλλ' ἐξεπλάγησαν, διαπορουντες ἐφ' οἷς ταῦτα πέπονθα. τοῦτο δὲ, ἴσως καὶ τοὺς φίλους αἰνιττόμενος, λέγει, ὡς οὐ τῆς ἀληθείας μεταποιουμένους, ἀλλ' ἁπλῶς Θεῷ χαρίζεσθαι θέλοντας.

OLYMP. Qui veritatem ſectantur, pariter ut vos affecti non erant, ſed cauſam ob quam hæc paterer ignorantes, attoniti obſtupuerunt. Hoc fortaſſe, ut amicos innuat, ab eo dictum eſt, quaſi veritatis ſtudio nequaquam tenerentur, ſed Deo duntaxat gratificari vellent.

Δίκαιος δὲ ἐπὶ παρανόμῳ ἐπαναςαίη.

Juſtus autem ſuper impium conſurgat.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὡς μὲν περὶ ἑτέρου λέγει, περὶ ἑαυτοῦ δέ φησιν· ἐπειδὴ γὰρ προεῖπε, μὴ ὑψώσῃς τοὺς ἀδίκους, τὸ ἐναντίον, φησί, γένοιτο, τὸ τὸν δίκαιον κατισχῦσαι τοῦ παρανόμου. πρότερον μὲν γὰρ

EJUSDEM. Tanquam de alio verba faciens, de ſeipſo loquitur: cùm enim ſuprà dixiſſet, *Ne exaltaveris injuſtos*; Verſ. 4. contrarium nunc, inquit, eveniat, ut juſtus improbo ſuperior evadat. Prius enim impii

contra juſtum inſurrexerant; nunc ordo mutetur, rerum vices convertantur, & juſti in iniquos & improbos imperium obtineant. . . . .

Teneat autem fidelis viam ſuam, & purus manibus ſumat audaciam.

HOc per modum ſupplicationis dictum eſt, Utinam priſtinam felicitatem recuperem. Theodotio autem ſic reddens, *Et adhærebit juſtus viæ ſuæ*, non patitur ut in verbis precationem intelligamus, ſed cauſæ potiùs redditionẽ & appoſitionẽ; Si juſtus, inquit, homine impio ſuperior evaſerit, neq; vitium contra virtutẽ ſemper prævaluerit, quid demum eveniet? Virtutis operarius minimè ſcandalizabitur, neque æmulabitur ea quæ æmulanda non ſunt; ſed ſi fortè (quod fieri poteſt) à ratione aliquantulùm deflexerit, rurſus viæ ſuæ adhærebit, & ex virtutis præſcripto ambulabit. Tale quid-
Pſal. 124. 3. dam David in Pſalmis canit, *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum; ut non extendant juſti ad iniquitatem manus ſuas.* Cui ſimile eſt hoc Jobi; Mei, inquit, nulla ratio aut cura habeatur; quomodo autem alii viam virtutis inſiſtent, niſi præter ſpem res eveniant, & ab injuſtis ad juſtos proſpera fortuna transferatur? Niſi ſontium felix rerum ſtatus in contrarium mutetur, & inſontes ſuperiores inimicis evadant, quomodo vir integer animi fiduciam habebit? Hoc autem negotium meo exemplo proſperè ſuccedet, ſi priſtinam felicitatem recuperavero, & humiliatos eos videro, qui injuriam mihi intulerunt. Hæc autem Juſtus omnibus precatur: unde apparet, cum non pro ſeipſo, ſed indefinitè pro omni juſto homine preces fudiſſe.

Veruntamen omnes incumbite, & venite, quæſo; non enim invenio in vobis veritatem.

OLYMPIODORI. Rurſus, inquit, his quæ à me dicuntur, omnes

δικαίῳ περιγίνομαι ἐπιμένητε. νῦν δὲ ἀμειφθήτω ἡ τάξις, ἐναλλαγήτω τὰ πράγματα, καὶ κρατείτωσαν τῶν ἀδίκων καὶ φαύλων οἱ δίκαιοι.

Σχοίη δὲ πιστὸς τὴν ἑαυτοῦ ὁδὸν, καθαρὸς δὲ χεῖρας ἀναλάβοι θάρσος.

ΤΟῦτο εὐκτικῶς εἴρηται, κατασταίην εἰς τὴν ἀρχαίαν εὐημερίαν. ὁ δὲ Θεοδοτίων ἐκδοὺς, καὶ ἀνθέξεται δίκαιος τῆς ἑαυτοῦ ὁδοῦ, οὐκ ἀφίησιν ὡς εὐχὴν νοεῖσθαι τὸν λόγον, ἀλλ' ὡς αἰτίας παράθεσιν· * ἐν γὰρ κρείττων, φησὶ, φαίνηται τοῦ *χ ἐ. ἐσ. ἐ.
παρανόμου ὁ δίκαιος, καὶ οὐ κατισχύσει μέχρι τέλους ἡ κακία τῆς ἀρετῆς, τί συμβήσεται; οὐ σκανδαλισθήσεται ὁ τῆς ἀρετῆς ἐργάτης, οὐ ζηλώσει τὰ ἄζηλα· ἀλλὰ κἂν, ὡς εἰκὸς, μικρόν τι τοῦ λόγου παρατράπῃ, πάλιν τῆς οἰκείας ὁδοῦ ἀνθέξεται, καὶ βαδιεῖται κατ' ἀρετήν. τοιοῦτόν τι καὶ Δαβὶδ ψάλλει, ὅτι οὐκ ἀφήσει Κύριος τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον τῶν δικαίων, ὅπως ἂν μὴ ἐκτείνωσιν οἱ δίκαιοι ἐν ἀνομίαις χεῖρας αὐτῶν. παραπλήσιον καὶ τοῦτο τοῦ Ἰώβ· ἔσω, φησὶ, τὰ ἐμὰ ἐν οὐδενί· πῶς ἄλλοι στήσονται ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἀρετῆς, εἰ μὴ παρ' ἐλπίδας ἐκβαίη τὰ πράγματα, καὶ μεταστήσεται ἀπὸ τῶν ἀδίκων εἰς τοὺς δικαίους τὰ τῆς εὐημερίας; πῶς ὁ καθαρὸς ἕξει θάρσος, εἰ μὴ περιτραπήσεται τὰ τῆς εὐτυχίας τοῖς ἐναγέσι, καὶ οἱ ἀγαθοὶ κατισχύσουσι τῶν ὑπεναντίων; τοῦτο δὲ κατορθωθήσεται ἐκ τοῦ κατ' ἐμὲ παραδείγματος, εἰ τὴν πρώτην εὐδαιμονίαν ἀναλήψομαι, καὶ τοὺς ἀδικήσαντάς με ταπεινωθέντας ὄψομαι. ταῦτα δὲ πάλιν ὁ ἅγιος ὑπὲρ πάντων εὔχεται. ὅθεν οὐ περὶ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀορίστως περὶ δικαίου παντὸς προσώπου τὴν εὐχὴν ἐποιήσατο.

Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ πάντες ἐρείδετε, καὶ δεῦτε δή· οὐ γὰρ εὑρίσκω ἐν ὑμῖν ἀληθές.

ΟΛΥΜΠ. *Πάντως, φησὶν, αὖθις *ἴσ. πάντη.
ἀγανακτεῖτε, τούτων παρ' ἐμοῦ λεγομένων,

γνωμῶν, καὶ πρὸς ἀντιλογίαν παρασκευάζεσθε, ὡς ἐπὶ πολέμου τοῖς λόγοις παρατετάγμενοι, καὶ ἕκαστος τῷ ἑτέρῳ ἐπαμύνεις, ὡς ἂν τὸ πᾶσιν ἐνδέον ὑπὸ πάντων *πληρωθείη. ἐπιχύσατε τοίγαρ οὖν ἀλλήλους, καὶ συγκροτήσατε, καὶ συσφίγξατε, καὶ οἷον χελώνα στοιχαστικὸν ποιησάμενοι, οὕτως ἔλθετε· κἂν γὰρ *πάντες ὁμοφρονῆτε, κἂν μυριάκις ἀντείπητε, διελέγξω ὑμᾶς μὴ ἀληθεύοντας, οὐ γὰρ προσοῦσαν ὑμῖν ὁρῶ τὴν ἀλήθειαν.

* χ. πληροφορηθείη.

* χ. πάντα ὁμοφωνῆτε.

iraſcimini, & verbis inſtructi, prout in bello fieri ſolet, ad contradictionem vos comparatis, atque alter alteri ſuppetias fert, ut quod ſingulis deeſt, ab omnibus adimpleatur. Alii alios igitur corroborate, impellite, conſtringite, & quaſi factâ teſtudine, ſic impetum facite: licèt idem animus omnibus fuerit, licèt millies contradixeritis, falſi tamen vos arguam, veritatem enim vobis favere non video.

Αἱ ἡμέραι μου παρῆλθον ἐν *βρόμῳ, ἐῤῥάγη δὲ τὰ ἄρθρα τῆς καρδίας μου.

* ἴσ. δρόμῳ, ut eſt in cod. Thecl.

Dies mei tranſierunt in ſtrepitu, & rupti ſunt articuli cordis mei.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Πάλιν ἄρχεται τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ διηγεῖσθαι, δηλῶν ὡς οὐκ ἀλόγως ποθεῖ τὸν θάνατον, καί φησι, πολὺς ἤδη μοι παρέρχεται χρόνος, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἐλαύνω, ἐν ἀηδίᾳ τὰς ἡμέρας τρίψας, καὶ παρείθησαν, καὶ διελύθησάν μου τῆς ψυχῆς οἱ τόνοι. Εἰ δὲ καρδίαν τὸ ἡγεμονικὸν λέγει, τὸ, ἐῤῥάγη τὰ ἄρθρα τῆς καρδίας μου, ἤτοι νοήσωμεν, ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῆς ἀθυμίας μικροῦ καὶ εἰς παραφροσύνην ἐχώρησα.

POLYCHR. Rurſus, oſtendens quòd non ſine ratione mortem optaret, ea quæ ſibi acciderunt narrare incipit, dicitque, Multum temporis jam mihi elapſum eſt, & dies cum faſtidio conterens ad finem propero; languidi etiam & ſoluti ſunt animi mei nervi. Si autem *cor*, animi principatum vocat, illud, *Rupti ſunt articuli cordis mei*, ad hunc modum intelligere poſſumus; id eſt, Præ animi ægritudine ad inſaniam pene redactus ſum.

Νύκτα εἰς ἡμέραν ἔθηκα, φῶς ἐγγὺς ἀπὸ προσώπου σκότους.

Noctem in diem poſui, lumen propè à facie tenebrarum.

ΟΛΥΜΠ. Τὴν νύκτα, φησὶν, ἅπασαν ἀγρυπνῶν ὡς ἐν ἡμέρᾳ διετέλεσα, προσδοκῶν ἀεὶ τὸ φῶς· τοῦτο δὲ φυσικῶς πάσχουσιν οἱ ἐν ταῖς νόσοις ἀγρυπνοῦντες, εὐχόμενοι τὴν ἡμέραν ἰδεῖν· καὶ τῆς ἡμέρας αὖθις ἐπιλαβούσης, ὡς ἐν νυκτερινῇ ἡσυχίᾳ, θρήνων οὐδὲν ἔλαττον ὑπὸ τῶν ὀδυνῶν διετέλουν· τὸ δὲ ὅλον, συνῆπτον, φησὶ, τὰς νύκτας ταῖς ἡμέραις, οὐδένα καιρὸν ἔρημον θρήνων καταλιμπάνων. τάχα δὲ λέγων, φῶς ἐγγὺς ἀπὸ προσώπου σκότους, τοῦτο ἔοικε λέγειν, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ φῶς ὑπὸ τῆς ἀθυμίας οὐ μακρὰν μοι σκότους ἐδόκει· καθ' ὃ καὶ τὸ ἀλλαχοῦ εἰρημένον περὶ τῶν ἀθυμούντων,

OLYMP. Lucem, inquit, perpetuò expectans, tanquam diurno tempore, noctem totam inſomnem tranſegi (hoc autem naturaliter valetudinariis contingit, ut in morbis vigilias agant, & diem aſpicere precentur) & die rurſus ſuccedente, non ſecus quàm in nocturno ſilentio, in luctu & doloribus degebam; denique, nullum tempus à lamentis liberum relinquens, diebus noctes continuabam. Cùm autem dicat, *Lumen propè à facie tenebrarum*, illud fortaſſe dicere vult, quòd ipſa lux præ animi angore parum mihi à tenebris abeſſe videbatur; juxta illud quod alibi de iis qui mœrore afficiuntur, dictum eſt, *Occidet iis* Am. 8.

Sol meridie: non quidem quòd ſydus illud tunc occidat, ſed quia qui animi ægritudine laborant, diem etiam noctem reputent, nec luce ipſâ placidè fruantur.

σβέσει αὖθις ὁ ἥλιος μεσημβρίας· οὐχ ὡς τοῦ ἄστρου δυόντος, ἀλλ' ὡς τῶν λυπουμένων, καὶ τὴν ἡμέραν νύκτα λογιζομένων, καὶ μὴ * ἀπολαβόντων ἡδέως τοῦ φωτός. *ἴσ. ἀπολαυόντων.

Nam ſi ſuſtinuero, inferi domus mea erunt, & in caligine ſtratum eſt ſtratum meum. Interitum appellavi patrem meum eſſe, matrem autem meam & ſororem, tabem. Ubi igitur eſt mea jam ſpes? aut bona mea videbo? aut mecum ad inferos deſcendent? aut pariter ſuper pulverem deſcendemus?

Ἐὰν γὰρ ὑπομείνω, ᾅδης μου ὁ οἶκος, ἐν δὲ γνόφῳ ἔστρωταί μου ἡ στρωμνή. θάνατον ἐπεκαλεσάμην πατέρα μου εἶναι, μητέρα δὲ μου καὶ ἀδελφὴν, σαπρίαν. ποῦ οὖν μου ἔτι ἐστὶν ἡ ἐλπίς; ἢ τὰ ἀγαθά μου ὄψομαι; ἢ μετ' ἐμοῦ εἰς ᾅδην καταβήσονται; ἢ ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ χώματος καταβησόμεθα;

EJUSDEM. Sed cur, inquit, in malorum tolerantia perſeverandum eſt, ut lucrum inde reportem? Cur verò adverſa ſuſtinere pergam, & mortem recuſem? nónne invito me aderit? an non omnibus hominibus commune eſt mori? an non infernus omnium domus eſt? an non illic omnes à doloribus & laboribus quos hìc ſuſtinent, ceſſabunt? Illud enim hoc vult, *In caligine ſtratum meum*, id eſt, In regione obſcura à vitæ hujus moleſtiis & laboribus requies eſt: quare mortem pro patre exiſtimo, & jure adventum ejus opto; pro matre verò, corporis tabem & diſſolutionem, quæ mortem neceſſariò conſequitur, illámque tanquam ſororem diligo, & omnibus amicitiæ nominibus compello & ſaluto: & hoc idcirco dico, quia corpus jam lue depravatum fœteat, & mortui ac exſtincti imaginem referat. Nolite autem arbitrari, quòd, deſperatis in hac vita rebus, apud inferos diteſcere expectem. Num divitias & gloriam qua hìc fruitur, ad inferos ſecum deferre, alicui contingit? Num ad pulverem, id eſt, ad inferos, cum bonis quæ hic poſſidentur, abire poſſum? Uerùm hoc fieri nequaquam poteſt. Qua igitur ſpe fretus mala ſuſtinebo, cùm exiguo poſt tem-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. * Ἀλλὰ δεῖ, φησὶ, καρτερεῖν * ἵνα τί πλέον περιγένηται; διατί δὲ ὑπενέγκω, καὶ μὴ θελήσω τὸν θάνατον; οὐ γὰρ παρέσται, κἂν μὴ θέλοιμι; οὐ κοινὸν ἅπασιν ἀνθρώποις τὸ ἀποθανεῖν; οὐχὶ ᾅδης ἅπασιν οἶκος; οὐκ ἐκεῖ πάντες τῶν ἐνθάδε καταλήξουσι πόνων; τοῦτο γὰρ λέγει, ἐν γνόφῳ ἡ στρωμνή μου, ἐν τῷ ἀφεγγεῖ χωρίῳ ἡ ἀνάπαυσις τῶν ἐνθάδε πόνων· διὰ τοῦτο μὲν οὖν αὐτὶ πατρὸς ἔχω τὸν θάνατον, καὶ δικαίως αὐτὸν ἐπελθεῖν μοι ποθῶ· ἀντὶ δὲ μητέρος, τὴν τοῦ σώματος σῆψιν καὶ ἀνάλυσιν, τὴν ἐξ ἀνάγκης συμβαίνουσαν μετὰ τὴν τελευτὴν, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ὡς ἀδελφὴν ποθῶ, καὶ πᾶσι τοῖς τῆς φιλίας ὀνόμασι κατασπάζομαι· καὶ τοῦτό φημι, ὡς ἤδη τοῦ σώματος ὑπὸ τῆς λωβήσεως ὀδωδότος, καὶ νεκροῦ καὶ τετελευτηκότος φέροντος εἰκόνα. μὴ γὰρ οἴεσθε, ὡς τὰ ἐνθάδε ἀπελπίσας, εἰς ᾅδου πλουτεῖν προσδοκῶ. μὴ ἐνδέχεταί τινα μεθ' ἑαυτοῦ καταγαγεῖν εἰς ᾅδου τὸν πλοῦτον, ἢ τὴν ἐνθάδε δόξαν; μὴ μετὰ τῶν ἐνθάδε ἀγαθῶν δύναμαι ἀπελθεῖν ἐπὶ χώματος, τουτέστιν, ἐν τοῖς καταχθονίοις; ἀλλὰ μὴν τοῦτο οὐκ ἔστι. ποίᾳ τοιγαροῦν ἐλπίδι * ὑπομείνω, ἐπειδὴ μικρὸν ὕστερον ἀπο-

*ἴσ. ἀλλὰ τί δεῖ. *ἴσ. ἵνα τί πλέον. *ἴσ. ὑπομένω.

ἀποθανεῖν ἀπόκειται πάντως, πάντα τὰ
ἐνθάδε καταλελοιπότα; ἐπὶ τούτοις γὰρ
οὐδὲν ἕτερον προσδοκῶ, ἢ θάνατον, καὶ
ἀνάπαυσιν μίαν ἡγοῦμαι τὴν τελευτὴν,
ἐν ᾗ καταστὰς, οὐδεμίαν μνήμην ἕξω
τῶν ἀλγηδόνων· ὥσπερ δὲ οἱ τετελευτηκότες
οὐδεμίαν τῶν παρόντων προσδοκίαν ἔ-
χουσιν· οὕτως οὐδ᾽ αὐτὸς ἐλπίδα τινὰ τῶν
ἀφαιρεθέντων ἔτι κέκτημαι· ἀλλ᾽ εἰ καὶ
τινὰς τοιαύτας ἐμαυτῷ ὑποτείνω ἐλπί-
δας, ὡς ἔοικεν οἰχήσομαι, μάτην κεχη-
νὼς ἐπ᾽ οὐδενὶ βεβαίῳ, καὶ καταστρέψω
τὸν βίον, οὐδεμίαν ἀπόλαυσιν τῶν ἀγα-
θῶν λαβών. τούτου δὲ ὧδε ἔχοντος, εἰ-
κότως ἐπελθεῖν συντόμως τὸν θάνατον ὡς
πατέρα ποθῶ· ὥσπερ γὰρ οἱ παῖδες πα-
ραμυθίαν ἔχουσι τοὺς γονεῖς, οὕτω κἀγὼ
* ἴσ. ἀνάπαυσιν. ἐν οὐδενὶ ἔχω τὴν * ἀπόλαυσιν, ἢ ἐν τῷ
θανάτῳ καὶ τῇ διαλύσει. παραδείγματι
δὲ τὸ ἐπιτεταμένον παρέστησε τῶν δεινῶν.
ὥσπερ γὰρ, φησὶ, τὰ ἔμβρυα ἐν τῇ μη-
τρῴᾳ νηδύϊ ζῆν δοκεῖ καὶ περιέχεται, ἔχει
δὲ πατέρα τὸν σπείραντα, οὔπω δὲ εἰς
φῶς προελθόντα, ἐν ὑγρότητι καὶ ἰχῶρι
πλείστῳ περιέχεται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ
αὐτὸς, φησὶ, διάκειμαι· ὁ μὲν γὰρ θάνα-
* ἴσ. ἑαυτῷ. τος οὔπω ἀφῖκται, οὐδὲ ἔχει παρ᾽ * ἑαυ-
τὸν, ὡς δὲ πατὴρ ᾠκείωται, καὶ καθά-
περ ὑπὸ γαστρός τινος τῶν παθῶν πε-
ριέχει, οὐδέποτε τῶν δεινῶν ἀπαλ-
λάττων, οὐδὲ ἐλπίδα σωτηρίας ὑπο-
τείνων· ὁμοῦ τοιγαροῦν καὶ ἡμᾶς ἐδί-
δαξε, μὴ περιέχεσθαι τῶν ἐν τῷ βίῳ
καλῶν, οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ἡμῖν συνεξέρ-
χεται ἐκ τοῦδε τοῦ βίου· καὶ ἱκανῶς ἀπο-
λελόγηται τοῦ μὴ μάτην ἐπιποθεῖν
τὸν θάνατον, τοσούτοις ἀλγεινοῖς περιαν-
τλούμενος.

pore, relictis his omnibus, omnino moriendum ſit? Poſthac enim, præter interitum, nihil aliud expecto, & mortem unicam quietem arbitror; quam cùm aſſequutus fuero, omnis dolorum memoria evaneſcit. Ut enim qui defuncti ſunt, ea quibus in hac vita fruimur, minimè expectant; ita nec ego, eorum quæ mihi erepta ſunt, ſpem ullam foveo: & quidem ſi aliquam ejuſmodi mihi ſpem pollicerer, fruſtra, ut apparet, rei inſtabili inhians, hinc migrabo, nullámque bonorum fruitionem adeptus, vitam cum morte commutabo. Quod cùm ita ſe habeat, meritò ſubitum mortis adventum tanquam patris exopto: quemadmodum enim liberi in parentib' ſolatium collocant, ita & mihi in nulla re alia quies & tranquillitas eſt, quàm in morte & corporis diſſolutione. Similitudine autem & exemplo, malorum magnitudinem ob oculos poſuit (Quemadmodum enim, inquit, embryon utero materno comprehenditur, & vivere videtur, patrémque eum qui genuerat, agnoſcit, nondum tamen in lucem & diem prodit, ſed humoris & corrupti ſanguinis abundantiâ ambitur: ſimiliter, inquit, mecum agitur; mors enim nondum advenit, neque apud ſe detinet, ſed inſtar patris, familiaris mibi redditur, & ſine liberatione ab ærumnis, aut ſalutis ſpe ullâ propoſitâ, quaſi perturbationum utero incluſum me continet) ſimul autem & nos docuit, ne bona hujus vitæ in deliciis haberemus, nihil enim eorum ex hac vita nobiſcum commigrabit: & quòd non temerè & ſine cauſa tot malis exhauſtus mortem optaverit, apologiam pro ſeipſo idoneam inſtituit.

PROTHEORIA CAPITIS Duodecimi.

OLYMPIODORI. Baldadus iniquo animo fert, quòd Jobus ſermonem extendiſſet; Non enim, inquit, nos oportet brutorum more cum ſilentio tibi aſſidere. Deinde, quoniam à Jobo ſæpius dictum fuiſſet, quòd à corpore liberari in votis haberet, Cur, inquit, inſolenter te efferſ, & ſæpius illud iteras (libenter corpus exuerem) & de rebus tuis magnificè gloriaris, quaſi ſingularis aliquis homo non exiſteres, ſed mundus univerſus? quid enim? An te exſtincto, ſtatim Univerſi interitus ſequitur? Hæc loquutus, ad ea quæ impiis eventura ſunt, generalibus quidem verbis utens, Juſtum verò propter impietatem ſugillans, ſtylum orationis convertit.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΔΥΟΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ.

ΟΛΥΜΓΙΩΔΩΡΟΥ. Δυσχεραίνει ὁ Βαλδὰδ ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰὼβ μακρηγορίᾳ· οὐ γὰρ δεῖ, φησὶν, ἀλόγων δίκην σιωπῶντας παρακαθῆσθαι. Εἶτα, ὡς πολλάκις τοῦ Ἰὼβ εἰρηκότος, ὅτι ἐπιποθεῖ τοῦ σώματος ἀπαλλαγῆναι, τί, φησὶ, σοβαρεύῃ, καὶ πολλάκις λέγεις, ἡδέως ἐξέδυν τοῦ σώματος, καὶ σεμνύνεις τὰ κατὰ σαυτὸν, ὥσπερ οὐκ ὢν ἄνθρωπος εἷς, ἀλλὰ κόσμος ὅλος; * ἐὰν ἀποθάνῃς, γίνεται καὶ γῆς συντέλεια; Εἶτα ταῦτα εἰρηκὼς, στρέφει τὸν λόγον εἰς τὰ τοῖς ἀσεβέσι συμβησόμενα, ὡς τὰ καθόλου μὲν λέγων, ἐπ' * ἀσεβείᾳ δὲ σκώπτων τὸν δίκαιον.

* ἴσ. add. ἢ γάρ.

* χ. εὐσεβείᾳ.

CAP. XVIII. *RESPONDENS autem Baldad Sauchites, ait, Quouſque non ceſſabis? Cobibe te, ut & ipſi loquamur. Et cur tanquam quadrupedia tacuimus coram te?*

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Βαλδὰδ ὁ Σαυχίτης, λέγει· μέχρι τίνος οὐ παύσῃ; ἐπίσχες, ἵνα καὶ αὐτοὶ λαλήσωμεν. διατί δὲ ὥσπερ τετράποδα σεσιωπήκαμεν ἐναντίον σου;

OLYMPIOD. Sauchæorum tyrannus tyrannicè loquitur. *Quouſque* enim, inquit, *non ceſſabis? Cohibe te:* noli exiſtimare, cum belluis te ſermonem habere, neque orationem in longum producito, nobis potiùs loquendi viciſſitudinem concedito, & ſermonem tuum contrahe ac compeſce.

ΟΛΥΜΠΙΩΔΩΡΟΥ. Ὁ Σαυχαίων τύραννος τυραννικῶς διαλέγεται. μέχρι τίνος γὰρ, φησὶν, οὐ παύσῃ; ἐπίσχες, μὴ οἴου πρὸς ἄλογα τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, καὶ ἀποτάδην οὕτω διαλέγου, δίδου δὲ μᾶλλον καὶ ἡμῖν τοῦ λαλεῖν χώραν, τοὺς σαυτοῦ συστέλλου λόγους.

POLYCHRONII. Cur, inquit, tecum reputans, plagas corpori propter delicta tua inflictas eſſe, tacitus non ſiles? verùm depoſitâ hac cogitatione, tanquam de induſtria contra Deum audaciam ſumis, & nos qui hæc ſilentio præterire cupimus,

ΓΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὅπου γὰρ ἕνεκεν οὐχ ἡσυχάζεις, ταῖς σαυτοῦ πλημμελείαις λογιζόμενος τὰς κατὰ τοῦ σώματος ἐπενεχθείσας πληγάς; ἀλλὰ τοῦτον ἀφεὶς τὸν λογισμὸν, κατὰ τοῦ Θεοῦ θρασύνῃ, ὥσπερ ἐξεπίτηδες καὶ ταῦτα σιγᾷν βουλομένους κινεῖν

κινεῖν ἡμᾶς πρὸς λόγους· οὐ γὰρ πρέπον καθάπερ ἀλόγους τινὰς, ἐφησυχάζειν τῇ κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίᾳ.

ad ſermonem provocas: non enim conſentaneum eſt, tanquam ratione deſtitutos, blaſphemiæ contra Deum nos acquieſcere.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς αὐτοὺς κρινομένους αὐτῷ, ὁρᾷς βουλομένους ἐπιστομίζειν αὐτόν· τοῦτο οὐχὶ παραμυθουμένων ἐστὶν, ἀλλὰ τοὐναντίον παροξυνόντων αὐτὸν καὶ σκωπτόντων. Ἐπίσχες, * φησὶν, ἵνα καὶ αὐτοὶ λαλήσωμεν. διατί γὰρ * παρεληλύθατε; οὐχ ἵνα καὶ αὐτοὶ λαλήσητε; ὅρα τὴν φιλοτιμίαν· αἰσχύνην ἡγοῦνται καὶ ἀλογίαν ἐσχάτην, τὸ σιγᾶν· * πλέον ἀποίσῃ, * φησὶν, αὐτὸς νικήσας ἡμᾶς καὶ περιγεγονώς. ὅρα πάντας αὐτῷ μακρηγορίαν ἐγκαλοῦντας, ὅρα μεμφομένους καὶ αἰτιωμένους. λογικοὶ, * φησὶ, γεγόναμεν καὶ αὐτοὶ κατὰ σὲ, μὴ πλέον ἔχειν τι νόμιζε.

* ἴσ. φασίν.
* ἴσ. παρεγενόμεθα, & λαλήσωμεν.
* ἴσ. add οὐ.
* ἴσ. φασίν.
* ἴσ. φασί.

CHRYSOSTOMI. Vides illos judicio cum eo contendentes, vides ut os illi obturare cupiant: hæ autem non conſolantium, ſed è contrario irritantium & ludibrio habentium partes ſunt. *Cohibe te*, inquit, *ut & ipſi loquamur.* Quorſum enim acceſſimus, an non ut ipſi loqueremur? Conſidera illorum ambitioſam contentionem; ſilere, ſummum dedecus & abſurditatem maximam exiſtimant. Si victoriam, inquiunt, adeptus fueris, & ſuperior nobis evaſeris, nihil lucri inde tibi accedet. Vide ut loquacitatis omnes eum arguant, vide quemadmodum eum accuſent & vituperent. Ratione, inquiunt, non minùs ac tu præditi ſumus; ne exiſtimes te ullâ in re nobis ſuperiorem eſſe.

Κέχρηταί σοι ὀργή.

Δύναται τοῦτο καὶ καθ' ἐρώτησιν ἀναγινώσκεσθαι· * ὅτι ὁ Θεὸς ἐν ὀργῇ σοι ἐχρήσατο; διὰ τὸ τὸν Ἰὼβ εἰπεῖν, ὀργῇ χρησάμενος κατέβαλέ με. δύναται καὶ θετικῶς καὶ ἀποφαντικῶς νοεῖσθαι· σὺ κατὰ σαυτοῦ καὶ τῆς σῆς ψυχῆς ὀργιζόμενος, ὀργάνῳ σοι κέχρηται ἡ ὀργή. τὸ γὰρ ὀργίζεσθαί σε κατὰ Θεοῦ, καὶ καθάπερ ὑπό τινος μανίας, τοσαύτῃ κεχρῆσθαι τῇ τῶν λόγων τραχύτητι, καὶ εἰς ἀποδυσπέτησιν χωρεῖν, ἄνω καὶ κάτω τοῦ θανάτου μνημονεύοντα, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ κατὰ τῆς σαυτοῦ ψυχῆς * τὴν ὀργὴν ἐκφέρειν. Ταύτην τὴν ἔννοιαν καὶ Θεοδοτίων παρέστησεν, ἐκδοὺς, διαρπάζων ψυχὴν αὐτοῦ ἐν θυμῷ αὐτοῦ.

* ἴσ. τί ὅτι.
* ἴσ. τῷ ὀργὴν ἐκφέρειν.

Vſa eſt te ira.

PEr interrogationem etiam hæc verba legi poſſunt; Quid cauſa eſt, cur Deus iram ſuam erga te exercuerit? quia à Jobo dictum erat, *Iracundiâ uſus dejecit me.* Cap 16.10. Poſſunt etiam definitivè & affirmativè intelligi; Tu qui contra teipſum & animam tuam excandeſcis, pro organo ira te utitur: quòd enim contra Deum iraſcaris, & tanquam inſaniâ quadam correptus, tantâ verborum aſperitate utaris, & mortem uſque inculcans ad animi impatientiam dilabaris, nihil aliud eſt, quàm contra animam tuam irâ & indignatione exardeſcere. Hunc ſenſum Theodotio in ſua verſione ſic expreſſit; *Diſcerpens animam ſuam in furore ſuo.*

Τί γάρ; ἐὰν σὺ ἀποθάνῃς, ἀοίκητος ἡ ὑπ' οὐρανόν; ἢ καταστραφήσεται ὄρη ἐκ θεμελίων;

Quid enim? Si tu mortuus fueris, inhabitabilis erit ea quæ ſub cœlo? aut ſubvertentur montes à fundamentis?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τί νομίζεις, φησὶν, ὅτι τῇ σῇ συστάσει

OLYMPIODORI. Num arbitraris, inquit, te ſtante & ſuperſtite, Mundum

Mundum conſiſtere? & magnificè adeo tua effers, mortémque exoptas, quaſi rerum univerſitati morte tua damnum afferres? tales etenim ſermones profers, ac ſi terra omnis quæ ſoli ſubjacet, tuo interitu, tanquam communi ruinâ, detrimentum caperet, & quaſi tuâ juſtitiâ res humanæ ſtabilirentur, téque è medio ſublato, nullus præterea ſuperſtes foret, qui numen divinum placatum & propitium redderet.

Et lumen impiorum exſtinguetur, [Symmachus autem, *Et ſanè.*] *& non procedet lumen eorum.* [Pro quo Theodotio, *Non lucebit.*] *Lux ejus tenebræ in domo, & lucerna ſuper eum exſtinguetur.*

POLYCHRONII. Verùm ſic accipito, quòd licèt impii ſplendeant, & ad honoris apicem & faſtigium evehantur, (hoc enim per *lumen* innuit) omnino res eorum in contrarium mutabuntur, & impii lux per omnem ejus vitam in tenebras convertetur, id eſt, in omnibus infortunatus erit; & licèt ad breve momentum in felicitate degere videatur, ſplendore luminis ſui depoſito, pœnas omnino luet; ita ut an unquam viſus fuerit & exſtiterit, ignotum futurum ſit. *Et lucerna ſuper eum,* id eſt, Priſtinus ille ſplendor quo ornabatur, & qui illuſtrem illum in omnibus reddidit, exſtinguetur: ſimulatque enim ſupplicium illi inflictum fuerit, omnis ejus gloria dilapſa diffluit. Voce autem illa, *Lucerna*, per ſimilitudinem uſus eſt; quoniam qui in luce ambulant, non impingunt.

CHRYSOSTOMI. Conſidera autem illorum improbitatem: cùm enim dixiſſent, magna mala impiis contingere, talia, inquiunt, quæ Jobus ſuſtinet; & calamitates ejus ſermoni inſerunt, quaſi oſtendere volentes, quòd illum innuerent: audi enim qualia dicant.

καὶ ὁ κόσμος συνίσταται; καὶ μεγαλωνῆς τὰ κατὰ σεαυτόν, καὶ ὡς τὴν πολλὴν ζημίαν περιβάλλων, οὕτω τὸν θάνατον ἐπιθυμεῖς; ὥσπερ γὰρ τῆς ὑφ' ἥλιον ζημιουμένης ἐπὶ τῇ σῇ τελευτῇ, καὶ ὡς ἠθικῆς γινομένης συντελείας, οὕτω διαλέγῃ, καὶ ὡς τῆς σῆς μὲν δικαιοσύνης ἱστώσης τὰ ἀνθρώπινα, ἐκ ποδῶν δὲ γινομένης, οὐκέτι ὄντος τοῦ ἵλεων καθιστῶντος τὸ θεῖον.

Καὶ φῶς ἀσεβῶν σβεσθήσεται, [ὁ δὲ Σύμμαχος, μέντοιγε.] καὶ οὐκ ἀποβήσεται αὐτῶν ἡ φλόξ. [ἀνθ' οὗ ὁ Θεοδοτίων, οὐ λάμψει, ἐκδέδωκε.] τὸ φῶς αὐτοῦ σκότος ἐν διαίτῃ, ὁ δὲ λύχνος ἐπ' αὐτῷ σβεσθήσεται.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Πλὴν ἴσθι, φησίν, ὅτι κἂν διαλάμψωσιν οἱ ἀσεβεῖς, κἂν εἰς ὕψος δόξης ἀρθῶσι, τοῦτο γὰρ αἰνίττεται διὰ τῆς φλογός, χρήσονται τὰ κατ' αὐτοὺς τὴν ἐναντίαν πάντως μεταβολήν, καὶ γραφήσεται μὲν τοῦ ἀσεβοῦς τὸ * σκότος ἐν πάσῃ αὐτοῦ τῇ διαγωγῇ, τουτέστι, πάντα τὰ κατ' αὐτὸν δυσπραγία καθέξει· κἂν πρὸς βραχὺ δόξῃ ἐν εὐημερίᾳ διάγειν, δίκην πάντως δώσει, τοῦ οἰκείου φωτὸς ἀποβαλὼν τὴν φαιδρότητα, ὡς μηδ' εἰ πώποτε ὤφθη, εἶναι γνώριμον. ὁ δὲ λύχνος ἐπ' αὐτῷ, ὅπερ ἐστίν, ἡ ἄνωθεν ἐπικειμένη αὐτῷ λαμπρότης, καὶ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν καταυγάζουσα, ἀποσβεσθήσεται· τῆς γὰρ κατ' αὐτοῦ τιμωρίας ἐνεχθείσης, ἅπασα ἡ περὶ αὐτὸν δόξα διαρρεῖ. ὁμοιωματικῶς δὲ ἐχρήσατο * ἐπειδήπερ οἱ ὑπὸ φωτὶ βαδίζοντες οὐ προσπταίουσι.

*ἴσ. interſerendum φῶς ἐσ.

*ἴσ. add. τῇ λέξει τοῦ φωτός.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ὅρα δέ μοι τὴν πονηρίαν· λέγοντες γάρ, ὅτι μεγάλα κακὰ τοῖς ἀσεβέσι συμβαίνει, ταῦτα λέγουσι τὰ κακὰ ἅπερ Ἰὼβ ὑπέμεινε· καὶ τὸν λόγον πλέκουσι διὰ τὴν τούτου συμφοράν, ὥσπερ ἐνδείξασθαι βουλόμενοι, ὅτι αὐτὸν αἰνίττονται· ἄκουε γὰρ οἷα λέγουσι.

Θη-

Θηρεύσαισαν ἐλάχιστοι τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ· σφάλαι δὲ αὐτοῦ ἡ βουλή. [ἀνθ' οὗ ὁ Θεοδοτίων, καταῤῥάξει αὐτὸν ἡ βουλὴ αὐτοῦ.] ἐμβέβληται δὲ ὁ ποῦς αὐτοῦ ἐν παγίδι· ἐν δικτύῳ ἑλιχθείη· ἔλθοισαν δὲ ἐπ' αὐτὸν παγίδες.

Venentur infimi ſubſtantiam ejus; erret autem ejus conſilium. [Pro quo Theodotio, *Præcipitabit eum conſilium ejus.*] *Et immiſſus eſt pes ejus in laqueum; in rete involvatur; venient autem ſuper eum laquei.*

ΟΛΥΜΠ. Ἐκ μεταφορᾶς τῶν θηρευομένων ὀρνέων ἢ ζώων, ταῦτα εἶπε, τὸ ἀδιεξόδευτον διὰ τούτων δηλῶν τῶν κακῶν ἐν οἷς περιείληπται ὁ ἀσεβής. ὥσπερ γὰρ τὰ ζῶα, φησὶν, ὑπὸ τὰς παγίδας ἢ τὰ δίκτυα γινόμενα, διεκδῦναι λοιπὸν οὐ δύναται· οὕτω καὶ οἱ ἀσεβεῖς ἀναποδράστους ἔχουσι τὰς καταλαμβανούσας αὐτοὺς συμφοράς· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι πολλάκις οὐδὲ ὑπὸ δυναστῶν τινων, ἀλλ' ὑπὸ ἐλαχίστων καὶ εὐτελῶν τὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑπομένουσι στέρησιν, πάσης αὐτῶν τῆς βουλῆς εἰς τοὐναντίον περιτραπείσης· ἵνα εἴπῃ, ὅτι σὺ ὁ καυχώμενος ἐπὶ δικαιοσύνῃ, δι' ἁμαρτίας τῶν οἰκείων ἐκπέπτωκας, καὶ ἀφύκτοις κακοῖς συνελήφθης, ἅπερ διὰ τῶν παγίδων καὶ τῶν δικτύων ᾐνίξατο παραδείγματι.

OLYMPIODORI. Per metaphoram ab avibus & beſtiis quæ aucupio & venatu capiuntur, ut malorum quibus impius irretitur nullum exitum eſſe oſtenderet, hæc dixit. Quemadmodum enim animalia quæ in laqueos & retia inciderunt, evadere ampliùs inde nequeunt; ita etiam impii calamitatibus inevitabilibus premuntur: &, quod gravius eſt, omni eorum conſilio everſo & in contrarium mutato, ſæpenumero non à dynaſtis, ſed à minimis & infimæ ſortis hominibus, facultates illis eripiuntur; ac ſi diceret, Tu qui juſtitiam tuam glorioſè venditas, propter peccata bonis tuis excidiſti, & malis ineluctabilibus (quæ laqueorum & retium ſimilitudine innuerat) illaqueatus teneris.

Κατισχύσει ἐπ' αὐτὸν διψῶντας.

Confortabit ſuper eum ſitientes.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Κραταιώσει, φησὶν, ὁ Θεὸς τοὺς ὀρεγομένους ἐμφορηθῆναι τῶν ὑπαρχόντων τοῦ ἀσεβοῦς· καὶ τοὺς ἐπιθυμοῦντας εὑρεῖν τι κατ' αὐτοῦ δυνατωτέρους αὐτοῦ ἀπεργάσεται· καὶ ὁ μὲν ἐκκείσεται πρὸς τὸ πάσχειν διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀπόφασιν, ἄλλοι δὲ τὴν νομὴν αὐτοῦ ἕξουσιν.

EJUSDEM. Eos, inquit, qui facultatibus impii ſaturare ſe cupiunt, corroborabit Deus; & eos qui deſiderant criminationis cauſam in eo deprehendere, potentiores reddet: & ille quidem decreto divino malorum perpeſſioni exponetur, alii verò poſſeſſione ejus fruentur.

Κέκρυπται ἐν τῇ γῇ σχοινίον αὐτοῦ, καὶ ἡ σύλληψις αὐτοῦ ἐπὶ τρίβων.

Abſconditus eſt in terra funiculus ejus, & captio ejus in ſemita.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ τοῦτο ἐκ μεταφορᾶς εἶπε τῶν ἐκ λίνου

EJUSDEM. Et hoc, metaphorâ ſumptâ à laqueis ex filo contextis, dixit,

dixit, quos aucupes terrâ occultantes, & funiculo rete contrahentes, aves quæ inſident captant. Quemadmodum enim, inquit, qui aves aucupantur, retis funiculum terrâ occultant, & procul remoti ſedentes, ſi præda in rete inciderit diligenter obſervant, attractóque funiculo, prædam inopinatò in laqueos illapſam capiunt; (volucres enim tanquam ad paratam eſcam advolantes, ex inſperato in eos incidunt) ita etiam impii, dum omni timore abjecto mala perpetrant, calamitatibus & infortuniis improviſis ſeipſos imprudentes implicant. Hoc etiam præterea his verbis innuitur, quòd funiculus impii, id eſt, portio ejus terrâ obruta ſit, & quòd ex delictis quæ commiſit vinctus deveniat, & in omnibus ſemitis ſuis coarctetur; juxta illud, *In laqueo quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.* (Pſal. 9. 16.) Illud autem, *Captio ejus in ſemitis*, tale quid innuit; Incurſus & impetus hoſtilis in locis deſertis fieri ſolet; impius autem, inquit, non in ſolitudinibus, ſed in ipſis mediis viis comprehenditur, id eſt, Dum adhuc proſperâ fortunâ utitur, ſubitam rerum mutationem ſuſtinet.

κατασκευασμένων θηράτρων, ἃ τῇ γῇ κατακρύψαντες οἱ θηραταὶ, τὰ ἐπικαθήμενα τῶν ὀρνέων αἱροῦσι, τοῦ σχοινίου συνάγοντες τὸ λίνον. ὥσπερ γὰρ, φησὶν, οἱ θηρεύοντες κρύπτουσιν εἰς γῆν τοῦ δικτύου τὸ σχοινίον, καὶ πόῤῥωθεν καθήμενοι, ἀποσκοποῦσιν εἰ γένοιτο περὶ τὸ δίκτυον τὸ θήραμα, εἶτα ἕλκοντες τὸ σχοινίον συλλαμβάνουσι τὴν ἄγραν ἀδοκήτως τοῖς ἄρκυσι περιπεσοῦσαν· * ἐκεῖνα γὰρ τὰ ὄρνεα ἀφανῶς περιπίπτει, ὡς ἐφ' ἑτοίμην τρέχοντα τροφήν· οὕτω καὶ οἱ ἀσεβεῖς ἀδεῶς πράττοντες τὰ κακὰ, λανθάνουσι σφᾶς αὐτοὺς ἀπροσδοκήτοις περιβάλλοντες συμφοραῖς καὶ δυσπραγίαις. σημαίνει δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὸ σχοινίον τοῦ ἀσεβοῦς, τουτέστιν, ἡ μερὶς αὐτοῦ καταχέχωσται, καὶ ἐξ ὧν ἥμαρτε δέσμιος γίνεται, καὶ ἐν πάσαις ταῖς τρίβοις αὐτοῦ σφίγγεται· κατὰ τὸ, ἐν παγίδι ἣ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν. τὸ δὲ, ἡ σύλληψις αὐτοῦ ἐπὶ τρίβοις, τοιοῦτόν ἐστιν· αἱ ἔφοδοι ἐν ταῖς ἐρήμοις γίνονται· ὁ δὲ ἀσεβὴς, φησὶν, οὐκ ἐν ἐρήμοις, ἀλλ' ἐν αὐταῖς μέσαις ταῖς ὁδοῖς συλλαμβάνεται, τουτέστιν, ἔτι ὢν ἐν τῇ εὐημερίᾳ τὴν αἰφνίδιον ὑπομένει μεταβολήν.

** ἴσ. ἰκέ- ναις.*

Per circuitum perdant eum dolores.

Κύκλῳ ὀλέσαισαν αὐτὸν ὀδύναι.

EJUSDEM. Huic, inquit, malorum perpeſſio calamitatis finis non eſt, verùm mortis quoque ſupplicium luit. Vel illud, *per circuitum*, id eſt, Acerba & dolore plena undiquaque illi evenient.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὐ μέχρι παθῶν, φησὶν, ἵσταται τοῦ τοιούτου τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ θανάτου δίδωσι δίκην. ἢ τὸ, κύκλῳ, ἀντὶ τοῦ, πανταχόθεν ὀδυνηρὰ αὐτῷ συμβήσεται.

Et multi circa pedes ejus venient in anguſtia famis.

Πολλοὶ δὲ περὶ πόδας αὐτοῦ ἔλθοισαν ἐν λιμῷ στενῷ.

ALia exemplaria ſic habent; *Circa multorum autem pedes veniat in fame anguſtâ*, id eſt, Ad extremam egeſtatem redigatur, ita ut ad multorum pedes provolutus, cibum ſupplex petat. Juxta autem priorem lectionem, Multi, inquit,

ΕΤερα δὲ ἀντίγραφα οὕτως ἔχουσι· πολλῶν δὲ περὶ πόδας ἔλθοι ἐν λιμῷ στενῷ, ἀντὶ τοῦ, εἰς ἐσχάτην ἀπορίαν ἐλάσοι, ὡς καὶ ὑπὸ πόδας πολλῶν πίπτειν, καὶ δεῖσθαι ὑπὲρ τροφῆς. κατὰ δὲ τὸ πρότερον, πολλοὶ, φησὶν, ἔσονται περὶ τοὺς

τοὺς πόδας αὐτοῦ, τουτέστιν, ὑποσκελίζοντες αὐτὸν ἐν λιμῷ στενῷ, ἵνα εἴπῃ, ἐν τῇ καταλαμβανούσῃ αὐτὸν συμφορᾷ.

circa pedes ejus erunt, id eſt, in anguſta fame ſupplantantes eum, quaſi diceret, in calamitate qua premitur.

Πτῶμα δὲ αὐτῷ ἡτοίμασται ἐξαίσιον. βρωθείησαν αὐτοῦ κλῶνες ποδῶν, κατέδεται δὲ αὐτοῦ τὰ ὡραῖα θάνατος· ἐκραγείη δὲ ἐκ διαίτης αὐτοῦ ἴασις.

Ruina autem parata eſt ei inſignis : comedantur rami pedum ejus, & mors devoret ſpecioſa ejus ; rumpatur autem de habitaculo ejus ſanitas.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ θάνατος αὐτοῦ, φησίν, ἔσται τοῖς πᾶσιν ἐξάκουστος, καὶ ἡ ἀδόκητος αὐτοῦ πτῶσις τοῖς ὁρῶσι κατάπληξις, καὶ οὐδὲ εἰς ἐκγόνους παραπέμψει τὸν πλοῦτον· κλῶνας γὰρ τοὺς παῖδας λέγει, πόδας δὲ τὰς πράξεις, σύστασις γάρ πως τῶν πατέρων οἱ παῖδες τυγχάνουσιν. ἢ κλῶνας ποδῶν, τὰ βλαστήματα τῶν πορειῶν φησιν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ὁ ἀσεβὴς οὐκ εὐοδωθήσεται, πεσὼν πτῶμα ἐξαίσιον· ἀλλὰ καὶ τὰ ὡραῖα αὐτοῦ, τουτέστι, τοὺς παῖδας, ἀπλήστως δαπανήσει θάνατος. Ταῦτα δέ φησιν, αἰνιττόμενος τὴν ἀπαιδίαν αὐτοῦ διὰ τὰς παρανομίας ἐπενηνέχθαι, ἐπειδήπερ οὐ τοσοῦτον διὰ τὸ τῶν πραγμάτων ἀπολέσαι ἐδυσχέρανε· φαίνεται γὰρ καὶ τέλεον φιλοσοφήσας ἐπὶ τῇ διαρπαγῇ τῶν κτημάτων, διὰ δὲ τὸν τῶν παίδων θάνατον μάλιστα ἐδείχθη. Ὃ δὲ, ἐκραγείη ἐκ διαίτης αὐτοῦ ἴασις, ἀντὶ τοῦ, ἀνέλπιστος ἔσται τῷ τοιούτῳ ἡ τῶν διαρπαγέντων ἀποκατάστασις, καὶ ἀνίατα καὶ ἀθεράπευτα τὰ αὐτῷ συμβησόμενα.

POLYCHRONII. Mors ejus, inquit, ad omnium aures perveniet, & ruina ejus inſperata intuentes ſtupore afficiet, neque ad poſteros divitias ſuas tranſmittet : per *ramos* enim, liberos intelligit, & actiones per *pedes*, ex liberis enim quodămodo parentes conſiſtunt. Vel per *ramos pedum*, viarum germina & progreſſus innuit ; ac ſi diceret, Impius ruinâ ingenti lapſus, proſpero ſucceſſu iter non faciet ; ſed *ejus ſpecioſa*, id eſt, liberos, mors inſatiabiliter conſumet. Hæc autem dicit, ut innuat, eum propter iniquitates, liberorum orbitate punitum fuiſſe, quandoquidem bonorum amiſſionem non tam iniquo animo tulit : in facultatum enim direptione philoſophiam & æquanimitatem abſolutam oſtendere viſus eſt, quæ præcipuè tamen in liberorum interitu refulſit. Illud autem, *Rumpatur de habitaculo ejus ſanitas*, id eſt, Reſtitutionis rerum direptarum ſpes omnis ejuſmodi homini decollabit, & quæ illi contingent, curam & medelam recuſabunt.

Σχοίη δὲ αὐτὸν ἀνάγκη αἰτίᾳ βασιλικῇ.

Et teneat eum neceſſitas cauſa, regali.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τουτέστιν, ἀπαραίτητος τιμωρία ἡ τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ ἀνθρωπίνην λέγει, ἀναμίγνυσι καὶ τὰ μὴ συμβάντα αὐτῷ, ἵνα μὴ δόξῃ δι' αὐτὸν λέγειν. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐχ ὑπὸ τῶν ὑποδεεστέρων ὁ παράνομος πείσεται δεινά, ἀλλὰ καὶ παρὰ

CHRYSOSTOMI. Id eſt, Dei ſupplicium indeprecabile : quòd ſi autem humanum intelligit, ea quæ ei nequaquam acciderunt admiſcet, ne videatur ejus cauſâ hæc dicere. Quod autem dicit, hujuſmodi eſt ; Impius non ſolùm ab inferioris ſortis hominibus adverſa patietur, ſed

*ἴσ. add. ἀντιστῆναι.

ἐπιστῆναι, οὐδενὸς ἀρκοῦντος πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀπόφασιν*. κἄν τις, φησὶν, ὑπόνοια βλαστήσεως γένηται, ταχέως ἐκκοπήσεται, καὶ συνδιαφθαρήσεται τοῖς παροῦσιν ἡ δοκοῦσα περιφάνεια. ἐκ μεταφορᾶς δὲ αὐτὸ ἔλαβε τῶν ἐκτεμνομένων δένδρων.

letur, cùm nemo contra decretum divinum reſiſtere valeat. Licèt, inquit, germinationis ſuſpicio aliqua fuerit, ſubitò exſcindetur apparens ſplendor, & unà cum facultatibus quas poſſidet, peribit & corrumpetur. Metaphora autem ab arboribus ferro exciſis ducta eſt.

Τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ ἀπόλοιτο ἐκ γῆς.

Memoriale ejus pereat de terra.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τουτέστιν, εἰς λήθην τοῖς πᾶσι καταστήσεται ὁ ἀσεβής· ἀπολοῦνται γὰρ οἱ παῖδες αὐτοῦ, οἳ δὴ μνημόσυνόν εἰσι τῶν φυτευσάντων.

EJUSDEM. Id eſt, Impius ab omnibus oblivioni tradetur; liberi enim ejus peribunt, qui monumentum parentum exiſtunt.

Καὶ ὑπάρξει ὄνομα αὐτῷ ἐπὶ πρόσωπον ἐξωτέρω.

Et erit nomen ei ſuper faciem extra.

ΤΟ ὄνομα αὐτοῦ, φησὶν, οὕτως ἔσται σκαιὸν καὶ ἀποτρόπαιον, ὡς ἕκαστον ἀκούοντα τῆς προσηγορίας στρέφειν ἐξωτέρω τοῦ λέγοντος τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον, μυσαττόμενον καὶ αὐτὴν τὴν ὀνομασίαν αὐτοῦ.

NOmen, inquit, ejus infauſtum adeo & abhominandum erit, ut ſtatim ſimulatque quis audierit nominis ejus appellationem, vel ſolam ejus mentionem deteſtatus, faciem ſuam extrà ab eo qui protulerit, avertat.

ΠΟΛΥΧΡ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, Καὶ οὐκ ἔσται ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ πρόσωπον ἀγορᾶς· ἵνα εἴπῃ, ὅτι οὔτε φίλοι, οὔτε ἀλλότριοι δύνανται τοῦ τοιούτου μεμνῆσθαι, τῶν πράξεων ἕκαστον εἰς κατηγορίαν ἀγουσῶν.

POLYCHR. Symmachus verò, *Et non erit nomen ejus ſuper faciem fori*; ac ſi diceret, Neque amici, neque alieni memoriam ejus colere poſſunt, cùm facta & res geſtæ unicuique vituperationis anſam miniſtrent.

Ἀπώσειεν αὐτὸν ἐκ φωτὸς εἰς σκότος.

Expellat eum de luce in tenebras.

ΑΝτὶ τοῦ, ἐξ εὐημερίας, καὶ τῆς ἐντεῦθεν λαμπρότητος, εἰς δυσπραγίας, καὶ τὴν ἐκ ταύτης ἀθυμίαν ἀπελαθήσεται.

IDeſt, De felicitate, & ſplendore qui inde oriebatur, ad infelicitatem, & animi anxietatē quæ eam conſequitur, deturbabitur.

Οὐκ ἔσται ἐπίγνωστος ἐν λαῷ αὐτοῦ, οὐδὲ σεσωσμένος ἐν τῇ ὑπ' οὐρανὸν ὁ οἶκος αὐτοῦ.

Non erit cognominatus in populo ſuo, neque domus ejus ſalvata in ea quæ ſub cælo.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὁ δὲ Ἀκύλας, οὐ γονεῖς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔγγονον ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ. ὁ δὲ νοῦς ἐστί· οὐ πρότερον,

EJUSDEM. Aquila verò, *Nec parentes illi, nec poſteri in populo ejus.* Senſus autem verborum hic eſt; Qui malè erga eum

ſunt

ſunt affecti, non priùs deſiſtent, quàm extremâ calamitate illum affecerint; neque hæreditatem domûs ejus quiſpiam adipiſcetur, neque filius, neque nepos, funditus poſteris ejus omnibus deletis.

φησὶν, οἱ διαπιπτόντες * κατὰ παύσονται, ἄχρις ἂν τὴν ἐσχάτην ἐπάξωσι συμφοράν· καὶ οὐδὲ διαδέξεταί τις τὸν αὐτοῦ οἶκον, οὐ τέκνον, οὐκ ἔγγονος, πανωλεθρίᾳ τῶν ἀπάντων διαφθαρέντων. *ἴσ. τραχὺς.

Sed in rebus ejus vivent alii.

Ἀλλ' ἐν τοῖς αὐτοῦ ζήσονται ἕτεροι.

ET ſiquæ fortunarum reliquiæ illi ſuperfuerint, illarum etiam poſſeſſio ad alienos & peregrinos transferetur. Hæc omnia ſine cauſa & neceſſitate regiâ Jobo contigerunt, cujus Baldadus fortè mentionem fecerat, ne de illo verba facere videretur; verùm non propter peccata illi evenerunt, ut opinabatur Baldadus.

Verſ. 14.

ΑΛΛ' εἰ καί τι περιλειφθείη τῷ τοιούτῳ, εἰς ἀλλοτρίους καὶ τούτων ἡ κτῆσις μεταστήσεται. Ταῦτα πάντα τῷ Ἰὼβ συμβέβηκε δίχα τῆς βασιλικῆς ἀνάγκης, ἣν καὶ αὐτὴν ἴσως εἶπεν ὁ Βαλδάδ, ἵνα μὴ δόξῃ δι' αὐτὸν λέγειν· πλὴν οὐχ, ὡς ᾤετο Βαλδάδ, δι' ἁμαρτίας.

Super eum gemuerunt ultimi. [Aquila autem, *In die ejus angentur & crucicbuntur ultimi.*] *Primos autem tenuit admiratio.*

Ἐπ' αὐτῷ ἐστέναξαν ἔσχατοι. [ὁ δὲ Ἀκύλας, ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ ἀδημονήσουσιν ὕστεροι.] πρώτους δὲ ἔσχε θαῦμα.

OLYMPIOD. *Primos* vocat, ſeculi quo ille floruit ſeniores; *ultimos* verò, poſt eum oriundos. Qui impiorum, inquit, ruinam oculis cernunt, & qui poſtea quæ illis evenerint, famâ accipient, admirabuntur: & juvenes quidem rebus ſuis metuentes timor invadet; ætate autem provectis & expertis, rerum eventus ſtuporem incutiet.

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Πρώτους λέγει τοὺς ἐπὶ τῆς αὐτοῦ γενεᾶς πρεσβύτας· ἐσχάτους δὲ, τοὺς μετ' αὐτόν. θαυμάσουσιν οὕτω, φησὶ, καὶ οἱ ὁρῶντες τὴν ἀσεβῶν τὴν πτῶσιν, καὶ οἱ τὰ κατ' αὐτοὺς ὕστερον ἀκοῇ παραδεχόμενοι· καὶ τοὺς μὲν νέους ἕξει φόβος, περὶ τῶν καθ' ἑαυτοὺς δεδοικότας, οἱ δὲ πρεσβευκότες καὶ πεῖραν ἔχοντες πραγμάτων, * ἐκπλήττονται ἐπὶ τοῖς πράγμασιν. *ἴσ. ἐκπλήξονται.

Hæ ſunt domus impiorum, & hic eſt locus eorum qui non noverunt Dominum.

Οὗτοί εἰσιν οἱ οἶκοι ἀδίκων, οὗτος δὲ ὁ τόπος τῶν μὴ εἰδότων τὸν Κύριον.

POLYCHR. Id eſt, Impii hæc hæreditate poſſidebunt, quæ priùs, ſcilicet, dicta ſunt. Lapſus eſt autem Baldadus, cùm nullâ adhibitâ diſtinctione affirmativè diceret, omnino hæc impiis evaſura; non enim ſemper in hac vita, ſed in futuro etiam ſeculo retributionem illi conſequuntur.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, ταῦτα κληρονομήσουσιν οἱ ἀσεβεῖς, ἃ προεῖπε, δηλονότι. ἀποφαντικῶς δὲ καὶ οὕτως εἰρηκὼς, πάντως ταῦτα ἔσεσθαι τοῖς ἀσεβέσιν, ἥμαρτε, μὴ προσθεὶς τὴν διαίρεσιν· οὐ γὰρ πάντως ἐνταῦθα αὐτοῖς ἡ ἀπόδοσις, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Οἱ μὲν φίλοι τὸν Ἰὼβ ἐπιτιμῶσιν ὡς περιττὰ θρασυνόμενον· ὁ δὲ ὡς βαρεῖς ὄντας ἐν τοῖς ὀνείδεσιν αἰτιᾶται, καί φησιν, ὅτι τοῦτο μόνον ὑμᾶς γνῶναι θέλω, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ τὰς ἀνηκέστους μοι ταύτας πληγὰς ἐπαγαγὼν, ἵνα τοῦτο γνόντες, φοβηθῆτε μὴ τοῖς ἰσοστασίοις καὶ ὑμᾶς περιβάλλῃ κακοῖς. μέμφεται δὲ ὡς κατὰ πρόσωπον αὐτὸν κακολογοῦντας. δέδωκεν γὰρ, φησὶν, ὅτι μὴ καθηκόντως φθέγγομαι, ἀλλ' ὑμᾶς οὐκ ἔδει φίλους ὄντας ἐπιτρίβειν μοι τὰς συμφοράς. Ταῦτα πρὸς τοὺς φίλους εἰρηκὼς, πάλιν ἐκδιηγεῖται τὰ συνέχοντα αὐτὸν δεινὰ, ἑαυτόν τε πείθων κἀκείνους, ὡς ὑπὲρ ἁμαρτίας ἀνθρωπίνας αἱ τιμωρίαι, καὶ ἐκ ἐχθροῦ μᾶλλόν εἰσιν αἱ τοιαῦται πληγαί· ὄντως γὰρ ἐχθρὸς ἦν ὁ οὕτως αὐτῷ χρώμενος, εἰ καὶ αὐτὸς τὴν αἰτίαν ἠγνόει τῆς συγχωρήσεως. Εἶτα παρακαλεῖ ἵνα, εἰ καὶ μὴ ὡς δίκαιον ἐπαισχύνωνται, ἀλλ' ὡς φίλον ἐλεήσωσι· καὶ ἐπεύχεται γραφῇ παραδοθῆναι αὐτοῦ τὰ ῥήματα, ἵνα διαδόσιμα καὶ τοῖς ἐφεξῆς γένωνται γενεαῖς· ὃ δὴ καὶ γέγονε, καὶ οὐκ ἀπέτυχέ γε τῆς εὐχῆς ὁ δίκαιος. καὶ μέμφεται τοῖς φίλοις ὡς ἀναζητοῦσι πῶς ἂν αὐτὸν τοῖς λόγοις πλήξωσι, καὶ παραινεῖ παύσασθαι τῶν ὀνειδισμῶν, τοῦ Θεοῦ τὸ κρίμα δυσωπουμένους.

PROTHEORIA CAPITIS DECIMITERTII.

OLYMPIOD. Amici quidem Jobum, tanquam inepta effutientem, objurgant; ille verò eos, tanquam ſibi moleſtos & contumelioſos, accuſat, dicitque; Illud unum ſcire vos volo, Deum eſſe qui plagas has immedicabiles mihi inflixit; ut hoc cognito, vereamini ne paribus ærumnis vos involvat. Vituperat autem eos, quòd coràm & in os maledicta evomerent; Concedatur, inquit, me contrà quàm decorum eſt loqui; vos autem, qui amici eſtis, non oportebat, calamitates meas refricare & augere. Hæc poſtquam amicis dixiſſet, rurſus mala quibus premebatur enarrat, ut ſibi non minùs quàm illis perſuadeat, ſupplicia ſua delictis humanis graviora exiſtere, plagáſque ejuſmodi ab inimico dæmone inflictas eſſe: reverà enim inimicus erat qui tam inclementer eo utebatur, licèt ille permiſſionis divinæ cauſam ignoraverit. Deinde hortatur, ut ſin minùs tanquam juſtum revereri, ſaltem tanquam amicum miſericordiâ eum proſequi velint: optátque verba ſua ſcriptis tradi, ut ad futura ſecula tranſmittantur: quod ſanè factum eſt, neque Juſti vota irrita fuerunt. Amicos etiam increpat, quòd occaſionem ſtudioſè quærerent conviciis eum proſcindendi, hortatúrque eos, ut judicium divinum reveriti, à conviciis & contumeliis abſtineant.

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἰὼβ, λέγει, Ἕως τίνος ἔγκοπον ποιήσετε ψυχήν μου;

RESPONDENS autem Job, ait, Uſquequo moleſtiam facietis animæ meæ? Cap. XIX.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὥσπερ σώματα βαρέα ἐπιτιθέμενα ζώων σώμασι κάματον ποιεῖ τὰ βαστάζοντα, οὕτως εἰσί τινες λόγοι βαρεῖς, οὓς ἀκούσας τις

ORIGENIS. Quemadmodum onera gravia animalibus impoſita, laſſitudinem geſtantibus adferunt; ita graves quidam & moleſti ſermones ſunt, quos qui audit,

audit, vi verborum, quæ cum convicio & acerbitate ad calumniandum prolata ſunt, tanquam onere aliquo gravatus laſſeſcit: prout Jobus impræſentiarum, ob ea quæ à Baldado dicebantur, quaſi onus grave ſentiens, & animi viribus fractus, inquit, *Uſquequo moleſtiam facietis animæ meæ*, & tanquam gravi ſarcina verbis me onerabitis? Vides ut Sauchæorum tyranni ſermones tyrannidem ſpirent; quibus auditis, Jobus verba quæ ſuprà allata ſunt protulit. Nihil enim adeo uſque ad hominis animum penetrat, & pungit, ut ſermo durus; ſæpenumero enim qui corporis cruciatus ſuſtinuit, verba non tulit. Perfectus autem athleta, fractus licèt & fatigatus, verba aſperiora patienter fert: contumeliam verò tolerare magni eſt viri; unde Apoſtolus egregia ſua facinora commemorans, inquit, *Convicíis affecti benedicimus, infamati precamur.* Nunc verò Jobus qui hæc dicit, athletarum ſtrenuiſſimus, & cujus liber fortitudinem ejus ac patientiam præcipuè complectitur, labores nihilominus & moleſtias perſentit, quas ex duriore ſermone eorum qui inviſendi cauſâ ad ipſum acceſſerunt, pertulit. Et quoniam ſermonis pondus, tanquam gravi onere impoſito, animam fatigat, idcirco dicit, Quamobrem, ô amici, acriùs me verbis veſtris pungentes quàm dolores corpus ſtimulant, animi angorem corporis doloribus ſuperadditis?

Cor.1.4. 12,13.

CHRYSOSTOMI. Vide quemadmodum non ſolùm ſolatio ſuo fructum nullum attulerint, ſed diabolo cooperando, ſuppetias ferendo, & juſti robur enervando, contrarium planè fecerint: ſubjungit enim.

Et deſtruetis me verbis?

ID eſt, Contradictionibus veſtris juſtas meas defenſiones evertere conamini, & hoſtium more verba pro telis jacitis, quoad fractâ & ſolutâ animi contentione iniquam victoriam reporteris: quæ ſuprà dicta ſunt vobis non ſuffecerant, verùm

κάμνει ὡς ὑπὸ βάρους πιεζόμενος τῆς δυνάμεως τῶν λόγων, τῶν ὀνειδιστικῶς, καὶ χαλεπῶς, ἢ ἐπὶ λοιδορίαις εἰρημένων· ὡς καὶ νῦν ὑπὸ Βαλδὰδ εἰρημένων, οἱονεὶ φορτίου αἰσθηθεὶς βαρέως ὁ Ἰὼβ καμὼν τῇ ψυχῇ, φησὶν, ἕως τίνος ἔγκοπον ποιήσετε ψυχήν μου, καὶ ὡσεὶ φορτίον βαρὺ βαρύνετε κατ' ἐμοῦ τοὺς λόγους; ὁρᾷς ὅτι τυραννικοί εἰσιν οἱ τοῦ Σαυχαίων τυράννου λόγοι· οὓς ἀκούσας ὁ Ἰὼβ, λέγει τὰ προκείμενα. οὐχ οὕτως γὰρ καθικνεῖται ψυχῆς ἀνθρώπου ἄλλο τι ὡς λόγος σκληρός· πολλάκις γάρ τις ὑπομείνας βασάνους σώματι προσφερομένας, λόγους οὐχ ὑπέμεινεν. ὁ μέντοι γε τέλειος ἀθλητὴς, εἰ καὶ κάμνοι, ἀλλ' ὑπομένει τοὺς χαλεποὺς λόγους· ὕβριν γὰρ ὑπομένειν μεγάλου ἀνδρός ἐστι· διό περ ἐν τοῖς ἀνδραγαθήμασιν ἑαυτοῦ ὁ Ἀπόστολος λέγει, λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν. καὶ νῦν δὲ ὁ Ἰὼβ ἐστὶν ὁ τῶν ἀθλητῶν γενναιότατος, ὁ ταῦτα λέγων, οὗ καὶ τὸ βιβλίον οὐδὲν ἄλλο ἐξαιρέτως περιέχει, ἢ τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπομονήν, ἀλλ' ὅμως αἰσθάνεται τὴν καματηρὰν ὧν κέκμηκεν ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ σκληροῦ τῶν ἐληλυθότων αὐτὸν ἐπισκέψασθαι. καὶ ἐπειδὴ ἡ τοῦ λόγου βαρύτης, ὥσπερ τι φορτίον ἐπιτιθέμενον τῇ ψυχῇ, κάμνειν αὐτὴν παρασκευάζει, διὰ τοῦτό φησιν, ἀνθ' ὅτου, ὦ φίλοι, τῆς τοῦ σώματος ἀλγηδόσι προστίθετε τὸν τῆς ψυχῆς πόνον, μᾶλλον κεντοῦντες τοῖς ῥήμασιν, ἢ τὰ πάθη τὸ σῶμα;

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ὅρα οὐ μόνον οὐδὲν εἰσφέροντας ἀπὸ τῆς παραμυθίας, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ποιοῦντας, συμπράττοντας τῷ διαβόλῳ, καὶ συμμαχοῦντας, καὶ καθαιροῦντας τοῦ δικαίου τὴν ἰσχύν· ἐπάγει γάρ.

Καὶ καθαιρεῖτέ με λόγοις;

ΑΝτὶ τοῦ, καταβαλεῖν σπουδάζετε ταῖς ἀντιλογίαις τὰς ἐμὰς δικαιολογίας, καὶ πολεμίων δίκην ἀντὶ βελῶν τοὺς λόγους πέμπετε, ἄχρις οὗ τῆς ψυχῆς τὴν * ἔνστασιν ἐκλύσαντες, ἄδικον ἀπενέγκησθε τὴν νίκην· οὐκ ἤρκεσε τὰ προειρημένα, ἀλλὰ

* ἰσ. ἔντασιν

καὶ

καὶ νῦν οἱ τρεῖς, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος, τὰ αὐτὰ φθέγγεσθε.

nunc omnes tres, quaſi uno ore, eadem profertis.

Γνῶτε μόνον ὅτι ὁ Κύριος ἐποίησέ με οὕτως.

Scitote tantùm quia Dominus fecit me ſic.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἃ βλέπετε, φησὶ, περὶ ἐμὲ, μὴ λογίζησθε ἄλλοθεν ἐληλυθέναι μοι ἢ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. ἔννοιαν τοίνυν λαβόντες τῆς ἐμῆς συμφορᾶς, καὶ τὸ μέγεθος ταύτης καταμαθόντες, καὶ ὡς ἡ ἐπίτασις τῶν δεινῶν οὐδὲν ἴχνος τῆς προτέρας εὐπραγίας συνεχώρησε περιλειφθῆναι, καὶ ὡς τὴν αὐτὴν περίκεισθε φύσιν, λογισάμενοι, φοβήθητε, μὴ ἀδεῶς τῇ κατ' ἐμοῦ λοιδορίᾳ ἁμαρτάνοντες, δίκην ὑπόσχητε, τὰς αὐτὰς ἐμοὶ δεχόμενοι πληγάς· ὁ γὰρ ἐμοὶ ταῦτα ἐπάγων, δύναται καὶ ὑμῖν ἐπαγαγεῖν. διὰ τούτων δὲ εἰς φόβον αὐτοὺς ἀποφέρει, δεικνὺς, ὅτι τοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τιμωρουμένοις οὐ χρὴ ἐπεμβαίνειν, ἀλλὰ θρηνεῖν, καὶ φοβεῖσθαι· οἱονεὶ λέγων, μὴ οὕτως ἐπεμβαίνητέ μοι κάμνοντι, μὴ ἐλεοῦντες, μηδὲ συμπαθοῦντές μου τῇ περιστάσει, μὴ καὶ ὑμεῖς τοῖς αὐτοῖς περιπέσητε, τὴν αὐτὴν ἔχοντες φύσιν.

OLYMPIOD. Mala, inquit, quæ pati me videtis, ne exiſtimetis aliunde quàm à Deo mihi contingere. Vobiſcum igitur calamitatem meam conſiderantes, ejúſque magnitudinem perpendentes; & quemadmodum malorum acerbitas veſtigium omne priſtinæ felicitatis deleverit, & vos mecum eandem naturam indueritis, animo veſtro reputantes, timete ne dum conviciis & maledictis contra me ſecurè & intrepidè peccatis, eaſdem mecum plagas ſentientes, ſupplicium luatis; qui mihi enim eas inflixit, poteſt etiam & vobis infligere. His autem verbis, oſtendens quòd non oporteat illis inſultare qui à Deo plectuntur, ſed illorum potiùs ſortem lugere, & timere, metum illis injicit; ac ſi ita diceret, Nolite ſic, miſericordiam exuentes, & calamitatis meæ affectum deponentes, laboranti mihi inſultare, ne, eandem mecum naturam habentes, in eadem mala incidatis.

Καταλαλεῖτέ μου, οὐκ αἰσχυνόμενοί με ἐπίκεισθέ μοι.

Loquimini contra me, non reveriti me infeſti eſtis mihi.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Καὶ κατὰ Θεοδοτίωνα καὶ Σύμμαχον, τοῦτο δέκατον κατῃσχύνατέ με. βαρὺ μὲν, φησὶ, καὶ τὸ ἀπόντων καταλαλεῖν· ὑμεῖς δὲ ἀπερυθριάσαντες, καὶ κατὰ πρόσωπον λοιδορεῖτέ με, καὶ προσεπεμβαίνετέ μοι, μὴ ἐλεοῦντες, μηδὲ συμπαθοῦντές μου τῇ περιστάσει.

OLYMPIODORI. Et juxta Theodotionis & Symmachi interpretationem, *Iam decies pudore affeciſtis me.* Grave quidem eſt, inquit, abſentibus detrahere; vos autem, pudore omni abjecto, coràm & in os conviciis me proſcinditis, & ſine miſericordia, aut calamitatis meæ affectu ullo, mihi inſultatis.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πολλάκις καταλαλεῖ τις κακῶς ποιῶν· ὅταν δὲ ἀπερυθριάσῃ, εἰς πρόσωπον λέγει ἐκείνῳ, οὐκ ἐλέγχων, οὐδὲ τὰ ἀληθῆ λέγων, ἀλλ' ὀνειδίζων καὶ ὑβρίζων.

ORIGENIS. Sæpenumero qui mala perpetrat, alteri detrahit; & cùm frontem ſemel perfricuerit, non arguendo, neque vera dicendo, ſed conviciando & calumniando in os loquitur.

Eſto utique, in veritate ego erravi, & apud me moratur error, loqui verba quæ non oportebat, & verba mea errant, & non in tempore: ſine verò, quoniam ſuper me magnificamini, & inſultatis mihi opprobrio.

Ναὶ δὴ ἐπ' ἀληθείας ἐγὼ ἐπλανήθην, παρ' ἐμοὶ δὲ αὐλίζεται πλάνος, λαλῆσαι ῥήματα ἃ οὐκ ἔδει, τὰ δὲ ῥήματά μου πλανᾶται, καὶ οὐκ ἐπὶ καιροῦ· εἶα δὲ, ὅτι ἐπ' ἐμοὶ μεγαλύνεσθε, ἐνάλλεσθε δέ μοι ὀνείδει.

OLYMPIODORI. Per ſuppoſitionem, inquit, vobis concedo quòd pro peccatis hæc patiar, prout vos arbitramini; detur ex opinione veſtra, quòd ex recta via deflexerim, quòd à veritate aberrem, in ſermonibus meis de meipſo mentiar, & cùm impius ſim juſtitiam ſimulem, neque tempore opportuno verba mea proferam, ſit autem in me *error*, vel (ſecundùm reliquos interpretes) *ignorantia*, neque prout decet loquar; verùm hoc ſuppoſito, quòd ea quæ non oportebat, admiſerim; me tamen (licèt talis forem) qui olim pietatem ſum ſectatus, ex operibus libertate loquendi nunc frui oportebat: hoc autem non feci, ſed tanquam juſtus reſpondeo. Nónne vobis igitur, verbera, tabem, vermes, & bonorum jacturam intuentibus, verendum erat? ac venia mihi, præ dolore verba eructanti, concedenda fuit? Non tantùm autem ſine modo & modeſtiâ conviciis me laceratis, ſed impetu facto, & tanquam inſultantes, afflictum, ærumnoſum, & tam gravia perpeſſum, pedibus proculcatis.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Καθ' ὑπόθεσιν ὑμῖν, φησί, δίδωμι ὡς ὑπολαμβάνετε, ὅτι διὰ τὰ ἁμαρτήματα ταῦτα πάσχω· δεδόσθω καθ' ὑμᾶς ὅτι τῆς ἀληθοῦς ὁδοῦ ἔξω γέγονα, δῶμεν ὅτι κατ' ἀλήθειαν ἐγὼ πλανῶμαι, καὶ ψεύδομαι τοὺς ὑπὲρ ἐμαυτοῦ λόγους, καὶ ἀσεβὴς ὢν δικαιοσύνην σχηματίζομαι, καὶ οὐ κατὰ καιρὸν τοὺς λόγους προφέρω, ἔστι δὲ ἐν ἐμοὶ πλάνος, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς, ἀγνόημα, καὶ οὐ κατὰ τὸ δέον φθέγγομαι· ἀλλ' εἰ καὶ καθ' ὑπόθεσιν τοιαῦτα ἐπεποιήκειν, οἷα οὐκ ἔδει, εἰ καὶ τοιοῦτος ἤμην, καὶ δέον με πάλαι θεοσεβείας ἐπιμεμελημένον, νῦν τὴν ἐκ τῶν ἔργων ἔχειν παρρησίαν· τοῦτο μὲν οὐ πεποίηκα, ἀποκρίνομαι δὲ ὡς δίκαιος. ἆρα οὐκ ἐχρῆν ὑμᾶς βλέποντας τὰς μάστιγας, τοὺς ἰχῶρας, τοὺς σκώληκας, τὴν ἀπώλειαν τῶν ὑπαρχόντων, αἰδεσθῆναι, καὶ συγγινώσκειν ὑπὸ ἀλγηδόνων φθεγγομένῳ; μᾶλλον δὲ οὐ μετρίως μοι ὀνειδίζετε, ἀλλ' ἐναλλόμενοι ὥσπερ οἱ ἐπεμβαίνοντες καὶ καταπατοῦντες, καὶ ταῦτα οὕτω πάσχοντα καὶ ταλαιπωρούμενον.

Scitote igitur quia Dominus eſt qui turbavit.

Γνῶτε οὖν ὅτι Κύριός ἐστιν ὁ ταράξας.

EJUSDEM. Id eſt, qui res meas adeo conturbavit. Hebræus autem, pro, *turbavit*, habet, *percuſſit*. Ut autem timorem illis incuteret, & à contradictionibus ceſſare cogeret, dictum quo in exordio uſus eſt, rurſus hic uſurpavit; Meam enim, inquit, plagam animo vobiſcum reputantes, ne in eaſdem vos ærumnas incidatis, meruite.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τουτέστιν, ὁ ἐν τοσαύτῃ συγχύσει τὰ κατ' ἐμὲ καταστήσας. ὁ δὲ Ἑβραῖος, ἀντὶ τοῦ, ὁ ταράξας, ἔπληξεν, ἔχει. τὴν δὲ ἐν τῷ προοιμίῳ ῥῆσιν αὖθις τέθεικεν, εἰς φόβον αὐτοὺς καταστῆσαι βουλόμενος, καὶ παῦσαι τῆς ἀντιλογίας· ἐννοήσαντες γὰρ, φησί, τὴν κατ' ἐμοῦ πληγὴν, δείσατε μὴ καὶ ὑμεῖς τοῖς αὐτοῖς περιπέσητε.

Οχύ-

Ὀχύρωμα δὲ αὐτοῦ ἐπ' ἐμὲ ὕψωσεν.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Λογίζεσθε, φησὶν, ὅτι οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ἀγωνιῶμαι, καθάπερ ὀχυρώματι καὶ τείχει τισὶ τοῖς δεινοῖς κεκλεισμένος, καὶ ταῖς συμφοραῖς περικλειόμενος· οἱονεὶ γὰρ ὑπὸ τεῖχος τῆς περιστάσεώς εἰμι, ὃ οὐ δύναμαι φυγεῖν ἕως οὗ κρίνῃ ὁ Θεὸς καθελεῖν αὐτό. νοήσεις δὲ καὶ οὕτω τὸν στίχον· ὥσπερ τι διατείχισμα μεταξὺ ἐμοῦ τε καὶ αὐτοῦ ὕψωσεν ὁ Θεὸς, ἵνα εἴπῃ, ἀπέστησεν ἀπ' ἐμοῦ τὴν οἰκείαν βοήθειαν.

Et vallum ſuum ſuper me exaltavit.

POLYCHRONII. Conſiderate, inquit, quòd, adverſitatibus tanquam vallo & muro quodam cinctus, & calamitatibus undique circumſeptus, non temerè animi ægritudine laborem: afflictio enim tanquam murus pondere ſuo me premit; quem, donec Deus auferendum judicaverit, nullâ ratione declinare poſſum. Sic etiam verſum hunc intelligere potes; Deus inter ſe & me, tanquam intergerinum aliquem parietem erexit; ac ſi diceret, Auxilium ſuum à me avertit.

Ἰδοὺ γελῶ ὀνείδει, οὐ λαλήσω.

ΟΛΥΜΠΙΩΔΩΡΟΥ. Τοῦτο πολλαχοῦ ἐστι νοῆσαι· ἤτοι γὰρ τοῦτό φησιν, ὅτι ἐπὶ τοῖς ὀνείδεσιν ὑμῶν γελᾶν, οὐ λαλεῖν νομίζομαι· ἢ, ὅτι λέγων μετ' ἀληθείας τὰ κατ' ἐμὲ ὡς ἔχει, οὐ παραδέχεσθέ μου τοὺς λόγους, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀντιλέγειν μοι ὑμᾶς, δοκῶ μηδὲ εἰρηκέναι· ἢ, ὅτι βέλτιον τὸ γελᾶν ἐπὶ τοῖς ὑμετέροις ὀνείδεσι, καὶ μὴ ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ καταφρονεῖν αὐτῶν ὡς ψευδῶν. τί γὰρ εἴπωμι, μήπως τῆς ἀποφάσεως δεικνυούσης πότερον ἐγὼ τὰ ἀληθῆ λέγω, ἢ ὑμεῖς;

Ecce rideo opprobrio, non loquar.

OLYMPIODORI. Hoc ſenſum multifarium admittit; Vel enim hoc dicit, Propter veſtra convicia ridere potiùs quàm loqui videor: Vel, Res meas prout ſe habent verè enarrans, fidem ſermonibus meis non adhibetis, ſed contradictione veſtrâ facitis, ut ne loquutus quidem eſſe videar: Vel, Satius eſt non reſpondendo, ſed tanquam falſa rejiciendo, convicia veſtra ludibrio habere. Quid enim dicere oporteat, cùm judicio nondum oſtenſum ſit, quis noſtrûm vera loquatur?

Κεκράξομαι, καὶ οὐδαμοῦ κρίμα.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Οὐδεὶς ἀκούει, φησὶν, οὐδεὶς δικάζει, οὐδένα βλέπω, οὐκ ἔχω ποῦ ἀπελθεῖν· ταῦτα ἐλεῆσαι οὐ χρή; *ἐπιβάλλει δὲ καὶ ὧδε, εἰ δὲ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν βοήσω, εἰς φανερὸν ἅπασιν ἐλέγχειν τὰ κατ' ἐμὲ, οὐ τυγχάνω τῆς ἱκεσίας· ὁ γοῦν Σύμμαχος οὕτω φησὶν, ἐὰν κραυγάσω ἀδικούμενος, οὐκ εἰσακουσθήσομαι.

*Ἴσ. ἐπιβάλλει.

Clamabo, & nuſquam judicium.

POLYCHRONII. Nemo audit, inquit, nullus judicat, neminem video, quo me vertam neſcio: nónne hæc commiſeratione digna ſunt? Quin & hìc ſubjungit, Si ad Deum clamavero, ut quæ mihi contingunt in apertum producat, voti compos non fio: unde Symmachus ſic interpretatus eſt; *Si injuriâ leſus clamavero, non exaudiar.*

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Νῦν ἐὰν

ORIGENIS. Nunc licèt clamavero, nuſquam

nuſquam tamen judicium meum venit, adhuc certo; ac ſi dixiſſet, Tanquam athleta in ſtadio clamavi, judicium tamen meum nequaquam inſtat, adhuc enim luctor: ſi autem luctæ finem non impoſuero, corona mihi non adjudicatur. Hæc verò dicimus, ne Deum accuſemus, quòd Jobus tam gravia pateretur; & nuſquam tamen *judicium* eſſet, id eſt, libertatis & liberationis ab ærumnis ſententia.

κράζω, οὐδαμοῦ δὲ κρίμα μου ἔρχεται, ἔτι ἀθλῶ· ὡσεὶ ἔλεγεν, ὥσπερ τις ἀθλητὴς ἐν τῷ σταδίῳ κέκραγα, καὶ οὐδαμοῦ δὲ κρίμα μου ἐνίσταται, ἔτι γὰρ παλαίω· ἐὰν μὴ τελέσω τὸ πάλαισμα, οὐκ ἔρχεται τὸ κρίμα τοῦ στεφάνου. καὶ ταῦτά φαμεν, ἵνα μὴ κατηγορῶμεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι τοσαῦτα πάσχει ὁ Ἰὼβ, καὶ οὐδαμοῦ τὸ κρίμα, τουτέστιν, ἡ ἀπόφασις τῆς ἐλευθερίας, καὶ τῆς τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῆς.

In circuitu circumædificatus ſum, & non tranſibo: in vultu meo tenebras poſuit.

Κύκλῳ περιῳκοδόμημαι, καὶ οὐ μὴ διαβῶ· ἐπὶ πρόσωπόν μου σκότος ἔθετο.

OLYMPIODORI. Alii verò, pro illo, *In vultu meo*, interpretati ſunt, *Super ſemitas*. Mala mea, inquit, nullâ oratione percurri poſſunt, méque ſic ærumnæ circumvallârunt, ut exitum invenire nequeam. Quemadmodum enim qui undique muro clauſi ſunt, vel tenebris impediti, cernere nequeunt, ulteriùs progredi non poſſunt; ſic calamitates evadere, impoſſibile mihi eſt: occæcavit me, perfugii locum non habeo; & tanquam ſepto ac propugnaculo incluſus, neque video, neque videre poſſum.

ΟΛΥΜΓΙΩΔΩΡΟΥ. Οἱ δὲ ἄλλοι, ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ πρόσωπόν μου, ἐπὶ ἀτραποὺς, ἐξεδώκασιν. ἀδιεξίτητά μοι, φησὶ, τὰ κακὰ, καὶ οὕτω τοῖς δεινοῖς κεκύκλωμαι, ὥστε μηδὲ ἔχειν διέξοδον. ὡς γὰρ οἱ κυκλοτερῶς ὑπὸ τείχους ἀπειλημμένοι, ἢ ἀορασίᾳ τὰς ὄψεις ἐμποδιζόμενοι, περαιτέρω προελθεῖν οὐ δύνανται· οὕτως ἀμήχανον τὴν συμφορὰν ἔξω γενέσθαι· ἐσκότωσέ με, οὐκ ἔχω ποῦ ἀπελθεῖν, οὐδὲ βλέπω, οὐδὲ δύναμαι, ὡς ἐν ὀχυρώματι καὶ φρουρᾷ καθειργμένος.

Et gloriam meam à me exuit, & abſtulit coronam de capite meo.

Τὴν δὲ δόξαν ἀπ' ἐμοῦ ἐξέδυσεν, ἀφεῖλε δὲ στέφανον ἀπὸ κεφαλῆς μου.

POLYCHRONII. Omnem, inquit, meam felicitatem circumcidit, felicitatis enim varietatem, *gloriam* appellat; ac ſi diceret, Poſſeſſiones, divitias, ſobolem præclaram, corporis ſanitatem, & externum omnem honorem amputavit; hæc enim his verbis indicavit. Coronam autem ſibi ademptam dicit, vel quia ipſe Rex eſſet, vel proſperam omnem fortunam coronæ nomine intelligit, quod ſequentia etiam innuunt.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Πᾶσάν μου, φησὶν, εὐπραγίαν περιεῖλε, δόξαν γὰρ, τὸ ποικίλον λέγει τῆς εὐπορίας· ἵνα εἴπῃ, τά τε κτήματα, καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ τὴν εὐπαιδίαν, καὶ τὴν ἔξωθεν τιμὴν περιεῖλε, καὶ τοῦ σώματος τὴν ὑγίειαν· ταῦτα γὰρ διὰ τῶν ῥητῶν ἐδήλωσε. στέφανον δὲ ἀφῃρῆσθαι λέγει, ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς βασιλεὺς ἐτύγχανεν, ἢ καὶ τὴν πᾶσαν εὐημερίαν, καὶ μηνύει τὰ ἑπόμενα.

Διέ-

Διέσπασέ με κύκλῳ, καὶ ᾤχόμην· ἐξέκοψε δὲ ὥσπερ δένδρον τὴν ἐλπίδα μου· δεινῶς δέ μοι ὀργῇ ἐχρήσατο, ἡγήσατο δέ με ὥσπερ ἐχθρόν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Μεληδὸν, φησί, διέσπασε, τὴν προσοῦσάν μοι κτῆσιν ἀφείλετο, τὴν ἐκ τῆς εὐπαιδίας μνήμην ἠφάνισε, πᾶσαν μου χρηστὴν ἐλπίδα, ὡς δένδρον ἐξέκοψεν· ὥσπερ δέ τις ἐχθρὸς ὀργῇ χρώμενος, οὕτω τὰ κατ' ἐμὲ * διεσκέδασε, καὶ κατὰ τοῦ σώματος ἐνήνεγκε τὴν πληγήν, καὶ ὡς πολέμιον ἐτιμωρήσατο, καὶ βαρύτερον. καλῶς δὲ εἶπε, τὸ, ὥσπερ, οὐ γὰρ ἐμπαθῶς, οὐδὲ ὡς ἐχθρὸς ὁ Θεὸς κολάζει. Ταῦτα δὲ εἶπε, καὶ τοὺς φίλους καὶ ἑαυτὸν πείθων, ὡς ὑπερέβαινε μέτρον ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων ἡ τιμωρία· καὶ γὰρ ἀληθῶς· οὐ διὰ ἁμαρτίας, ἀλλὰ κατὰ γυμνασίαν ἔπασχεν ὁ δίκαιος.

*ἴσ. διεσκέδασε.

Dirupit me undique, & abii; & excidit tanquam arborem ſpem meam: graviter autem mihi irâ uſus eſt, & arbitratus eſt me tanquàm inimicum.

OLYMPIODORI. Membratim, inquit, me diſcerpſit, facultates quas poſſederam eripuit, præclaræ ſobolis memoriam omnem delevit, & tanquam arborem, ſpem omnem bonam radicitus excidit: tanquam hoſtis irâ accenſus bona mea omnia diripuit, corpori plagam inflixit, gravioréque ſupplicio quàm adverſarium me affecit. Rectè verò dixit, *Tanquam*, Deus enim abſque perturbatione & animo hoſtili ſupplicia irrogat. Dicit autem hæc, ut amicis & ſibi perſuadeat, quòd humanorum delictorum menſuram ſupplicium excederet: Juſtus enim reverà non propter peccata, ſed propter patientiæ ſuæ explorationem patiebatur.

Ὁμοθυμαδὸν δὲ ἦλθον τὰ πειρατήρια αὐτοῦ ἐπ' ἐμοί.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ Θεοδοτίων δὲ, καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν, μονόζωνοι, ὁ δὲ, λόχοι, ἐξέδωκεν. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· κατὰ ταυτὸν ἅπασαι αἱ συμφοραί μοι ἐπῆλθον. τὸ γὰρ, τῶν προσόντων τὸ μὲν τι ἀφαιρεθῆναι, τὸ δὲ ἀπολείπεσθαι, φέρει τινὰ παραμυθίαν τῷ παθόντι· τὸ δὲ ἀπολύτως ἀθρόως στερηθῆναι, βαρυτέραν ἐποίει τὴν ὀδύνην.

Vnanimiter autem venerunt tentationes ejus ſuper me.

POLYCHRONII. Theodotio verò, *Latrones*, & Symmachus, *Inſidiatores*, reddidit. Quod autem dicit, hujuſmodi eſt; Simul omnes ærumnæ impetum in me fecerunt: partem quippe bonorum amitti, & partem relinqui, ſolatium quoddam ei qui pâtitur adfert; omnibus autem uno tempore, & ſubitò ſpoliari, doloris acerbitatem auget.

Ταῖς ὁδοῖς μου ἐκύκλωσαν ἐγκάθετοι.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐκ μεταφορᾶς τῶν πολεμίων τοῦτο εἴρηται, οἳ λόχους καὶ ἐνέδρας πανταχόσε ἱστῶντες, ἀθρόον πάντες ἐπέρχονται, ἀπολαβόντες ἐν μέσῳ τὸν ἐνεδρευόμενον· ἵνα εἴπῃ, ὅτι πανταχόθεν με περιεστοίχι-

Viis meis in circuitu inſederunt inſidiatores.

OLYMPIODORI. Metaphorâ ab hoſtibus ſumptâ hoc dictum eſt, qui undique inſidias locantes, eum cui inſidiantur in medio incluſum deprehendentes, ſubitò omnes adoriuntur; ac ſi diceret, Qui novis angoribus me cumulant, undique

me circumvallârunt, aliique aliis ſuccedentes, & non interrupto malorum nuncio animum meum obruentes; priores ſubſequentibus viam munierunt. *Inſidiatores* autem ſunt, vafri, qui improbitati incumbunt, qui inſidiantur & injuriâ lædunt, ſive homines, ſive dæmones ſint: *Viæ* autem, rationes erant quas inierunt, qui bona ejus diripuerant.

σαν οἱ τὰς ἀγγελίας ἐπιφέροντες, ὡς ὁδὸς τοῖς ἐπιοῦσιν οἱ προλαβόντες ἐγίνοντο, ἄλλος ἄλλον διαδεχόμενοι, καὶ τῇ συνεχεῖ τῶν δεινῶν ἀγγελίᾳ βαπτίζοντες τὴν διάνοιαν. ἐγκάθετοι δέ εἰσιν οἱ δόλιοι, οἱ τῷ κακῷ ἐγχειρούμενοι, οἱ ἐνεδρεύοντες, καὶ καταβλάπτοντες, εἴτε ἄνθρωποι, εἴτε δαίμονες· ὁδοὶ δὲ, δι᾽ ὧν τὴν πεῖραν οἱ διαρπάσαντες αὐτοῦ τὴν περιουσίαν ἐποιήσαντο.

POLYCHRONII. Id eſt, Ærumnis circumſeptus eram, neque calamitatis magnitudo imminuta fuit; mali acerbitas partim ipsâ paſſione, partim diuturnitate temporis, aucta eſt.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τουτέστι περιεσχοινίσθην τοῖς δεινοῖς, καὶ ἐπέμεινέ μοι τῆς συμφορᾶς τὸ μέγεθος· ηὔξησε τὸ δεινὸν, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ πάθους, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ χρόνου.

A me fratres mei receſſerunt, noverunt alienos quàm me; & amici mei immiſericordes facti ſunt; non adhæſerunt mihi proximi mei, & ſcientes nomen meum obliti ſunt mei. Vicini domûs meæ, & ancillæ meæ, alienigena fui coram eis.

Ἀπ᾽ ἐμοῦ ἀδελφοί μου ἀπέστησαν, ἔγνωσαν ἀλλοτρίους ἢ ἐμέ· φίλοι δέ μου ἀνελεήμονες γεγόνασιν· οὐ προσεποιήσαντό με οἱ ἐγγύτατοί μου, καὶ οἱ εἰδότες μου τὸ ὄνομα ἐπελάθοντό μου. γείτονες οἰκίας, θεράπαιναί τέ μου, ἀλλογενὴς ἤμην ἐναντίον αὐτῶν.

EJUSDEM. Hæc etiam magnus David cum luctu & lamentis dixit, *Oblivioni datus ſum, tanquam mortuus à corde, factus ſum tanquam vas perditum.* (Pſal 30. 13,14.) Et nunc Jobus, Neque cognati, inquit, mei ſolatium mihi præbuerunt (*fratres* enim, neceſſarios ſuos, & affinitate junctos appellat) ſed ærumnam quam patiebar, tanquam voluntatis meæ peccatum, odiô habentes, à me receſſerunt, eóſque qui nullâ cognatione ipſos attingebant, meæ affinitati prætulerunt. Quin etiam qui in proſpera fortuna amici erant, in adverſa inſidias mihi ſtruxerunt; & qui genere propinquiores propter amicitiam mihi videbantur, non ſolùm tot miſeriis oppreſſum miſericordiâ proſequuti non ſunt, verumetiam pro hoſte habuerunt. Et quidem dum res meæ proſperæ eſſent, aderant mihi noti & familiares (*proximos* enim vocat eos qui genere propinqui erant) nunc verò nemo eſt qui

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ταῦτα καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ ὀλοφυρόμενος ἔλεγεν, ἐπελήσθην ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας, ἐγενήθην ὡσεὶ σκεῦος ἀπολωλός. καὶ νῦν ὁ Ἰὼβ, οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῶν συγγενῶν ἔσχον, φησὶ, παραμυθίαν, ἀδελφοὺς γὰρ, τοὺς αὐτῷ προσήκοντας λέγει, ἀλλ᾽ ἀπέστησαν ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὥσπερ γνώμης ἁμάρτημα τὸ πάθος μισήσαντες, καὶ τοὺς μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας τῆς ἐμῆς συγγενείας προετίμησαν· ἀλλὰ καὶ οἱ μετὰ τῆς εὐδαιμονίας φίλοι ὄντες, μετὰ τῆς δυσπραγίας γεγόνασιν ἐπίβουλοι· ἀλλὰ καὶ οἱ τοῦ γένους οἰκειότεροι εἶναι δοκοῦντες διὰ τὴν φιλίαν, οὐ μόνον οὐκ ἔσχον ἔλεον τοσούτοις βληθέντα τοῖς δεινοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν πολεμίων ἔστησαν τάξει. καὶ εὐημεροῦντι μέν μοι παρῆσαν οἱ γνώριμοι, ἐγγυτάτους γὰρ λέγει τοὺς γένει πλησιάζοντας· νῦν δὲ οὐκ οἶδέ τις τῶν ἀνθρώπων τὸν Ἰώβ,

Ἰὼβ, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς οἰκείοις, μῖσος μὲν τὸ πάθος ἀντὶ συμπαθείας προεξένησε· καὶ οἱ μικρῷ πρότερον δι' αἰδοῦς ἔχοντες, καὶ δεδοικότες, παρὰ φαῦλον τίθενταί με νῦν· καὶ οἱ τὸ ἐμὸν ὄνομα καὶ τὴν δόξαν εἰδότες πρότερον, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν γνόντες, διάκεινται. ὅρα δὲ, ὅτι καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐπολέμησεν ὁ διάβολος· οὐχ οἱ ἐκτὸς γὰρ, φησὶ, μόνον, οὐδὲ οἱ γείτονες, ἀλλὰ καὶ οἱ οἰκέται, ὧν τὴν ἐξουσίαν εἶχον, ὡς οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγνωκότες με, διετέθησαν, καὶ ὡς ξένον καὶ ἀλλογενῆ παρέδραμον.

Jobum novit, ſed apud domeſticos etiam calamitas, pro affectu & miſericordia, odium conflavit: & qui me paulò antè verebantur & timebant, nunc flocci faciunt; & qui nomen meum priùs & gloriam perſpectam habebant, quaſi ab initio me non cognoviſſent, erga me affecti ſunt. Vide autem, quemadmodum diabolus etiam familiam contra eum inſurgere impulerit; Non enim ſolùm, inquit, qui extrà erant, & vicini, ſed famuli etiam, in quos dominium exercebam, tanquam ab initio incognitus illis fuiſſem, erga me affecti erant, & quaſi peregrinum & alienigenam præteribant.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Πολλὴ ἡ πεῖρα τοῦ διαβόλου. οἱ περιλειφθέντες αὐτοῦ οἰκείων, χαλεπωτέραν εἰργάσαντο τὴν συμφορὰν τῶν ἀπελθόντων· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐδὲν ἐποίουν λοιπὸν, οὗτοι δὲ καὶ ὠνείδιζον, καὶ παρήκουον, καὶ κατ' αὐτοῦ ἐλάλουν, καὶ τὰ λοιπὰ ἔπραττον ἅπερ ἐπάγει.

CHRYSOSTOMI. Gravis fuit diaboli tentatio. Domeſtici qui ſuperſtites erant, acerbiorem ærumnam defunctis creabant; illi enim nihil ampliùs mali faciebant, hi verò immorigeros ſe præſtabant, conviciis proſcindebant, contra eum loquebantur, & reliqua quæ ſubjungit, committebant.

Θεράποντά μου ἐκάλεσα, καὶ οὐχ ὑπήκουσεν.

Servum meum vocavi, & non obedivit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τῆς ἐκ τῶν λοιπῶν παρακλήσεως ἐν ἐρημίᾳ καταστὰς, τὴν ἐκ τῶν οἰκετῶν ἐζήτουν θεραπείαν· καὶ ταῦτα ἱκετεύων, διήμαρτον τῆς γνώμης. καὶ τοῦτο δὲ τῶν σφόδρα ἀλγεινῶν, τὸ ἐν νόσῳ κείμενον καλεῖν τὸν ὀφείλοντα ὑπηρετεῖν, καὶ μὴ ἀκούεσθαι. δεῖ οὖν ἡμᾶς τῷ ὑποδείγματι τοῦ μεγάλου Ἰὼβ προσέχοντας, μὴ ὀργίζεσθαι κατὰ τῶν ὑπηρετῶν, μήτ' οὖν γυνὴ, μήτ' αὖ οἰκέτης, μήτ' αὖ υἱὸς ᾖ ὁ παρακούων.

OLYMPIODORI. Orbatus aliorum ſolatio, cultum & obſequium famulorum poſtulabam, & quidem precibus enixè efflagitans, quod volebam non ſum aſſequutus. Hoc autem inter acerbiſſima locum meretur, ſi quis morbo laborans, opem ejus imploraverit qui obſequium præſtare debet, nec tamen audiatur. Nos igitur exemplo beati Jobi attendentes, iraſci contra eos qui nobis famulantur minimè oportet, ſive conjux, ſive ſervus, ſive filius, dicto inobediens & immorigerus fuerit.

Στόμα δέ μου ἐδέετο, καὶ ἱκέτευον τὴν γυναῖκά μου.

Os autem meum deprecabatur, et rogabam uxorem meam.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἀλλὰ καὶ αὐτή, φησὶν, ἡ γυνή μου παρορᾷ· μὴ ἀκουσθεῖσα γὰρ ἐφ' οἷς κακῶς συνεβούλευσε, καὶ αὐτὴ λυπεῖν ἐπεχείρει.

POLYCHRONII. Sed & ipſa conjux contemnebat me; cùm enim iis quæ perversè ſuggerebat aurem non præberem, moleſtias mihi excitare cœpit.

Et invocabam blanditiis filios concubinarum mearum, illi verò in ſeculum me aversati ſunt.

EJUSDEM. Filios concubinarum, ſenſu obvio & vulgari, eos vocat qui non ex legitimis nuptiis naſcuntur, prout Abrahamus ex Agar Iſmaelem genuit, & Jacob ex Balla Dan & Nepthalim; propter enim generis propagationem, ex ejuſmodi mulieribus liberorum procreatio olim prohibita non erat. Symmachus autem dilucidiùs dixit, *Filios liberorum meorum*; diabolus enim non in univerſum genus, ſed in familiam tantùm Jobi, poteſtatem accepit. Unde cognatis ejus proſperâ fortunâ utentibus, gravior ejus plaga viſa eſt; comparatio quippe doloris acerbitatem auget: & præcipuè, cùm qui ejus opem priùs implorabant, in calamitatibus eum nunc negligant & contemnant. *Illi verò in ſeculum me averſati ſunt*: Theodotio autem, *Et inſipientes repulerunt me. In ſeculum*, id eſt, Prorſus. Quòd autem non de liberis hoc intelligit, quod dicere videtur, manifeſtum eſt; omnes enim in convivio exſtincti fuerunt.

Cùm exſurrexero, contra me loquuntur.

OLYMPIODORI. Fortè etiam, ſceleſtum, impium, & impurum me vocant, & propter peccatorum multitudinem pœnas luere dicunt. Vel hæc quidem nequaquam, illud verò quod pleriſque in diuturnioribus morbis contingere ſolet, Quouſque hic non moritur? cur grave & inutile pondus factus eſt terræ? Illud autem, *cùm exſurrexero* (vel, ſcilicet, quando ab iis ſeparatus fuero; vel quando, exactâ nocte, à ſomno excitatus fuero) ſecum ita loquuntur, Nondum obiit? vivit adhuc hic morticinus?

Προσεκαλούμην δὲ κολακεύων υἱοὺς παλλακίδων μου, οἱ δὲ εἰς τὸν αἰῶνά με ἀπεποιήσαντο.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον, υἱοὺς παλλακίδων λέγει τοὺς οὐκ ἐκ νομίμων γάμων, ὡς ἔσχεν Ἀβραὰμ ἐκ τῆς Ἄγαρ τὸν Ἰσμαὴλ, καὶ Ἰακὼβ ἐκ τῆς Βάλλας τὸν Δὰν καὶ Νεφθαλείμ· οὐ γὰρ ἀπηγορεύετο πρώην ἡ ἐκ τῶν τοιούτων παιδοποιΐα, διὰ τὴν τοῦ γένους αὔξησιν. σαφέστερον δὲ ὁ Σύμμαχος ἔφη, υἱοὺς παίδων μου· κατὰ γὰρ τοῦ οἴκου τὴν ἐξουσίαν ὁ διάβολος, οὐ καθ' ὅλου τοῦ γένους ἔλαβε. καὶ βαρυτέρα ἡ πληγὴ εἶναι δοκεῖ, τῶν συγγενῶν ἐν εὐημερίᾳ τυγχανόντων, ἡ γὰρ παράθεσις μείζονα τὴν ὀδύνην ἐργάζεσθαι· καὶ μάλιστα, ἐπεὶ πρότερον αὐτοῦ δεόμενοι νῦν ἐν συμφοραῖς παρέβλεπον. οἱ δὲ εἰς τὸν αἰῶνά με ἀπεποιήσαντο· ὁ δὲ Θεοδοτίων, καί γε ἄφρονες ἀπώσαντό με. Εἰς τὸν αἰῶνα, τουτέστι, παντελῶς. ὅτι γὰρ οὐ λέγει περὶ παίδων, ὃ δὴ καὶ φαίνεται λέγων, δῆλον· πάντες γὰρ ἐν τῷ συμποσίῳ ἀπώλοντο.

Ὅταν ἀναστῶ, κατ' ἐμοῦ λαλοῦσιν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἴσως καὶ αὐτοὶ λέγοντες τὸν μιαρὸν, τὸν ἐναγῆ, τὸν ἀκάθαρτον, τὸν διὰ πλῆθος ἁμαρτιῶν αὐτοῦ τιμωρούμενον. ἢ ταῦτα μὲν οὐδαμῶς, ὃ δὲ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ ταῖς μακραῖς νόσοις συμβαῖνον, μέχρι τίνος οὐ τελευτᾷ; τί βαρὺ φορτίον καὶ ἀχρεῖον κεῖται τῇ γῇ; τὸ δὲ, ὅταν ἀναστῶ, ἤτοι ὅταν αὐτῶν ἀποχωρισθῶ, ἢ ὅταν ἀφ' ὕπνου ἐξεγερθῶ μετὰ τὴν νύκτα, πρὸς ἑαυτοὺς λέγουσιν, οὔπω τέθνηκεν; ἔτι ζῇ ὁ ἄθλιος οὗτος;

Ἐβδε-

Ἐβδελύξαντό με οἱ ἰδόντες με, οὓς δὴ ἠγαπήκειν, ἐπανέστησάν μοι.

Abhominati ſunt me qui me videbant, et quos dilexeram, conſurrexerunt in me.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Φευκτὸς, φησὶν, ὑπὸ τῶν πρώην συνομιλούντων γέγονα, καὶ πολεμίους ἔχω τοὺς πρώην ἀγαπῶντας· οὔτε γὰρ συνόμιλοί μου προϊόντα βλέποντες, καὶ τῆς αὐτῶν δεόμενον παραμυθίας, ὥσπερ ἀποτρόπαιον ἔφυγον· οὔτε ᾠκειωμένοι πρότερον, καὶ τῆς παρ' ἐμοῦ ἐπικουρίας δεόμενοι, καὶ μάλιστα καὶ εὐεργετηθέντες παρ' ἐμοῦ, διέθεσάν μοι κακά. τοιοῦτόν τι καὶ Δαβὶδ ψάλλει, ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου.

CHRYSOST. Quibuſcum, inquit, antea mihi conſuetudo fuerat, congreſſum meum fugiunt, & qui priùs me dilexerunt, hoſtes ſunt facti: familiares enim & ſodales, cùm prodeuntem me, ac illorum ſolatio indigentem viderent, tanquam abhominandum averſabantur; & quos priùs amicos mihi peculiares conciliaveram, qui opem meam implorabant, & beneficiis obligati erant, malis me affecerant. Tale quid David in Pſalmis canit, *Et poſuerunt adversùm me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Pſal. 108.5.

Ἐν δέρματί μου ἐσάπησαν αἱ σάρκες μου, τὰ δὲ ὀστᾶ μου ἐν ὀδοῦσιν ἔχεται.

In cute mea computruerunt carnes meæ, & oſſa mea in dentibus hærent.

ΠΟΛΥΧΡ. Φήσας τὰ ἔξωθεν συμβάντα, μέμνηται λοιπὸν καὶ τῶν τοῦ σώματος παθῶν, ὅτι καὶ τὸ δέρμα καὶ αἱ σάρκες ὑπὸ τῶν ἰχώρων ἐφθάρησαν· ζῶντος γὰρ, φησὶν, ἐσάπησαν αἱ σάρκες μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὥσπερ ὑπὸ ὀδόντων θηρίων τινῶν κατεσθίεται. μετὰ δὲ τοῦ δέρματος, καὶ τῶν σαρκῶν ἐμνημόνευσεν ἵνα εἴπῃ, ὅτι εἰς βάθος ἐχώρησε τὸ δεινὸν, ὥστε μοι καὶ ἀπαραμύθητον εἶναι τὸ πάθος. ὅπερ Ἀκύλας οὕτως ἐξέδωκεν, ἐν δέρματί μου καὶ ἐν κρέα μου ἐκολλήθη τὸ ὀστοῦν μου· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ἐτάκησαν αἱ σάρκες μου, καὶ τὸ δέρμα γυμνοῖς τοῖς ὀστέοις κεκόλληται. τὸ δὲ, τὰ ὀστᾶ μου ἐν ὀδοῦσιν ἔχεται, σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, καὶ ἐξέτιλλον τὸ δέρμα μου ὀδοῦσιν ἐμοῖς, μετὰ τὴν σῆψιν δηλαδὴ, ξηραινόμενον, καὶ ἀπορρηγνύμενον. κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα ἐκδεδωκότας, τὰ ὀστᾶ μου ἐν ὀδοῦσιν ἔχεται, ἐκεῖνο ἔοικε λέγειν, ὅτι ἀνίατα πάσχω, εἴπερ καὶ τὰ ἀνάλγητα τῶν μορίων, ὡς τὰ ὀστᾶ, οὐκ ἐλεύθερα ὀδύνης καθέστηκεν, ἀλλ' ὡς ὑπὸ ὀδόντων τινῶν κατεσθίεται.

POLYCHR. Poſtquam ea quæ extrinſecus illi acciderant enarrâſſet, malorum deinde & ægritudinum corporis meminit, quòd ſcilicet, cutis & caro tabe corruptæ eſſent; Vivo enim me, inquit, putruerunt carnes meæ, & oſſa mea tanquam ferarum dentibus devorantur. Poſt cutem autem, carnium mentionem fecit; ac ſi dixiſſet, Malum altiùs penetravit, ita ut ægritudo nullo ſolatio leniri poſſit. Quod Aquila ſic interpretatus eſt, *In cute mea, & carne mea adhæſit os meum*, id eſt, Contabuerunt carnes meæ, & cutis nudis oſſibus adhæſit. Illud autem, *Et oſſa mea in dentibus hærent*, Symmachus apertiùs reddidit, *Et cutem meam dentibus meis vellicabam*, tabe, ſcilicet, & putredine exareſactam, diſcerptam, ac laceram. Juxta autem Septuaginta interpretum verſionem quæ ſic habet, *Oſſa mea in dentibus hærent*, illud dicere videtur; Inſanabilia ſunt quæ patior, ſiquidem partes corporis ſenſûs doloris expertes, ſicut oſſa, dolore non vacant, ſed quaſi dentibus quibuſdam deglutiuntur.

Miſeremini mei, miſeremini mei, ô amici! manus enim Domini eſt quæ tetigit me.

POLYCHR. Cùm de amicis, cognatis, liberis, & conjuge, præterea etiam & de iis qui curam ejus & ſolicitudinem priùs experti fuiſſent, dixiſſet, quòd calamitatis causâ omnes eum deſpexiſſent; tanquam amicis præſentibus, & ſine ullo doloris affectu ærumnas ejus intuentibus, orationis ordine ſervato, ſic loquitur; Licèt, tanquam vera loquutum, me nequaquam verecundemini, pro humanitate tamen miſeremini; & oculos conjicientes in ea quæ mihi à Deo acciderunt, miſericordia & metus vos occupet, ac ne ſimilia à Deo experiamini, cavete; qui mihi quidem, non propter peccatum plagas inflixit, ſed pro authoritate ſua calamitates intulit.

Ἐλεήσατέ με, ἐλεήσατέ με, ὦ φίλοι· χεὶρ γὰρ Κυρίου ἡ ἁψαμένη μού ἐστιν.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Εἰρηκὼς περὶ τῶν φίλων, καὶ συγγενῶν, υἱῶν τε, καὶ γυναικὸς, ἔτι μὴν καὶ τῶν ἀξιωθέντων πρότερον τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας, ὡς ἀπέστησαν διὰ τὴν συμφορὰν ὑπερεῖδον· ἀκολούθως ὡς πρὸς παρόντας τοὺς φίλους, καὶ ἀνελεημόνως ὁρῶντας τὰ πάθη, φησὶν, Εἰ καὶ μὴ ὡς δίκαια λέγοντα ἐπαισχύνεσθε, ἀλλ᾽ ὡς φιλάνθρωποι ἐλεήσατε· καὶ οἶκτον λάβετε καὶ δέος, εἰς τὰ ὑπὸ Θεοῦ μοι συμβεβηκότα ὁρῶντες, διευλαβούμενοι μὴ τῶν ὁμοίων πειραθῆτε παρὰ Θεοῦ, ὃς κἀμὲ οὐ δι᾽ ἁμαρτίας ἔπληξεν, ἀλλὰ κατ᾽ ἐξουσίαν τὰς συμφορὰς ἐπήγαγεν.

Quare me perſequimini ſicut et Dominus, et de carnibus meis non ſatiamini?

OLYMP. Cur nullâ miſeratione mei tacti, & quidem mali acerbitatem videntes, calamitates meas augetis? Cur divinæ iracundiæ veſtram ſuperadjicitis, & inexplebili verborum atrocitate contra me utimini, ex voluntate divina nequaquam hoc facientes? Licèt enim ipſe puniat, benignos tamen & clementes nos eſſe vult; & licèt ab ipſo caſtigemur, humanitatem tamen & miſericordiam erga nos invicem Deus à nobis poſtulat. Illud igitur, *Quare me perſequimini ſicut & Dominus?* id eſt; Poterit quidem Deus aliquid in me culpâ dignum deprehendere; vos autem dicite, qua in re contra vos deliquerim? An non vobis ſatis eſt, quòd corpus meum ita tabe conſumptum ſit? hoc enim innuit cùm dicit, *De càrnibus autem meis non ſatiamini*; præſertim cùm contumelioſi ſermones ad depaſcendas carnes per ſe ſufficiant. Contu-

Διατί με διώκετε ὥσπερ καὶ ὁ Κύριος, ἀπὸ δὲ σαρκῶν μου οὐκ ἐμπίπλασθε;

ΟΛΥΜΠ. Τίνος ἕνεκεν ἐπιτίθεσθε τῇ συμφορᾷ, οὐδένα οἶκτον ἐπ᾽ ἐμοὶ λαμβάνοντες, καὶ ταῦτα, ὁρῶντες τὸ δεινόν; διατί δὲ τῇ θείᾳ ὀργῇ συνεπιτίθεσθε, καὶ ἀκορέστως τῇ τῶν λόγων βαρύτητι κέχρησθε κατ᾽ ἐμοῦ, οὐ πάντως κατὰ γνώμην Θεοῦ τοῦτο ποιοῦντες; εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς τιμωρεῖται, ἀλλ᾽ ἡμᾶς φιλανθρώπους εἶναι βούλεται· φιλανθρωπίαν ἡμᾶς τὴν εἰς ἀλλήλους ἀπαιτεῖ Θεὸς, κἂν ὑπ᾽ αὐτοῦ παιδευώμεθα. τὸ οὖν, διατί με διώκετε ὥσπερ καὶ ὁ Κύριος; ἀντὶ τοῦ, ἴσως μὲν ἔχοι ἄν τι καὶ κατηγορεῖν μου Θεὸς, τί δὲ ἄρα καὶ εἰς ὑμᾶς ἥμαρτον, εἴπατε. ἢ γὰρ οὐκ ἀρκετὸν ὑμῖν τὸ οὕτω μου διαφθαρῆναι τὸ σῶμα; τοῦτο γὰρ δηλοῖ λέγων, ἀπὸ δὲ σαρκῶν μου οὐκ ἐμπίπλασθε· ἀρκούντως δὲ ἱκανοί εἰσιν οἱ ὀνειδιστικοὶ λόγοι καὶ σάρκας δαπανᾶν.

Διάσωμεν

δείσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὰς λοιδορίας, εἰδότες ὅπως πλήττομεν δι' αὐτῶν τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν.

melias igitur & convicia formidemus, cùm fratres noſtros iis vulnerari non ignari ſimus.

Τίς γὰρ ἂν δῴη γραφῆναι τὰ ῥήματά μου, τεθῆναι δὲ αὐτὰ ἐν βιβλίῳ εἰς τὸν αἰῶνα, ἐν γραφείῳ σιδηρῷ καὶ μολίβῳ, ἢ ἐν πέτραις ἐγγλυφῆναι; οἶδα γὰρ ὅτι ἀέναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων ἐπὶ γῆς.

Quis enim utique det ut ſcripta ſint verba mea, et ipſa poſita in libro in ſeculum, et in ſtylo ferreo et plumbo, aut in petris inſculpta? Scio enim quia æternus eſt, qui me reſoluturus eſt ſuper terram.

ΠΟΛΥΧΡ. Εὔχεται τὰ καθ' ἑαυτὸν * ἀνεξαλείπτῳ παραδοθῆναι γραφῇ, ἤτοι τὰ τῆς συμφορᾶς, ὥστε πανταχόθεν οἱονεὶ θηρᾶσαι συμπάθειαν, ἐπειδὴ φέρει τινὰ καὶ τοῦτο παραμυθίαν· εἴτε τὰ τοῦ βίου, τὰ ἐν τῇ ἀρετῇ, ἃ ἐμαρτύρει αὐτῷ, ὅτι οὐκ ἦν πονηρός. οὕτω γὰρ θαρρῶ, φησὶν, οὐδένα ἠδικηκὼς, ὥστε ἐβουλόμην, εἴπερ ἐνῆν, γραφῇ παραδοθῆναι τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα γενέσθαι γνώριμα, ἐγκαέντα τῷ σιδήρῳ, πρὸς δὲ ἐπὶ πολὺ παραπεμφθῆναι τὸν χρόνον, καὶ δῆλα διὰ τῆς ἀναγνώσεως γενέσθαι τοῖς ὕστερον. ταῦτα δὲ οὐχ ὡς * περιαυτὸς λέγει, οὐδὲ ὡς φίλαυτος, ἀλλ' ἵνα σκοπὸς ὑπομονῆς ᾖ τοῖς μετέπειτα. ὁμοιωματικῶς δὲ αὐτὸ λέγει, ἀπὸ τῶν τοὺς βουλομένους ὡς ὅτι μάλιστα ἐπὶ πλεῖστον διαμένειν τὰ ἀναγεγραμμένα διὰ γραφίδος σιδηρᾶς ἐπὶ μολίβδου ἐντιθέναι τὰ γράμματα ταῖς στήλαις, ἢ καὶ ταῖς πλαξὶν ἐγκολάπτειν, τὰ γὰρ ἐν μολίβδῳ γραφόμενα, δυσεξάλειπτα· ἵνα ὥσπερ, φησὶ, Θεὸς ὁ τιμωρούμενος ἀτελεύτητον ἔχει τὴν φύσιν, οὕτω καὶ τὰ κατ' ἐμὲ ἀνεπίληστα γένηται, κἂν ἀναλυθῶ εἰς γῆν· ὡς ἅπαντες ἂν ἠγάσθησαν τῆς ἐμῆς ὑπομονῆς, ἀφόρητον τῶν ἐμοὶ συμβεβηκότων καὶ τὴν ἀκοὴν κρίνοντες, ὧν ὑμεῖς γε τὴν θέαν ἀνελεημόνως παραπέμπεσθε. οἶδα γὰρ ὅτι κἂν ἐγὼ ἐκλυθῶ, τουτέστι, τελευτήσω, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἀεὶ διαμένει, ὁ δυνάμενος καὶ μετὰ τὴν ἐμὴν τελευτὴν, δι' οἰκείας ἐπι-

* γρ. ἀνεξαλείπτῳ

* ἴσ. περιαυτολογῶν.

POLYCHRONII. Precatur ut res ſuæ, id eſt, calamitates, ſcripto indelebili mandentur, ut commiſerationem aliquam undique quaſi aucupari poſſint, quandoquidem & hoc etiam ſolatium aliquod adfert; vel vitæ ſuæ actiones, & quæ Deus de ejus virtutibus teſtatus eſt, quòd improbus, ſcilicet, non eſſet. Conſcientiæ enim meæ innocentiâ fretus, quòd neminem injuriâ affecerim, adeo confido, ut ſi liceret, libenter cuperem res meas ſcriptis tradi, & ferro inuſtas poſteris innoteſcere, ut ad tempus longum tranſmitti, & lecta poſteris manifeſtari poſſint. Hæc verò, non tanquam laudũ ſuarum præco, & amore ſui elatus jactitat, ſed ut poſteris patientiæ ſcopus fiat. Per ſimilitudinem autem eorum hoc dicit, qui cùm ea quæ literis mandant quàm diutiſſimè durare deſiderant, columnis characteres in plumbo ſtylo ferreo indunt, vel tabulis inſculpunt; quæ enim plumbo inſcribuntur, difficulter delentur. Quemadmodum, inquit, Deus qui plectit naturâ eſt infinitus, ita & eorum quæ mihi acciderunt memoria indelebilis eſt facta, quamvis ego in terram & pulverem reſolutus eſſem; adeo ut cuncti famam etiam eorum quæ mihi contigerunt, intolerandam ducentes, quorum vos aſpectum ſine ullo affectu & commiſeratione negligitis, patientiam meam cum ſtupore admirati ſint. Novi enim, quamvis ego diſſolvar, id eſt, moriar, Deum tamen perpetuò manere, qui ſuo calculo & approbatione poſt obitum meum,

vitam meam & converſationem omnibus manifeſtam facere poteſt. Quod quidem, ſecundùm Juſti poſtulationem, per Moyſem vel Solomonem divinâ voluntate factum eſt, neque Eccleſiæ Dei tanto exemplo in tentationibus privatæ ſunt, ſed divino auxilio & inſpiratione ea quæ beato viro acciderunt, ſcriptis tradita ſunt, ita ut quidam
Iac.5.11. Apoſtolorum nobis dixerit, *Patientiam Jobi audiſtis, & finem Domini vidiſtis:* Unde autem audivimus aut vidimus, ſed ex hoc tractatu?

κρείσσως, γνώριμα πᾶσι τὰ κατ' ἐμὲ καταστῆσαι. ὃ δὴ καὶ γέγονε κατὰ τὴν τοῦ δικαίου αἴτησιν, ὑπὸ Μωσέως, ἢ Σολομῶντος, γνώμῃ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστερήθησαν αἱ ἐκκλησίαι τοῦ τηλικούτου ἐν τοῖς πειρασμοῖς παραδείγματος, ἀλλ' ἀνεγράφη τὰ κατὰ τὸν μακάριον κατὰ Θεοῦ συνέργειαν καὶ ἐπίπνοιαν, ὡς καί τινα τῶν Ἀποστόλων λέγειν ἡμῖν, τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος Κυρίου εἴδετε. πόθεν δὲ ἠκούσαμεν, ἢ πόθεν εἴδομεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ ταύτης τῆς συγγραφῆς;

CHRYSOST. Ecce enim ſcripta ſunt, non quidem ſtylo ferreo, ſed multò magis durabili, quàm poſtulavit; illa enim, ſi ita ſcripta fuiſſent, tempus deleviſſet, hæc verò altiùs & permanentiùs exarata ſunt.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἰδοὺ γὰρ ἐγράφη, οὐκ ἐν γραφείῳ σιδηρῷ, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον * ἢ ᾔτησεν· ἐκεῖνα μὲν γὰρ, εἰ καὶ ἐγράφετο, χρόνος ἀνάλωσε, ταῦτα δὲ μειζόνως ἐγράφη. * ἴσ. suppl. μονιμωτέρῳ

Ad reſuſcitandam cutem meam quæ perpetitur hæc.

Ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου τὸ ἀνατλοῦν ταῦτα.

EJUSDEM. Utinam, inquit, Deus cutem meam reſuſcitet, quæ hæc perpeſſa eſt. Hinc autem dogma Eccleſiæ docemur, quòd corpus, ſcilicet, ipſum tentationes & cruciatus ſuſtinens, unà cum anima reſurgat, ut gloriâ cum illa ſimul fruatur; unde dixit, *quæ perpetitur hæc:* non enim æquum eſt, ut aliud patiatur, & aliud reſurgat. Non ignarus igitur reſurrectionis fuit, neque, meâ quidem ſententia, reſurrectionis corporum; niſi quis dicat, liberationem ab ærumnis quibus premebatur, reſurrectionem eſſe. Rectè autem cauſam mutationis rationi conſentaneâ attulit; Ille, inquit, vulneraverit, ille etiam medebitur, & qui deplorandũ hoc corpus miſeriis afflixit, ab ærumnis & doloribus liberum reddet: tandem ergo aliquando multijugis perpeſſionibus eximens, dolorum ac laborum incumbentium inducias mihi largiatur. Ac Theodotio quidem ſic reddens, *Redemptor meus vivit, & noviſſimè ſuper pulverem ſuſcitabit,* perſuadet duos verſiculos eſſe conjungendos, atque ita legendum; *Scio enim quia æternum eſt, qui me reſoluturus eſt ſuper terram, ad*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Εἴθε, φησὶν, ἀναστήσαι ὁ Θεὸς τὸ δέρμα μου τὸ ὑπομεῖναν ταῦτα. δόγμα δὲ ἐντεῦθεν διδασκόμεθα ἐκκλησιαστικὸν, ὅτι τὸ σῶμα τὸ τοὺς πειρασμοὺς ὑπομεῖνον καὶ τὰς βασάνους, αὐτὸ συνανίσταται τῇ ψυχῇ, ἵνα καὶ * συναπολαύσῃ· διὰ τοῦτο εἶπε, τὸ ἀνατλοῦν ταῦτα. οὐ γὰρ δίκαιον, ἄλλο μὲν πάσχειν, ἄλλο δὲ ἀνίστασθαι. ἄρα ᾔδει περὶ ἀναστάσεως, ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ περὶ ἀναστάσεως σωμάτων, εἰ μή τις λέγει ἀνάστασιν εἶναι τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν κατεχόντων αὐτὸν δεινῶν. καλῶς δὲ αἰτίαν εὔλογον εἴρηκε τῆς μεταβολῆς· αὐτὸς, φησὶν, ἔπληξεν, αὐτὸς καὶ ἰάσεται, καὶ ὁ τοῖς δεινοῖς περιβαλὼν, αὐτὸς καὶ καθαρὸν τῶν παθῶν ἀναδείξει καὶ τοῦτο τὸ δύστηνον σῶμα· ὀψὲ γοῦν ποτε τῆς πολυπαθείας ἀπαλλάξας, ἐκεχειρίαν τῶν ἐπικειμένων παρέχοι πόνων. ὁ μέντοι Θεοδοτίων ἐκδοὺς, ὁ ἀγχιστεύς μου ζῇ, καὶ ἔσχατον ἐπὶ χώματος ἀναστήσει, πείθει συνάπτειν τοὺς δύο στίχους, καὶ οὕτως ἀναγινώσκειν, οἶδα γὰρ ὅτι ἀέναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων ἐπὶ γῆς, ἀναστῆσαι τὸ * ἴσ. add. τῆς δόξης.

τὸ δέρμα μου τὸ ἀναντλοῦν ταῦτα. ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτος· ἀθάνατός ἐστιν ὁ Θεός, οὗ γένος ἐσμέν· ἐμὲ δὲ ἐπειδὰν εἰς γῆν διαλύσαι διὰ θανάτου, πάλιν ἐκ γῆς ἐγερεῖ διὰ τῆς ἀναστάσεως· ἢ ἐπειδὰν ἐκ τῆς νόσου ἐκλύσαι, τουτέστιν, ἐλευθερώσαι, πάλιν ἀνακαινιεῖ τὸ δέρμα μου τὸ τῇ τήξει διαφθαρέν. αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν, ἀποκτείνει καὶ ζωοποιεῖ. διὸ ἐπάγει.

reſuſcitandam cutem meam quæ hæc perpetitur. Senſus autem verborum hic eſt; Immortalis eſt Deus, cujus nos genus ſumus; Act.17.28. me verò, poſtquam in terram per mortem reſolverit, rurſus à terra per reſurrectionem ſuſcitabit: vel, Poſtquam à morbo reſolverit, id eſt, liberaverit, rurſus cutem meam tabe corruptam renovabit: ille enim eſt, qui dolere facit, & ſanitati rurſus reſtituit; qui interficit, & vivificat; Quare ſubjungit.

Παρὰ γὰρ Κυρίου ταῦτά μοι συνετελέσθη, ἃ ἐγὼ ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι.

A Domino enim hæc mihi conſummata ſunt, quorum ego mihi conſcius ſum.

ΠΟΛΥΧΡ. καὶ ΟΛΥΜΠ. Οὐκ ἀνθρωπίνη ἐστί, φησίν, ἡ ἐπήρεια· ἐκ γὰρ τῶν συμβάντων περὶ τὰ θρέμματα καὶ τὰ τέκνα, ἐκ τῶν συμβάντων μοι περὶ τὸ σῶμα οἶδα Θεοῦ πληγὴν οὖσαν. διὰ τοῦτό φησιν, ἱκανὸν ἔχω διδάσκαλον, τοῦ ἐσχάτην εἶναι τὴν πληγήν, τὰ συμβάντα μοι ταῦτα· ὅτι ὡς ἔμπροσθεν λέγει, * βρόμον γὰρ ὁρῶ τὰ σιτά μου. οὐκ ἔστι ταῦτα νόσου φυσικῆς, πάλαι γὰρ ἂν ἀπηγόρευσε τὸ σῶμα· Θεός μοι ταῦτα ἐπήγαγεν, ἃ μόνη οἶδεν ἡ ἐμὴ ψυχή· οὐδεὶς γὰρ οὕτω συναισθάνεται τῶν κακῶν, οὐδὲ ἐπιδεῖν δύναται, ὡς ὁ πάσχων ἐγώ, τῶν δεινῶν τὸ μέγεθος· αὐτὸς γὰρ γινώσκω, ὁ ὑπὸ τῶν παθῶν κεντούμενος, καὶ ἡ ὄψις δὲ ἱκανὸς διδάσκαλος τοῖς νοῦν ἔχουσι [illegible].

* ἴσ. βρῶμον

POLYCHR. & OLYMP. Non eſt humana, inquit, injuria & contumelia, quam patior; ex iis enim quæ corpori acciderunt, cladem pecorum & liberorum à Deo plagam eſſe inflictam, novi: Idcirco dicit, Hæc quæ mihi contingunt, ſatis evincunt & docent, plagam eſſe maximam quam ſuſtineo; eſcam enim meam (prout ſuprà ab eo dictum eſt) in Cap.6.7. fœtorem verſam eſſe video. Hoc autem non à naturali morbo profluit, jamdudum enim fractum corpus elanguiſſet: Deus hæc mihi inflixit, quæ ſolùm animæ meæ nota ſunt; nemo enim eodem malorum ſenſu mecum tangitur, nec eorum magnitudinem, prout ego qui ea patior, perſpicere quis poteſt. Ego enim, quem dolores pungunt & lancinant, ignarus non ſum; & ſanè iis qui mente & intelligentiâ præditi ſunt, ipſe intuitus magiſter eſt idoneus.

Ἃ ὁ ὀφθαλμός μου ἑώρακε, καὶ οὐκ ἄλλος.

Quæ oculus meus vidit, & non alius.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Τοῦτο δὲ ἔφη πλήττων τοὺς φίλους, ὅτι καὶ ὁρῶντες καὶ εἰδότες τὰ δεινά, ὅμως διαβάλλειν ὡς μικροψύχως φέροντα ἐπεχείρουν.

POLYCHR. Hoc autem ab eo dictũ eſt, ut amicos ſtimularet, quòd ærumnas ejus oculis intuentes & intelligentes, nihilominus tanquam puſillanimiter adverſa ferentem calumniari eum conarentur.

Et omnia mihi conſummata ſunt in ſinu.

EJUSDEM. Cauſam affert, cur ipſe ſolus miſerias ſuas dignoſcat, ac propemodum in hæc verba loquitur; Meritò nota ſunt mihi quæ pertuli: ſinu enim meo quadam ratione, mala omnia quæ mihi inflicta ſunt, complexus ſum, quæ mihi quaſi conglutinata ſunt: *ſinus* enim ubique in ſacra Scriptura, pro eo quod abſtrahi & avelli nequaquam poteſt, accipitur; ut illud, *Redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinum eorum.* Theodotio autem ſic tranſtulit; *Defecerunt renes mei in ſinu meo*; ac ſi diceret, Ipſi renes, & viſcera mea omnia in me computruerunt; ut hinc intelligamus, illud, *Et omnia mihi conſummata ſunt in ſinu*, idem eſſe ac, Viſcera mea omnia, tanquam tabe intus conſumpta, exeſa ſunt, & in nihilum verſa.

Pſal. 78. 12.

Quòd ſi & dixeritis, Quid dicemus contra eum? [Pro quo Symmachus, *Dicitis autem, Quid eſt, quo perſequemur eum?*] *& radicem ſermonis inveniemus in eo?* [Hebræus verò, *& peccatum ſermonis*, dicit.] *Cavete utique & vos à tegmine.* [Rurſus Symmachus, *Timete pro vobis ipſis gladium.*] *Ira enim ſuper iniquos veniet; & tunc cognoſcent ubi eſt eorum materia.*

OLYMP. Secundùm cæteros verò, *Ut cognoſcatis quòd eſt judicium.* Horum autem verborum hæc mens eſt; Quoniam, inquit, pro verbis conſolatoriis unuſquiſque veſtrûm privatim altercandi & contradicendi rationes ſtudet invenire, & more eorum qui radices ſcrutantur, verba mea inveſtigatis, ut redargutionis occaſionem capteris, & peccatum aliquod in iis deprehendatis; rebúſque ipſis teſtimonium

Πάντα δέ μοι συντετέλεσαι ἐν κόλπῳ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Αἰτίαν ἀποδίδωσι τοῦ * μόνος αὐτὸς τὰς ἑαυτοῦ συμφορὰς εἰδέναι, καὶ μονονουχί φησιν, Εἰκότως ἐγὼ οἶδα τὰ ἐμὰ πάθη, πάντα γὰρ τὰ δεινὰ ἐπενεχθέντα μοι τρόπον τινὰ ἐγκεκολπισάμην, ἃ καὶ συνεκολλήθησάν μοι· ὁ γὰρ κόλπος πανταχοῦ ἐπὶ τοῦ ἀδιασπάστου καὶ ἀχωρίστου λαμβάνεται παρὰ τῇ γραφῇ· ὡς τὸ, ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλασίονα εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν. ὁ μέντοι Θεοδοτίων οὕτως ἐξέδωκεν, ἐξέλιπον οἱ νεφροί μου ἐν τῷ κόλπῳ μου· ἵνα εἴπῃ, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ νεφροὶ, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου διεφθάρησάν ἐν ἐμοί· ὡς ἐντεῦθεν νοεῖν ἡμᾶς, ὅτι καὶ τὸ, πάντα μοι συντετέλεσται ἐν κόλπῳ, εἴρηται ἀντὶ τοῦ, πάντα μου τὰ σπλάγχνα συνετελέσθησαν καὶ διεβρώθησαν ἔνδον, ὡς ὑπὸ τῆς σηπεδόνος δαπανηθέντα·

* ἴσ. μόνον αὐτόν.

Εἰ δὲ καὶ ἐρεῖτε, τί ἐροῦμεν ἔναντι αὐτοῦ; [ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, λέγετε δὲ, τί ἐστιν ᾧ διώξομεν αὐτόν;] καὶ ῥίζαν λόγου εὑρήσομεν ἐν αὐτῷ; [ὁ δὲ Ἑβραῖος, καὶ ἁμάρτημα λόγου, λέγει.] εὐλαβήθητε δὴ καὶ ὑμεῖς ἀπὸ ἐπικαλύμματος. [πάλιν ὁ Σύμμαχος, εὐλαβεῖσθε ὑπὲρ ἑαυτῶν τὴν μάχαιραν.] θυμὸς γὰρ ἐπ' ἀνόμους ἐπελεύσεται· καὶ τότε γνώσονται ποῦ ἐστιν αὐτῶν ἡ ὕλη.

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς, ὅπως γνῶτε ὅτι ἐστὶ κρίσις. τὸ μέντοι δηλούμενον ἐν τούτοις τοῖς ῥήμασιν ἐκεῖνό ἐστιν· ἐπειδὴ, φησὶν, ἀντὶ παρακλητικῶν λόγων κατ' ἰδίαν σκοπεῖτε, ποίας ἀντιλογίας εὕρητε, καὶ ὡς οἱ τὰς ῥίζας ἐπιζητοῦντες, ἀνιχνεύετέ μου τοὺς λόγους, πόθεν μου λάβησθε, καὶ ποῖον ἐν τούτοις ἁμάρτημα φωράσητε· καὶ τῶν πραγμάτων ὑπὲρ ἐμοῦ μαρτυρουμένων,

των, αὐτοὶ σπεύδετε, ὡς δῆ μηδὲ ὑπὸ τῆς ἀληθείας ψηφίσησθέ με ἀθῷον. εὐλαβήθητε δὴ, μὴ ἐν προσχήματι τοῦ θέλειν Θεῷ συνηγορεῖν καταψηφίζησθέ μου, τοῦτο γὰρ σημαίνει, τὸ, ἀπὸ ἐπικαλύμματος· καὶ φοβήθητε ὅπως ἀκρίτως μου κατηγοροῦντες, μήποτε ὁ ἀπροσωπολήπτης Θεὸς, εἰς κρίσιν καθίσας, καθ' ὑμῶν ὀργισθῇ, καὶ δίκην ὑμᾶς εἰσπράξῃ τῆς ἀλόγου ταύτης θρασύτητος· οὐ γὰρ ἀθῷα τὰ τοιαῦτα καταλιμπάνει. εἰ δὲ αὐτὸς κινηθείη καθ' ὑμῶν, τότε γνώσεσθε ὡς οὐδὲν ὑμῶν ἐστιν ἡ ὕλη, ἀλλ' ἀνόητος ὑμῖν φανεῖται ἡ ἐπὶ γνώσει τοῦ καλοῦ οἴησις, καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς προσοῦσιν ἄδεια· ὕλην γὰρ ἔοικε λέγειν, ἢ τὸν ὄχλον τῶν ῥημάτων, ἢ τοῦ πλούτου τὴν περιουσίαν. ἐγὼ δὲ ἀνορύττων εἰς βάθος τὰ ῥήματα, καὶ ἕτερόν τι ἐν τούτοις κατανοῶ. εἰ γὰρ τοῦτο, φησὶ, λέγετε, ὦ φίλοι, ὅτι φανερὸν μὲν καὶ ἐγκείμενον ἁμάρτημα οὐδὲν ἔχω, λανθάνει δὲ ἐν ἐμοὶ κρυπτόμενόν τι πλημμέλημα, ὥσπερ ῥίζα βοτάνης τινὸς ἐν τῇ γῇ καλυπτομένη, καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἐν πονηρίᾳ ὢν, ταῦτα πάσχω· ὀφείλετε καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ φοβεῖσθαι ἀπὸ ἐπικαλύμματος, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς δικαιοκρισίας Θεοῦ, ὅτε γνωσόμεθα ἕκαστος, ὅτι ἐστὶ κρίσις καὶ κόλασις τὴν ὕλην κατεσθίουσα.

mihi præbentibus, vos tamen ut crimini obnoxium, veritatis calculo condemnare contenditis. Cavete verò ne me condemnetis, dum Deo patrocinari vos velle ſimulatis (illud enim ſignificat, *A tegmine*) & timete, ne fortè dum abſque ratione & judicio me criminamini, Deus qui perſonarum non eſt acceptor, pro tribunali ſedens, contra vos irâ accendatur, & amentis hujus audaciæ pœnas à vobis repetat; neque enim hæc inulta & impunita relinquit. Si autem ille contra vos concitatus fuerit, tunc cognoſcetis quòd materia veſtra nihil ſit, ſed potiùs opinio omnis de cognitione recti & honeſti concepta, & fiducia in divitiis collocata, inutilis vobis videbitur: *materiam* enim dicere videtur, vel turbam & multitudinem verborum, vel divitiarum abundantiam. Ego verò, quod in verbis abditum latet altiùs effodiens, aliud etiam præterea animadverto. Si enim illud, inquit, amici dicitis, Quòd nullius manifeſti peccati & oculis omnium obvii reus ſim; ſed delictum aliquod occultum, ſicut plantæ alicujus radix quæ terrâ tegitur, in me deliteſcat, ac proinde tanquam improbus hæc patiar; debetis etiam & vos, *à tegmine*, id eſt, à juſto Dei judicio, eadem formidare, quando unuſquiſque cognoſcet, judicium eſſe & ſupplicium, quod materiem conſumet, & in nihilum rediget.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Τεσσαρεσκαιδεκάτου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὡς πολλὰ καὶ καλὰ δόγματα αὐτός τε εἰπὼν ὁ Σωφὰρ, καὶ τῶν λοιπῶν φίλων εἰρηκότων, ἤλπιζε μὲν μηδὲν ἔτι τὸν Ἰὼβ ἀντιλέγειν· ἐπεὶ δὲ εἶδεν αὐτὸν θαρροῦντα τοῖς ἑαυτοῦ δικαίοις, καὶ πάντας αὐτῶν τοὺς λόγους ἀμυνόμενον, ἔξω τῶν ἐλπισθέντων γενόμενος, οὐχ οὕτως, φησὶν,

PROTHEORIA CAPITIS Decimiquarti.

OLYMPIODORI. Sopharus, tanquam multa & præclara dogmata à ſeipſo & reliquis amicis prolata fuiſſent, Jobum nihil amplius quod iis opponeret, habiturum ſperabat: cùm autem cauſæ ſuæ æquitate fretum, omnes illorum ſermones repellere eum videret, ſpe ſua & expectatione excidens, Non ita, inquit, hæc exiſtimabam

mabam te regeſturum. Deinde ad amicos converſus, dicit, Non adeo accuratè quæ à nobis ipſis & Jobo dicuntur, ut ego, conſideratis; nihilominus quæ intelligentia mihi ſuggerit, proferam. Poſtea impiorum facinora, & quæ divino judicio ſupplicia patiuntur, enumerat; quódque eorum felicitas à ſomnio nihil diſcrepet; & quòd, præter ipſorum impietatem, nihil eos ex hac vita comitetur. Et poſtquam multa quæ impiis eventura ſunt, commemoràſſet; Hæc, inquit, impiorum portio eſt, & hæc ſors & poſſeſſio iis à Deo tribuitur: verùm ea quæ hominibus accidere ſolent, non ſemper propter peccata contingere, ſed propter alias diſpoſitionis & providentiæ divinæ cauſas, Sopharus non intellexit: neque ea quæ dicebantur in Jobi perſonam aptè quadrabant. Bona enim verba, niſi benè, cum recto animi affectu, & rerum aptâ diſcriminatione, temporis etiam opportuni & perſonæ idoneæ habitâ ratione proferantur, vituperium potiùs quàm laudem merentur.

ὑπελάμβανον ἀντερεῖν σε ταῦτα. Εἶτα δὲ πρὸς τοὺς φίλους φησὶν, ὅτι οὐχ οὕτως ἀκριβῶς κατανοεῖτε τὰ ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν λεγόμενα, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἰὼβ, ὥσπερ ἐγώ· πλὴν ἐρῶ ὅσα ἡ σύνεσις ὑπαγορεύει. Εἶτα καταλέγει τὰ κατὰ τοὺς ἀσεβεῖς, ἅ τε δρῶσι, καὶ ἃ πάσχουσι κατὰ θείαν δίκην, καὶ ὅτι ὀνείρων τὰ κατὰ τὴν αὐτῶν εὐπραγίαν οὐδὲν διαφέρει, καὶ ὅτι οὐδὲν αὐτοῖς συνεξέρχεται ἐκ τοῦδε τοῦ βίου, εἰ μὴ ἡ αὐτῶν ἀσέβεια. πολλὰ δὲ εἰρηκὼς τὰ τοῖς ἀσεβέσι συναντησόμενα, Ταῦτα ἔφη μερὶς ἀσεβῶν, τοῦτο αὐτοῖς κλῆρος καὶ κτῆμα δέδοται παρὰ Θεοῦ. πάλιν δὲ οὐκ ἔγνω, ὅτι τὰ συμβαίνοντα οὐ πάντως δι' ἁμαρτίας γίνονται, ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλας οἰκονομίας· ἀλλ' οὐδὲ ὅτι ἐπὶ τοῦ προσώπου τοῦ Ἰὼβ ταῦτα καλῶς ἐλέγετο. ὥστε οἱ καλοὶ λόγοι, ἐὰν μὴ καλῶς λέγωνται, καὶ μετ' ὀρθῆς διαθέσεως, καὶ πραγμάτων διαιρέσεως, καὶ ἐπὶ καιροῦ καὶ προσώπου ὑποκειμένου ἐπιτηδείου πρὸς τὰ λεγόμενα, οὐκ ἐπαίνου μᾶλλον ἀλλὰ μέμψεως ἄξιοι.

CAP. XX.

RESPONDENS autem Sophar Minæus, ait, Non ſic putabam contradicere te his: & non intelligitis magis quàm & ego: eruditionem confuſionis meæ audiam, & ſpiritus ex intelligentia reſpondet mihi.

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Σωφὰρ ὁ Μιναῖος, λέγει, οὐχ οὕτως ὑπελάμβανον ἀντερεῖν σε ταῦτα· καὶ οὐχὶ συνίετε μᾶλλον ἢ καὶ ἐγώ· παιδείαν ἐντροπῆς μου ἀκούσομαι, καὶ πνεῦμα ἐκ τῆς συνέσεως ἀποκρίνεταί μοι.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Hujus loci ſenſum interpretes non ſunt plenè aſſequuti, ſed à decoro & veritate multùm aberrârunt, neque ſcopum attigerunt. Ita enim Sopharum Jobum alloquutum fuiſſe dixerunt; Talibus ſermonibus contra nos uti non opinabar te voluiſſe, vel acerbos & difficiles nos exiſtimare, qui quæ è re tua ſunt, tibi oſtendimus: ad amicos autem converſus, ſic inquit, Nequaquam, ſicut ego, quæ à Jobo

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἐνταῦθα οὐκ εἰς νοῦν ἔβαλον οἱ ἐξηγησάμενοι, ἀλλὰ πολὺ τοῦ πρέποντος καὶ τῆς ἀληθείας διήμαρτον, καὶ τοῦ σκοποῦ οὐκ ἐφίκοντο. ἔφασαν γὰρ ὡς ὁ Σωφὰρ πρὸς μὲν τὸν Ἰὼβ εἶπεν, οὐκ ᾤμην σε καθ' ἡμῶν τούτοις χρήσασθαι τοῖς λόγοις, καὶ πικροὺς ἡμᾶς νομίζειν τοὺς τὰ συμφέροντα εἰσηγουμένους· πρὸς δὲ τοὺς φίλους στραφεὶς, εἴρηκεν, ὅτι ὑμεῖς οὐ πάνυ κατανοεῖτε τὰ λεγόμενα ὑπὸ

τοῦ

τοῦ Ἰὼβ, ὡς ἐγώ. Εἶτα πάλιν πρὸς τὸν Ἰὼβ ἀποτείνεται, καί φησιν, ὅτι ἀκούσομαί σου τῆς παιδεύσεως, δι᾽ ἧς ἡμᾶς εἰκότως ἐνέτρεψας, καὶ τοῦ πνεύματος τῆς συνέσεώς σου, δι᾽ οὗ καλῶς ἡμῖν ἀπεκρίνω. Ταῦτα δὲ, φασὶν, ὁ Σωφὰρ κατ᾽ εἰρωνείαν εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲν συνετὸν οὐδὲ * ἀπαίδευτον, οὐδὲ οἷον ἡμᾶς ἐντρέψαι, λελάληκας. καὶ ταῦτα μὲν οἱ ἐξηγηταί. τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ ἄλλα δοκεῖ. Εἶπε γὰρ * προσλαβὼν ὁ Ἰὼβ πρὸς τὸν Σωφὰρ, Εἶτα ὑμεῖς ἐστε ἄνθρωποι, ἢ μεθ᾽ ὑμῶν τελευτήσει σοφία; κἀμοὶ μὲν καρδία καθ᾽ ὑμᾶς ἐστι. καὶ μετ᾽ ὀλίγα, Εἴη δὲ ὑμῖν κωφεῦσαι, καὶ ἀποβήσεται ὑμῖν σοφία. ἀκούσατε δὲ ἔλεγχον τοῦ στόματός μου, κρίσει δὲ χειλέων μου προσέχετε. κωφεύσατε ἵνα λαλήσω, ἀναγγελῶ γὰρ ὑμῶν ἀκουόντων. πρὸς ταῦτα τὴν ἀπόκρισιν καὶ ἀντιλογίαν ὁ Ἐλιφὰζ ἐποιήσατο· ὁ δὲ Σωφὰρ ὤδινε μὲν τὴν ἀντίρρησιν, ἀνέμενε δὲ παυθῆναι τὸν Ἐλιφὰζ, καὶ τότε αὐτὸν ἀποκριθῆναι πρὸς ἃ ἤκουσεν. ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ Ἐλιφὰζ λαλῶν ἐπαύσατο, καὶ ὁ Ἰὼβ πάλιν πρὸς ἐκεῖνον τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ ἀντέθηκε, διαδέχεται νῦν ὁ Σωφὰρ τοὺς λόγους, καὶ ἀποκρίνεται πρὸς ἃ πρότερον ἤκουσε παρὰ τοῦ Ἰὼβ, καί φησι πρὸς αὐτὸν, ᾤμην σε, ὦ Ἰὼβ, πολλῶν πρὸς σὲ καὶ καλῶν εἰρημένων λόγων, ἡσυχίαν ἄγειν συνθησόμενον τῇ παραινέσει, οὐ μὴν ἀντιφθέγξασθαι πρὸς ἡμᾶς τοὺς σοὺς φίλους, καὶ εἰπεῖν, ὅτι οὐ συνίετε οὐδὲ νοεῖτε πλέον τι παρ᾽ ὃ ἐγώ· ταπεινωθῆναι μὲν οὖν σε μᾶλλον ὑπελάμβανον, καὶ ἐρεῖν, ὅτι ὑμᾶς τοὺς παιδεύοντάς με καὶ ἐντρέποντας, ἡδέως δέξομαι, καὶ ἀκούσομαι τῆς ὑμετέρας νουθεσίας, καὶ ὁμολογήσω, ὅτι ταῦτα ἅπερ μοι ἀποκρίνεσθε καὶ λαλεῖτε; πνεῦμα ὄντως ἐστὶ συνέσεως· σὺ δὲ τοὐναντίον ἅπαν, ἑαυτῷ μὲν σοφίαν καὶ σύνεσιν ἐμαρτύρησας, ἡμῖν δὲ σιγᾶν ἐπέταξας, καὶ ἀκούειν σου διδάσκοντος; ὡς τῆς σιωπῆς μᾶλλον ἡμῖν πρεπούσης, ἢ τοῦ λόγου.

*Ἴσ. εὐπαιδεύτων.

*Ἴσ. προσλαβών.

dicta ſunt, intelligitis. Deinde acriùs in Jobum rurſus invehitur, ac dicit, Eruditionem tuam, qua meritò pudorem nobis incuſſiſti, & ſpiritum intelligentiæ, quo nobis rectè reſpondiſti, audiam: hæc autem ironicè Sopharum loquutum eſſe volunt, ac ſi dixiſſet, Nihil à te dictum eſt, quod prudentiam & eruditionem ſapiat, & quod nobis pudorem ſuffundere poſſit. Hæc quidem interpretes. Vera autem hujus loci mens alia eſſe apparet. Dixerat enim anteà Jobus Spharo, *Itaque vos eſtis homines, aut vobiſcum morietur ſapientia? & mihi quidem cor juxta vos eſt.* Cap. 12. 2, 3 Et poſt nonnulla, *Sit autem vobis obmuteſcere, & evadet vobis ſapientia. Audite ergo increpationem oris mei, & judicium labiorum meorum animadvertite. Obmuteſcite ut loquar, narrabo enim vobis audientibus.* Cap. 13. 5, 6, 13, 17. His Eliphazus reſponderat & contradixerat; Sopharus autem confutationem parturiebat & meditabatur, quoad tamen Eliphazus deſineret expectabat, ut ipſe iis quæ audierat reſpondere poſſet. Poſtquam igitur Eliphazus ſermoni finem impoſuiſſet, & Jobus illi viciſſim ſuum ſermonem repoſuiſſet, Spharus ſuccedens vices loquendi implet, iiſque reſpondet quæ à Jobo priùs audierat, dicitque, Cùm multa & præclara, ô Jobe, tibi à nobis dicta eſſent, exiſtimabam te adhortationibus noſtris conſenſurum, & ſilentium acturum, non autem nobis amicis tuis contradicturum, aut, quòd majore intelligentiâ & prudentiâ te præditi non ſimus, dicturum; ſed humiliatum potiùs dicere te hoc voluiſſe opinabar, Libenti vos animo ſuſcipiam, & monitis veſtris auſcultabo, qui me inſtituitis, & ruborem mihi ſuffunditis, & reipſa confitebor, non ſine intelligentiæ ſpiritu hæc à vobis dici & reſponderi: tu verò planè è contrario, tibi ipſi quidem ſapientiæ & prudentiæ teſtimonium detuliſti, nobis verò ſilentium (quaſi illud nobis potiùs quàm ſermo conveniret) & ut te docentem audiremus, imperâſti.

Nónne

Nónne hæc nôſti ab eo quod olim, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram?

Μὴ ταῦτα ἔγνως ἀπὸ τοῦ ἔτι, ἀφ' οὗ ἐτέθη ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς;

OLYMPIODORI. Num aliquid, inquit, novum, ex quo Mundus factus eſt, exſtitit? nihil paradoxum, nulla innovatio, aut rerum mutatio accidit. Vidiſtine aliquando quempiam à Deo injuſtè ſupplicio affectum? Illud autem, *Ab eo quod olim*, Symmachus, *A ſeculo*, eſt interpretatus.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Μὴ γάρ τι καινὸν γέγονε, φησὶν, ἀφ' οὗ ὁ κόσμος ἐγένετο; οὐδὲν παράδοξον γὰρ, οὐδεμία καινοτομία, οὐδὲ ἐναλλαγή. Εἶδες πώποτε ἀδίκως τιμωρηθέντα τινὰ παρὰ Θεοῦ; τὸ δὲ, ἀπὸ τοῦ ἔτι, ὁ Σύμμαχος, ἀπ' αἰῶνος, ἐκδέδωκεν.

Lætitia autem impiorum ruina inſignis, gaudium verò iniquorum eſt perditio.

Εὐφροσύνη δὲ ἀσεβῶν πτῶμα ἐξαίσιον, χαρμονὴ δὲ παρανόμων ἀπώλεια.

POLYCHRONII. Nónne manifeſtum eſt, inquit, quòd licèt impiis ad breve tempus vitam lætam tranſigere contingat, tantò gravius ſupplicium poſtea ſubierint, quantò magis ingratos ſe in Deum propter varia beneficia accepta oſtenderint. Non enim per totum vitæ curſum bonorum poſſeſſione fruentur, ſed lætitia quam lætantur, animæ eorum deſtructio & ruina erit inſignis. Hebræus autem pleniùs illud expreſſit, *Exultatio impiorum ad breve, & gaudium eorum ad momentum.* Atque huic interpretationi Symmachus & Aquila conſentiunt, ille quidem reddens, *Proſperitas impiorum ad puſillum*; hic autem, *Et lætitia hypocritæ uſque ad momentum.*

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Οὐκ εὔδηλον, φησὶν, ὅτι εἰ καὶ πρὸς βραχὺ συνέβη τοῖς παρανόμοις διάγειν ἐν εὐφροσύνῃ, ἀλλ' ὅμως χαλεπωτέραν ὕστερον τὴν δίκην ὑπέστησαν, ὅσῳ καὶ ὑπὲρ πλειόνων δωρεῶν ἀχάριστοι πρὸς Θεὸν πεφήνασιν. οὐ γὰρ διὰ βίου ἕξουσιν τὴν τῶν προσόντων ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν, ἀλλ' ἡ εὐφροσύνη ἣν εὐφραίνονται, ἀπώλεια τῆς αὐτῶν ψυχῆς ἔσται, καὶ πτῶμα ἐξαίσιον. σαφέστερον δὲ αὐτὸ ὁ Ἑβραῖος λέγει, ἡ γὰρ ἀγαλλίασις, φησὶ, τῶν ἀσεβῶν πρὸς βραχὺ, καὶ ἡ χαρμονὴ αὐτῶν πρὸς ῥοπήν. συνᾴδει δὲ τούτῳ καὶ Σύμμαχος, καὶ Ἀκύλας, ὁ μὲν λέγων, ὅτι εὐθηνία ἀσεβῶν ἐπ' ὀλίγον· ὁ δὲ, καὶ εὐφροσύνη ὑποκριτοῦ ἕως ἀκαρέος.

CHRYSOSTOMI. Si autem lætitia eorum, ruina immenſa, & gaudium deſtructio eſt; quid de illorum perditione, quid de dolore & animi ægritudine cenſendum eſt, dic amabò?

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰ δὲ εὐφροσύνη αὐτῶν πτῶμα ἐξαίσιον, καὶ ἡ χαρμονὴ αὐτῶν ἀπώλεια, ποῦ τὴν ἀπώλειαν θήσομεν, εἰπέ μοι, ποῦ τὴν ὀδύνην, καὶ τὴν ἀθυμίαν;

Si aſcenderint in cœlum dona ejus, & ſacrificium ejus tetigerit nubes: nam cùm viſus fuerit jam firmatus eſſe, tunc in finem peri-

Ἐὰν ἀναβῇ εἰς οὐρανὸν αὐτοῦ τὰ δῶρα, ἡ δὲ θυσία αὐτοῦ νεφῶν ἅψηται· ὅταν γὰρ δοκῇ ἤδη κατεστηρίχθαι, τότε εἰς τέλος ἀπολεῖται.

ἀπολεῖται. οἱ δὲ εἰδότες αὐτὸν ἐροῦσι, ποῦ ἐστιν; ὥσπερ ἐνύπνιον ἐκπετασθὲν οὐ μὴ εὑρεθῇ· ἔπτη δὲ ὥσπερ φάσμα νυκτερινόν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Μή μοι, φησὶ, τὰς θυσίας εἴπῃς, αἷς τιμᾶν τὸ θεῖον ἐνόμιζες· ὁ γὰρ παράνομος, κἂν ὑψηλομήκεις δωροφορίας προσαγάγῃ, καὶ κἂν δόξωσιν αἱ θυσίαι αὐτοῦ τῶν νεφελῶν ἅπτεσθαι, καὶ δόξῃ τὰ ἀγαθὰ βεβαίως ἔχειν, Θεοῦ μὴ προσιεμένου τὰς ἐξ ἀδικίας καρποφορίας, εἰς τέλος ἀπόλλυται, οὐδὲν ἐκ τῶν ἐπιπλάστων θυσιῶν ὠφεληθείς. οὐ γὰρ τὸ πρόσχημα τῆς εὐσεβείας αἰδεῖται Θεὸς, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πλεονεξίας τὴν δίκην εἰσπράττεται· καὶ ὁ παρὰ πᾶσιν εὐσεβὴς νομιζόμενος πρότερον, κολασθεὶς ἐλέγχεται μόνον ἐπὶ σκηνῆς ἔχων τὴν εὐσέβειαν. ὡς γὰρ οἱ καθ' ὄναρ πλουτοῦντες, οὐκ ἀσφαλῆ τὴν κτῆσιν ἔχουσιν, ὅρος δὲ τῆς εὐημερίας ὁ ὕπνος αὐτοῖς· οὕτως οὐδὲ τῷ παρανόμῳ βεβαία τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις, ἀλλ' οὕτως οἴχεται τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ εἰς ἀνυπαρξίαν χωρεῖ, ὡς ἐνύπνιον, καὶ φάσμα νυκτερινόν· ὡς τοὺς πρότερον εἰδότας αὐτὸν, μετ' ἐκπλήξεως λέγειν, ποῦ ἐστιν; ἀντὶ τοῦ, ποῦ ἡ δόξα; ποῦ ἡ δυναστεία; ποῦ ἡ τιμή; ποῦ ὁ πλοῦτος; πάντα μάταια, εἰς τὸ μηδὲν αὐτοῦ κατέληξεν ἡ ὑπερηφανία. οὕτως δὲ ἀθρόως αὐτοῦ ἡ ἀπώλεια γίνεται, ἵνα μὴ νομίσῃς κατὰ φυσικὴν ἀκολουθίαν τὴν συμφορὰν εἶναι, ἀλλὰ κατὰ θείαν τινὰ δύναμιν καὶ παράδοξον. μή μοι λέγε ἀνομίας μόνον, ἀλλὰ κἂν θυσίας προσενέγκῃ ὁ ἄδικος, οὐδὲν ὄφελος. ἀκουέτωσαν οἱ ἐξ ἀδικίας καὶ πλεονεξίας καρποφοροῦντες, εἶτα δοκοῦντες εὐσεβεῖν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ὁ αἱρε-

bit. Qui autem noverant eum, dicent, Ubi eſt? Tanquam ſomnium quod avolavit, non invenietur; volavit autem ſicut viſio nocturna.

OLYMPIODORI, & POLYCHRONII. Ne, inquit, ſacrificia mihi obtrudas, quibus divinum numen colere te & honorare exiſtimabas: licèt enim improbus dona offerat quæ altitudine ſuâ ad cœlum pertingant, & ſacrificia ejus nubes ipſas attingere, & bona quæ poſſidet ſtabilia eſſe videantur, cùm Deus fructuum oblationes qui ex iniquitate comparantur repudiet, ad extremum peribit, nec fructum ullum ex ſimulatis & fictis ſuis ſacrificiis percipiet. Deus enim ſimulatam pietatis ſpeciem in nulla æſtimatione habet, ſed avaritiæ & inexhauſtæ cupiditatis pœnas repetit; & qui priùs omnium opinione pius habebatur, ſupplicio affectus, perſonatam tantùm pietatem habuiſſe convincitur. Quemadmodum enim qui per ſomnium diteſcunt, ſtabiles divitias non poſſident, ſed unà cum ſomno felicitas eorum finem ſortitur: ita neque homini impio bonorum fruitio firma eſt, ſed tanquam inſomnium & ſpectrum nocturnum, omnia ejus tranſeunt, & in nihilum rediguntur; ita ut qui priùs eum cognoverant, ſtupore attoniti dicant, *Ubi eſt?* id eſt, Ubi gloria? ubi dominatio? ubi honor? ubi divitiæ? omnia vana ſunt, faſtus ejus & arrogantia in nihilum ceſſit. Ruina ejus ſubita adeo & improviſa exiſtit, ne cladem ejus ex cauſa aliqua naturali, ſed ex poteſtate quadam divina & admirabili provenire exiſtimes. Sed neque iniquitates tantùm quas impius admiſit, commemora; licèt enim ſacrificia etiam obtulerit, fructum nullum ex iis percipiet. Audiant hæc qui injuſtitiæ & avaritiæ dona offerunt, & pro piis & religioſis haberi volunt.

ORIGENIS. Et hæreticus cùm

preces

preces ad Deum fuderit, cùm ſacrificium ejus cum faſtu & ſuperbiloquentiâ altiùs aſcenderit, cùm res ſuæ ſtabili in loco eſſe videbuntur, tunc funditus interibit; ejus enim preces illi pro peccato imputabuntur. Nos verò eccleſiaſtici, quibus ejus errores cogniti ſunt, dicemus, Ubi ſunt iſti ſomniatores, qui errores ſibi ipſis comminiſcuntur, & decepti mentem veritate non ſtabiliunt, ac tanquam ſomnium, quod avolavit, & nuſquam invenietur, evadunt. Huic
Pſal. 9.7. ſimile David in Pſalmis canit, *Inimici au-*
Pſal. 36.20. *tem Domini defecerunt.* Et rurſus, *Mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes*
Pſal. 72.20. *ſicut fumus defecerunt; & tanquam ſomnium eorum qui expergiſcuntur.*

τικὸς ὅταν εὔξηται, ὅταν ἡ θυσία αὐτοῦ ἀναβῇ τῇ ὑψηγορίᾳ, ὅταν δοκῇ κατεστηρίχθαι, τότε εἰς τέλος ἀπόλλυται· ἡ γὰρ εὐχὴ αὐτοῦ λογίζεται αὐτῷ εἰς ἁμαρτίαν. οἱ δὲ εἰδότες αὐτοῦ τὰ σφάλματα ἐκκλησιαστικοὶ, ἐροῦμεν, ποῦ εἰσιν οἱ τοιοῦτοι ἐνυπνιαζόμενοι, καὶ ἀναπλάττοντες ἑαυτοῖς σφάλματα, οὐ τῇ ἀληθείᾳ τὴν διάνοιαν ἐπερείδουσι σφαλλόμενοι, καὶ γίνονται ὥσπερ ἐνύπνιον ἐκπετασθὲν, ὃ οὐ μὴ εὑρεθῇ. τοιοῦτόν τι καὶ Δαβὶδ ψάλλει, οἱ δὲ ἐχθροὶ τοῦ Κυρίου ἐξέλιπον. καὶ πάλιν, ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ὑψωθῆναι, ἐκλείποντες ὡσεὶ καπνὸς ἐξέλιπον· καὶ ὡσεὶ ἐνύπνιον ἐξεγειρομένων.

Oculus vidit, & non adjiciet, & non ultrà animadvertet eum locus ſuus.

Ὀφθαλμὸς παρέβλεψε, καὶ οὐ προσθήσει, καὶ οὐκ ἔτι προσνοήσει αὐτὸν ὁ τόπος αὐτοῦ.

POLYCHRONII. Qui ſemel, inquit, impium intuitus eſt, non ampliùs eum videt; cùm enim omnia proſperè & ex voto ei ſuccedere putantur, ruina eum involvit: his autem verbis ſubitam ejus deſtructionem innuit. Adde quòd nec in ſuo & proprio loco cognitus erit, id eſt, neque memoria ejus relinquetur. Huic ſimile
Pſal. 36. 35. 36. canit lyra Davidica, *Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedros Libani: & tranſivi, & ecce non erat; & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus.*

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ ἅπαξ, φησὶν, ἑωρακὼς τὸν ἀσεβῆ, οὐκέτι αὐτὸν βλέπει· ἐν ὅσῳ γὰρ νομίζεται εὐθηνεῖσθαι, ἀπόλλυται· σημαίνει δὲ διὰ τούτου τὸ ταχεῖαν ἀπώλειαν. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐπίγνωστος ἔσται ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ, τουτέστιν, οὐδὲ μνημόσυνον αὐτοῦ περιλειφθήσεται. ὅμοιον ἡ Δαβιτικὴ λύρα ψάλλει, εἶδον τὸν ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν, καὶ ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ.

Filios ejus diſperdant minores, & ipſæ manus ejus ſuccendant dolores.

Τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ὀλέσαισαν ἥττονες, αἱ δὲ χεῖρες αὐτοῦ πυρσεύσαισαν ὀδύνας.

OLYMPIODORI. Quidam è minimis, inquit, filios ejus de medio tollunt, & qui infra eorum ſortem ſunt, imperium in eos obtinent: & meritò quidem, quia paternæ impietatis imitatores
Pſal. 36.28. erant; *Semen enim impiorum peribit.* Ipſe autem ſuis facinoribus rogum ſibi accendit;

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τοὺς μὲν υἱοὺς αὐτοῦ, φησὶν, ἀναιροῦσιν ἐλάχιστοί τινες, καὶ κρατοῦσιν αὐτῶν ὑποδεέστεροι. καὶ εἰκότως, ὅτι μιμηταὶ τῆς πατρικῆς ὑπῆρξαν ἀσεβείας· σπέρμα γὰρ ἀσεβῶν ἐξολοθρευθήσεται. αὐτὸς δὲ αὐτῷ διὰ τῶν οἰκείων πράξεων ἐξάπτει τὴν πυράν·

πυρσὸς

πυρσὸς γὰρ ἡ λαμπάς, χεῖρες δὲ αἱ πράξεις· αἱ οὖν πράξεις αὐτοῦ ἐξάψουσιν αὐτῷ κόλασιν, δηλονότι, τοῦ ἀσεβοῦς, οὗ ἡ προσευχὴ λογίζεται εἰς ἁμαρτίαν ὅμοιον ἡ προφητεία λέγει, πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Καὶ ἀπὸ τούτου μάλιστα δῆλον, ὅτι θεήλατός ἐστιν ἡ πληγή, Al. ὅτι * ὅτι οἱ χεῖρες κατακρατοῦσι τῶν μειζόνων, καὶ περιγίνονται τῶν ἐχόντων ἰσχὺν οἱ ἀπερριμμένοι. ἀντὶ γε μὴν τοῦ, πυρσεύσαισαν ὀδύνας, ὁ μὲν Ἀκύλας, ἐπιστρέψουσιν, εἶπεν ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐποίσουσιν.

πυρσὸς enim fax eſt, *manus* autem, actiones: actiones igitur ejus ſupplicium illi accendent, homini impio, ſcilicet, cujus preces pro peccato illi imputantur. Simile quid prophetia dicit, *Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flamma quam ſuccendiſtis.* Eſa. 50. 11.

CHRYSOST. Ex hoc manifeſtum eſt, cùm majoribus minores dominantur, & iis qui robore & poteſtate ſunt præditi, abjecti ſuperiores evadunt, plagam eſſe divinitus inflictam. Pro eo autem, *Succendant dolores*, Aquila, *Attrahent*; Symmachus verò, *Inferent*, dixit.

Ὀστᾶ αὐτοῦ ἐνεπλήσθησαν νεότητος αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτοῦ ἐπὶ χώματος κοιμηθήσεται.

Oſſa ejus impleta ſunt juventute ejus, & cum eo ſuper pulverem dormient.

ΟΛΥΜΠ. Ἐνεπλήσθησαν οἱ τόνοι τῆς ψυχῆς αὐτοῦ νεωτερικῆς ἐπιθυμίας· οὐδὲν δὲ ἀποίσεται κέρδος ἐκ τῆς τρυφῆς, τοῦ θανάτου ἀφανίζοντος ἅπαντα, ἀλλ' οὐδὲ συγκαταβήσεταί τι αὐτῷ ἐν τῷ τάφῳ, εἰ μὴ αὐτὴ αὐτοῦ ἡ ἐπιθυμία, τουτέστιν, αἱ ἄδικοι πράξεις.

OLYMPIODORI. Impleti ſunt animi ejus nervi juvenili cupiditate: morte autem omnia delente, luxus nullum lucrum ei adferet, nec quicquam, præter ſolam ipſius cupiditatem, injuſtas, ſcilicet, actiones, unà cum ipſo in ſepulchrum deſcendet.

Ἐὰν γλυκανθῇ ἐν στόματι αὐτοῦ κακία, κρύψει αὐτὴν ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ.

Si dulcuerit in ore ejus malitia, abſcondet eam ſub lingua ſua.

ΠΟΛΥΧΡ. Ἥδετο, φησί, ταῖς καθ' ἑτέρων συσκευαῖς· καὶ τὸ βαρύτερον, ὅτι οὐκ ἐδήλου τὴν κακίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ λεληθὸς τὴν συσκευὴν εἰργάζετο, καὶ κρύπτων αὐτὴν ὑπὸ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ, πανούργως καὶ ἐπικλόπως, καὶ πάντα μεθ' ὑποκρίσεως διελέγετο· καὶ οὐ μετεγίνωσκεν ἤ τι πονηρευόμενος, ἀλλ' εἰς ἔργον ἦγε τὰ βουλεύματα.

POLYCHRONII. Subdolis, inquit, contra alios machinationibus delectabatur: & quod graviſſimum erat, malitiam non manifeſtabat, ſed clam dolos moliebatur, quos ſub lingua occultans, aſtutè, furtivè, & hypocriticè in omnibus loquebatur: neque improbè ſe gerentem ipſum pœnituit, ſed prava ſua conſilia in effectum perduxit.

Οὐ φείσεται αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψει αὐτὴν, καὶ συνάξει αὐτὴν ἐν μέσῳ τοῦ λάρυγγος αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ δυνηθῇ βοηθῆσαι ἑαυτῷ.

Non parcet ei, et non relinquet eam, et colliget eam in medio gutture ſuo, et non poterit ſubvenire ſibi.

ΟΛΥΜΠ. Ἀφειδῶς, φησί, καὶ ἀπλήστως ἀντέχεταί τε τῆς κακίας,

OLYMP. Deſiderio, inquit, immoderato & inexplebili, improbitati

adhærebit, illámque amplexabitur, ac tanquam dulcem aliquem cibum cum voluptate in gutture conſtringet, id eſt, Poſtquam cum acerbitate damnum & perniciem aliorum machinatus fuerit, operi tunc manum admovebit. Homini autem improbo, cùm ſupplicia ſuſtinenda ſunt, improbitas ſua prodeſſe non poterit: doloſæ enim machinationes contra alios, tantum abſunt ut eum juvent, ut è contrario ſupplicium procurent.

καὶ περιέξεται, καὶ ὥσπερ τινὰ τροφὴν ἡδεῖαν μεθ' ἡδονῆς αὐτὴν συνέξει ἐν τῇ φάρυγγι, τουτέστι πικρῶς κατασκευάζων τὴν καθ' ἑτέρων βλάβην, οὕτως ἐγχειρεῖ τῇ πράξει. ἐν δὲ τῷ καιρῷ καθ' ὃν ὑπομένει τὰς τιμωρίας, οὐδὲν ἐπαμῦναι τῷ κακῷ ἡ κακία δυνήσεται· ἡ γὰρ καθ' ἑτέρων συσκευὴ οὐ μόνον οὐκ ὀνίνησι τοῦτον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων καὶ τιμωρίας αὐτῷ πρόξενος γίνεται.

Fel aſpidis in ventre ejus.

Χολὴ ἀσπίδος ἐν γαστρὶ αὐτοῦ.

POLYCHR. Prout aſpis, inquit, veneno impletur, illúdque, cùm viſum fuerit, è ventre evomit; ita & iſti ex prævia fraudulenta machinatione ut vicino malum & moleſtiam inferant, prompti ſunt. Hebræus verò ſic habet; *Et fuit fel aſpidum in interioribus ejus*; laceratis, ſcilicet, improbitate, & diſcerptis ejus viſceribus, tanquam ſerpentis veneno; ac ſi diceret, Injuſtitia non ſolùm iis qui illam exercent non prodeſt, ſed damno eos afficit, & perdit.

ΠΟΛΥΧΡ. Ὥσπερ ἡ ἀσπίς, φησί, πεπλήρωται ἰοῦ, καὶ ἐξεμεῖ τῆς γαστρὸς ἡνίκα ἂν βουληθῇ· οὕτω καὶ οὗτοι τὸν κατὰ τοῦ πλησίον πόνον ἑτοίμως ἐκ τῆς προλαβούσης σκευωρίας ἐργάζονται. ὁ δὲ Ἑβραῖος οὕτως ἔχει· καὶ ἐγένετο ἰὸς ἀσπίδων ἐν ἐγκάτοις αὐτοῦ, σπαραττομένων αὐτοῦ, δηλαδή, τῶν ἐντὸς ὑπὸ τῆς κακίας, ὡς ὑπὸ ἰοῦ ὄφεως· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ἡ ἀδικία, οὐ μόνον οὐ λυσιτελεῖ τοῖς χρωμένοις, ἀλλὰ καὶ διαφθείρει αὐτούς, καὶ προσζημιοῖ.

Divitiæ iniquè congregatæ evomentur.

Πλοῦτος ἀδίκως συναγόμενος ἐξεμεθήσεται.

OLYMP. Id eſt, Cum dolore effundentur & diſſipabuntur. Omnia enim agit impius, & in eum ſcopum omnes ejus actiones collineant, ut rebus alterius potiatur: poſtquam autem rerum omnium poteſtatem aſſequutus ſibi videbitur, tunc divitias ad alios transferri videbit. Licèt enim adeo ſecurè eas poſſideat, acſi in ventre incluſas teneret, ſubitò tamen cum dolore jacturam earum faciet; (illud enim innuit, *Evomentur*) quod iis evenire ſolet, qui improbis artibus diteſcentes, à Deo ſupplicio plectuntur, & de bonorum poſſeſſione deturbantur.

ΟΛΥΜΠ. Τουτέστι, μετὰ ὀδύνης ἐκχυθήσονται. πάντα μὲν γὰρ ὁ ἀσεβὴς πράττει, ὥστε τὰ ἀλλότρια λαβεῖν, καὶ πρὸς τοῦτον βλέπει τὸν σκοπὸν τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα· ἐπειδὰν δὲ ἐγκρατὴς τῶν ὅλων εἶναι δόξῃ, τότε τὸν πλοῦτον εἰς ἑτέρους μεταφερόμενον ὄψεται. κἂν γὰρ οὕτως αὐτὸν ἐν ἀσφαλείᾳ ἔχῃ, ὥσπερ ἐν κοιλίᾳ, ταχέως αὐτὸν ἀποβαλεῖ μετὰ ὀδύνης, τοῦτο γάρ ἐστιν, ἐξεμεθήσεται· ὅπερ συμβαίνει τοῖς ἀδίκως πλουτοῦσι, τοῦ Θεοῦ τιμωρουμένου, καὶ τῶν κτηθέντων ἀλλοτριοῦντος.

POLYCHR. Senſus autem hîc eſt; Dives, inquit, impius, cùm injuſtas divitias abſorbuiſſe ſibi videbitur, id eſt, in

ΠΟΛΥΧΡ. Ὁ δὲ νοῦς οὗτος· ὁ ἀσεβής, φησί, πλουτεῖ τὸν ἄδικον πλοῦτον, ὅταν δόξῃ * καταπεπωκέναι, τουτέστιν, ἐν βεβαίῳ

* ἴσ. καταπεπωκέναι

βεβαίως ἔχειν, τότε ὥσπερ τι δηλητήριον φάρμακον ἀπὸ ἰοῦ ἀσπίδος κατασκευασθὲν, δεξάμενος τὴν θείαν ὀργὴν, ὅλον ἐξεμεῖ τὸν ἐξ ἀδικίας συναχθέντα πλοῦτον. σημαίνει δὲ, ὅτι ὥσπερ οἱ ἀπό τινος δηλητηρίου εἰς ἔμετον κινούμενοι· οὕτω καὶ οὗτος μετὰ σπαραγμοῦ καὶ ὀδύνης, ὅλον τὸν ἔνδον ἐκφορεῖ πλοῦτον.

tuto collocatas habere, tunc, quaſi pharmacum lethiferū aſpidis veneno temperatum, iram divinam hauriens, divitias omnes ex iniquitate corraſas evomit. Indicat verò, quòd quemadmodum ad vomitum provocentur qui venenatū poculum hauriunt; ita & hic cum laniatu & cruciatu facultates omnes quas intus poſſidet, egerit.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἶδα καὶ ἄλλον πλοῦτον ἀδίκως συναγόμενον, τὸν ἐν τοῖς λόγοις τῶν αἱρετικῶν, οἳ ἔχουσι μαθήματα ἐναντία τοῖς δόγμασι τῆς ἀληθείας *ἐγάστρια αὐτῶν, ἃ οὐκ ἔστι γλυκέα, ἀλλὰ χολὴ ἀσπίδος, τουτέστι, πονηρά· ὡς εἴρηται ἐν Δευτερονομίῳ ἐν ᾠδῇ Μωϋσέως περὶ τοῦ οἴνου τῆς διδασκαλίας αὐτῶν, ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν. ἀλλ' ὁ ἀγαθὸς Θεὸς οὐκ ἐάσει αὐτοὺς πλοῦτον ἀδίκως συναγόμενον ἔχειν ἀεὶ ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ ποιήσει αὐτοὺς ἐξεμέσαι· ἄγγελος γὰρ κατ' εὐεργεσίαν Θεοῦ ἐξελκύσει αὐτοὺς *ἐπ' αὐτῆς κακῶς οἰκοδομηθείσης οἰκίας, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία πονηρευομένων· ἐπάγει γοῦν.

*ἴσ. ἐν γαστρὶ

*ἴσ. ἐξ.

ORIGEN. Novi etiam & aliud injuſtè comparatarum divitiarum genus, quod in hæreticorum ſermonibus apparet, qui doctrinas veritatis dogmatibus contrarias in ventre ac viſceribus habent, quæ guſtu dulces non ſunt, ſed *fel aſpidis*, id eſt, vitiatæ & corruptæ; quemadmodum in Deuteronomio & Cantico Moyſis de doctrinæ eorum vino dictum eſt, *Etenim ex vite Sodomorū vitis eorum.* Verùm benignus Deus non ſemper patietur, ut divitias per injuriam partas intus poſſideant, ſed evomere illas faciet: Angelus enim divinâ beneficentiâ è domo malè exſtructâ, quæ eſt improbè degentium cœtus, illos extrahet; quare ſubjungit. Deut. 32. 32.

Ἐξ οἰκίας αὐτοῦ ἐξελκύσει αὐτὸν ἄγγελος.

De domo ejus extrahet eum Angelus.

ΟΛΥΜΠ. Κατὰ δὲ τὸ ῥητὸν· ἄγγελός τις τῶν εἰς τιμωρίαν τεταγμένων, πάντων αὐτὸν ἐξώσει τῶν ἀγαθῶν, δηλονότι, τὸν ἄδικον· ἀπὸ γὰρ τῆς οἰκίας, τὸ πᾶν ἐσήμανεν. οἱ δὲ λοιποὶ, ἀντὶ τοῦ, ἐξ οἰκίας αὐτοῦ, ἐκ γαστρὸς, ἐξέδωκαν· ἵνα εἴπωσιν, ὅτι ὡς ἐκ γαστρὸς, ἐκ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν τοῦ ἀδίκου ὁ ἄγγελος ἐξελκύσει, καὶ βιαίως ἀνελεῖ.

OLYMPIOD. Ad literam verò; Unius ex Angelis qui ad ſupplicia irroganda deputantur, de bonorum omnium poſſeſſione illum (injuſtum, ſcilicet) deturbabit: *domûs* enim nomine, omnia intellexit. Reliqui verò pro, *domo ejus*, reddiderunt, *ventre ejus*; ac ſi dicerent, Animam injuſti è corpore, tanquam è ventre, Angelus extrahet, & violenta morte interimet.

Θυμὸν δὲ δρακόντων θηλάσειεν, ἀνέλοι δὲ αὐτὸν γλῶσσα ὄφεως.

Et furorem draconum ſugat, & interficiat illum lingua colubri.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὕτω, φησὶν, ἔσται εἰς παντελῆ χωρῶν ἀπώλειαν, καὶ ὑπὸ τῆς ἰδίας κακίας ἀναλωθήσεται, ὥσπερ

EJUSDEM. Ita, inquit, ſe habebit, ad interitum totalem vergens, & tanquam aliquis à ſerpente morſus, vel

venenum draconum hauriens, ſuâ ipſius improbitate conſumetur; per *furorem* enim, iram intellexit. Rectè autem dixit, *Sugat*; ac ſi diceret, quòd impius arbitrii ſui propoſito & cum delectatione, tanquam lac, lethiferum improbitatis virus ſugens, cum ea quidem accreſcit, & ſecundùm eam caneſcit; nihilominus tamen ab ea de medio tolletur. Lingua autem impii qui contraria veritati loquitur, lingua ſerpentis eſt.

τις ὑπὸ ὄφεως δηχθεὶς, ἢ δρακόντων ἰὸν καταπιών· διὰ γὰρ τοῦ θυμοῦ, τὸν ἰὸν ἐσήμανε. καλῶς δὲ ἔφη, θηλάσειεν, ἵνα εἴπῃ, ὅτι προαιρετικῶς καὶ καθ' ἡδονὴν, ὥσπερ τι γάλα, τὸν τῆς κακίας τὸν θανατηφόρον ἰὸν ἀμέλγων, συναύξεται μὲν αὐτῇ, καὶ * ποιοῦται καί αὐτήν· ἀπὸ δὲ αὐτῆς ἀναιρεῖται· γλῶσσα δὲ ὄφεως ἐστὶν ἡ τοῦ πονηροῦ λαλοῦντος τὰ ἐναντία. *ἴσ. πολιοῦται.

ORIGENIS. Vide autem quot & quanta homini hæretico propter impia dogmata recondita ſint. Quare cavere nobis ipſis debemus, ne hæreticæ doctrinæ ſermonis probabilitate ſpoliemur, & Eccleſiæ myſterio excidamus.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅρα δὲ πόσα καὶ τῷ ἑτεροδόξῳ ἀπόκειται διὰ τὰ ἀσεβῆ δόγματα. διὰ τοῦτο προσέχωμεν ἑαυτοῖς, μήποτε ἐν πιθανολογίαις συληθῶμεν ἀπὸ αἱρετικῆς διδασκαλίας, καὶ ἐκπέσωμεν τοῦ μυστηρίου τῆς ἐκκλησίας.

Non videat mulctram pecorum; neque pabula mellis & butyri. [Symmachus autem, *Rivulos*.] *In vanum & fruſtra laboravit, divitias ex quibus non guſtabit, tanquam ſtrychnus planta quæ mandi non poteſt, nec glutiri.*

Μὴ ἴδοι ἄμελξιν νομάδων, μηδὲ νομὰς μέλιτος καὶ βουτύρου. [ὁ δὲ Σύμμαχος, ῥεῖθρα.] εἰς κενὰ καὶ μάταια ἐκοπίασεν, πλοῦτον ἐξ οὗ οὐ γεύσεται, ὥσπερ *στρίφνος ἀμάσητος, ἀκατάποτος. *ἴσ. στρύχνος. ex Ms. Theclæ.

POLYCHRONII. Qui ex rapina divitem ſe evaſurum arbitratur, Deo per ſupplicium bonorum poſſeſſionem adimente, iis quæ acquiſiverat non fruetur; exemplis enim quæ infrà adferuntur, rerum abundantiam indicat: fructus autem inanium ejus laborum tanquam ſtrychnus erit. Eſt autem ſtrychnus, herba quædam ſic vocata, quæ manducantis linguam exaſperandi vim habet, ac propterea à nemine comeditur & deglutitur, quandoquidem dentibus moli & confici non poteſt. Dicit igitur, quòd impius nequaquam bona ſua concoquet, neque illorum fructum perfectum percipiet: ſed, quemadmodum herbam illam, licèt eam dentibus conterere vehementer quis cupiat, devorare nequit; ita, qui bonis alienis frui vult, lucrum nullum ex laboribus reportabit. Sic autem propemodum Jobum alloqui videtur; Noli

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὁ ἐξ ἁρπαγῆς πλουτεῖν οἰόμενος, οὐκ ἀπολαύσει τῶν κληθέντων, τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς τιμωρίας τῶν προσόντων ἀφαιρουμένου τὴν κτῆσιν· ἐκ γὰρ τῶν ὑποκειμένων ὑποδειγμάτων, τὴν περιουσίαν σημαίνει· ἀλλ᾽ ἔσται αὐτῷ τὰ τῶν ματαίων καμάτων ὥσπερ *στρίφνος. *στρίφνος δέ ἐστι βοτάνη τις οὕτω καλουμένη, ἐκτραχῦναι δυναμένη τὴν γλῶτταν τοῦ διαμασωμένου, *ἄβρωτος, ἀκατάποτος, διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἀμάσητος. λέγει οὖν, ὅτι οὐ μὴ πέψῃ τὰ ἀγαθὰ, οὐδὲ μὴ εἰς τελείαν αὐτῶν ἀπόλαυσιν ἔλθοι· ἀλλ᾽ ὥσπερ τὴν βοτάνην ἐκείνην, κἂν ἄγαν τις φιλονεικήσειε διαλεαίνειν τοῖς ὀδοῦσι, καταπιεῖν οὐ δύναται· οὕτω καὶ ὁ τῶν ἀλλοτρίων ἀπολαύειν ἐθέλων, οὐδὲν τῶν πόνων ἀποίσεται κέρδος. πρὸς δὲ τὸν Ἰὼβ μονονουχὶ λέγειν ἔοικε· μὴ θαύμαζε, εἰ πάντα σοι

*ἴσ. στρύχνος. *ἴσ. στρύχνος. *χ. ἀμάσητος.

σοι ἐκ ποδῶν κατέστη, τὰ γὰρ ἐξ ἁρπαγῆς σοι κινηθέντα, ταῦτα δικαίως ὁ Θεὸς ἀφείλετο. συλλόγισαι δὲ ἐκ τῶν ῥηθέντων, ὡς ἀνοήτως περὶ τὴν τοῦ πλούτου συλλογὴν ἐσπούδακας, οὐδεμίαν γοῦν ἔχεις τῶν συλλεγέντων ἀπόλαυσιν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ὁ ἑτερόδοξος δὲ οὐ βλέπει ἄμελξιν νομάδων· νομάδες δὲ εἰσὶν αἱ ψυχαὶ νεμόμεναι ὑπὸ τοῦ καλοῦ ποιμένος, καὶ νομὴν εὑρίσκουσαι· καὶ τὰ δόγματα δὲ τὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ, οὐδὲν ἔχει γλυκὺ, ἀλλὰ στρυφνά ἐστι καὶ * πυκρά.

*ἴσ. πικρά.

Πολλῶν γὰρ * δυνατῶν οἴκους ἔθλασε, δίαιταν δὲ ἥρπασε, καὶ οὐκ ἔστησεν. οὐκ ἔστιν αὐτῷ σωτηρία τοῖς ὑπάρχουσιν.

*χ. ἀδυνάτων, & ſic in Ms. Theclæ.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ὥσπερ αὐτὸς τὰ τῶν ἀδυνάτων ἥρπασε, καὶ οὐκ ἀποκατέστησεν, οὕτως οὐδὲ τὰ αὐτοῦ διασωθήσεται. ὃ ἑτέροις, φησὶ, διατέθεικε, * ταῦτα πείσεται. ὥσπερ γὰρ αὐτὸς οἴκους ἀδυνάτων ἔθλασε, τουτέστιν, ἀνηλεῶς συνέτριψε, τὴν δὲ πᾶσαν αὐτῶν περιουσίαν ἥρπασε, καὶ οὐκ ἀπέδωκε· τὸ γὰρ, οὐκ ἔστησεν, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀποκατέστησεν, εἴρηται· οὕτως οὐδὲ τὰ αὐτοῦ διασωθήσεται, οὐδὲ αὐτῷ σωτηρίας περιποιήσεται, ἀλλὰ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀπόλλυται τὰ κτηθέντα, καὶ εἰς * προγόνους οὐ παραπέμπεται. ἡ δὲ τοῦ Συμμάχου ἔκδοσις ἑτέραν ἡμῖν παρίστησιν ἔννοιαν· δοκεῖ γὰρ λέγειν, ὅτι τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἣν ἥρπασεν ὁ ἄδικος, οὐ δυνήσεται κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ ἀνοικοδομῆσαι, καὶ καλλωπίσαι, ἀλλὰ πρότερον αὐτὸς οἰχήσεται.

*ἴσ. ταῦτα.

*ἴσ. ἐκγόνους.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ὁ ἑτερόδοξος δὲ, ἐάν που εὕρῃ ἀσθενῆ ἐν τῇ πίστει, ἢ ἀσθενῆ ἐν τῇ ὑγιεῖ διδασκαλίᾳ, τοῦτον ἀποσυλᾷ. καὶ ἔστιν ἀληθῶς περὶ τοῦ διδασκάλου ἑτεροδόξων εἰπεῖν, ὅτι πολλῶν ἀδυνάτων οἴκους ἔθλασεν, * ἁρπάζει δὲ τὴν δίαιταν

*ἴσ. ἥρπασε.

mirari, ſi omnia tibi è conſpectu ſublata ſunt; Deus enim, quæ ex rapina poſſederas, jure tibi ademit. Ex iis autem quæ dicta ſunt, tecum ipſe reputa, quàm imprudenter coacervandis divitiis incubueris, cùm cumulatarum fructum nullum percipias.

ORIGENIS. Mulſionem verò gregum heterodoxus non videt; greges autem ſunt animæ, quæ à bono paſtore paſcuntur, & pabulum inveniunt: dogmata verò quæ Deo adverſantur, nihil dulcedinis in ſe habent, ſed aſpera & amara ſunt.

Multorum enim impotentum domos fregit, et habitaculum diripuit, et non ſtatuit. Non eſt ejus ſalus facultatibus.

POLYCHRONII. Quemadmodum ille impotentum bona diripuit, neque reſtituit, ita neque ejus ſecurè ſervabuntur: injuriam quam aliis intulit, eandem ipſe patietur. Quemadmodum enim ille domos impotentum confregit, id eſt, ſine miſericordia contrivit, & facultates eorum omnes diripuit, nec eas reddidit (illud enim, *Non ſtatuit*, pro, *Non reſtituit*, dictum eſt) ita nec ejus bona illi ſervabuntur, neque ſalutem illi conferent; ſed ob hanc cauſam, quæ poſſederat, diſſipabuntur, neque ad poſteros tranſmittentur. Symmachi autem interpretatio, ſenſum alium nobis exhibet; dicere enim videtur, quòd domum alienam quam injuſtus ſibi rapuit, rurſus ædificare & ornare, prout ipſe arbitrabatur, non poterit, ſed priùs morte peribit.

ORIGENIS. Et heterodoxus quidem, ſiquem in fide infirmum, & in ſana doctrina imbecillum invenerit, illum deprædatur. Et reverà de heterodoxorum magiſtro ſeu hæreſiarchâ dici poteſt, quòd multorum impotentum domus confregerit, & tabernaculum ejus qui facilè in

 fraudem

fraudem inducitur, diripuerit; nec poſtea ipſum ſtatuerit, mendacium enim ſtatuere nequit.

τοῦ διεξαπατήτου· καὶ μετὰ ταῦτα οὐχ ἵστησιν αὐτήν, οὐδὲ γὰρ δύναται στῆσαι τὸ ψεῦδος.

In deſiderio ſuo non ſalvabitur; non ſunt reliquiæ cibis ejus.

Ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦ οὐ σωθήσεται· οὐκ ἔστιν ὑπόλειμμα τοῖς βρώμασιν αὐτοῦ.

POLYCHRONII. Rebus, inquit, alienis concupitis & acceptis, lucrum nullum reportabit, neque ea quorum dominus erat, ſervabit; verùm ita deſtructione omnia delebuntur, ut nihil eorum quæ poſſederat reliquum futurum ſit; ſed ne ciborum quidem ullæ reliquiæ ei erunt, cùm præ nimia egeſtate nihil habeat, quod aliis relinquat. His autem verbis ſummam paupertatem & inopiam qua Jobus premebatur, innuit. Sic etiam Symmachus tranſtulit, ***Cùm obtinuerit quæ cupiebat, non ſervabit, non relinquet de cibo ſuo.***

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἐπιθυμήσας, φησὶ, τῶν ἀλλοτρίων, καὶ λαβὼν αὐτὰ, οὐδὲν ἕξει κέρδος, οὐδὲ διασώσει ἃ ἐκτήσατο, ἀλλ' οὕτω τὰ πάντα καθέξει ἀπώλεια, ὥστε μηδὲ περιλειφθῆναί τι τῶν κτηθέντων· ἀλλ' οὐδὲ ἕξει καταλελειμμένα βρώματα, ὑπὸ τῆς ἄγαν πενίας οὐδὲν ἔχων ὃ καταλείψει. αἰνίττεται δὲ ἐν τούτοις τὴν κατασχοῦσαν τὸν Ἰὼβ ἐσχάτην πενίαν καὶ ἀπορίαν. οὕτω καὶ Σύμμαχος ἐκδέδωκε, σχὼν ἃ ἐπεθύμει, οὐ διασώσει, οὐκ ἀπολείψει ἀπὸ τῆς τροφῆς αὐτοῦ.

Propter hoc non florebunt ejus bona; et cùm putaverit ſe jam repletum eſſe, coarctabitur: omnis autem neceſſitas in eum ſuperveniet, ſiquo modo ſit implere ventrem ſuum.

Διὰ τοῦτο οὐκ ἀνθήσει αὐτοῦ τὰ ἀγαθά· ὅταν δὲ δοκῇ ἤδη πεπληρῶσθαι, θλιβήσεται· πᾶσα δὲ ἀνάγκη ἐπ' αὐτὸν ἐπελεύσεται, εἴ πως εἴ πληρῶσαι γαστέρα αὐτοῦ.

OLYMPIODORI. Fortaſſe etiam neque bona ejus efflorescent, verùm in ipſo flore marceſcent: quòd ſi plenus eſſe, & omnibus bonis abundare videbitur, tunc omnis neceſſitas & afflictio illum invadet, ita ut anima ejus doloribus repleatur. Hæc nobis, ut ab alienis abſtineamus, adhortationis loco inſerviunt; quandoquidem qui hæc poſſidet, cùm proſperâ fortunâ uti videbitur, tunc extremam inopiam ſuſtinebit, ita ut quomodo ventrem vacuum & egenum explere poſſit, quæſiturus ſit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἴσως μὲν οὐδὲ ἐξανθήσει αὐτοῦ τὰ ἀγαθά, ἀλλ' ὁμοῦ τῷ * ἀνθεῖν μαρανθήσεται· εἰ δὲ καὶ δόξει πλήρης εἶναι, καὶ πᾶσι κομᾷν τοῖς ἀγαθοῖς, τότε πᾶσα αὐτὸν ἀνάγκη καὶ θλίψις καταλήψεται, ὥστε πληρωθῆναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὀδυνῶν. ταῦτα προτρεπτικὰ ἡμῖν, ἵνα ἀφιστώμεθα τῶν ἀλλοτρίων· εἴγε ὁ ταῦτα κεκτημένος, ὅταν ἐν ἀφθόνοις εἶναι δόξῃ, τότε τὴν ἐσχάτην ὑποστήσεται ἔνδειαν, ὥστε ζητεῖν ὅπως πληρώσαι τὴν γαστέρα αὐτοῦ κενὴν οὖσαν καὶ ἐνδεῆ.

* ἴσ. αὐτὴν

Επα-

Ἐπαποστείλαι ἐπ' αὐτὸν θυμὸν ὀργῆς, νίψαι ἐπ' αὐτὸν ὀδύνας.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐπιβρέξει, δηλονότι, ὁ Θεός. Ταῦτα, φησὶν, ὑποστήσεται ὁ ἀσεβὴς, τοῦ Θεοῦ ὀργίλως τὴν κατ' αὐτοῦ πέμποντος πληγὴν ὀξεῖαν καὶ ἀλλεπάλληλον, δίκην ὑετοῦ φορᾶς, ὀδύνας ἐπ' αὐτὸν ἀφήσει· ἄκρως * αὐτὸν τιμωρούμενος, νιφετοῦ δίκην, κατακλύσει αὐτὸν ταῖς ὀδύναις.

*ἴσ. add. γῆ.

Immittat in eum furorem iræ, lavet ſuper eum dolores.

EJUSDEM. Symmachus verò, *Depluet*, ſcilicet, Deus. Hæc, inquit, impius patietur, Deo cum indignatione celerem ac ſine intermiſſione continuam plagam illi inferente, quæ inſtar pluviæ cum impetu ruentis, dolores illi immittet: ſummo enim ſupplicio illum afficiens, doloribus, tanquam imbre nivali, eum adobruet.

Καὶ οὐ μὴ σωθῇ ἐκ χειρὸς σιδήρου· τρώσαι αὐτὸν τόξον χάλκειον· διεξέλθοι δὲ διὰ σώματος αὐτοῦ βέλος.

Et non ſalvetur de manu ferri: vulneret eum arcus æneus; pertranſeat per corpus ejus jaculum.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Κατὰ μεταφορὰν ταῦτα εἴρηκε τῶν ἐν πολέμοις καιρίας ὑπὸ σιδήρου λαμβανόντων πληγὰς, καὶ ὑπὸ ἰσχυρῶν τόξων κατατοξευομένων· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, χάλκεον· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ὁ ἰσχυρὸς Θεὸς δυνατῶς κέχρηται τῇ κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὀργῇ· καὶ οὐκ ἔνεστιν αὐτοῦ τιμωρουμένου διαφυγεῖν, ἀλλ' ὡς ὑπὸ βέλους τὸ σῶμα διαπερονηθεὶς σφοδρῶς διαπεμφθέντος, οὕτως ὁ ἀσεβὴς τιμωρηθήσεται. τῇ γε μὴν μεταφορᾷ ἐναργῶς τὸ προκείμενον παρέστησε, σημαίνων τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν Θεοῦ τιμωρίαν ἰσχυράν.

POLYCHRONII. Hæc dixit, metaphorâ ſumptâ ab iis qui plagas lethiferas ferro inflictas in bellis accipiunt, & telis validis configuntur; illud enim, *Æneum*, ſignificat; ac ſi diceret, Deus fortis potenter irâ ſuâ contra impios utitur: nec, illo ſupplicium ſumente, locus ullus effugii datur; ſed inſtar illius cui corpus jaculo fortiter emiſſo transfoſſum eſt, impius ſupplicio multabitur. Hac enim metaphorâ, fortem & ſeveram Dei animadverſionem in impios oſtendens, rem de qua agitur, luculenter ob oculos poſuit.

Ἄστρα δὲ ἐν διαίταις αὐτοῦ περιπατήσαισαν.

Sydera autem in tabernaculis ejus obambulent.

ΟΛΥΜ. Ἕτερα δὲ ἀντίγραφα, μὴ περιπατήσαισαν, ἔχει· ἵνα εἴπῃ, ὅτι οὐδεμία αὐτοῦ λαμπρότης ὑπολειφθήσεται· κατὰ δὲ τὸ, περιπατήσαισαν, ἀντὶ τοῦ, φοβερὰ αὐτὸν ἐκδειματώσει φαντάσματα· ἤτοι δὲ τὸ ἠρημῶσθαι δηλοῖ τὰς οἰκίας, ὡς καταστράπτειν ἐν αὐταῖς τοὺς ἀστέρας, τῶν ὀρόφων ὄντων ἀνακεκαλυμμένων· ἢ καὶ σκηπτοὺς λέγει· οὕτω καὶ Ἀκύλας ἐκδέδωκε, καὶ ἀστραπὴ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσεται ἐπ' αὐτόν, ἀντὶ τοῦ, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν, ἐκ προστάγματος σκηπτοὶ καὶ κεραυνοὶ κατὰ τοῦ

OLYMPIODORI. Alia autem exemplaria habent, *Non obambulent*; ac ſi diceret, Nullus ſplendor ei relinquetur. Juxta verò alteram lectionem, *Ambulant*, ſpectra, ſcilicet, terribilia eum perterrefacient; vel, ædes vacuæ & deſertæ reddentur, ita ut nudatæ tectis, ſtellæ in eis coruſcent: vel fulmina intelligit; ſic enim Aquila reddidit, *Et fulgor à facie ejus ibit in eum*; à facie, ſcilicet, Dei, id eſt, Ejus imperio fulmina & fulgura in impios immittentur. Poſſunt

Poſſunt etiam verba aliter intelligi, quòd, ſcilicet, aſtrorum nomine juſtos intelligat, qui tanquam luminaria in Mundo exiſtunt: & quoniam ſuprà dictum eſt,
Cap.5.5. quòd *quæ illi congregârunt, juſti comedent*; hoc ipſum nunc aliter effert, quòd *Sydera in tabernaculis impiorum obambulabunt*, id eſt, juſti illorum bona accipient.

ἀσεβοῦς ἐνεχθήσονται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλως νοῆσαι, ὅτι ἄστρα τοὺς δικαίους ὀνομάζει, ὡς φωστῆρας ὄντας ἐν κόσμῳ· καὶ ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, ὅτι ἃ ἐκεῖνοι συνήγαγον, δίκαιοι ἔδονται, τὸ αὐτὸ καὶ νῦν ἑτέρως λέγει, ὅτι τὰ ἄστρα ἐν ταῖς τῶν ἀσεβῶν διαίταις περιπατήσουσι, τουτέστιν, οἱ δίκαιοι τὰ ἐκείνων ἀγαθὰ παραλήψονται.

Super eum timores; omnes autem tenebræ ei permaneant.

Ἐπ᾽ αὐτῷ φόβοι· πᾶν δὲ σκότος αὐτῷ ὑπομεῖναι.

POLYCHRONII. Status impii, inquit, in tenebris & terroribus erit; præter enim alia, tenebræ eum excipient. Aquila autem, aliud quiddam innuens, reddidit, *Abſconditus eſt in occultis ejus*, quòd, ſcilicet, metu occupatus & inſtigatus impius, in abditis ejus ſe occultet, id eſt, in latibulis & locis ſecretis, ſive tenebricoſis. Atque hic quidem meo judicio ſenſus eorum verborum eſt apud Septuaginta interpretes, *Omnes tenebræ ei permaneant*, quia impius terrore perculſus locum omnem obſcurum & tenebricoſum ſibi refugium fore ſperabit, illúmque inveſtigabit.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἐν σκότει, φησὶ, καὶ φόβοις ἔσται τὰ κατὰ τὸν ἀσεβῆ· πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, καὶ σκότος αὐτὸν ἐκδέξεται. ὁ δὲ Ἀκύλας, ἀποκέκρυπται τοῖς ἐγκειμένοις αὐτοῦ, ἐξέδωκεν, ἕτερόν τι αἰνιττόμενος, ὅτι φόβῳ περιηγμένος κρύπτεται ὁ ἀσεβὴς ἐν τοῖς ἀποκεκρυμμένοις αὐτοῦ, τουτέστιν, ἐν τόποις λανθάνουσι καὶ ἀποκρύφοις, εἴτουν σκοτεινοῖς. οὕτως ἐγὼ νοῶ καὶ τὸ παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα, πᾶν σκότος αὐτῷ ὑπομεῖναι, ὅτι πᾶς τόπος ζοφώδης καὶ ἀφεγγὴς καταπεπληγότι τῷ ἀσεβεῖ προσδοκηθήσεται, καὶ ζητηθήσεται εἰς καταφυγήν.

Comedet eum ignis qui non accenditur.

Κατέδεται αὐτὸν πῦρ ἄκαυστον.

OLYMPIODORI. Aquila & Theodotio, *Non ſufflatus*, reddiderunt; Symmachus verò, *Sine ſufflatione*: ignis, ſcilicet (ſi verba ſenſu obvio & omnibus aperto ſumantur) qui non de induſtria accenditur, ſed caſu demiſſus eſt, qualis ille fuit qui Jobi greges & paſtores devoravit, quem etiam innuere videtur. Senſu autem magis recondito, *ignis qui non accenditur*, vel conſcientiæ ignis eſt, vel ille qui tribunalibus futuris reſervatur: ſupplicii etenim illic futuri myſterium hinc diſcimus, quod ut diligenter caveamus ne aliquando patiamur, ignem dicit qui non accenditur impium devorare. Ignis autem

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων, καὶ Σύμμαχος, οἱ μὲν, μὴ φυσηθὲν, ἐξεδώκασιν· ὁ δὲ, ἄνευ φυσήματος. κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον, τὸ μὴ ἐκ προνοίας ἀναφθὲν, ἀλλ᾽ αὐτομάτως κατενεχθὲν, οἷον ἔδοξε τὸ καταφαγὸν τὰ ποίμνια τοῦ Ἰὼβ καὶ τοὺς ποιμένας, περὶ οὗ καὶ αἰνίττεται. κατὰ δὲ τὸ κρυπτόμενον, ἄκαυστον πῦρ ἐστιν, ἤτοι τὸ κατὰ συνείδησιν, ἢ καὶ τὸ ἀποκείμενον ἐν τοῖς μέλλουσι δικαιωτηρίοις· μυστήριον γάρ τι μανθάνομεν περὶ τῆς ἐκεῖσε κολάσεως, ἵνα φυλαξώμεθα αὐτὴν παθεῖν, πῦρ εἶπεν ἄκαυστον κατέδεσθαι τὸν ἀσεβῆ. τὸ δὲ πῦρ ἡμῖν τοῦτο τὸ ὑλικὸν,

οὐκ

οὐκ ἔστιν ἄκαυστον, βλέπομεν γὰρ αὐτὸ ἐκκαίεται, τὸ δὲ ἄκαυστόν ἐστι τὸ πῦρ, τὸ ἐπὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐρχόμενον, ὃ ἔνδον αὐτοὺς καίει. ἐὰν θελήσῃς εἰκόνα λαβεῖν τοῦ πυρὸς ἐκείνου, νόει μοι τὸν εἰς ὑπερβολὴν πυρέσσοντα, καὶ ὑπὸ πυρὸς φλεγόμενον, ὃς καταφλέγεται, οὐδενὸς αὐτῷ τὸ ἔξωθεν τοῦτο καὶ ἔνυλον πῦρ προσαγαγόντος· οὐχ εὑρήσεις ὅλως τὸ πῦρ ἐν αὐτῷ, * ὑπόκειται δὲ, καὶ ἐκκαίει αὐτοῦ τὰ σπλάγχνα· οὕτως ὁ ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων πυρέττων ἐκκαίεται. *ἴσ. ἐγκεῖται.

noſter materalis, quem oculis cernimus, accenditur; qui autem peccatores corripit, & intus eos adurit, ille eſt qui non accenditur: cujus ſi imaginem quandam habere cupis, cogita tecum hominem graviſſimâ febre laborantem & igne ardentem, qui, nemine externum hunc & materialem ignem admovente, conflagrat; oculis nullum ignem in eo cernes, intus tamen deprehenditur, & viſcera ejus adurit: non aliter qui peccatorum febre corripitur, igne exuritur.

Κακώσαι δὲ αὐτοῦ ἐπήλυτος τὸν οἶκον.

Lædat advena domum ejus.

ΟΛΥΜΠ. καὶ ΠΟΛΥΧΡ. Τουτέστι, ξένος τις καὶ ἀλλογενής. τοῦτο δὲ εἰς ἔνδειξιν τῆς ἄγαν ἀσθενείας τοῦ ἀσεβοῦς παρείληπται. ἐπήλυτον καλεῖ τὸ ὑπολελειμμένον τοῦ οἴκου. * ἀσαφῶς δὲ μετενήνεκται εἰς τὸ Ἑλληνικόν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι καὶ μέχρι ἑνὸς χωρήσει ἡ τιμωρία, ὥστε μηδὲ μνημόσυνον αὐτοῦ περιλειφθῆναι. *ἴσ. suppl. ἐκ.

OLYMP. & POL. Id eſt, Hoſpes aliquis & alienigena. Hoc autem ad extremam impii imbecillitatem & tenuitatem indicandam uſurpatur. Familiæ reliquias & poſtremum, *advenam* vocat. Non obſcurè verò in græco textu ſic redditum eſt, ac ſi diceret, Supplicium etiam ad unum perveniet, ita ut ne memoria quidem ejus ulla relinquatur.

Ἀνακαλύψαι δὲ αὐτοῦ ὁ οὐρανὸς τὰς ἀνομίας, γῆ δὲ ἐπαναστάίη αὐτῷ.

Et detegat cœlum iniquitates ejus, & terra inſurgat adverſus eum.

ΠΑσα, φησὶν, ἡ φύσις ἐχθραίνει τῷ θεοστυγεῖ· καὶ τὰ μὲν τῶν δεινῶν ἐξ οὐρανοῦ ὑποστήσεται, τὸν Θεὸν ἔχων πολέμιον, τὰ δὲ ἐκ γῆς, τῶν ἀνθρώπων αὐτῷ ἐπαναστησαμένων· καὶ οὐρανὸς μὲν ἀνακαλύψει τὰς ἀνομίας αὐτοῦ, τῆς θείας δίκης ἐκφανερούσης τὰ κατ᾽ αὐτὸν, ἐν τῷ ἄνωθεν ἐπιπέμπειν τὰς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι κολάσεις· αὐτὴ δὲ ἡ γῆ πολεμήσει αὐτῷ, ὁπλιτικὰς ἐκστήσασα φάλαγγας. Ταῦτα δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ τοῦ Ἰὼβ τὰ μὲν ποίμνια, καὶ οἱ παῖδες, τὰ μὲν τῷ ἄνωθεν ἐνεχθέντι πυρὶ, οἱ δὲ τῷ ἀερίῳ πνεύματι, ὑφ᾽ οὗ ἡ οἰκία δονηθεῖσα κατέπεσε, διεφθάρησαν· αἱ δὲ βοῶν ἀγέλαι, καὶ ὄνων, καὶ τῶν καμήλων, κάτωθεν ὑπὸ τῶν πολεμίων διηρπάγησαν. κατασκευάζει οὖν ὁ Σωφὰρ, ὅτι πάντα δι᾽ ἁμαρτίας ἐπ᾽ αὐτὸν ἐπηνέχθη.

UNiverſa, inquit, natura inimicitias cum eo geret, qui Deo inviſus eſt; & partem quidem malorum à cœlo, Deum inimicum habens, partem verò à terra, hominibus contra ipſum inſurgentibus, ſuſtinebit: & cœlum quidem, divinâ juſtitiâ actiones ejus manifeſtante, in eo quòd peccata ſuppliciis deſuper immiſſis puniat, iniquitates ejus revelabit; terra verò, inſtructis & armatis copiis, illum debellabit. Hæc autem ideo dixit, quia Jobi greges igne cœlitus demiſſo, & liberi ruinâ domûs flatu aëreo conquaſſatæ interierunt; boum verò, aſinarum, & camelorum armenta, infrà hic ab hoſtibus in terra direpta ſunt. Hæc autem omnia Jobo propter ipſius peccata illata eſſe, Sopharus adſtruere conatur.

Trahat

Trahat domum ejus perditio in finem.

Ελκύσαι τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀπώλεια εἰς τέλος.

OLYMP. Id eſt, Exitio totali peribit, & quando Deus punire decreverit, ſupplicium ejus omnia pervadet, nec quicquam intactum relinquet.

ΟΛΥΜΠ. Τουτέστι, πανωλεθρίᾳ διαφθαρήσεται, καὶ πάντα ἡ παρὰ Θεοῦ κόλασις ἐπιδραμεῖται, ἡνίκα ἂν Θεὸς καταψηφίσηται τὴν τιμωρίαν.

Dies iræ ſuperveniat ei.

Ημέρα ὀργῆς ἐπέλθοι αὐτῷ.

ORIGEN. Qua contra ipſum ira divina concitatur, ſive ex circumciſione fuerit qui contra Deum impiè ſe geſſerit, ſive heterodoxus, ſive aliâ quavis ratione impius, ſors ejus & portio eſt quæ ſuprà dictis oſtenſa eſt.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καθ' ὧν ἡ θεία κατ' αὐτοῦ κινεῖται δίκη, εἴτε τῆς ἐκ περιτομῆς εἰς Θεὸν ἀσεβήσαντος, εἴτε τοῦ ἑτεροδόξου, εἴθ' ὅπως ποτὲ ἀσεβοῦς, αὕτη μερίς ἐστιν ἡ δηλωθεῖσα ἐν τοῖς προειρημένοις.

Hæc eſt pars hominis impii à Domino, & poſſeßio bonorum ejus à ſuperintendente.

Αὕτη ἡ μερὶς ἀνθρώπου ἀσεβοῦς παρὰ Κυρίου, καὶ κτῆμα ὑπαρχόντων αὐτῷ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου.

OLYMP. Hæc, inquit, impius à Deo conſequetur, & multarum poſſeſſionum finis erit ſupplicium: quoniam enim bona poſſidens, divinam beneficentiam non animadvertit, plenitudo iræ, à Deo qui omnia intuetur, tanquam poſſeſſio & portio ei datur. Epiſcopi autem, cùm audiunt in ſacra Scriptura Deum hoc nomine indigitari, ſaluti gregis vigili cuſtodiâ proſpicientes, & fide, vitâ inculpatâ, ac doctrinâ ornati, appellationis ſuæ dignitatem tueantur: diſcant quis hoc loco Epiſcopus nuncupetur, illiúſque imaginem referre modis omnibus ſtudioſè contendant. Quemadmodum enim qui regiam imaginem imitatur, eo quòd rectè eam exprimat & adornet, in pretio & honore habetur: ita beatus ille Epiſcopus eſt, qui verum Epiſcopum contemplatur, & imitandum ſibi proponit, ac tanquam Deus inter homines verſatur; illúmque Epiſcopum & inſpectorem habet, qui ipſum nimirum in Chriſto Jeſu Epiſcopum creavit.

ΟΛΥΜΠ. Τοῦτον, φησί, παρὰ τοῦ Θεοῦ τεύξεται ὁ ἀσεβής, καὶ τὸ πέρας τῆς πολλῆς κτήσεως ἡ τιμωρία· ἐπειδὴ γὰρ κτησάμενος τὰ ἀγαθὰ, οὐκ ᾔσθετο τῆς θείας εὐεργεσίας, δίδοται αὐτῷ κτῆμα καὶ μερὶς, τὸ πλήρωμα τῆς ὀργῆς παρὰ τοῦ τὰ πάντα ἐπισκοποῦντος Θεοῦ. ἀκούοντες δὲ οἱ ἐπίσκοποι, ὡς ὁ Θεὸς ταύτῃ κέκληται τῇ προσηγορίᾳ παρὰ τῇ γραφῇ, τηρείτωσαν τῆς προσηγορίας τὸ ἀξίωμα, ἐπαγρυπνοῦντες τὰ κατὰ τὴν ποίμνην ἐπισκοποῦντες, καὶ πίστει, καὶ βίῳ ἀνεπιλήπτῳ, καὶ διδασκαλίᾳ σεμνυνόμενοι· μαθέτωσαν τίς ἐπίσκοπος ἐνθάδε ὠνομάσθη, καὶ ἐκείνου εἰκόνα παντὶ τρόπῳ φιλοτιμείσθωσαν φορεῖν. ὥσπερ γὰρ ὁ μιμησάμενος εἰκόνα βασιλικὴν, τιμᾶται ἐπὶ τῷ καλῶς αὐτὴν μεμιμῆσθαι, τιμᾶται δὲ καὶ ἐπὶ τῷ αὐτὴν κεκοσμηκέναι· οὕτω μακάριος ἐπίσκοπος, ὁ νοήσας τὸν ἀληθινὸν ἐπίσκοπον, καὶ ζηλῶν αὐτὸν, καὶ γινόμενος ὡς ἐν ἀνθρώποις Θεὸς, καὶ ἔχων ἐπίσκοπον τὸν ποιήσαντα αὐτὸν ἀληθῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπίσκοπον.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Πεντεκαιδεκάτου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Οἱ φίλοι τοῦ Ἰὼβ ἐλθόντες ἐπὶ παράκλησιν, καὶ τῶν ἀνηκέστων συμφορῶν αὐτόπται γενόμενοι, ὡς μὲν εὐσεβεῖς οὐδὲν ἄτοπον περὶ Θεοῦ ἐλογίσαντο· ἀγνοοῦντες δὲ ὡς πρὸς ἀγῶνας καὶ βάσανον ἀρετῆς ἡ πληγή, ἄμεινον ἔκριναν καταδικάσαι μὲν τὸν Ἰὼβ, ὡς ἐφ' ἁμαρτίαις πάσχοντα, δίκαιον δὲ τὸν Θεὸν ἀποφῆναι, ὡς οὐκ ἀδίκως αὐτὸν τιμωρησάμενον. ὁ δὲ ἀνδρειότατος Ἰὼβ, οὐδὲ αὐτὸς μὲν ἄδικόν τι περὶ Θεοῦ ἐλογίσατο, οὐδὲ ἀπεμφαίνουσαν εἴληφε δόξαν περὶ τῆς πάντα καλῶς καὶ δικαίως διεπούσης προνοίας τοῦ Θεοῦ· οὐδὲν δὲ ἑαυτῷ συνειδὼς τῆς τηλικαύτης τιμωρίας ἐπάξιον, οὐκ ἀνέχεται τῆς ἀδίκου τῶν φίλων κατακρίσεως. πολλῶν δὲ περὶ τούτων γενομένων αὐτοῖς διαλέξεων, καὶ νῦν τοῦ Σωφὰρ ἐπ' ἀσεβείᾳ πάλιν αὐτὸν καταδικάσαντος, φησὶ πρὸς αὐτούς, ἀκούσατέ μου τῶν λόγων, ἵνα γνῶτε ὡς οὐ παρακλητικὸν προσηγάγετε λόγον, ἀλλ' ἐσφαλμένως καὶ κατ' ἄγνοιαν προφάσεις * προσφέρετε. διελέγχων δὲ τὴν ἄγνοιαν, προβληματικῶς φησι πρὸς αὐτούς, Εἰ οἴδατε τῆς προνοίας τοὺς λόγους, ἀποκρίνασθέ μοι, διατί ἀσεβεῖς εὐθηνοῦνται; καὶ πανταχόθεν αὐτοῖς ἀφθόνως περιρρεῖ τὰ ἀγαθά; καὶ ἐν εὐπαθείᾳ διάγουσι, θεομάχα φθεγγόμενοι ῥήματα; πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἡ εὐημερία μεταπίπτει· πῶς δὲ καὶ ὁ μέν τις ἐν πλούτῳ καὶ πάσῃ τῇ παρὰ ἀνθρώποις δόξῃ τελευτᾷ τὸν βίον, ὁ δὲ ἐν πικρίᾳ ψυχῆς, οὐδενὸς τῶν ἐν βίῳ μεταλαχὼν ἀγαθῶν; εἶτα διὰ μέσου παρενέθηκε, πότερον οὐχὶ ὁ Κύριός ἐστιν ὁ διδά

* ἴσ. προφέρετε.

PROTHEORIA CAPITIS Decimiquinti.

OLYMP. Cùm amici Jobi, ut ſolarentur eum, acceſſiſſent, & immedicabiles ejus calamitates oculis ipſi vidiſſent, tanquam homines pii, nihil de Deo à ratione alienum mente conceperunt: plagam verò illam ad virtutem probandam & explorandam immiſſam fuiſſe ignorantes, viſum eſt eorum judicio, Jobum quidem, ac ſi propter peccata ærumnas ſuſtineret, condemnare, Deum verò, quòd non immeritò eum ſupplicio afficeret, juſtum pronunciare. Fortiſſimus verò athleta Jobus, neque ipſe injuſtum aliquid de Deo cogitavit, neque de providentia divina, quæ omnia rectè & juſtè adminiſtrat, diſſentaneam ullam & ineptam opinionem animo concepit: cùm autem nullius ſceleris ſibi conſcius eſſet, quod tam grave ſupplicium mereretur, injuſtam amicorum condemnationem iniquo animo fert. Cúmque de hoc multos inter ſe ſermones ſeviſſent, & Sopharus illum nunc denuo impietatis reum pronunciâſſet, ſic eos alloquitur; Ut intelligatis, vos orationem conſolatoriam nequaquam in medium attuliſſe, ſed errore deceptos cauſas ſpecioſas & fictitias ignoranter prætendiſſe, iis quæ dicturus ſum attendite. Ignorantiam autem eorum redarguens, problematicè ſic inquit; Si providentiæ rationes vobis perſpectæ ſunt, cur impii proſperâ fortunâ utantur? & bonorum abundantiâ undique circumfluant? ac licèt verba hoſtilia contra Deum proferant, vitam ſine ærumnis & moleſtiis traducant (quin & eorum etiam felicitas labilis & caduca eſt) reſpondete mihi? & cur hic quidem in divitiis & omni beatitudine humanâ, alter verò in angore animi, bonorum omnium quæ hominibus in vita contingunt, expers, vitam finiat? Deinde, Dei judicia incomprehenſibilia & ineffabilia

ineffabilia eſſe oſtendens, & quòd providentiæ, quæ cuncta rectè gubernat, rationes nobis omnino cognitæ non ſint, hoc ſermoni ſuo interſerit, *Nunquid non Dominus eſt qui docet intellectum & ſcientiam?*

σκων σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην; δεικνὺς ὡς ἀνέφικτα καὶ ἀκατάληπτα τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, καὶ οὐ * πάντες ἡμῖν γνώριμοι τῆς πάντα καλῶς διοικούσης προνοίας οἱ λόγοι. *ἴσ. πάντως.

Cap. XXI. *RESPONDENS autem Job, ait, Audite, audite ſermones meos, ut non ſit mihi à vobis hæc conſolatio.*

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἰὼβ, λέγει, ἀκούσατε, ἀκούσατέ μου τῶν λόγων, ἵνα μὴ ᾖ μοι παρ' ὑμῶν αὕτη ἡ παράκλησις.

OLYMPIOD. Symmachus verò, *Et fiat hoc conſilii veſtri mutatio.* Verbi autem, *Audite*, ingeminatio, vel ad excitandam attentionem adhibetur, vel animi ſecuritatem ac tranquillitatem indicat. Senſus autem versûs hic eſt; Accipite quæ dicturus ſum, ut edocti quòd verba ad conſolandum minimè idonea adhibeatis, conſilium mutetis, & aliam ſermonis veſtri methodum ac tractationem inſtituatis: nam ut nunc ſe res habet, conſolatio veſtra conſolatio non eſt, ſed dolorum incrementum; calamitates enim mihi exprobrantes, vulnera mea refricatis.

ΟΛΥΜΠ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ γενέσθω τοῦτο μεταβούλευμα ὑμῶν. ὁ μὲν διπλασιασμὸς, τοῦ, ἀκούσατέ μου, ἤτοι προσοχὴν ἐνεργάσασθαι βούλεται, ἢ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς εὐθυμίαν ἐμφαίνει. ὁ δὲ νοῦς τοῦ στίχου τοιοῦτος· δέξασθε τὰ παρ' ἐμοῦ λεχθησόμενα, ἵνα μαθόντες ὅτι μὴ κατὰ λόγον ποιεῖσθε τὴν παράκλησιν, μεταβουλεύσησθε, καὶ ἀμείψητε τὴν τοῦ λόγου οἰκονομίαν καὶ μεταχείρισιν· ὡς νῦν γε ἡ παράκλησις ὑμῶν οὐκ ἔστι παράκλησις, ἀλλὰ προσθήκη τῶν ὀδυνῶν· ἐπιξαίνετε γάρ μοι τὰ τραύματα, τὰς συμφορὰς ὀνειδίζοντες.

POLYCHR. Mihi, inquit, dicenti aurem præbete, ut intelligatis, non conſolationis, ſed ignorantiæ verba vos protuliſſe (ſic autem omnes per modum reſponſionis alloquitur, quandoquidem omnibus de iis quæ dicebantur idem erat animorum conſenſus: ingeminatio autem, animi tranquillitatem oſtendit) id eſt, ut diſcatis me nullo beneficio à vobis affectum eſſe, & quòd res ſecus ſe habeant.

ΠΟΛΥΧΡ. Δέξασθε, φησὶ, λέγοντα κἀμὲ, ὡς ἂν γνῶτε, μὴ παρακλήσεως ἀλλ' ἀγνοίας ἀφέντες λόγους· ὡς πρὸς ἅπαντας δὲ ἀποκρινόμενος λέγει, ἐπειδὴ καὶ μίαν εἶχον περὶ τῶν λεγομένων τὴν γνώμην· ὁ δὲ διπλασιασμὸς, τῆς ψυχῆς τὴν εὐθυμίαν ἐμφαίνει· τουτέστιν, ἵνα μάθητε, ὅτι οὐδὲν καρποῦμαι παρ' ὑμῶν, * ὅτι οὐχ οὕτως ἔχει ταῦτα. *ſc. præmitt. καὶ.

Suſtinete me, ego autem loquar; deinde non irridebitis me.

Ἄρατέ με, ἐγὼ δὲ λαλήσω· εἶτ' οὐ καταγελάσετέ μου.

OLYMP. Symmachus verò, *Et poſt ſermones meos acquieſcetis.* Duplex autem verborum ſenſus eſt; vel enim hoc dicit, Suſtinete, & æquo animo ferte me dicentem; perſuaſum enim habeo ceſſaturos vos, nec ampliùs ludibrio me habituros,

ΟΛΥΜΠ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ μετὰ τοὺς λόγους μου στήσετε. διττὴ δὲ ἡ ἔννοια· ἤτοι γὰρ τοῦτο λέγει, ὑπομείνατε, καὶ βαστάσατέ με λέγοντα, καὶ οἶδα ὅτι ἐὰν ἐπιστήσητε τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις, στήσεσθε καὶ παύσεσθε καταγε-

κατεγγελῶντές μου. ἢ, ὅτι ἀναβαστάσατέ με, καὶ ἀνορθώσατε ἀπὸ τῆς νόσου * συγκαμπτόμενον· μετὰ δὲ τὸ εἰπεῖν με ἃ βούλομαι, πάλιν με ἐπὶ τῆς προτέρας καταστήσατε * κατακρίσεως.

* ἴσ. συγκεκαμμένον
* ἴσ. κατακλίσεως.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, ἐνέγκατέ μου τοὺς λόγους, βαστάσατέ με λέγοντα, λογιζόμενοι ὅτι οὐχ ὑβριστικῶς χρῶμαι τῷ ἐλέγχῳ, ἀλλὰ πρὸς ἐπιστασίαν.

ſi ea quæ à me dicentur diligentiùs animadverteritis. Vel, morbo me afflictum & incurvatum erigite & ſublevate; poſtquam verò ea dixero quæ voluero, rurſus me in priore ſede collocabitis.

DIDYMI. Id eſt, Animo vobiſcum reputantes, quòd reprehenſio mea cum contumelia non ſit conjuncta, ſed ad eruditionē veſtram adhibeatur, ſermones meos tolerate, & perorantem me ſuſtinete.

Τί γάρ; μὴ ἀνθρώπου μου ἡ ἔλεγξις; ἢ διατί οὐ θυμωθήσομαι;

Quid enim? Nunquid hominis eſt caſtigatio mea? aut quare non iraſcar?

ΟΛΥΜΠ. Εἰς ὀργήν με, φησὶν, ἐκκαλεῖσθε, τοιαῦτά μου καταψευδόμενοι· ἐπεὶ τίς ἀνθρώπων ἐλέγξαι με δύναται ἀσεβῆ γεγονότα, ἢ ἅρπαγα, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐραστὴν, ὡς ὑμεῖς ἀπεφήνασθε; ἐπεὶ οὖν μὴ ἔστι τις ὁ ἐλέγχων με, πῶς οὐ δικαίως θυμωθήσομαι καθ' ὑμῶν, ὅτι περὶ ὧν οὐκ οἴδατε, διαβεβαιοῦσθε κατηγοροῦντές μου; ἢ κἀκεῖνο λέγει ὅπερ ὕστερον ὁ Ἀπόστολος ἔφη, ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ· ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός ἐστι. διὰ τοῦτο οὖν εἰς ὀργὴν κινοῦμαι, ὅτι τὸ σαφὲς οὐκ εἰδότες, τὴν θείαν προλαμβάνετε κρίσιν.

OLYMP. Talia, inquit, contra me comminiſcentes, bilem mihi movetis; quis enim mortalium eſt, qui, prout vos affirmâſtis, me impietatis, rapinæ, & cupiditatis alienorum honorum arguere poteſt? Quandoquidem igitur nemo eſt qui me arguat, cur non meritò contra vos irâ accendar, quòd in accuſatione veſtra, ea quorum ignari eſtis pro certis affirmetis? Vel illud dicit quod poſtea ab Apoſtolo uſurpatum eſt, *Mihi verò pro minimo eſt, quòd à vobis dijudicer: ſed Dominus is eſt qui me dijudicat.* Idcirco igitur excandeſcò, quòd rei veritatem ignorantes, judicium divinum præjudicio veſtro anteverτatis. Cor. 1. 4. 34.

Εἰσβλέψαντες εἰς ἐμὲ, θαυμάσετε, [ὁ δὲ Ἀκύλας, ἐξαπορήθητε· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἄφθογγοι γίνεσθε.] χεῖρα θέντες ἐπὶ σιαγόνι. [οἱ λοιποὶ, ἐπὶ στόματι.]

Inſpicientes in me, admirabimini, [Aquila verò, *Dubii & perplexi hærete*; & Symmachus, *Obmuteſcite.*] *manum ponentes ſuper maxillam.* [Cæteri, *ſuper os.*]

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οἱ μεθ' ἡσυχίας ἀκούοντες, ὡς τὰ πολλὰ τὸν ἀγκῶνα τῷ * μηρῷ προσερείσαντες, καὶ τῇ χειρὶ τὸ πρόσωπον ἐπανακλίναντες, τοῖς λεγομένοις τὸν νοῦν προσέχουσι. λέγει οὖν, ὅτι μεθ' ἡσυχίας καὶ προσοχῆς ἀκούσατέ μου, ἵνα θαυμάσητε τὰ λεγόμενα· καὶ οὕτω μέν τινες τὸν στίχον ἐνόησαν. κατ' ἐμὲ δὲ κριτὴν ἔκφρασιν ἀναλογιζόμενοι τὰ κατ'

* γ. ἄκρῳ. ἴσ. ἄκρῳ μηρῷ.

EJUSDEM. Qui cum ſilentio aliquid audiunt, ut plurimùm cubitum ſemore ſuppoſito fulcientes, & vultum ſuper manum inclinantes, iis quæ dicuntur animum advertunt. Dicit igitur, Cum ſilentio & attentione auſcultate mihi, ut ea quæ dicuntur admiremini: atque ita nonnulli verſum hunc intellexerunt. Meo verò judicio hoc eſt quod dicit; Statum rerum

mearum vobiſcum reputantes, admiremini; cauſámq; cur ærumnas ſuſtineã ignorantes, in anguſtias conjiciamini, ac hæſitantes, nec habentes quod dicere poſſitis, ſilentii vinculum ori injicite: ſic enim ea quæ patior omnem orationem ſuperant & excedunt, ut propter exprimendi difficultatem præſtet de iis ſilere, quàm temere pronunciare, & condemnationis ſententiam de me ferre.

ἐμὸ, θαυμάσατε, καὶ εἰς ἀμηχανίας *πεσεῖσθε, μὴ εὑρίσκοντες αἰτίαν δι᾽ ἣν πάσχω, καὶ ἐξαπορηθέντες, καὶ μὴ ἔχοντες τί εἰπεῖν, τὸν τῆς σιωπῆς δεσμὸν τῷ στόματι ἐπίθετε· οὕτω *πέρα παντὸς λόγου τὰ ἐμὰ πάθη καθέστηκεν, ὡς ἄμεινον εἶναι ἐπὶ τούτοις σιγᾶν δι᾽ ἀπορίαν, ἢ προπετῶς ἀποφαίνεσθαι, καὶ καταγινώσκειν μου.

* χ. πεσεῖτε.
* χ. ὑπὲρ

Si etenim recordatus fuero, ſolicitus fui, & tenentur carnes meæ doloribus.

Ἐάν τε γὰρ μνησθῶ, ἐσπούδακα, ἔχουσι δέ μου τὰς σάρκας ὀδύναι.

EJUSDEM. Atque hìc etiam interpretes lapſi ſunt. Confeſtim, inquit, & ſummatim ea de quibus dicturus ſum, commemorabo: dolores enim qui carnes meas obſident & infeſtant, longiori orationi indulgere non ſinunt. Symmachus pro, *Solicitus fui*, reddens, *Conturbor*, hoc innuere mihi videtur; Si meorum malorum mentionem tantùm fecero, commoveor & conturbor, neque recordationem ipſam ſine animi dolore ſuſtineo; quin & corporis cruciatus ad ſe trahit, nec cum debita & concinna orationis ſtructurâ verba me facere patitur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Κἀνταῦθα οἱ ἑρμηνεύσαντες διήμαρτον. μετὰ σπουδῆς γὰρ, φησὶν, ἐρῶ, καὶ συντόμως ἐπιμνησθήσομαι τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι· οὐ γὰρ ἐῶσιν ἐμφιλοχωρῆσαι τῷ λόγῳ αἱ πολιορκοῦσαί μου τὰς σάρκας ὀδύναι. ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, ἐσπούδακα, ἐκδοὺς, θορυβοῦμαι, τοῦτο οἶμαι δηλοῖ, ὅτι ἐὰν καὶ μόνον μνησθῶ τῶν ἐμῶν κακῶν, ταράττομαι καὶ θορυβοῦμαι· καὶ οὐδὲ τὴν μνήμην ἀπαθῶς φέρω, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀλγηδών με τοῦ σώματος πρὸς ἑαυτὴν ἀντιπερισπᾷ, καὶ οὐκ ἐᾷ μετὰ τῆς προσηκούσης ἁρμονίας ποιεῖσθαι τοὺς λόγους.

CHRYSOST. Vide quemadmodum ubique apologiam pro ſe inſtituat, quemadmodum cruciatus in medium proferat, quemadmodum eorum quæ dicturus eſt cauſam, non ab aliquo proprio motu vel corporis conſtitutione, ſed ab animo perturbato, & mentis ratione occæcatâ, profluere aſſerat.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα πανταχοῦ πῶς ἀπολογεῖται, πῶς τὰς ὀδύνας προστίθησι, πῶς λέγει τὴν αἰτίαν τῶν ῥηθησομένων ἐκείνων, ὅτι οὐκ οἴκοθεν, οὐδὲ ἀπὸ καταστάσεώς τινος, ἀλλ᾽ ἀπὸ ταραχώδους ψυχῆς καὶ ἐσκοτισμένων λογισμῶν ταῦτα φθέγγεται.

Quare impii vivunt, ſenuerunt autem, & in divitiis? & quæ ſequuntur, uſque ad verſ. 17.

Διατί ἀσεβεῖς ζῶσι, πεπαλαίωνται δὲ, καὶ ἐν πλούτῳ; καὶ τὰ ἑξῆς ἕως τοῦ στίχου ιζ.

OLYMP. Quandoquidem ſapientes vos eſſe exiſtimatis, & cauſas cognoſcere propter quas ego hæc patior, reſpondete mihi interroganti. Unde eveniat quòd ſæpenumero multi impii in divitiis

ΟΛΥΜΠ. Ἐπειδήπερ οἴεσθε σοφοί τινες εἶναι, καὶ τὰς αἰτίας εἰδέναι καθ᾽ ἃς ταῦτα πάσχω; ἐρωτῶντί μοι φράσατε. πόθεν πολλοὶ πολλάκις ἀσεβεῖς καταγηρῶσιν ἐν πλούτῳ; καὶ ἀφθόνως

ἀφθόνως μὲν αὐτοῖς ἀδίδωσιν ἡ γῆ τοὺς καρπούς; εὐφραίνονται δὲ τῇ εὐπαιδίᾳ, καὶ πανταχόθεν αὐτοῖς συντρέχει τὰ ἀγαθά; καὶ οὐδὲ ἡ ἄλογος αὐτοῖς φύσις ποτὲ δυσπραγήσει; μένουσι δὲ ἐν ταῖς * εὐπραγίαις ὡς πρόβατα; ἀντὶ τοῦ, ἀφρόντιδες, οἱονεὶ θείας τινὸς καὶ ἀθανάτου μοίρας ἐπειλημμένοι, καὶ ἀνθρωπίνης ταλαιπωρίας ἔξω τυγχάνοντες; ἐν εὐφροσύνῃ δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ τέκνα διατελεῖ, καὶ μουσικοῖς ὀργάνοις ἐπιτέρπεται; καὶ ἐν ἀφθονίᾳ πολλῇ τῶν δεόντων παρὰ πάντα τὸν βίον * ἐξετάζονται, καὶ συντελευτῶσι τοῖς ἀγαθοῖς; καὶ ταῦτα, ἐναργῶς θεομαχοῦντες, καὶ οὐδεμίαν τῶν θείων ἐντολῶν λαμβάνοντες ἔννοιαν; τοιαύτη μὲν τῶν στίχων ἡ δύναμις· χρὴ δὲ ἴσως καὶ ἕκαστον στίχον καθ᾽ ἑαυτὸν ἐξετάσαι.

* γρ. εὐπορίαις.

* ἴσ. ἑορτάζονται.

consenescant? terra iis fructus abundanter proferat? præclarâ sobole delectentur, & undique bonis affluant? neque bestiæ eorum, quæ ratione carent, casum aliquem adversum patiantur? permaneant autem in prosperitate *sicut oves*, id est, absque omni cura & solicitudine, ac si extra humanam calamitatem constituti, divinam quandam & immortalem sortem nacti fuissent? liberi etiam eorum lætam vitam agant, & musicis instrumentis animum oblectent? rerúmq; omnium necessariarum abundantiâ toto vitæ suæ cursu affluentes, festos dies celebrent, & cum bonis commoriantur? licèt bellum apertum contra Deum gerant, & divinorum mandatorum nulla cogitatio eorum animos subeat? Atque hic quidem versuum horum sensus est; operæ pretium tamen est, sigillatim versum unumquemque expendere.

Διατί ἀσεβεῖς ζῶσι, πεπαλαίωνται δὲ, καὶ ἐν πλούτῳ;

Quare impii vivunt, senuerunt autem, & in divitiis?

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοιοῦτόν τι καὶ Δαβὶδ ψάλλει, ἰδοὺ οὗτοι οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ εὐθηνοῦντες εἰς τὸν αἰῶνα κατέσχον πλούτου. καὶ νῦν ὁ Ἰώβ, οὐ τούτῳ μόνῳ, φησὶ, θαυμάσαι χρὴ, ὅτι ἀντὶ πονηρίας τοιαύτας λαμβάνουσι τὰς ἀμοιβὰς, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ εὐπραγία χείρονας αὐτοὺς ποιεῖ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸ μὲν, πεπαλαίωνται ἐν πλούτῳ, εἶπεν ἀντὶ τοῦ, οὐκ εἰσὶ νεόπλουτοι, ἀλλ᾽ ἐκ νεότητος καὶ μέχρι γήρως πλουτοῦντες διετέλεσαν.

CHRYSOSTOMI. Tale quid David in Psalmis canit; *Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt divitias.* Et Jobus hoc in loco, Non tantùm, inquit, admirari oportet, quòd pro improbitate talem habeant retributionem, sed quòd prosperitas deteriores eos reddat. Psal. 72.

ORIGEN. Illud autem, *Senuerunt in divitiis*, id est, Non nuper locupletes evaserunt, sed ab ineunte ætate ad senectutem usque in divitiis vitam transegerunt.

Ὁ σπέρμα αὐτῶν κατὰ ψυχὴν, τὰ δὲ τέκνα αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς.

Semen eorum secundùm animam, & filii eorum in oculis.

ΟΛΥΜΠ. Τουτέστιν, οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς ἄγονος, ἀλλὰ πάντες γόνιμοι, σπέρμα καὶ τέκνα ἔχουσι· τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, κατὰ ψυχὴν, ἀντὶ τοῦ, ὁ καθ᾽ ἕνα πατήρ ἐστι. τὸ δὲ, τὰ δὲ τέκνα αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς, ὁ Σύμμαχος, διαμένει ἔμπροσθεν αὐτῶν, ἐξέδωκε. γλυκὺ γὰρ πατράσι θέαμα

OLYMPIODORI. Id est, Nullus inter eos sterilis est, sed fœcundi omnes, semen & liberos habent: *secundùm animam* enim, id est, Unusquisque eorum pater est. Illud autem, *Et filii eorum in oculis*, Symmachus reddidit, *Permanent ante eos.* Liberos enim intueri, & pue-

 rilibus

rilibus ac balbis ſermonibus oblectari, parentibus jucundum ſpectaculum eſt.

παῖδες ὁρώμενοι, καὶ τοῖς παιδικοῖς * αὐτοὺς ψελλίσμασι τέρποντες. * χ. αὐτῶν.

Domus eorum abundant; timor autem nuſquam, & flagellum à Domino non eſt ſuper eos.

Οἱ οἶκοι αὐτῶν εὐθηνοῦσι, φόβος δὲ οὐδαμοῦ, μάστιξ δὲ παρὰ Κυρίου οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς.

LIberis, inquit, delectantur, rebus omnibus abundant, neminem verentur, ne excidant ſuâ proſperitate non metuunt, plagam nullam à Deo immiſſam ſentiunt. Quidam verò illud, *Semen eorum ſecundùm animam*, non de virili ſemine ex quo liberi procreantur, intellexerunt, ſed de ſeminibus quæ terræ mandantur: ut quod dicitur hoc ſit; Agri eorum frugum feraces ſunt, nuſquã ſterilitas eſt; *ſecundùm animam* verò, & unicuique eorum, ſeminum abundantia ſuppeditatur. Prior verò expoſitio meo judicio melior eſt.

ΗΔονται, φησὶ, τοῖς τέκνοις, εὐθηνοῦσιν, οὐδένα δεδοίκασι τῆς εὐπραγίας μεταπεσεῖν, οὐ δέχονται πληγὴν θεήλατον. Τινὲς δὲ, τὸ, ὁ σπόρος αὐτῶν κατὰ ψυχὴν, οὐ περὶ τοῦ σπέρματος τῶν παίδων ἐνόησαν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ καταβαλλομένων σπερμάτων· ὡς εἶναι τὸ λεγόμενον τοιοῦτον· κομῶσιν αὐτοῖς τὰ λήϊα, οὐδαμοῦ ἀφορία· κατὰ ψυχὴν δὲ, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον τῶν αὐτοῖς ἡ τῶν σπερμάτων δαψίλεια. ἀμείνων δὲ οἶμαι ἡ προτέρα ἐκδοχή.

Bos eorum non fœtum immaturum peperit. [Symmachus, *Non fecit abortum*, id eſt, Bos arans fœtum imperfectum & mortuum non edidit.] *Et ſalva evaſit eorum prægnans, & non fruſtrata eſt.*

Ἡ βοῦς αὐτῶν οὐκ ὠμοτόκησεν. [ὁ Σύμμαχος, οὐκ ἐξέτρωσε, τουτέστιν, ἀτελῆ καὶ νεκρὸν γονὴν ἡ γεωργικὴ βοῦς οὐκ ἤνεγκε.] διεσώθη δὲ αὐτῶν ἐν γαστρὶ ἔχουσα, καὶ οὐκ ἔσφαλεν.

AQuila autem, *Juvenca eorum*; ac ſi rurſus diceret, Bos fœtum utero conceptum imperfectum non ejecit, neque embryon immaturum peperit, ſed ſalva evaſit, fœtum abſolutum edidit, neque fruſtrata eſt. Quidam verò de muliere hæc dicta eſſe arbitrati ſunt, quòd, ſcilicet, eorum conjuges fœtus abortivos non pariant.

Ὁ δὲ Ἀκύλας, δάμαλις αὐτῶν· ἵνα πάλιν εἴπῃ, ὅτι ἡ βοῦς οὐκ * ἀπέβαλεν ἀτελὲς τὸ ἐγκυμονούμενον, οὐδὲ ἄωρον τὸ ἔμβρυον ἀπεκύησεν, ἀλλὰ διεσώθη, καὶ τέλειον ἔτεκε, καὶ οὐκ ἀπέτυχε. Τινὲς δὲ περὶ γυναικὸς εἰρῆσθαι ταῦτα ὑπέλαβον, ὅτι καὶ αἱ τούτων γυναῖκες οὐκ ἐξέτρωσαν * ἀμβλωθρίδια.

*fo. ἐξέβαλεν

*χ. ἀμβλωθέντα

Et permanent ſicut oves æternæ.

Μένουσι δὲ ὡς πρόβατα αἰώνια.

VEl hoc dicit, quòd etiam oves illis permaneant tanquam æternæ, nullo peſtilenti morbo aut lue infectæ: Vel, quòd ipſi vitam longævam ducentes, in multitudinem inſtar ovium excreſcant, & liberorum propagatione immortalitatem imitentur.

ΗΤοι τοῦτό φησιν, ὅτι μένουσιν αὐτοῖς καὶ τὰ πρόβατα ὥσπερ αἰώνια, μηδεμιᾶς λοιμώδους νόσου ἢ φθορᾶς αἰσθανόμενα· ἢ, ὅτι αὐτοὶ μένουσι μακρόβιοι, καὶ εἰς πλῆθος ἐπιδιδόντες, καθάπερ τὰ πρόβατα, καὶ τῇ ἐπιγονῇ τὴν ἀθανασίαν μιμούμενοι.

Τὰ δὲ παιδία αὐτῶν προσπαίζουσιν, ἀναλαβόντα ψαλτήριον καὶ κιθάραν, καὶ εὐφραίνονται φωνῇ ψαλμοῦ.

Et parvuli eorum ludunt, ſumentes pſalterium & citharam, & lætantur voce pſalmi.

ΩΡΙΓ. Ἄλλη πατέρων εὐδαιμονία, τῶν παίδων ἡ εὐφροσύνη, ἣν ἀποπληροῦσιν αὐλοί, καὶ κιθάραι, καὶ τύμπανα, ὑφ' ὧν αἱ μὲν ἀκοαὶ καταυλοῦνται, αἱ δὲ τῆς ψυχῆς ἡδοναὶ διεγείρονται, καὶ οἱ παρόντες τῇ ἀκολάστῳ μελῳδίᾳ κατακηλοῦνται, ἣν οἱ τῶν ἀσεβῶν παῖδες ἀσελγῶς ἐργάζονται, τὰς ἐντεταμέναις νευραῖς τὰς χεῖρας ἑαυτῶν ἐπιβάλλοντες, καὶ πρὸς τὴν φωνὴν τῶν ὀργάνων ἐπικροτοῦντες.

ORIGENIS. Alia eſt parentum felicitas, liberorum lætitia, quæ tibiis, citharis, & tympanis fit; quorum ſono aures quidem titillantur, & animi voluptates excitantur, & qui adſunt laſcivâ melodiâ deliniantur, quam impiorum filii petulanter faciunt, manus intentis fidibus admoventes, & muſicorum organorum ſono voce ſuâ concinentes & applaudentes.

Συνετέλεσαν δὲ ἐν ἀγαθοῖς τὸν βίον αὐτῶν.

Conſummaverunt autem in bonis vitam ſuam.

ΑΥΤΟΥ. Τουτέστιν, οὐδὲν διάλειμμα τῆς εὐπραγίας αὐτοῖς ἐγένετο, ἀλλ' ἐν βίῳ τελείῳ τοῖς σωματικοῖς ἀγαθοῖς ἐντρυφῶντες διετέλεσαν, καὶ πέρας αὐτοῖς εὐδαιμονίας τε τῆς ζωῆς πέρας ἐγένετο, παρεκταθείσης μέχρι τελευτῆς τῆς εὐημερίας.

EJUSDEM. Id eſt, Felicitatis eorum tenor non interruptus fuit, & deliciis corporeis fruentes vitam univerſam traduxerunt, extensâque uſque ad vitæ exitum felicitate, idem beatitudinis & vitæ terminus exſtitit.

Ἐν δὲ ἀναπαύσει ᾅδου ἐκοιμήθησαν.

Et in requie inferni dormierunt.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, μέχρι θανάτου ἀναπαυόμενοι, καὶ εὐθυμοῦντες, ἀβασανίστως εἰς ᾅδου κατέρχονται· ἤ, ὅτι οὐδὲ αὐτὸς ὁ θάνατος πικρὸς αὐτοῖς γέγονεν, ἀλλ' ὥσπερ ὑπνοῦντες, οὕτως ἀποθνήσκουσιν· ἤ, ἐπεὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐν τῷ ζῆν κακοπαθοῦσι, καὶ ταλαιπωροῦνται, ἀποθανόντες δὲ ἀναπαύονται· οὗτοι δὲ περὶ ὧν ὁ λόγος, πᾶσαν τὴν ζωὴν ἐν εὐθυμίᾳ διηνυκότες, οὕτως εἰς τὴν ἐν τῷ θανάτῳ ἦλθον ἀνάπαυσιν.

EJUSDEM. Id eſt, Ad mortem uſque tranquillitate utentes, & fine ærumna ac cruciatu lætitiâ fruentes, ad infernum deſcendunt. Vel, quia mors ipſa iis minimè acerba fit, ſed ſicut ſomno conſopiti moriantur. Vel, quia alii quidem in vita ſua tribulationes & afflictiones patiantur, in morte verò requiem inveniant: hi autem, de quibus eſt ſermo, vitam omnem indeflexo tenore in lætitia animi tranſigentes, ſic ad requiem quæ in morte eſt pervenerunt.

Λέγει δὲ Κυρίῳ, ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, ὁδούς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι.

Dicit autem Domino, Recede à me, vias tuas ſcire nolo.

ΣΥνεκτεινομένην, φησί, βίῳ παντὶ τὴν εὐπάθειαν ἔχοντες, καὶ ταῦτα τοῦ

LUxus & deliciæ unà cum eorum tota vita extendantur, licèt palam à

Deo recedant, & pudore omni abjecto ſic ipſum alloquantur; Quid nobis leges ſanciens negotium & moleſtiam faceſſis? mandata tua reſpuimus, neque ſcire ea, aut cum affectu diligere, aut ambulare in iis volumus.

Θεοῦ ἐναργῶς ἀφιστάμενοι, καὶ ἀνερυθριάστως λέγοντες πρὸς αὐτὸν, τί παρενοχλεῖς ἡμῖν, νόμους ἐπιτάττων; τὰς ἐντολάς σου ἀπομαινόμεθα, καὶ εἰδέναι ταύτας οὐ θέλομεν, οὐδὲ οἰκείως ἔχειν πρὸς αὐτὰς, ἢ περιπατεῖν ἐν αὐταῖς.

Quid eſt omnipotens, quia ſerviemus ei? & quæ utilitas quoniam obviam ibimus ei?

Τί ἱκανὸς, ὅτι δουλεύσομεν αὐτῷ; καὶ τίς ὠφέλεια ὅτι ἀπαντήσομεν αὐτῷ;

OLYMPIODORI. Sub impiorum perſonâ hæc loquitur. Similis autem hic locus illi, *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus.* *Quis* enim, inquit, *eſt ſufficiens*, id eſt, qui omnipotens dicitur Deus? Quid lucri ab eo reportabimus, ſi ea de cauſa cultum ejus & obſequium elegerimus? qua in re juvabimur, ſi proni ad adorandum eum acceſſerimus? Illud enim, *Quoniam obviam ibimus*, dicunt metaphorâ ſumptâ ab iis qui perſonis illuſtribus aſſurgunt, & honoris cauſâ in occurſum eorum veniunt. Deinde cauſam affert cur talia loquantur, ut oſtendat eos ſine labore & moleſtiâ bona poſſediſſe.

Pſal. 13. 1.

ΟΛΥΜΠ. Ὡς ἐκ προσώπου τῶν ἀσεβῶν ὁ λόγος· ἔοικε δὲ, τῷ, εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι Θεός. τίς γὰρ, φησὶν, ἐστὶν ὁ ἱκανὸς, τουτέστιν, ὁ παντοδύναμος λεγόμενος Θεός; τί δὲ πλέον ἡμῖν ἔσται παρ' αὐτοῦ, ἵνα διὰ τοῦτο τὴν αὐτοῦ λατρείαν καὶ θεραπείαν ἑλώμεθα; τί δὲ ὠφεληθησόμεθα, ἐὰν εἰς τὴν αὐτοῦ προσκύνησιν * ὑποπίπτοντες ἔλθωμεν; τὸ γὰρ, ὅτι ἀπαντήσομεν, φασὶν ἐκ μεταφορᾶς τῶν τοῖς ἐνδόξοις προσώποις προανισταμένων, καὶ τιμῆς χάριν εἰς ἀπάντησιν αὐτοῖς ἐρχομένων. Εἶτα τίθησι τὴν αἰτίαν δι' ἣν τὰ τοιαῦτα λέγουσιν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἄπονοι εἶχον τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν.

* γρ. ὑποπίπτοντες.

Erant enim in manibus eorum bona.

Ἐν χερσὶ γὰρ ἦν αὐτῶν τὰ ἀγαθά.

HÆc, inquit, eò quòd ſuppliciis minimè afficiantur, ſed in bonorum hujus vitæ affluentiâ ætatem tranſigant, Deo interim patienter ferente, animo ſecum meditantur, & dicunt, Omnia in manibus habemus, quæ jucunda ſunt de noſtro poſſidemus: quem fructum majorem nobis adferet Deus, ut vias ejus & mandata cuſtodientes, moleſtiam nobis ipſis creemus?

Ταῦτα διανοοῦνται, φησὶν, ἐν ἴσῳ μὴ κολάζονται, ἀλλ' ἐν ἀφθόνοις διάγουσι τοῖς βιωτικοῖς ἀγαθοῖς, τοῦ Θεοῦ τέως ἀνεξικακοῦντος, καί φασιν, ἔχομεν πάντα ἐν χερσὶν, οἴκοθεν κτώμεθα τὰ ἡδέα· τί πλέον ἡμᾶς ὠφελήσει Θεὸς, ἵνα τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ καὶ τὰς ἐντολὰς τηροῦντες πονήσωμεν;

Opera autem impiorum non inſpicit.

Ἔργα δὲ ἀσεβῶν οὐκ ἐφορᾷ.

EJUSDEM. Hæc etiam verba impiorum eſſe quibuſdam videntur; qui, ut veriſimile eſt, dicunt, Hæccine Deus in-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἔδοξέ τισιν ὡς ἀπὸ τῶν ἀσεβῶν εἶναι καὶ οὗτος ὁ λόγος, φασκόντων, ὡς εἰκὸς, ταῦτα Θεὸς ἐφορᾷ;

ρᾷ; περὶ ταῦτα καταγίνεται; οὐ μὲν οὖν· οὐδὲν αὐτῷ μέλει τῆς περὶ ἀνθρώποις πραττομένων. τάχα δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ ἁρμόσει τὰ ῥήματα, θαυμάζοντι τοῦ Θεοῦ τὸ
* Ιω. κδ' β. ἄγαν μακρόθυμον, * καθὸ οὐ κολάζει παραπόδας τοὺς ἀσεβεῖς, ἀλλ' ἀτιμωρητὶ ἐᾷ τούτους ἁμαρτάνειν, ὡς ἂν εἰ μὴ ἑώρα τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα.

tuetur? Num in his occupatus eſt? Nequaquam; hominum actiones nulli curæ ei ſunt. Fortè etiam & verba hæc non ineptè Jobo, ſummam Dei longanimitatem admiranti, quadrabunt, qua è veſtigio impios ſuppliciis non afficit, ſed impunè eos peccare patitur, quaſi ea quæ ab iis fiunt nequaquam cerneret.

Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἀσεβῶν λύχνος σβεσθήσεται, ἐπελεύσεται δὲ αὐτοῖς ἡ καταστροφή· ὠδῖνες δὲ αὐτοὺς ἕξουσιν ἀπὸ ὀργῆς· ἔσονται δὲ ὥσπερ ἄχυρα ὑπ' ἀνέμου, ἢ ὥσπερ κονιορτὸς ὃν ὑφείλετο λαῖλαψ. ἐκλείποι υἱοὺς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

Immo verò & impiorum lucerna exſtinguetur, & ſupervenient iis ſubverſio: dolores autem habebunt eos ab ira: erunt autem tanquam paleæ ſub vento, aut tanquam pulvis quem abſtulit turbo. Deficiant filios bona ejus.

ΟΛΥΜΠ. Εἰ καὶ ἀνέξεται, φησὶν, ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὖν πάντως μετελεύσεται τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀποσβεσθήσεται μὲν αὐτοῖς ἡ τοῦ βίου λαμπρότης, ὥσπερ λύχνος ἀνέμου πνεύσαντος, ἢ τοῦ ἐλαίου ἐκλιπόντος· πικροὶ δὲ πόνοι αὐτοὺς διαμερίσονται, μιμούμενοι ὠδῖνας τικτούσης· λικμηθήσονται δὲ καὶ τὰ αὐτῶν ἅπαντα, καὶ εἰς ἑτέρους μετενεχθήσονται, ὥσπερ ἄχυρα ὑπὸ πνεύματος, ἢ κόνις ὑπὸ λαίλαπος, καὶ οὐ διαδέξονται ταῦτα οἱ παῖδες αὐτῶν. εἰς ταὐτὸν δὲ ἄγει, τό τε, ἐκλείποι υἱοὺς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα, καὶ τὸ, ὁ Θεὸς κατακρύψει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἀδικίας αὐτοῦ, κατὰ Θεοδοτίωνα. ἐπειδὴ γὰρ τὰ τέκνα τοῦ ἀσεβοῦς κατὰ τὴν κακίαν πατρώζουσιν, εἰκότως, φησὶν, αὐτόν τε τιμωρηθήσεται ὁ Θεὸς, καὶ τοῖς παισὶν αὐτοῦ ταμιεύσεται τὰς ἀδικίας αὐτοῦ, τουτέστι, τὴν ὑπὲρ τῆς ἀδικίας κόλασιν, καὶ οὐκ ἐάσει εἰς αὐτοὺς διαβῆναι τὸν πατρῷον κλῆρον. ὅμοιον, τὸ, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα.

OLYMPIODORI. Licèt, inquit, Deus patientiâ utatur, impios tamen omnino ulciſcetur, vitæque eorum ſplendor, tanquam lucerna, vento flante, vel oleo deficiente, exſtinguetur; acerbi cruciatus, inſtar dolorum parturientis, eos diffindent; bona eorum omnia, tanquam palea à vento, aut pulvis à turbine diſſipabuntur, & ad alios tranſibunt, nec ad liberos eorum tranſmittentur. Eodèm verò recidunt, *Deficiant filios bona ejus*, juxta Septuaginta Interpretes; &, ſecundùm Theodotionis interpretationem, *Deus recondet filiis ejus injuſtitias ejus.* Quandoquidem enim hominis impii liberi in improbitate patriſſent, meritò, inquit, Deus eum puniet, ac liberis ejus injuſtitias ejus recondet, id eſt, pro injuſtitiis ſupplicium, neque paternam hæreditatem ad eos tranſire patietur; juxta illud, *Reddens peccata patrum in liberos.* Exodi.

Ἀνταποδώσει πρὸς αὐτὸν, καὶ γνώσεται.

Retribuet ad eum, & cognoſcet.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὅμοιον, τὸ, γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν. ὅταν

EJUSDEM. Juxta illud, *Cognoſcitur Dominus judicia faciens.* Cùm Pſal. 9.17. enim

enim impius divinam retributionem expertus fuerit, tunc Deum hominum actiones intueri, & impiis ſupplicium repoſitum eſſe, ſentit & agnoſcit: quia enim in rerum omnium abundantia vitam tranſigens, Deum contumeliâ affecerat, nec peccatores intueri, ſed impunitos illos dimittere arbitrabatur, idcirco delictorum ejus pœnas exigit, ut inflictione plagæ juſtum Dei judicium ſimul & ſuam injuſtitiam ac impietatem agnoſcat.

γὰρ ὁ ἀσεβὴς τῆς θείας ἀνταποδόσεως πειραθῇ, τότε αἰσθάνεται καὶ γινώσκει, ὅτι Θεὸς ἐφορᾷ τὰ πραττόμενα, καὶ ἔστι τις τοῖς ἀσεβέσιν ἀποκειμένη ποινή· ἐπεὶ γὰρ ἐν ἀφθόνοις διάγων ἐξύβριζεν εἰς Θεὸν, καὶ οὐκ ἐφορᾶν αὐτὸν ᾤετο τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλ᾽ ἀτιμωρήτους ἐᾶν, τούτου χάριν τῶν ἁμαρτημάτων αὐτὸν εὐθύνας ἀπαιτεῖ, ὡς ἂν διὰ τῆς πληγῆς ἐπιγνῷ τήν τε τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίαν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀδικίαν καὶ ἀσέβειαν.

Videant oculi ejus necem ſuam, & à Domino non ſalvetur: quia voluntas ejus in domo ejus cum eo, et numeri menſium ejus diviſi ſunt.

Ἴδοισαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τὴν ἑαυτοῦ σφαγὴν, ἀπὸ δὲ Κυρίου μὴ διασωθείη· ὅτι τὸ θέλημα αὐτοῦ ἐν οἴκῳ αὐτοῦ μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἀριθμοὶ μηνῶν αὐτοῦ διῃρέθησαν.

Necem, exitium vocat; vel, juxta Symmachum, *Ruinam.* Quandoquidem, inquit, bonæ voluntati Dei pravam ſuam & perverſam prætulit, auxilio divino deſtitutus, ſui ipſius interitûs ac deſtructionis ſpectator erit: ſed & ante diem interibit, tempus enim vitæ ſuæ *dividetur*, vel, ſecundùm Theodotionem & Aquilam, *dimidiabitur*, & vitâ brevi functus ad patres abibit. Tale eſt illud quod in Pſalmis de
Pſal. 54. 24. impiis dictum eſt, quòd *non dimidiabunt dies ſuos.*

Σφαγὴν λέγει τὴν ἀπώλειαν, ἢ τὴν πτῶσιν, κατὰ Σύμμαχον. αὐτόπτης οὖν, φησὶ, τῆς ἰδίας ἀπωλείας καταστήσεται, οὐδεμίαν ἔχων ἐκ Θεοῦ βοήθειαν, ἐπειδὴ τὸ οἰκεῖον θέλημα τὸ πονηρὸν, ἀλλ᾽ οὐ τὸ τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν προέκρινεν· ἀλλὰ καὶ πρὸ καιροῦ τελευτήσει, φησὶ, διαιρεθήσεται γὰρ ὁ χρόνος αὐτοῦ τῆς ζωῆς, ἢ κατὰ Θεοδοτίωνα καὶ Ἀκύλαν, ἡμισευθήσεται, καὶ ὀλιγοχρόνιος οἰχήσεται. τοιοῦτον καὶ τὸ ἐν ψαλμοῖς ἐκεῖνο περὶ τῶν ἀσεβῶν εἰρημένον, ὅτι οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν.

Nunquid non Dominus eſt qui docet intellectum & ſcientiam?

Πότερον οὐχὶ ὁ Κύριός ἐστιν ὁ διδάσκων σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην;

Symmachus verò, *Nunquid Deum docebit quiſpiam ſcientiam?* Quoniam ſuprà dixerat, quoſdam impios ſtatim puniri, alios verò toto vitæ ſpatio impunitos manere, immo etiam interdum accidere, ut qui peccata nulla admiſerint, ſupplicia pati permittentur; qua ratione, inquit, Deus hæc faciat, noſtrûm non eſt ſcire, niſi Deus ipſe intelligentiam alicui præbere, & harum

Ὁ δὲ Σύμμαχος, μὴ τὸν Θεὸν διδάξει τις ἐπιστήμην; ἐπειδὴ ἀνωτέρω εἶπε, τοὺς μὲν τῶν ἀσεβῶν παραυτὰ κολάζεσθαι, τοὺς δὲ παρ᾽ ὅλον τὸν βίον ἀτιμωρήτους μένειν, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοὺς μηδὲν ἡμαρτηκότας συγχωρεῖσθαι πάσχειν· ὅτῳ τινι λόγῳ, φησὶ, Θεὸς ταῦτα ποιεῖ, οὐχ ἡμέτερον εἰδέναι, εἰ μήγε αὐτὸς ὁ Κύριος θελήσοι συνετίσαι

πίσαι τινὰ, καὶ τὴν περὶ τούτων ἐπιστήμην χαρίσασθαι. ταύτης γὰρ τῆς δοκούσης παρὰ ἀνθρώποις ἀνωμαλίας τίς τοὺς λόγους οἶδε; τίς τοῖς τῆς προνοίας ἐμβατεύει κρίμασι; ἢ πάντως οὐδεὶς, εἰ μὴ ὁ τῶν γνώσεων κύριος, ὁ μὴ δεόμενος τοῦ διδάξαντος, ἀλλὰ καὶ ἄλλους σοφίζων χάριτι.

rerum ſcientiam impertire voluerit? Hujus enim inæqualitatis, quæ in vita hominum apparet, quis eſt qui cauſas & rationes novit? quis in providentiæ decreta penetravit? omnino nullus, præter omnis cognitionis dominum, qui nullo inſtitutore eget, & gratiâ ſuâ alios ſapientes reddit.

Αὐτὸς δὲ σοφοὺς διακρινεῖ.

Μόνος, φησὶ, τὰς τούτων οἶδεν αἰτίας ὁ πάνσοφος Θεὸς, ὁ καὶ τοὺς παρὰ ἀνθρώποις σοφοὺς διακρίνων, καὶ τοὺς μὲν θεοσόφους ἐγκρίνων, τοὺς δὲ τὴν ἀνθρωπίνην μετιόντας σοφίαν ἀποδοκιμάζων.

Ipſe autem ſapientes dijudicat.

Solus, inquit, Deus qui omnia ſapit, harum rerum cauſas novit, qui ſapientes inter homines dijudicat, approbans quidem eos qui divinâ ſapientiâ ſunt præditi, illos verò repudians qui prudentiam humanam ſectantur.

Οὗτος ἀποθανεῖται ἐν κράτει * ἁπλοσύνης αὐτοῦ, ὅλος δὲ εὐπαθῶν καὶ εὐθηνῶν, τὰ δὲ ἔγκατα αὐτοῦ πλήρη στέατος, μυελὸς δὲ αὐτοῦ διαχεῖται· ὁ δὲ τελευτᾷ ὑπὸ πικρίας ψυχῆς, οὐ φαγὼν οὐδὲν ἀγαθόν. ὁμοθυμαδὸν δὲ ἐπὶ γῆς κοιμῶνται, σαπρία δὲ αὐτοὺς ἐκάλυψεν.

* χ. ἀφροσύνης, atque ita in Ms. Theclæ.

Hic morietur in robore imprudentiæ ſuæ, totus autem bene affectus & proſperè agens, & inteſtina ejus plena ſunt adipe, & medulla ejus diffunditur: ille verò moritur ab amaritudine animæ ſuæ, cùm non comederit ullum bonum: ſimul autem ſuper terram dormiunt, & putredo eos operuit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τούτων, φησὶ, τοὺς λόγους τίς οἶδεν, εἰ μὴ Θεός; πῶς ὁ μέν τις ἄφρων καὶ ἀσεβὴς ὢν, ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῆς ἀφροσύνης ἀποθνήσκει, τῷ μυελῷ τῶν ὀστέων ἀρδευόμενος, κατὰ Σύμμαχον, τουτέστι, πλήρης πάσης σαρκικῆς εὐπαθείας καὶ εὐεξίας· τοῦτο γὰρ σημαίνει διὰ τῆς πιότητος τῶν σαρκῶν καὶ μυελῶν· ἕτερος δὲ, ἴσως που καὶ δίκαιος, μὴ γλυκανθεὶς, μηδὲ μετασχὼν μηδενὸς ἀγαθοῦ τῶν ἐν ἀνθρώποις, τελευτᾷ τὸν βίον, καὶ ἀμφότεροι τὸν κοινὸν ὑπομένουσι θάνατον, καὶ τὴν αὐτὴν τοῦ σώματος σῆψίν τε καὶ ἀνάλυσιν. πῶς ταῦτα γέγονε, καὶ διὰ τί; πῶς ὁ μέν τις τελευτᾷ ἐπικρατησάσης αὐτοῦ τῆς ἀφροσύνης, τουτέστι, τῆς ἁμαρτίας,

EJUSDEM. Horum, inquit, cauſas & rationes quis, præter Deum, novit? cur hic quidem, ſtultus & impius, ſtultitiâ prædominante, *oſſium medullâ irrigatus* (juxta Symmachi interpretationem) moriatur, id eſt, in bona corporis habitudine deliciis affluens, & vitam voluptuariam degens (hoc enim per carnium & medullarum pinguedinem innuit) alius verò, fortè juſtus, nullam dulcedinem percipiens, nec ullâ bonorum humanorum participatione fruens, è vita excedat; & uterque mortem communem, eandémque corporis putrefactionem & diſſolutionem ſubeat. Quomodo, & in quem finem hæc fiant, ut hic quidem, *ſtultitiâ* ſuâ prædominante, id eſt, peccato, diem obeat, alter verò

verò ſecus; ſimiliter autem uterque putreſcat? Ex eo igitur quod commune eſt, quod unicuique proprium ac peculiare eſt intelligi non poteſt, quæ enim hic eveniunt, ambobus ſunt communia; ſolius autem Dei eſt, horum differentiam dijudicare.

ὁ δὲ τοὐναντίον, καὶ ὁμοίως ἀμφω σήποντᾳι; οὐχ οἷόν τε οὖν ἐκ τοῦ κοινοῦ τὸ ἴδιον συνιδεῖν, κοινὰ γὰρ ἀμφοῖν τὰ τῇδε συμβαίνοντα· Θεοῦ δὲ μόνον τὸ διακρίνειν τὴν τούτων διαφοράν.

Itaque ſcio vos audacter mihi inſiſtere, [Symmachus verò, *Novi conceptus veſtros, & cogitationes veſtras injuſtas adverſùs me.*] *quia dicetis, Ubi eſt domus Principis? & ubi eſt velamen in tabernaculis impiorum?*

Ὥστε οἶδα ὑμᾶς, ὅτι τόλμῃ ἐπίκεισθέ μοι, [ὁ δὲ Σύμμαχος, οἶδα τὰς ἐνθυμήσεις ὑμῶν, καὶ τὰς ἐννοίας ὑμῶν τὰς ἀδίκους κατ' ἐμοῦ.] ὥστε ἐρεῖτε, ποῦ ἐστιν οἶκος ἄρχοντος; καὶ ποῦ ἐστιν ἡ σκέπη τῶν σκηνωμάτων τῶν ἀσεβῶν;

OLYMP. Cùm hæc, inquit, conſiderem, & Deum ſolum perfectâ rerum omnium cognitione præditum eſſe, animo mecum reputem, pro comperto habeo, vos mihi, tanquam homini impio & peccatori, non ſcientiâ ullâ, ſed audaciâ inſultare, & anticipato divino judicio dicere, Ubinam domus ejus eſt qui priùs beatus erat? ubi genus? ubi facultates? ubi divitiarum copia? ubi ædificiorum ſtructura? Impiis hæc omnia valedixerunt, perierunt, deleta ſunt; nullum veſtigium, nullæ reliquiæ, nullum monumentum uſquam reliquum eſt. Ex his tua expende, & quænam rerum tuarum ſors ſit, contemplare.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ταῦτα ἐννοῶν, φησί, καὶ ὅτι μόνος ὁ Θεὸς τὴν ἀκριβῆ πάντων ἔχει κατάληψιν, οἶδα ὅτι ὑμεῖς, οὐ γνώσει, ἀλλὰ θράσει κατεμβαίνετέ μου, ὡς ἀσεβοῦς καὶ ἁμαρτωλοῦ, καὶ τὴν θείαν προλαμβάνοντες κρίσιν, λέγετε, ποῦ ἐστιν ὁ οἶκος τοῦ πρὶν εὐδαιμονος; ποῦ τὸ γένος; ποῦ τὰ ὑπάρχοντα; ποῦ ὁ πολὺς πλοῦτος; ποῦ ἡ τῶν οἰκοδομημάτων κατασκευή; οἴχεται ταῦτα πάντα τοῖς ἀσεβέσι, διόλωλεν, ἐξηφάνισται· οὐδὲν οὐδαμοῦ περιλέλειπται, οὐκ ἴχνος, οὐ λείψανον, οὐ μνημόσυνον. παρὰ ταῦτα καὶ τὸ σὸν ἐξέταζε, καὶ ὅρα ποίας καὶ τὰ κατὰ σὲ μερίδος ἐστίν.

Interrogate eos qui tranſeunt per viam, & ſigna eorum non alienabitis: quoniam in diem perditionis ſublimatur malignus, in diem iræ ejus abducentur.

Ἐρωτήσατε παραπορευομένους ὁδὸν, καὶ τὰ σημεῖα αὐτῶν οὐκ ἀπαλλοτριώσετε· ὅτι εἰς ἡμέραν ἀπωλείας κουφίζεται ὁ πονηρὸς, εἰς ἡμέραν ὀργῆς αὐτοῦ ἀπαχθήσονται.

LIcèt, inquit, in hac vita inæqualitas quædam videatur, ego tamen virtuti impietatem antecellere non concedo: dico autem, quòd quemadmodum viatoribus iter facientibus nota ſint viæ indicia, & diverſoria quæ itinere abſoluto eos excipiant; ita etiam qui viam vitæ emetiuntur, ubi vitæ exitum habituri ſint, non eſt obſcurum.

ΠΛὴν, φησὶν, εἰ καὶ ἀνωμαλία τις ἐν τῷδε τῷ βίῳ ὁρᾶται, ἀλλ' ἐγὼ οὐ δίδωμι πλέον ἔχειν ἀρετῆς τῇ κακίᾳ· φημὶ δὲ, ὅτι ὥσπερ τοῖς ὁδοιπόροις τοῖς τὴν ὁδὸν παραπορευομένοις δῆλα ἐστὶ τὰ τῆς ὁδοῦ σημεῖα, καὶ τὰ καταγώγια τὰ μετὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἕκαστον ὑποδεξόμενα· οὕτω καὶ οἱ τὴν ὁδὸν τοῦ βίου παροδεύοντες ποῦ τελευτήσουσιν, οὐκ ἀσυμφανές.

ἀσυμφανές. κἂν γὰρ πρὸς καιρὸν ὁ πονηρὸς ἐπαίρηται, καὶ μετεωρίζηται, ἀλλ' ἄξιον πάντως τῆς αὐτοῦ πονηρίας καὶ κατάλληλον εὑρήσει τὸ κατάλυμα· ἡμέρα γάρ τις αὐτὸν ἀπωλείας καὶ θείας ὀργῆς ἀπεκδέχεται. τὸ δὲ, κουφίζεται, συντηρεῖται μὲν ὁ Σύμμαχος, ὑπεξαιρεθήσεται δὲ, ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκε· δηλοῖ δὲ, ὅτι φυλάττεται καὶ ταμιεύεται εἰς ἡμέραν κολάσεως.

Licèt enim improbus ad tempus efferatur, & faſtu turgeſcat, diverſorium nihilominus aptum, & ſua improbitate dignum omnino inveniet; dies enim deſtructionis & divinæ iræ illum expectat. Illud autem, *Sublimatur*, Symmachus, *Conſervatur*, Aquila verò, *Subducetur*, interpretatus eſt: innuit autem, quòd ad diem ſupplicii ſervetur & recondatur.

Τίς ἐπαγγελεῖ ἐπὶ προσώπου αὐτοῦ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἐποίησε; τίς ἀνταποδώσει αὐτῷ; καὶ αὐτὸς εἰς τάφους ἀπηνέχθη, καὶ αὐτὸς ἐπὶ σορῶν ἠγρύπνησεν;

Quis annunciabit in faciem ejus viam ejus, & ipſe fecit? quis retribuet ei? et ipſe in ſepulchra deductus eſt, et ipſe ſuper acervos vigilavit?

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὥσπερ, φησὶν, ἐὰν ἐρωτήσωμεν τοὺς τὰς ὁδοὺς διεγνωκότας, ποῦ μὲν αὕτη ἡ ὁδὸς ἀπάγει, ποῦ δὲ ἐκείνη, καὶ ἀκούσωμεν, φέρε εἰπεῖν, ὅτι ἡ μὲν εἰς ἀνάπαυσιν καταλήγει καὶ χαριέστατα καταγώγια, ἡ δὲ εἰς ὄρη τελευτᾷ, καὶ ἐρημίας, καὶ βάραθρα, οὐκ ἀπαλλοτριούμεθα αὐτῶν τὰ σημεῖα, τουτέστιν, οὐκ ἀποποιούμεθα, οὐδ' ἀποδοκιμάζομεν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα, καὶ σαφῆ, καὶ ὁμολογούμενα, οὕτω ταῦτα δεχόμεθα, καὶ πιστεύομεν ὅτι πάντως καὶ πάντως τοιαῦτα εὑρήσομεν, οἷα καὶ ἠκούσαμεν· οὕτως ἔδει καὶ τοῖς πονηρευομένοις γνωρίζεσθαι τὸ τέλος τῆς αὐτῶν ζωῆς τε καὶ πολιτείας. τίς οὖν τοῦτο ποιήσει; τίς κατὰ πρόσωπον καὶ μετὰ παρρησίας τῷ ἐν πονηρίᾳ ζῶντι καὶ εὐδαιμονοῦντι ἀπαγγελεῖ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ τὸ ταύτης συμπέρασμα; τίς δὲ ἄρα, κἂν ἀτάσθαλόν τι καὶ ὑβριστικὸν εἰς αὐτὸν ἐργάσηται, ἀμείψεται αὐτὸν, καὶ τοῖς ἴσοις ἀμείψεται; τίς δὲ μηδὲν ὑποστειλάμενος, διδάξει αὐτὸν τῆς φύσεως τὴν εὐτέλειαν, καὶ εἰς συναίσθησιν αὐτὸν ἀγάγοι, ὅτι βραχύν τινα δρόμον ἐν βίῳ δραμὼν, εἰς τάφους ἀπενεχθήσεται, καὶ τὰς πολλὰς αὐτοῦ φροντίδας καὶ ἀγρυπνίας ἡ σορὸς ἐκδέξεται, καὶ αἱ τρεῖς πήχεις, καὶ ὀλίγοι λίθοι, καὶ χοῦς βραχεῖα τὸν τοῦ σώματος πηλὸν συγκαλύπτουσα; νοήσεις δὲ καὶ ὧδε· τίς τῷ ἀσεβεῖ εἰς πρόσω-

EJUSDEM. Quemadmodum, inquit, ſi viarum peritos interrogaverimus, quò hæc vel illa via ducat, & audiverimus, verbi gratiâ, quòd hujus quidem terminus ſit requies & gratum diverſorium, illa verò in montes, ſolitudines, ac barathra deſinat, *ſigna eorum non alienamus*, id eſt, non rejicimus neque improbamus, ſed tanquam familiaria, manifeſta, & ab omnibus confeſſa, admittimus ea, ac firmiter credimus, quòd talia prorſus ac omnino inventuri ſimus, qualia audivimus: ita etiam homines improbos de vitæ ipſorum & converſationis exitu certiores reddi oportebat. Quis autem hoc præſtabit? Quis in improbitate viventi, & proſperâ fortunâ utenti, coram & in os cum audacia, viam ejus & terminum ad quem ducit, annunciabit? Quis, licèt protervè ac contumelioſè in aliquo erga illum ſe geſſerit, vindictam de eo capiet, & paria ei reponet? Quis illum naturæ fragilitatem, nihil veritatis ſubtrahens, docebit? Quis in mentem ei revocabit, quòd brevi vitæ curriculo emenſo, ad ſepulchrum efferetur, quódque curas ejus & vigilias innumeras tumulus & tres cubiti, pauci lapides, & pulvis exiguus lutum corporis contegens, excipiet? Sic etiam intelligere potes; Quis impio coràm & in os dixerit, mortem

tem eſſe ejus converſationis exitum? ut ſimul ille compungatur, & de tumulo meditans, præ ſolicitudine vigiles noctes ducat.

Dulces fuerunt ei lapides torrentis, et poſt eum omnis homo abibit, et ante eum innumerabiles.

OLYMPIOD. Quid torrentis nomine hoc loco intelligendū ſit, quid calculi dulces facti ſibi velint, quis ſenſus in his abditus lateat, & quemadmodum vel calculos in intellectûs ſinu tutò reponam, vel torrentem hunc conſiderans, ſine viæ duce & cooperario, aut itineris comite, inoffenſo pede tranſeam, rationem non invenio. Tu verò, ô beate, qui hæc philoſophatus es, ſuſcipito nos, & dux noſter eſto, neque priùs recedas, quàm in viam planam nos deduxeris, in qua rectè ambulare, & à veritate minimè aberrare poſſimus: nunc enim ut ſe res habet, tanquam in trivio deprehenſi, quam ſenſûs & intelligentiæ viam inſiſtere debeamus, ignoramus. Num igitur, ô ſapiens & ſtrenue vir, hoc dicis? quòd homini impio, & qui peccandi licentiâ delectatur, foſſa ipſa torrenti ſimilis, quæ poſt mortem corpus ejus excipiet, & lapides & calculi qui ſuprà injicientur, dulcedinem aliquam, non autem moleſtiam & ſtuporem illi afferant, dum non ſibi ſoli moriendum, ſed infinitos ante ipſum poculum illud hauſiſſe, omnéſque omnino poſt ipſum ex eodem bibituros eſſe, ſecum perpenderit. Vel hoc nequaquam, illud verò dicere vis? quòd licèt improbo tanta frugum ubertas proveniat, ut terra etiam ſterilis, qualis ſalebroſa & petroſa eſſe ſolet, illi frugifera exiſtat; nihiloſecius tamen morti obnoxius ſit, ſicut omnes homines qui fuerunt, & qui futuri ſunt. Vel horum neutrum eſt quod dicis, aliud verò quiddam eſt abſtruſum, quod ſententioſè à te profertur? quòd, ſcilicet, torrentis calculi,

ποιεῖ ποι, θάνατον εἶναι τὸ τέλος τῆς αὐτοῦ πολιτείας; ὥστε κατανυγῆναί τε αὐτὸν, καὶ τὴν σορὸν λογιζόμενον ὑπὸ φροντίδος ἀγρυπνῆσαι.

Ἐγλυκάνθησαν αὐτῷ χάλικες χειμάρρου, καὶ ὀπίσω αὐτοῦ πᾶς ἄνθρωπος ἀπελεύσεται, καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἀναρίθμητοι.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Τί βούλεται ὁ χείμαρρος ἐνταῦθα, τί δὲ οἱ γλυκαινόμενοι χάλικες, τίς ὁ ἐν τούτοις κρυπτόμενος νοῦς, οὐκ ἔχω πῶς ἢ τοὺς χάλικας τῷ κόλπῳ τῆς διανοίας ἀσφαλῶς ἐναποθῶμαι, ἢ τὸν χείμαρρον ἀπερισκέπτως νοῶν διαβήσομαι, δίχα τινὸς ὁδηγοῦ καὶ συγκάμνοντος. αὐτὸς οὖν, ὦ μακάριε, ὁ ταῦτα φιλοσοφῶν, ὑπόλαβε ἡμᾶς, καὶ ξενάγησον, καὶ μὴ πρότερον ἀποστῇς, ἕως ἐπὶ τὴν λείαν ὁδὸν ἀπαγάγῃς, δι' ἧς εὐθυπορήσομεν, καὶ τῆς ἀληθείας οὐκ ἀποσφαλησόμεθα. ὡς νῦν γε καθάπερ ἐν τριόδῳ ἀπειλημμένοι, οὐκ οἴδαμεν ποίαν ὁδὸν ἐννοίας βαδίσομεν. ἆρα γὰρ τοῦτο λέγεις, ὦ σοφὲ καὶ γενναῖε; ὅτι τῷ ἀσεβεῖ καὶ φιλαμαρτήμονι καὶ αὐτὸ τὸ χειμαρρῶδες ὄρυγμα, τὸ μετὰ τελευτὴν τὸ σῶμα αὐτοῦ ὑποδεξόμενον, καὶ οἱ ἐπιβληθησόμενοι ἄνωθεν λίθοι καὶ χάλικες γλυκύ τι δοκοῦσιν, ἀλλ' οὐκ ἀηδὲς οὐδὲ ξενίζον λογιζομένῳ, ὅτι οὐ μόνος αὐτὸς τεθνήξεται, ἀλλ' ἄπειροι μὲν ἤδη πρὸ αὐτοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο ἔπιον, πάντες δὲ πάντως μετ' αὐτὸν πίονται. ἢ τοῦτο μὲν οὐχὶ, οὐκ ἔστι δὲ φῄς; ὅτι κἂν τοσαύτη τις εὐφορία τῷ πονηρῷ γένηται, ὡς καὶ τὴν ἄκαρπον γῆν, ὁποία τις * ἡ χαραδρώδης καὶ λιθώδης, καρποφόρον αὐτῷ γενέσθαι· ὅμως οὐδὲν ἧττον θνητός ἐστιν, ὥσπερ πάντες ἄνθρωποι, ὅσοι τε γεγόνασι, καὶ ὅσοι γενήσονται. ἢ τούτων μὲν οὐδέτερον, ἄλλο δέ τι τυγχάνει παρὰ σοῦ μυστικῶς γνωμολογούμενον; ὅτι οἱ τοῦ χειμάρρου χάλικες, τουτέστιν, ἡ τραχύτης

*ἴσ. χαρα- [illegible]

χύτης καὶ ἀνωμαλία τοῦ προδικοῦ τοῦδε καὶ προσκαίρου βίου, καὶ δίκην χειμάῤῥου παραῤῥέοντος, ἐν ἡδονῇ ἐστι τῷ ἀσεβεῖ, καὶ τοῖς ἡδέσι τοῦ κόσμου θελγόμενος, οὐδὲ ἐπὶ τῷ θανάτῳ ξενίζεται, ὃν οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, πάντες δὲ ὅμως ὑποστησόμεθα.

id eſt, aſperitas & inæqualitas vitæ hujus fluxæ, momentaneæ, & quæ torrentis inſtar præterfluit, impio grata & jucunda ſit; & quòd mundi deliciis delinitus, morte tanquam re peregrinâ, non percellatur, quam quidam antea, alii autem poſtea, omnes verò omnino ſubituri ſumus.

Πῶς δὲ παρακαλεῖτέ με κενά; τὸ δὲ ἐμὲ καταπαύσασθαι ἀφ' ὑμῶν οὐδέν.

Quomodo autem me conſolamini inaniter? et ut ego à vobis requieſcam, nihil eſt.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οὐ χρησίμως, φησὶν, οὐδὲ εὐκαίρως τὴν πρὸς ἐμὲ παράκλησιν ἐποιήσατε· οὐ γὰρ ἐψυχαγωγήσατε, μᾶλλον δὲ τὰ τραύματα ἀνεξάνατε, καὶ οὐδὲν ἰσχυρὸν εἰρήκατε, ὥστε με δυσωπηθέντα σιγῆσαι, καὶ παύσασθαι ἀφ' ὑμῶν· ἀλλ' αἱ ἀντιῤῥήσεις ὑμῶν ἀνεπιστημόνως ἐλήφθησαν, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἠδυνήθητε ἤτοι τὴν ἐμὴν λύπην καταπαῦσαι, ἢ ἐμὲ κατασιγάσαι τῷ ἀναντιῤῥήτῳ τῆς ἀποδείξεως ἐπιστομισθέντα.

EJUSDEM. Neque utiliter, inquit, neque opportunè ſolatium mihi præbuiſtis; non enim tam animum meum oblectâſtis, quàm vulnera refricâſtis, neque validum ullum argumentum à vobis allatum eſt, ut præ verecundia mihi tacendum, & à vobis abſtinendum fuerit: quin potiùs contradictiones veſtræ inſcitiam redolebant, ita ut nec meum dolorem lenire, nec demonſtrationis veſtræ irrefragabilitate obturato ore, ſilentium mihi imponere potueritis.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ ΕΞΚΑΙΔΕΚΑΤΟΥ.

ΟΛΥΜΠ. Ἔσκωπτον μὲν οἱ φίλοι τὸν Ἰὼβ ἐφ' ἁμαρτίαις, τὰς κακώσεις ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι τοῖς πλημμελοῦσιν, ἀποφαινόμενοι· ὁ δὲ τοῖς παρ' αὐτῶν ἀντικαθιστάμενος, προβληματικῶς αὐτοὺς ἠρώτησεν, Εἰ ταῦτα οὕτως, ὡς ὑμεῖς φατε, * πάντη καὶ πάντως γίνεται, τίνι τῷ τρόπῳ πολλοὺς ὁρῶμεν τῶν ἀσεβῶν μέχρι τέλους εὐθηνηθέντας, καὶ τὸν βίον σὺν εὐημερίᾳ καταλύσαντας; πρὸς ταῦτα ὁ Ἐλιφὰζ ἀπορεῖ μὲν ἀνταποκρίνασθαι· εἰς ἑτέρας δὲ τρέπεται ὕβρεις, καὶ ἀπηνέστερον περιυβρίζει τὸν δίκαιον, ἐγκλήματα περιτιθεὶς αὐτῷ, ἃ τοῖς φαυλοτάτοις τῶν ἀνθρώπων μόλις ἐξείρ-

* γρ. πάντη.

PROTHEORIA CAPITIS DECIMISEXTI.

OLYMPIOD. Amici Jobum propter peccata ludibrio habebant, affirmantes, afflictiones delinquentium neceſſarias eſſe comites: ille verò, contra ea quæ in medium attulerant ſe opponens, problematicè eos interrogat; Si hæc, inquit, prorſus & omnino ut vos dicitis, eveniunt, quo pacto pleroſque impiorum ad exitum uſque rerum abundantia affluere, & proſperâ fortunâ utentes, vitam cum morte commutare videmus? Quid ad hæc reſpondeat Eliphazus ambigit; ad alias verò contumelias ſe convertit, & crimina Juſto objiciens quæ vix ab improbiſſimis hominum patrantur, inclementiùs illum con-

viciis proſcindit. Poſtquam autem ſatis ſupérque probris & contumeliis eum oneràſſet, ad adhortationem deſcendit; & ut, Deo placato, priſtinam felicitatem recuperare, & Dei omnipotentem dextram propitiam ſibi experiri poſſit, conſulit ut pœnitentiam agat. Et hæc quidem Jobo incongruè dicuntur; ſuâ tamen utilitate non carent; non enim ſolùm ab improbitate abſtinendum, ſed etiam benè agendum eſſe, docent & inſtituunt, quia non minùs ii qui bona opera non operantur, quàm qui pravitatem ſectantur, divino judicio ſuppliciis plectentur. Quoniam igitur amicorum verba, licèt Juſto inconcinnè prolata, utilia ſunt, divinâ gratiâ diſponente factum eſt, ut illa ſcriptis traderentur: non alium enim in finem literis conſignantur, quæ diſpenſatione ſuâ Spiritus divinus ſcriptis mandari digna exiſtimat, quàm ut qui in ea inciderit, utilitatem ex eorum lectione percipiat: ſi igitur trium amicorum ſermones, qui ad Jobum acceſſerant, minùs utiles fuiſſent, providentia divina eos libro Jobi inſcribi non curàſſet. Licet igitur eorum dogmata diligentiùs intuenti, ex verbis ipſis utilitatem capere; ſimul etiam deprehendere, in hoc uno criminationis omnis anſam verſari, quòd Jobum incuſent, propter peccata quæ admiſerat adverſa eum pati arbitrantes, nec conſiderent multas alias etiam cauſas eſſe cur talia hominibus eveniant. Videamus autem quid Eliphazus Juſto dicat.

γάσαι. ἱκανῶς δὲ αὐτὸν πλείονας ταῖς ὕβρεσιν εἰς παραίνεσιν τρέπεται, καὶ συμβουλεύει πρὸς μετάνοιαν ἐπιστρέφειν, ὡς ἂν τῆς θείας εὐμενείας ἐπιτυχὼν, τήν τε παλαιὰν εὐδαιμονίαν ἀπολάβοι, καὶ ἵλεων τὴν παντοδύναμον τοῦ Θεοῦ κτήσαιτο δεξιάν. πρὸς μὲν οὖν τὸν Ἰὼβ ταῦτα λεγόμενα, ἀναρμόστως ἔχει, χρήσιμα δὲ ἄλλως· οὐ γὰρ κακίας μόνον ἀποστῆναι διδάσκει, ἀλλὰ καὶ ἀγαθοεργεῖν ἐκπαιδεύει, ὡς τῆς θείας δίκης οὐ μόνον τοὺς κακίαν ἐπιτηδεύοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ τὰς ἀγαθὰς ἐκτελοῦντας πράξεις, τιμωρίαις καθυποβαλλούσης. ἐπεὶ τοίνυν χρήσιμά εἰσι τὰ τῶν φίλων ῥήματα, κἂν ἐκμελῶς πρὸς τὸν δίκαιον εἴρηνται, διὰ τοῦτο καὶ ἡ θεία χάρις γραφῇ παραδοθῆναι ταῦτα ᾠκονομήσατο· τὰ γὰρ οἰκονομούμενα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀναγραφῆς ἀξιωθῆναι, διὰ τοῦτο ἀναγράφεται, ὑπὲρ τοῦ τὸν ἐντυγχάνοντα ὠφελεῖσθαι ἐκ τῶν ἀναγινωσκομένων· εἰ μὴ οὖν χρήσιμοι ἦσαν οἱ λόγοι τῶν τριῶν τῶν παραγενομένων πρὸς τὸν Ἰὼβ, οὐκ ἂν ἡ πρόνοια εἰς τὴν βίβλον τοῦ Ἰὼβ ἐποίησεν ἀναγραφῆναι καὶ τοὺς λόγους τῶν τριῶν. ἔστιν οὖν ὠφεληθῆναι ἀπὸ τῶν λόγων αὐτῶν ἐνορῶντα τοῖς δόγμασιν, ὁρᾶν δὲ τὸ ὑπαίτιον περὶ ἓν μόνον ὅτι αἰτιῶνται τὸν Ἰὼβ, οἰόμενοι αὐτὸν πάσχειν διὰ τὰ ἡμαρτημένα αὐτῷ, οὐχ ὁρῶντες ὅτι καὶ ἄλλα πολλὰ αἴτιά ἐστι τοῦ συμβαίνειν ἀνθρώποις τὰ τοιαῦτα. ἀλλ' ἴδωμεν τί φησιν ὁ Ἐλιφὰζ πρὸς τὸν δίκαιον.

CAP. XXII. *RESPONDENS autem Eliphaz Thæmanites, ait, Nónne Dominus eſt qui docet intellectum & ſcientiam?*

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμανίτης, λέγει, πότερον οὐχὶ ὁ Κύριός ἐστιν ὁ διδάσκων συνέσιν καὶ ἐπιστήμην;

Cap. 21. 22. OLYMPIOD. Cùm Jobus hoc ſuprà dixiſſet, Eliphazus verbis ejus conſenſum præbens, dicit, Novi etiam ego Deo tantùm qui ſolus ſapiens eſt, cognitas

ΟΛΥΜΠ. Τοῦτο τοῦ Ἰὼβ εἰρηκότος, συντρέχει τῷ λόγῳ καὶ ὁ Ἐλιφὰζ, καί φησιν, οἶδα κἀγὼ ὅτι τοὺς λόγους δι' οὓς ὁ μέν τις ὢν ἀσεβὴς εὐθύνεται,

εὐθηνεῖται, ὁ δὲ κολάζεται, ὁ μόνος σοφὸς οἶδε Θεός· οἶδα δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι Θεὸς μὲν, ὡς καὶ αὐτὸς ἔφης, τῶν ἀγαθῶν ἐστι δοτὴρ, ἡ δὲ κακία τὰς κολάσεις δίδωσιν.

ΩΡΙΓΕΝ. Ὑγιὲς τὸ δόγμα τοῦτο, ὅτι ἀληθινὸς διδάσκαλος ἀρετῆς οὐ δύναται εἶναι ἄνθρωπος· ὁ διδάσκων γὰρ ἄνθρωπον γνῶσιν, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀναγέγραπται, ὅτι οὐκ ἄλλος ἐστὶν ἢ Θεός. διδάσκει δὲ Θεὸς ἐλλάμπων τῇ ψυχῇ τοῦ μανθάνοντος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὴν διάνοιαν φωτίζων τῷ φωτὶ τῷ ἀληθινῷ, τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ. οὐκοῦν κἂν ἄνδρες δίκαιοι ἡμᾶς διδάσκωσι, διδασκαλικὴν εἰληφότες χάριν, πάλιν ὁ Κύριός ἐστιν ὁ δι' αὐτῶν διδάσκων ἡμᾶς· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ * συνεῖναι, καὶ διανοιχθῆναι τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς τὴν τῶν θείων μαθημάτων παραδοχὴν, κατὰ θείαν γίνεται χάριν.

* ἴσ. συνιέναι.

esse cauſas, cur hic quidem impius proſperâ fortunâ utatur, ille verò ſuppliciis afficiatur: quin & illud etiam novi (quod à te ſimiliter dictũ eſt) Deũ bonorũ eſſe largitorẽ, ab improbitate verò ſupplicia profluere.

ORIGENIS. Sanum eſt hoc dogma, quòd verus virtutis magiſter homo non eſſe poſſit; qui enim *docet hominem ſcientiam*, ut in Pſalmis ſcriptum eſt, non alius eſt præter Deum. Docet autem Deus diſcipuli ſui animam illuſtrando, & vero lumine, verbo ſcilicet ſuo, mentem illuminando. Et quidem licèt homines juſti, docendi gratiam conſequuti, nos erudiant; Deus tamen eſt qui per eos nos inſtituit: immo & illud divinâ gratiâ fit, ut intelligamus, & ad divinarum doctrinarum receptionem corda aperiamus.

Pſal. 93. 10.

Τί γὰρ μέλει τῷ Κυρίῳ, ἐὰν σὺ ἦσθα τοῖς ἔργοις ἄμεμπτος; ἢ ὠφέλεια, ὅτι ἁπλώσῃς τὴν ὁδόν σου;

Quid enim curæ eſt Domino, ſi tu fuiſti operibus ſine crimine? aut utilitas, quòd ſimplicem facies viam tuam?

ΟΛΥΜΠ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, Μὴ χρῄζει ἱκανὸς ἵνα δικαιωθῇς; ἢ κερδανεῖ ἐὰν ἄμωμος ἡ ὁδός σου; ἐπειδὴ, φησὶ, μέγα ἐπὶ σαυτῷ φρονεῖς, ὡς ἄμεμπτος, δεδόσθω εἶναί σε τοιοῦτον· τί οὖν, εἰπέ μοι, περιεποίησας Θεῷ, δίκαιος ὢν, καὶ ἐν ἁπλότητι καὶ ἀκακίᾳ ζῶν; τίς ἐντεῦθεν τῷ Θεῷ ὄνησις; μὴ γάρ τι εἰς τὴν αὐτοῦ ὠφέλειαν συντελεῖ, ἐὰν σὺ ἦσθα δίκαιος; ἐπειδὴ γὰρ ἄνω καὶ κάτω ἔλεγεν, ὅτι ὁ Θεὸς ταῦτα ἐποίησε, καὶ διὰ τοῦτον πάσχω, θέλει δεῖξαι, ὅτι οὐ παρὰ τοῦ Θεοῦ ταῦτα γίνεται, οὔτε γὰρ κερδαίνει ἐντεῦθεν, οὔτε βλάπτεται, οὔτε φοβεῖταί τινα· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἐπαγόμενον.

OLYMP. Symmachus verò, *Numquid opus habet Omnipotens ut juſtificeris? aut lucrabitur ſi immaculata ſit vita tua?* Quandoquidem tanquam inculpatus, multùm tibi tribuis & ſuperbis, Concedatur, inquit, te talem eſſe; dic amabò, quid juſtitiâ tuâ, & vitæ ſimplicitate ac innocentiâ, Deo lucrifeceris? quis fructus inde Deo redundârit? num ejus utilitati aliquid confert, quòd tu juſtus fueris? Cùm enim Jobus ſæpius illud iterâſſet, Deus hæc fecit, & propter eum adverſa patior; oſtendere vult Eliphazus, Deum horum authorem non eſſe, quia lucrum nullum vel damnum inde percipiat, nec quenquam reformidet; quòd manifeſtum eſt ex eo quod ſubjungitur.

Aut rationem tui habens arguet te, & veniet tecum in judicium?

Ἢ λόγον σου ποιούμενος *ἐλέγξεις, καὶ συνεισελεύσεταί σοι εἰς κρίσιν;

*χ. ἐλέγξει σε, & ſic in Ms. Thecl.

ORIGENIS. Ad hoc reſpondere poſſumus, hominem impium à Deo argui, non quòd ſolicitus ſit ne damnum aliquod ei inferat; ſed quia, quem providentiâ ſuâ dignatur, curam ejus gerat, & beneficentiâ ſuâ complectatur.

ὩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πρὸς τοῦτο εἴπωμεν ἄν, ὅτι οὐ φροντίζων ὁ Θεὸς μήποτέ τι αὐτὸς βλαβῇ ἐλέγχει τὸν ἀσεβῆ, ἀλλὰ λόγον ποιούμενος τοῦ προνοουμένου, καὶ εὐεργετῶν αὐτόν.

CHRYS. Tantâ dilectione genus humanum proſequitur, ut etiam inter judicandum jubeat nos, tanquam judicio nobiſcum contendentem, de quibus libitum fuerit,
Eſ.1.18. ipſum alloqui. Dicit enim in Eſaia, *Venite, & arguamur.* Illud autem, *Arguamur*, hujuſmodi eſt; Dic ſiquid habes quod in me reprehendere poſſis, tanquam ea quæ minimè oporteret fecerim; & ego viciſſim, cùm ea quæ dicenda habeo protulero, condemnationis ſententiam pronuncians, condemnatione te dignum eſſe, tibi perſuadebo.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὕτως ἐστὶ φιλάνθρωπος, ὥστε καὶ κρίνων ἡμᾶς ἐπιτρέπει λέγειν πρὸς αὐτόν, ὡς μεθ' ἡμῶν κρινόμενον, περὶ ὧν βουλόμεθα. Φησὶ γοῦν ἐν Ἡσαΐᾳ, Δεῦτε, καὶ διελεγχθῶμεν. Τὸ δὲ, διελεγχθῶμεν, τοιοῦτόν ἐστιν· εἴ τι μὴ ἔχεις ἐξελέγξαι, ὡς μὴ τὰ δέοντα πεποιηκότα, λέγε, κἀγὼ δὲ, εἴ τι ποτε ἔχω ἐρεῖν, πείσω σε καταδικάζων σε ἄξιον εἶναι τοῦ καταδικασθῆναι.

OLYMPIODORI. Alii verò legentes, *Quid enim?* deinde interpungentes, reliqua per affirmationem ſubjungunt, *Curæ eſt Domino ſi tu fuiſti operibus ſine crimine*, id eſt, De hominum inculpata vita ſolicitus eſt Deus; & cùm nullius ſit indigus, ſi nos largiter & copioſè boni participes fiamus, ſuam utilitatem arbitratur: ac propterea magnam tui curam & ſolicitudinem gerens, te redarguit, & quaſi judicio tecum contendens, juſtam ſententiam tulit. Rectius autem eſſe arbitror, ut verſus hi morato loquendi genere, & per interrogationem legantur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἕτεροι δὲ ἀναγνόντες, τί γάρ; εἶτα στίξαντες, τὰ ἑξῆς ἀποφαντικῶς ἐπάγουσι, μέλει τῷ Κυρίῳ εἰ μὴ σὺ ἦσθα τοῖς ἔργοις ἄμεμπτος, τουτέστιν, ἐν φροντίδι τίθεται τὸ ἀμέμπτους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἀπροσδεὴς ὤν, ἰδίαν ὠφέλειαν νομίζει τὸ ἡμᾶς ἐκπληρωμένως καὶ δαψιλῶς *μετιέναι τὸ ἀγαθόν. Διὰ τοῦτο καὶ σοῦ πολλὴν ποιούμενος πρόνοιαν, ἤλεγξέ σε, καὶ ὥσπερ εἰς κρίσιν ἀντικαταστησάμενός σοι, *δικαίως κρίνει. Ἄμεινον δὲ οἶμαι, ἐν ἤθει τοὺς στίχους ἀναγινώσκειν, καὶ κατ' ἐρώτησιν.

*ἴσ. μετεῖναι τὸ ἀγαθόν.
*ἴσ. δικαίως ἔκρινεν.

Nónne malitia tua eſt multa, & innumerabilia ſunt peccata?

Πότερον οὐχ ἡ κακία σου ἐστὶ πολλή, ἀναρίθμητοι δέ σου εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι;

EJUSDEM. Ex calamitatum multitudine peccatorum multitudinem conjicit. Rerum igitur tuarum ſtatum, inquit, conſidera, num minora patiaris quàm inju-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐκ τοῦ πλήθους τῶν συμφορῶν εἰκάζει τῶν ἁμαρτημάτων τὸ πλῆθος. Σκόπει οὖν, φησί, τὰ κατὰ σαυτόν, μὴ ἧττον πάσχεις

ὧν

ὧν ἠδίκησας. οὐκ ἀποφαινομένου δὲ ταῦτα, ἀλλ' ἀμφιβάλλοντος, ὡς ἂν εἴποι τις, μήποτε λαθὼν πολλὰ ἥμαρτες, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως οὕτως ἀπέλαβες.

ſtitiâ tuâ promeruiſti. Hæc autem non affirmantis, ſed dubitantis ſunt verba, ac ſi quiſpiam diceret, Num fortaſſe peccata multa admiſiſti quæ teipſum latent, ac proinde hæc merces tibi rependitur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πάνυ πολλοὺς ὁρῶ ἁμαρτωλούς, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν τηλικούτοις περιπέπτωκεν, οἵοις σύ· εἰκότως οὖν φημί, οὐχ ἁπλῶς γεγονέναι σε ἄδικον, ἐπεὶ πάσχεις τοιαῦτα οἷα οὐδεὶς τῶν κακῶν, ἀλλ' ἐν τοιούτοις γεγενῆσθαι, δηλονότι, τῷ πλείονα κακίαν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἐσχηκέναι· εἰκὸς γὰρ διὰ τὸ ἀναρίθμητον σου τῶν πταισμάτων ταῦτά σοι ἐπεληλυθέναι. οὐ πρότερον δὲ ὀνόματι τὴν ἁμαρτίαν, εἶτα τὴν κακίαν, ἀλλὰ πρῶτον τὴν κακίαν, τὴν φαύλην ἕξιν, εἶτα τὰ ἀπὸ τῆς φαύλης ἕξεως ἁμαρτανόμενα, ἃ καὶ ἀναρίθμητά φησιν εἶναι· τίθησι δὲ αὐτὰ καὶ κατ' εἶδος.

OLYMPIODORI. Multos equidem peccatores video, nemo tamen eorum in tantas calamitates, quantas tu, incidit; meritò igitur affirmo, non leviter injuſtum te eſſe, quandoquidem talia pateris qualia malorum nemo, ſed quia alios malitiâ longè ſuperes, in ejuſmodi te eſſe conjectum: veriſimile enim eſt, hæc tibi propter innumera tua delicta accidiſſe. Non autem peccatum primo loco, deinde improbitatem nominavit, ſed primò improbitatem, pravum habitum, deinde peccata quæ à pravo habitu proficiſcuntur; quæ innumerabilia eſſe dicit, & ſecundùm ſpecies ea proponit.

Ἠνεχύραζες δὲ τοὺς ἀδελφούς σου διακενῆς.

In pignus autem accepiſti fratres tuos in vanum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀναιτίους· τουτέστι, τοὺς μηδὲν ὀφείλοντας, ὡς ὀφείλοντας ἐνεχύραζες τὴν δῆθεν κεχρεωστημένων σοι μάτην ἀπῄτεις, καὶ ταῦτα, πένητας ὄντας. ὑπολαμβάνει δὲ τοῦτο περὶ τοῦ Ἰὼβ ἐντεῦθεν· ᾔδει αὐτὸν πλούσιον, καὶ ὑπώπτευεν ἀπὸ τοιούτων τινῶν πόρων πλουτεῖν αὐτόν· διό φησιν, ἠνεχύραζες διακενῆς, τουτέστι, μηδὲν *ἐποφείλοντας. προσεπιτείνων δὲ πάλιν ἄλλην αὐτοῦ ἁμαρτίαν φησίν.

*γρ. ἐπωφελούμενος. ἴσ. ἐπωφελούμενος.

EJUSDEM. Symmachus verò, *Minimè reos*. Id eſt, Fruſtra ab iis qui nihil debebant, & quidem pauperibus, pignora rerum tibi debitarum, ac ſi debitores fuiſſent, repetebas. Hoc autem de Jobo ex eo ſuſpicatur, quia divitem eum fuiſſe cognoverat, & ejuſmodi aliquibus rationibus locupletem evaſiſſe ſuſpicabatur: idcirco inquit, Pignus *in vanum* accepiſti, id eſt, fructum nullum inde percipiens. Improbitatem autem ejus exaggerans, aliud præterea peccatum ejus addit.

Ἀμφίασιν δὲ γυμνῶν ἀφείλου.

Et amictum nudorum abſtuliſti.

ΚΑὶ πῶς ἐνῆν τὸν γυμνὸν ἐκδύειν; γυμνοὺς οὖν, τοὺς ἄγαν πένητας νοητέον, τοὺς γυμνουμένους, καὶ ἑτέρας ἐσθῆτος μὴ εὐποροῦντας, τουτέστιν, ἐπέτεινας αὐτοῖς τὴν πενίαν, ἀφελόμενος καὶ τὸ ἓν ὃ μόνον εἶχον ἱμάτιον. ἔστι ποτὲ λαβεῖν

QUî autem fieri potuit, ut nudo veſtimentum detraheretur? Nudi igitur, valde egeni intelligendi ſunt, quibus nudatis, nulla alia veſtis ſuppetit; ita ut ſenſus ſit, Ablatâ unicâ veſte quam habebant, inopiam eorum majorem reddidiſti. Fit interdum ut

ut indumentū capiatur, non autem nudi, ſed divitis, qui multa veſtimenta recondita habet: ſi verò quis tunicam unicam tantùm habeat, & hanc ſub prætextu repetitionis quod meum eſt, nullâ nudi illius miſeratione tactus, detraxero, nudi indumentum abſtuli. Talia autem multa inter nos eveniunt. Cùm fœnori pecunias exponimus, & cum debitoribus negotia habemus, ſæpenumero qui nobis debito obſtringitur, in ſumma eſt egeſtate, ita ut ſolvendo omnino non ſit; nos verò nequaquam conſiderantes quòd conjugem & liberos alendos habeat, & paucis obolis qui illi exhibentur, difficulter vitam ſuſtineat, occluſis miſericordiæ viſceribus, cum acerbitate debitum exigimus, idque interdum cùm ipſi rerum omnium abundantiâ circumfluamus. Hæc igitur Jobum vituperans dicit, *Amictum nudorum abſtuliſti*. Fortaſſe etiam & veſtimentum nudo non præbere, ablationem vocat; qui enim nudum non induit, & carentem pane non alit, fraudator eſt, & alieni avidus.

ἀμφιάσματα, οὐ γυμνοῦ, ἀλλὰ πλουσίου, ἔχοντος ἀποκείμενα ἐνδύματα πολλά· ἐὰν μέντοιγε χιτῶνα ἔχῃ τις ἕνα, καὶ τοῦτον τὸν χιτῶνα προφάσει τοῦ ἀπαιτεῖν τὸ ἐμὸν, ἐκδύσω, μὴ ἐλεήσας ἐκεῖνον τὸν γυμνὸν, ἀμφίασιν τοῦ γυμνοῦ ἀφῄρημαι. πολλὰ δὲ τοιαῦτα ἐν ἡμῖν γίνεται. ὅταν δανείζωμεν, ὅταν πρὸς ὀφειλέτας * ἔχωμεν, πολλάκις ὀφειλέτης ἡμῶν εἰς ὑπερβολὴν πένεται, μὴ δυνάμενος ἀποδοῦναι· καὶ ἡμεῖς τὰ σπλάγχνα ἡμῶν ἀποκλείσαντες, καὶ μὴ βλέποντες ὅτι γυναῖκα τρέφει καὶ τέκνα, καὶ μόλις τρέφεται ἀπὸ τῶν πορίζομένων αὐτῷ ὀλίγων ὀβολῶν, ἀπαιτοῦμεν πικρῶς, ἐσθ' ὅτε καὶ περισσὰ ἔχοντες παρ' ἑαυτοῖς. ταῦτα οὖν λέγει ἐγκαλῶν τῷ Ἰὼβ, ὅτι ἀμφίασιν γυμνῶν ἀφεῖλες. ἴσως δὲ καὶ τὸ μὴ δοῦναι τῷ γυμνῷ ἱμάτιον, ἀφαίρεσιν ὀνομάζει· ἀποστερητὴς γάρ ἐστι καὶ πλεονέκτης, καὶ ὁ μὴ ἐνδύων τὸν γυμνὸν, καὶ ὁ μὴ τρέφων τὸν ἄρτου δεόμενον.

* ἴσ. ſuppl. πράγματα.

Neque aquâ ſitientes potâſti.

Οὐδὲ ὕδωρ διψῶντας ἐπότισας.

OLYMPIODORI. Non ſolùm igitur injuriam inferre, ſed beneficium non præſtare, crimini obnoxium eſt. Obſerva autem quouſque beneficentia noſtra extendi debeat, cùm ſitientes non potâſſe, crimine non vacet; ſicut & pro poculo aquæ frigidæ mercede remuneremur. Summam igitur Jobi inhumanitatem condemnat, quia aquam quidem, donum ſine ſumptu, & quod gravius malum eſt, ſitienti non præbuerit. Hæc quidem omnia crimina ſunt, & vituperatione certè digna; de Jobo autem neque vera erant, neque rectè de eo dicebantur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οὐκοῦν οὐ μόνον τὸ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ εὐεργετεῖν ὑπεύθυνον. ἐπισήμηναι δὲ μέχρι πόσου τὰς εὐεργεσίας ἐκτείνειν ὀφείλομεν, ὁπότε ὑπεύθυνον τὸ μὴ ποτίσαι διψῶντας, ὥσπερ οὖν καὶ ποτηρίου ψυχροῦ ὕδατος μισθὸν λαμβάνομεν. πολλὴν μέντοι ἀπανθρωπίαν τοῦ Ἰὼβ καταψηφίζεται, ὡς μηδὲ ὕδωρ, τὴν ἀδάπανον χάριν, παρέχοντος, καὶ τὸ μεῖζον κακὸν, τῷ διψῶντι. ταῦτα δὲ πάντα κατηγορήματά εἰσι, καὶ ἀληθῶς ψεκτά· ἀλλ' οὐκ ἀληθῆ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, οὐδὲ καλῶς περὶ αὐτοῦ ἐλέγετο.

Sed eſurientium ſubtraxiſti panem.

Ἀλλὰ πεινώντων ἐστέρησας ψωμόν.

Quid, inquit, dico quòd egenti non miniſtraveris, cùm exiguum etiam panis

Τί λέγω, φησὶν, ὅτι οὐ παρέσχες τῷ δεομένῳ, ὁπότε καὶ τὴν μικρὰν παραμυθίαν

μυστίαν τοῦ ἄρτου παρὰ τοῦ πεινῶντος ἀφεῖλες; ψωμὸν γὰρ λέγει τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ Ῥοὺθ κεῖται, βάψεις τὸν ψωμόν σου ἐν τῷ ὄξει. λέγει οὖν, ὅτι καὶ τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν ἐστέρησας, ἢ ἐνεχυράζων, ἢ τῶν καμνόντων τὸν μισθὸν οὐ διδούς, ἢ ἄλλο τι ἁμαρτάνων. τοιαῦτα γὰρ ἐν ταῖς πικραῖς ἀπαιτήσεσιν, ἐνίοτε αὐτὸν τὸν ψωμὸν ὃν ἔχει τις ἕνα, κἂν μὴ ἔχῃ ἄρτον ὁλόκληρον, ἀφαιρούμεθα ἀπ' αὐτοῦ, λέγοντες, ἀλλ' ὀφείλεις.

ſolatium ab eſuriente abſtuleris? panis enim fruſtum, buccellam vocat; prout in libro R[illegible]h habetur, *Tinges in aceto buccellam tuam.* Ruth.2.14. Hoc igitur vult, quòd pignus etiam accipiendo, vel operariorum mercédem denegando, aut peccatum aliud admittendo, neceſſario alimento egenum fraudatus ſis. Nam cùm de repetundis pecuniis rationem acerbam inimus, ejuſmodi accidere ſolent; interdum enim, licèt quis pane integro careat, ipſam buccellam quam habet, ab eo auferimus, dicentes, Verùm in ære meo es.

Ἐθαύμασας δὲ τινῶν πρόσωπον.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τουτέστι, καὶ τὰς κρίσεις οὐ δικαίως, οὐδὲ ἀπαθῶς, ἀλλ' ἀνθρωπαρέσκως ἐποίησας· προσωπολήπτης γὰρ γέγονας, καὶ δικάζων, οὓς μὲν ἐξῆρες, οὓς δὲ ἐταπείνους, τοὺς μὲν ταπεινοὺς βιαζόμενος, τοὺς δὲ ἐν δυναστείαις θαυμάζων καὶ τιμῶν. ἄλλο δὲ τοῦτο ἁμάρτημα, ἁμάρτημα γὰρ καὶ τὸ θαυμάζειν πρόσωπον. ὁ δεῖνα ἐπειδὴ πλούσιός ἐστι, θαυμάζω αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, τὸν δὲ πένητα καταπατῶ, ἐπειδήπερ ἀξίωμα οὐκ ἔχει.

Et admiratus es quorundam perſonam.

OLYMPIODORI, & ORIGENIS. Id eſt, Neque juſtè, & ſine affectu, ſed ut hominibus placeres, judicia decreviſti; humiles enim & abjectos per vim opprimens, admirans autem & honore proſequens eos qui in poteſtate conſtituti erant, perſonarum acceptor factus es, & hos quidem in judicio extuliſti, illos verò humiliâſti. Hoc præterea aliud crimen eſt, hominis enim perſonam in admiratione habere, peccato non caret: hujus perſonam, quia dives eſt, veneror & admiror; pauperem verò, quia nulla dignitate præditus eſt, ſub pedibus conculco.

Ὤκισας δὲ * τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς.

* πτωχοὺς, atque ita in Ms. Thecla.

ΑΝτὶ τοῦ, τὴν πενίαν ἐπέτεινας· τοὺς γὰρ πτωχοὺς καὶ χαμαιπετεῖς ἔτι πλέον ἐπὶ γῆς κεῖσθαι παρεσκεύασας. τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, ἀντὶ τοῦ, ᾤκισας, ἐκοίμησας, ἔχει· ἵνα εἴπῃ, καὶ αὐτὴν τῶν πτωχῶν τὴν στρωμνὴν ἀφεῖλες, ὡς ἐπὶ τοῦ ἐδάφους αὐτοὺς ἐξ ἀνάγκης κοιμᾶσθαι, μηδὲν ἔχοντας ὑπεστρωμένον· ὥστε διὰ ταῦτα, φησί, ταῖς πολλαῖς ταύταις περιπέπτωκας συμφοραῖς, καὶ πανταχόθεν οἱ πορθοῦντες περιέστησαν, τὰ ἀδίκως ἁρπαγέντα λαμβάνοντες.

Habitare autem feciſti pauperes ſuper terram.

ID eſt, Paupertatem auxiſti; pauperes enim & humi proſtratos adhuc magis in terra jacere coëgiſti. Quædam autem exemplaria, pro *Habitare feciſti*, habent, *Cubare feciſti*; ac ſi diceret, Ipſum etiam lectum pauperum abſtuliſti, ita ut nihil ipſis ſubſtratum habentes, præ neceſſitate humi cubare cogantur. Idcirco, inquit, propter hæc in innumeras has calamitates incidiſti, & qui bona per rapinas injuſtè acquiſita diripiant & auferant, undique te circumſteterunt.

Et

Et viduas dimiſiſti inanes.

EJUSDEM. Vel, Bonis quæ poſſidebant eas exuiſti; vel potiùs, Accedentibus, & ſtipem petentibus, nihil largitus es, ſed vacuas, & nihil à te accipientes amandâſti. Cum contemptu igitur negligere eos qui inopiâ laborantes aliquid petunt, periculo non caret; viduis enim neceſſaria non impertiri, pro peccato imputatur. Diligenter ergo attendamus, ne, ſi vidua domum noſtram ingreſſa fuerit, vacuam eam dimittamus; unuſquiſque juxta facultates & id quod habet, viduæ ſinum repleat.

Χήρας δὲ ἐξαπέστειλας κενάς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Η, τῶν προσόντων αὐταῖς ἐγύμνωσας· ἢ μᾶλλον, προσελθούσαις, καὶ ἐλεημοσύνην ζητούσαις οὐδὲν δέδωκας, ἀλλὰ ἀπέπεμψας μηδὲν λαβούσας ἀπὸ σοῦ. ἐπικίνδυνον οὖν τὸ παρορᾷν τοὺς κατὰ πενίαν αἰτοῦντάς τι λαβεῖν· ἰδοὺ γὰρ, τὸ μὴ μεταδοῦναι τῆς χρείας, εἰς ἁμαρτίαν λογίζεται. προσέχωμεν, ἐὰν χήρα ἡμῶν εἰσέλθῃ εἰς τὴν οἰκίαν, μήποτε κενὴν αὐτὴν ἐξαποστείλωμεν· κατὰ δύναμιν ἕκαστος πρὸς ὃ ἔχει πληρωσάτω τὸν κόλπον τῆς χήρας.

Et pupillos afflixiſti.

NEque à damno, inquit, pupillis inferendo abſtinuiſti. Extremæ autem improbitatis indicium eſt, orphanos, & eos qui auxilio deſtituti ſunt, affligere. Neminem quidem damno afficere oportet, præcipuè verò orphanis parcendum eſt: pro animabus enim quæ omni ope carent, Deus bellum nos gerere præcepit; pauperes enim, viduæ, & pupilli, majore auxilio reliquis hominibus indigent. Quamobrem per E-
Eſ.1.17. ſaiam Deus loquitur, *Liberate oppreſſum*, quando, ſcilicet, in homines rapaces & violentos incidens, eorum violentiâ, tanquam
Ibid. torrente, abreptus fuerit. *Judicate pupillo*; quandoquidem in judicium vocare injuriam ipſis inferentes, per ætatem quæ contemptibilis eſt, facili negotio non poſſunt, vos ſponte veſtrâ iis qui patronis indigent,
Ibid. ætatis defectum ſupplete. *Et juſtificate viduam*; hæc quippe perſona in multis vitæ negotiis detrimentum patitur; viduitatem enim, injuriam inferre volentibus, facilè adoriri licet; cujus vos, jus debitum ei reddendo, curam omnino ſuſcipite.

Ὀρφανοὺς δὲ ἐκάκωσας.

ΟΥκ ἀπέχου, φησὶν, οὐδὲ τῆς πρὸς τοὺς ὀρφανοὺς βλάβης. τὸ δὲ τοὺς ὀρφανοὺς καὶ ἀβοηθήτους κακοῦν, ἐσχάτης κακίας γνώρισμα. οὐδένα μὲν γὰρ δεῖ κακοῦν, ἐξαιρέτως δὲ χρὴ φείδεσθαι τῶν ὀρφανῶν· περὶ γὰρ τῶν ἀβοηθήτων ψυχῶν πολεμεῖν ὁ Θεὸς ἐνετείλατο, πλέον γὰρ παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, πτωχοὶ, χῆραι, ὀρφανοὶ δέονται βοηθείας· διὸ καὶ διὰ Ἡσαΐου φησὶν ὁ Θεὸς, ῥύσασθε ἀδικούμενον, ὅταν δηλαδὴ ἅρπαξι καὶ βιαίοις περιπεσὼν, ὥσπερ ὑπὸ χειμάῤῥου τῆς βίας αὐτῶν παρασύρηται. κρίνατε ὀρφανῷ· ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὸ εὐκαταφρόνητον τῆς ἡλικίας οὐδὲ ἀγαγεῖν εἰς κρίσιν τοῖς ὀρφανοῖς τοὺς ἀδικοῦντας ῥᾴδιον, ὑμεῖς τοῖς ἐστερημένοις τῶν συνηγόρων παρ' ἑαυτῶν τὸ ἐκ τῆς ἡλικίας ἐνδέον ἀναπληρώσατε. καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον ἐν πολλοῖς κατὰ τὸν βίον ἐλαττοῦται· * εὐεπίβατον γὰρ τοῖς βουλομένοις ἀδικεῖν ἡ χηρεία, ἧς πάντως ἀντιλαμβάνεσθε, τὸ ὀφειλόμενον δίκαιον ἀποδιδόντες αὐτῇ.

*ſr. εὐεπίβατος.

Τοι-

Τοιγαροῦν ἐκύκλωσάν σε παγίδες, καὶ ἐσπούδασέ σε πόλεμος ἐξαίσιος.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ ταράσσει σε φόβος ἐξαίσιος. παγίδας φησὶ τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ, μονονουχὶ λέγων, ἐντεῦθεν περιεκύκλωσάν σε αἱ συμφοραί, ἐντεῦθεν ἡ τῶν ὑπαρχόντων διαρπαγή, ἐντεῦθεν ἡ ἄκρα πενία, καὶ τὸ θορυβεῖσθαί σε καὶ ταράττεσθαι ἐπὶ τῇ ὀξείᾳ μεταβολῇ τῆς εὐημερίας, ἀπὸ τοῦ ἀδικῆσαι ἑτέρους, ἀπὸ τοῦ ἀφιλοικτίρμονά σε εἶναι.

Igitur circumdederunt te laquei, & ſolicitavit te bellum inſigne.

OLYMPIODORI. Symmachus verò, *Et perturbat te pavor ingens.* Adverſa quæ illi acciderunt, *laqueos* vocat, & in hunc ferè modum loquitur; Hinc calamitates te circumſtipârunt, hinc bonorum direptio, hinc paupertas ſumma, hinc proſperitatis repentinâ mutatione perturbaris & percelleris, quòd alios injuriâ læſeris, & immiſericors erga eos extiteris.

Τὸ φῶς σοι σκότος ἀπέβη, κοιμηθέντι δὲ ὕδωρ σε ἐκάλυψεν.

Οἱ δὲ ἄλλοι, καὶ πλῆθος ὑδάτων καλύψαι σε. διὰ τοῦτο, φησὶν, ἐκ φωτὸς εἰς σκότος μετέστη τὰ κατά σε, ἐκ τῆς λαμπρᾶς εὐδαιμονίας εἰς τὴν στυγνὴν καὶ σκυθρωπὴν δυσημερίαν· καὶ κοιμηθέντα, ἤγουν ἀμεριμνοῦντα, καὶ μὴ νήφοντα, ἢ μὴ προσδοκῶντα, οἱ τῶν πειρασμῶν ἐπέκλυσαν καὶ ἐξετάραξαν χείμαρροι. ἢ τὸ, κοιμηθέντα, εἶπε πρὸς ἔμφασιν τοῦ ἀθρόον αὐτῷ πάντα συμβῆναι τὰ πειρατήρια, καὶ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ.

Lumen tibi in tenebras converſum eſt, & dormientem te aqua operuit.

ALii verò, *Et multitudo aquarum operiat te.* Propterea, inquit, rerum tuarum ſtatus ex luce in tenebras, ex ſplendida beatitudine in triſtem & tetricam infelicitatem tranſlatus eſt; *& dormientem,* haud ſolicitum, ſcilicet, improvidum, & non expectantem, tentationum torrentes inundârunt & perturbârunt. Vel *dormientem,* dixit, ut ſubitò & uno die tentamenta omnia illi accidiſſe, majore cum emphaſi oſtenderet.

Μὴ οὐχὶ ὁ τὰ ὑψηλὰ ναίων ἐφορᾷ; τοὺς δὲ ὕβρει φερομένους ἐταπείνωσεν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλὰ νομίζεις ὅτι οὐ βλέπει Θεὸς τὰ γινόμενα; ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, καὶ μὴν πάντα σκοπῶν, τοὺς ἀπὸ τῆς ὑβριστικῆς ἕξεως ἐπηρμένους τὸ φρόνημα καταφέρει καὶ ταπεινοῖ. ἐπεὶ οὖν καὶ σὺ τὰ ὑβριστικὰ ἐκεῖνα ἔπραξας, διὰ τοῦτο ταῦτα πέπονθας καὶ τεταπείνωσαι.

Nónne is qui excelſa habitat aſpicit? eos autem qui contumeliâ afficiuntur humiliavit.

OLYMPIODORI. An Deum exiſtimas minimè videre ea quæ fiunt? qui in altis habitans, & humilia reſpiciens, & univerſa contemplans, eos qui ex habitu contumelioſo ſpiritu ſunt elati, deprimit & humiliat. Cùm igitur tu contumelioſa illa admiſeris, idcirco hæc paſſus, & ad humilem conditionem redactus es. Pſal.112.5.

Et

Et dixiſti, Quid novit fortis? an per caliginem dijudicat? nubes latibulum ejus, & non videbitur, et ambitum cœli perambulat.

Καὶ εἶπας, τί ἔγνω ὁ ἰσχυρός; ἢ κατὰ τοῦ γνόφου κρινεῖ; νεφέλη ἀποκρυφὴ αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὁραθήσεται, καὶ γῦρον οὐρανοῦ διαπορεύεται.

EJUSDEM. Magnam Jobi impietatem & amentiam Eliphazus condemnat. Veriſimile, inquit, eſt quòd tacitè tecum dixeris cùm in occulto peccares, *Quid novit fortis?* num Deus ſcire omnia poteſt, & dijudicare ea quæ in caligine & clanculum
Pſal. 17. 12. geſta ſunt? qui nubem ſibi pro latibulo poſuit, ac proinde prout videri non poteſt, ita nec ipſe videt; præſertim è cœlo deſuper, ac tanto intervallo à nobis ſejunctus. Satius autem eſt in duas partes verſus partiri, & priorem quidem Jobo adſcribere, poſteriorem verò Eliphazo tribuere. Tu quidem inquit, ô Jobe, abſurda & rationi diſſentanea in occulto committens, Deum te celaturum, nec judicaturum ea quæ in tenebris geruntur, tanquam ea neſciret, ſuſpicabaris: ego verò, licèt nube tectus non cernetur, Deum ubique præſentem eſſe affirmaverim. Quòd autem omnia ſinu ſuo complectatur, nihilque eum lateat, hinc manifeſtum eſt; cœli enim circulum obambulat, & ex loco oculis noſtris impervio omnia contemplatur, nec quiſquam eſt qui ab eo occultabitur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Μεγάλην ἀσέβειαν καὶ ἄνοιαν τοῦ Ἰὼβ ὁ Ἐλιφὰζ καταψηφίζεται. Εἰκὸς γάρ, φησίν, ὅτι σὺ ἔλεγες κατὰ σαυτὸν λάθρα ἁμαρτάνων, τί ἔγνω ὁ ἰσχυρός; δύναται πάντα ἐγνωκέναι ὁ Θεός; δύναται δὲ κρίνειν καὶ τὰ ἐν γνόφῳ καὶ λεληθότως πεπραγμένα; ὃς ἔθετο νέφος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο, ὥσπερ οὐχ ὁρᾶται, οὕτως οὐδὲ ὁρᾷ· καὶ ταῦτα, ἄνωθεν ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ τοῦ τοσούτου διαστήματος. ἄμεινον δὲ διελεῖν εἰς δύο τοὺς στίχους, καὶ τὰ μὲν πρῶτα τῷ Ἰὼβ ἀναθεῖναι, τὰ δὲ δεύτερα τῷ Ἐλιφὰζ ἀπονεῖμαι. σὺ μὲν γάρ, φησίν, ὦ Ἰώβ, ὑπωπτεύσας ὅτι λήσεις Θεόν, τὰ ἄτοπα ἐν κρυφῇ ἐργαζόμενος, καὶ ὅτι οὐ κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ ἐν σκότει πεπραγμένα, ἅτε μηδὲ γνοὺς αὐτά· ἐγὼ δὲ ἀποφαινοίμην ἄν, ὅτι πάρεστι πανταχοῦ ὁ Θεός, οὐχ ὁρᾶται δὲ νέφει καλυπτόμενος. ὅτι δὲ πάντα περιέχει, καὶ οὐδὲν αὐτὸν διαφεύγει, δῆλον ἐντεῦθεν· τὸν γὰρ κύκλον τοῦ οὐρανοῦ διαπορεύεται, καὶ ἐξ ἀπόπτου πάντα κατασκέπτεται, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Nunquid ſemitam ſeculi obſervabis, quam calcaverunt viri juſti, qui capti ſunt immaturi? Flumen decurrens fundamentum eorum, qui dicunt, Dominus quid faciet nobis? aut quid inducet nobis omnipotens? ille verò implevit domos eorum bonis.

Μὴ τρίβον αἰώνιον φυλάξεις, ἣν ἐπάτησαν ἄνδρες δίκαιοι οἳ συνελήφθησαν ἄωροι; ποταμὸς ἐπιρρέων οἱ θεμέλιοι αὐτῶν, οἱ λέγοντες, Κύριος τί ποιήσει ἡμῖν; ἢ τί ἐπάξεται ἡμῖν ὁ παντοκράτωρ; ὃς δὲ ἐνέπλησε τοὺς οἴκους αὐτῶν ἀγαθῶν.

SYmmachus verò pro eo, *Capti ſunt immaturi*, reddidit, *Capientur ante tem-*

Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, συνελήφθησαν ἄωροι, ἁλώσονται πρὸ καιροῦ,

χειρὸς, ἐξέδωκε· καὶ Θεοδοτίων μὲν, ἀντὶ τοῦ, ἐπάξεται, ἐργᾶται, ἔλεγε· καὶ ἀντὶ τοῦ, ὃς δὲ, αὐτὸς δέ. Δυσσκελὲς καὶ τοῦτο τὸ χωρίον, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς δυσδιόδευτον. Τίνες γὰρ οἱ τὴν αἰώνιον τρίβον, καὶ ταύτην τινὰ οὖσαν, πατήσαντες δίκαιοι, ὧν ποταμὸς οἱ θεμέλιοι, καὶ ὧν ἡ ἅλωσις ἄωρος, οὐκ ἔχομεν εὐστόχως νοῆσαι καὶ ἀποφήνασθαι. ὡς δ' οὖν εἰκάσαι, οὐκ ἀρετὴν τῷ Ἰὼβ, ἀλλ' ὑπόκρισιν ἀρετῆς μαρτυρεῖ, μονονουχὶ λέγων· μήποτε καὶ σὺ, ὦ Ἰὼβ, οὕτως ἐφύλαξας τὴν ἀρχαίαν ὁδὸν τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ τινὲς μόρφωσιν εὐσεβείας περικείμενοι, καὶ δοκοῦντες πατεῖν τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, οὐ μὴν καὶ ἀληθῶς ταύτην βαδίζοντες· οἳ καὶ διὰ τὴν σκηνὴν ταύτην, καὶ τὴν πεπλασμένην εὐλάβειαν, πρὸ καιροῦ ἐξετμήθησαν, καὶ τοῦ βίου ἐξεθερίσθησαν, καὶ ἡ δοκοῦσα παρ' αὐτοῖς ἀσφαλῶς πεπηγέναι, καὶ οἷον τεθεμελιῶσθαι εὐπραγία, ὡς ὑπὸ ποταμῶν παρεσύρη. Ταῦτα δὲ πεπόνθασι διὰ τὸ μονονουχὶ λέγειν, ὅτι οὐ δύναται αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐπαγαγεῖν τιμωρίας, οὐδὲ ἀγαθοῖς ἀμείψασθαι, κακῶς εἰδότες· παρ' αὐτοῦ γὰρ ἦν * αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ ἐφ' οἷς ἐπήλπιζον, καὶ ἃ βεβαίως ἔχειν ἐπίστευον. Εἰ οὖν καὶ σὺ καὶ ἐκείνους ἐφρόνεις, εἰκότως ταῦτα πέπονθας. Τάχα δὲ τρίβον αἰώνιον τὰς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ ὁ Ἐλιφὰζ ὀνομάζει, καὶ φησι, μὴ δύνασαι ἐπιτηρῆσαι τὴν τρίβον τῆς θείας προνοίας, καὶ τοὺς λόγους καθ' οὓς καὶ δίκαιοι πολλάκις δυσημεροῦσι, καὶ πρὸ τῆς ὥρας ἀπαίρουσιν; εἶτα εἰκαστικῶς ἐπάγει, ὅτι τοῦτο ἴσως πάσχουσι διὰ τὸ μὴ νομίζειν παρὰ Θεοῦ εἶναι αὐτοῖς τὰ ἀγαθά.

*Ἴσ. αὐτῷ.

Βουλὴ δὲ ἀσεβῶν ιϛ πόρρω ἀπ' αὐτοῦ.

ΟΛΥΜΠ. Ἃ οἱ ἀσεβεῖς βουλεύονται μακράν εἰσι τοῦ Θεοῦ· βουλεύονται γὰρ οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πάντα ἐναντία τῷ καλῷ καὶ τῇ ἀληθείᾳ.

pus; & Theodotio quidem pro, *Inducet*, interpretatus eſt, *Operabitur*; & pro, *Qui verò*, *Ipſe verò*. Locus hic prædurus eſt, & noſtri ævi hominibus acceſſu difficilis. Qui enim illi juſti ſint, qui ſemitam æternam, eámque talem exiſtentem, pedibus calcaverint, quorum fundamentum fluvius, & captivitas immatura eſt, aptâ conjecturâ aſſequi, & declarare non valemus. Quantum autem conjicere licet, Jobum non virtute, ſed virtutis ſpecie ac ſimulatione præditum fuiſſe, ſic ferè loquendo, teſtatur Eliphazus; Túne, inquit, ô Jobe, eâ ratione virtutis viam antiquam cuſtodiviſti, quâ nonnulli, qui externâ pietatis ſpecie velati, viam juſtitiæ perſequi videntur, cùm reverà in ea non ambulent; qui propter fictam ſuam ſimulationem & pietatis larvam, vitâ demeſſâ ante tempus ſucciſi ſunt, & proſperitas quaſi fluviorum impetu abrepta eſt, quæ iis ſtabilita & firmis innixa fundamentis videbatur. Hæc autem ideo eis evenerunt, quia ſic ferè, errore decepti, Deum ſupplicia illis incutere, nec bonis remunerari poſſe, loquuti ſunt; ſiquidem in ejus poteſtate erant bona, in quibus fiduciam collocabant, & quorum ſtabilitatem ſibi promittebant. Meritò igitur hæc paſſus es, ſi eandem cum iis opinionem tuebaris. Fortaſſe autem Eliphazus, *ſemitam ſeculi*, divinam diſpenſationem vocat, & in hunc modum loquitur; Num ſemitam divinæ providentiæ, & rationes quibus ſæpenumero etiam juſti vitam infelicem tranſigunt, & immaturè abripiuntur, cuſtodire potes? Deinde per modum conjecturæ ſubjungit, quòd hoc fortaſſe patiantur, quia Deum bonorum ſuorum largitorem eſſe non arbitrentur.

Et conſilium impiorum longè eſt ab eo.

OLYMP. Longè abſunt à Deo conſilia quæ impii capiunt; nihil enim ſanum & ſincerum meditantur, ſed omnia quæ honeſtati & veritati repugnant.

Videntes

Videntes juſti riſerunt, et inculpabilis ſubſannavit: ſi non deleta eſt ſubſtantia eorum, et reliquias eorum comedet ignis.

Ἰδόντες δίκαιοι ἐγέλασαν, ἄμεμπτος δὲ ἐμυκτήρισεν· εἰ μὴ ἠφανίσθη ἡ ὑπόστασις αὐτῶν, καὶ τὸ κατάλειμμα αὐτῶν καταφάγεται πῦρ.

EJUSDEM. Pii animadvertentes pravum impiorum conſilium, ludibrio eos expoſuerunt. Illi quidem fortunas ſuas ſtabiles & fixas arbitrati ſunt, contrarium autem planè iis accidit; deleta enim eſt eorum ſubſtantia, & ipſi funditus perierunt: & ſi quis ex iis ſuperſtes remanſit, ignis pabulum factus eſt.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τὴν βουλήν, φησί, τῶν ἀσεβῶν φαύλην οὖσαν ἰδόντες οἱ εὐσεβεῖς, διεγέλασαν αὐτούς. εἰ μὲν γὰρ ἀσφαλῶς αὐτοῖς ἡδράσθαι τὰ πράγματα νενομίκασι, συνέβη δὲ αὐτοῖς πᾶν τοὐναντίον· ἠφάνισται γὰρ αὐτοῖς ἡ ὑπόστασις, αὐτοὶ δὲ ἄρδην ἀπώλοντο· κἄν τις ὑπελείφθη, καὶ τοῦτο πυρὸς δαπάνη γέγονεν.

Eſto utique durus ſi ſuſtinueris: deinde fructus tuus erit in bonis.

Γενοῦ δὴ σκληρὸς ἐὰν ὑπομείνῃς· εἶτα ὁ καρπός σου ἔσται ἐν ἀγαθοῖς.

OLYMP. Cùm generaliter dixiſſet, impios quia prava conſilia ſectarentur, funditus deleri; ad Jobum converſus, inquit, Si cor tuum induraveris, & contra Deum dura & refractaria conſilia inieris, divinam vindictam intolerabilem eſſe experientiâ diſces: neque *fructus tuus erit in bonis*, id eſt, liberi, qui fortè *reliquiæ* intelligendi ſunt. Si igitur illi, impii ſcilicet, Deo adverſantes ſuſtinuerunt, neque ipſi & eorum reliquiæ, liberi nempe, perierunt; tu ſimiliter periculum facito, & in obduratione tuâ perſiſtito, ſi fortè ſuſtinueris.

ΟΛΥΜΠ. Εἰπὼν δὲ κοινῶς περὶ τῶν ἀσεβῶν, ὅτι κακῶς βουλευόμενοι ἐξολοθρεύονται, φησὶ καὶ πρὸς τὸν Ἰώβ, ὅτι εἰ καὶ σὺ σκληρύνεις τὴν καρδίαν, καὶ ἀντίτυπα βουλεύσῃ πρὸς Θεὸν, τῇ πείρᾳ μαθήσῃ, ὡς ἀνύποιστος ἡ θεία δίκη· καὶ οὐδὲ ὁ καρπός σου ἔσται ἐν ἀγαθοῖς, τουτέστιν, οἱ παῖδες, οἳ τάχα εἰσὶ καὶ τὸ κατάλειμμα. εἰ οὖν ἐκεῖνοι, οἱ ἀσεβεῖς δηλονότι, ἐναντιούμενοι τῷ Θεῷ ὑπέστησαν, καὶ οὐκ ἀπώλοντο αὐτοί τε καὶ τὸ κατάλειμμα αὐτῶν, ἤγουν τὰ τέκνα, πείρασαι καὶ σύ, καὶ ἐπιμένοις τῇ σκληρότητι, ἐὰν ἄρα ὑποστήσῃς.

Excipe autem ex ore illius enunciationem, et aſſume verba ejus in corde tuo.

Ἔκλαβε δὲ ἐκ στόματος αὐτοῦ ἐξηγορείαν, καὶ ἀνάλαβε τὰ ῥήματα αὐτοῦ ἐν καρδίᾳ σου.

EJUSDEM. Vel hoc dicit; Mores & ingenium muta, & divina mandata ſuſcipe: vel, Confitere peccata tua, & in poſterum divinos ſermones cuſtodi. Gemini hujus ſensûs occaſio hinc mihi oblata eſt: Quid *Enunciatio* eſſet, mecum ipſe quærebam; & ejus loco apud Symmachum, *Confeſſionem*, inveni; apud Aquilam verò,

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἢ τοῦτο λέγει, ὅτι μετάβαλλε τὸν τρόπον, καὶ ἀνάλαβε τοὺς θείους νόμους· ἢ ὅτι ἐξαγόρευσον τὰ ἡμαρτημένα σοι, καὶ τὸ λοιπὸν τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ φύλαττε. τῆς διπλῆς δὲ ταύτης ἐννοίας ἐντεῦθεν ἔσχον τὰς ἀφορμάς. τὴν ἐξηγορείαν ἐζήτουν κατ' ἐμαυτὸν τί σημαίνει· καὶ εὗρον παρὰ τῷ Συμμάχῳ ἀντὶ αὐτῆς, ἐξομολόγησιν,

γησιν, παρὰ δὲ τῷ Ἀκύλᾳ, νόμον. φησὶν οὖν κατὰ μὲν τὸν ἕνα, ἐξομολόγησαι περὶ τῶν ἁμαρτημάτων σου, τὸν δὲ τρόπον τῆς ἐξαγορείας παρὰ τοῦ Θεοῦ διδάχθητι· κατὰ δὲ τὸν ἕτερον, δέξαι παρὰ Θεοῦ νόμον, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐγκαρδίους ποίησαι.

Legem. Dicit igitur juxta unius mentem, confitere peccata tua, modum autem confeſſionis à Deo diſcito; & ſecundùm alterius interpretationem, Legem à Deo accipe, & ſermones ejus in corde reconde.

Ἐὰν δὲ ἐπιστραφῇς, καὶ ταπεινώσῃς σεαυτὸν ἔναντι Κυρίου, πόῤῥω ἐποίησας ἀπὸ διαίτης σου ἄδικον.

Si autem converſus fueris, & humiliaveris teipſum coram Domino, procul feciſti iniquitatem à tabernaculo tuo.

Σκληρυνόμενος ὤν, φησὶν, εἰκότως πάσχεις τὰ τῶν ἀσεβῶν· ἐὰν δὲ μεταβάλλῃς, καὶ ταπεινώσῃς σεαυτὸν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, οὐδέν σοι ἀπαντήσεται ἄτοπον.

Meritò, inquit, obduratus, ea quæ ſunt impiorum pateris: ſi verò converſus fueris, & teipſum ſub potenti Dei manu humiliaveris, nihil alienum tibi eveniet.

Θήσῃ ἐπὶ χώματι ἐν πέτρᾳ, καὶ ὡς πέτρα χειμάῤῥου Σωφίρ.

Poneris ſuper aggerem in petra, & tanquam petra torrentis Sophir.

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, καὶ ἐν τῷ ἀκροτόμῳ ὡς ὀχετοὺς χρυσίου πρωτείου. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἐὰν μετανοήσῃς, καὶ πόῤῥω ποιήσῃς ἀπὸ τῆς διαγωγῆς σου πᾶσαν ἀδικίαν, τεθήσῃ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν πέτρᾳ· τουτέστιν, οὐ μετακινηθήσῃ ἀπὸ τῆς εὐδαιμονίας, ἀλλ' ἐν ἀσφαλείᾳ καὶ βεβαίως τὴν γῆν οἰκήσεις, καὶ ἐκ Σωφείρ, ἔνθα γίνεται χρυσὸς κάλλιστος καὶ λίθοι τίμιοι, κατὰ χειμάῤῥου ῥέων χρυσὸς ἐπελεύσεταί σοι. Φασὶ δέ τινες τῶν ἑρμηνευτῶν, τὴν Σωφείρ, ἑρμηνευομένην κάλλιστον, τὴν Ἀφρικὴν εἶναι· κέχρηται δὲ ἡ γραφὴ τῇ λέξει ταύτῃ, ὅταν περὶ πλούτου διαλέγηται.

OLYMPIOD. Pro quo Symmachus, *Et in ſilice quaſi rivos auri primi.* Hoc autem eſt quod dicere vult; ſi pœnitentiam egeris, & injuſtitiam omnem procul à converſatione tuâ amandaveris, ſupra terram in petra collocaberis, id eſt, De felicitate non deturbaberis, ſed ſecurè & firmiter terram incoles, & ex Sophir (ubi aurum præſtantiſſimum & lapides pretioſi gignuntur) torrentis inſtar, aurum exinopinatò tibi ſuperveniet. Dicunt autem interpretum nonnulli, Sophir (quod ſi interpretaris, *optimum*, ſignificat) Africam eſſe: utitur autem Scriptura hac voce cùm de divitiis ſermo eſt.

Ἔσται οὖν σου ὁ παντοκράτωρ βοηθὸς ἀπὸ ἐχθρῶν, καθαρὸν δὲ ἀποδώσει σε ὥσπερ ἀργύριον πεπυρωμένον. εἶτα παῤῥησιασθήσῃ ἐναντίον Κυρίου, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἱλαρῶς· εὐξαμένου δέ σου πρὸς αὐτὸν, εἰσακούσεταί

Erit igitur tuus omnipotens adjutor ab inimicis, & purum reddet te tanquam argentum examinatum igni. Deindè fiducialiter agès coram Domino, inſpiciens cœlum hilariter: et cùm deprecatus fueris ad eum,

exaudiet te, & dabit tibi reddere vota, et reſtituet tibi tabernaculum juſtitiæ, & ſuper vias tuas erit lumen.

ORIGENIS. Eliphazus hoc loco ſanum dogma profert; Jobum enim propter peccata pati adverſa arbitratur, & quòd ipſâ malorum toleratione ſuſtinendo purgetur, & purgatus, abjecto omni alieno, & liber ab ulla improbitatis miſtura, tanquam aurum in fornace coctum, probatus appareat. Si igitur, inquit, ea quæ tibi acciderunt ſuſtinueris, Deus, tanquam argentum igne purgatum, purum te reddet; & purus factus, tanquam is qui peccata abjecit, fiduciam concipies, & conſcientiâ à condemnatione liberâ preces fundens, hilarem vultum in cœlum attolles: & ſi voto aliquo & promiſſo Deo te obſtrinxeris, ille ut promiſſa tua ad exitum perducas, vires tibi ſuppeditabit; ille enim eſt, *qui operatur in nobis & ut velimus, & ut efficiamus, pro gratuita ſua benevolentia.* (Phil. 2, 13.) Pro illo autem, *Dabit tibi reddere vota*, Theodotio interpretatus eſt, *Definies verbum, & firmum erit tibi*, id eſt, Quicquid conſtitueris & animo formaveris, non intercidet tibi & evaneſcet, ſed firmum & ratum fiet; & ut verbo dicam, dabit tibi converſationem in omnibus homine juſtò dignam, & viæ tuæ omnes, divino lumine iter monſtrante, proſperabuntur; vel etiam actiones tuæ ſplendidæ & honorificæ erunt.

σου, δώσει δέ σοι ἀποδοῦναι τὰς εὐχάς, ἀποκαταστήσει δέ σοι δίαιταν δικαιοσύνης, ἐπὶ δὲ ὁδοῖς σου ἔσται φέγγος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὑγιὲς ἐνταῦθα δόγμα ὁ Ἐλιφὰζ λέγει· οἴεται γὰρ τὸν Ἰὼβ διὰ τὰ ἁμαρτήματα πάσχειν, καὶ ὅτι ὑπομένων καθαίρεται δι' αὐτοῦ τοῦ πάσχειν, καὶ καθαιρόμενος, ὥσπερ χρυσὸς ἐν χωνευτηρίῳ, δόκιμος ἀποδείκνυται, πᾶν τὸ ἀλλότριον ἀποθέμενος, καὶ πάσης κακίας ἀμιγὴς γεγονώς. Φησὶν οὖν, ὅτι ἐὰν καὶ σὺ ὑπομείνῃς τὰ συμβεβηκότα σοι, ἀποδώσει σε καθαρὸν ὥσπερ ἄργυρον πεπυρωμένον ὁ Θεός· καὶ καθαρὸς γενόμενος, παῤῥησίαν ἕξεις, ὡς ἀποθέμενος τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ἱλαρῶς τὸ πρόσωπον ἐπάρεις εἰς τὸν οὐρανόν, ἀκαταγνώστῳ συνειδότι τὰς ἱκετείας ποιούμενος· κἄν τι εὔξῃ καὶ ὑπόσχῃ τῷ Θεῷ, αὐτὸς ἐνισχύσει σε πρὸς πέρας ἀγαγεῖν τὰς πρὸς αὐτὸν ὑποσχέσεις· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. ἀντὶ μέντοι τοῦ, δώσει δέ σοι ἀποδοῦναι τὰς εὐχάς, ὁ Θεοδοτίων, καὶ ὁριεῖς ῥῆμα, καὶ στήσεταί σοι, ἐξέδωκε, τουτέστιν, ἅπερ ἂν συντάξῃς καὶ τυπώσῃς, οὐ διαπεσεῖταί σοι, ἀλλὰ βεβαιωθήσεται καὶ κυρωθήσεται· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπασάν σοι τὴν ἁρμόζουσαν δικαίῳ πρᾶξιν διαγωγὴν, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοί σου κατευοδωθήσονται ὑπὸ τοῦ θείου ποδηγούμεναι φωτός· ἢ καὶ αἱ πράξεις σου λαμπραὶ καὶ ἐπίδοξοι γενήσονται.

Quoniam humiliâſti teipſum, et dices, elatus eſt in ſuperbiam.

LIcèt Jobum alloquatur, de alio videtur verba facere: Propterea, inquit, pœnitentiam agenti hæc evenient, quia ſeipſum humiliavit, & quandoquidem faſtu & arrogantiâ elatus erat, meritò ſe ſuſtinuiſſe dixit ea quæ paſſus eſt.

Ὅτι * ἐταπείνωσας σεαυτόν, καὶ ἐρεῖς, ὑπερηφανεύσατο. (* χ ἐταπείνωσεν ἑαυτόν.)

ΩΣ μὲν περὶ ἑτέρου δοκεῖ λέγειν, πρὸς δὲ τὸν Ἰὼβ ὁ λόγος· διὰ τοῦτο, φησὶν, ἔσται ταῦτα τῷ μετανοοῦντι, ὅτι ἐταπείνωσεν ἑαυτόν, καὶ εἶπεν, ὅτι ἐνδίκως αὐτὸς ὑπέστη ἃ πέπονθεν, ἐπειδὴ ὑπερηφανεύσατο.

Καὶ.

Καὶ κύφοντα ὀφθαλμοῖς σώσει, ῥύσεται ἀθῷον.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀπὸ τῶν πειρασμῶν, δηλονότι, καὶ τῶν θλίψεων, τὸν ταπεινόφρονα, τὸν κάτω βλέποντα διὰ τὸ δυσσυνείδητον, καὶ ἀπαῤῥησίαστον, καθάπερ ὁ ἐν Εὐαγγελίοις δικαιωθεὶς τελώνης.

Et demiſſum oculis ſalvabit, eruet innocentem.

EJUSDEM. E tentationibus, ſcilicet, & afflictionibus humiliter de ſe ſentientem, & propter animum mali ſibi conſcium ac fiduciæ expertem, quemadmodum Publicanus in Evangeliis juſtificatus, humi oculos figentem.

Καὶ διασώθητι ἐν καθαραῖς χερσί σου. [ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, καὶ διαφεύξεται καθαρότητι χειρῶν ἕκαστος.

Et ſalvaberis munditiâ manuum tuarum. [pro quo Symmachus, *Et evadet unuſquiſque munditiâ manuum.*]

ΤΟύτων, φησὶν, οὕτως ἐχόντων, καὶ ἑκάστου ἐκ τῶν οἰκείων καθαρῶν δικαιουμένου πράξεων, τί μέλλεις, καὶ τοῖς φαύλοις ἔργοις ἐναπομένεις; ἀλλ' οὐ καθαρὰς πλημμελημάτων τὰς χεῖρας τηρῶν, ἐκ τῶν ἐνεστηκότων δεινῶν σεαυτὸν περισώζεις; ὁ μὲν οὖν Ἐλιφὰζ ἐνταῦθα τὸν λόγον κατέπαυσεν· ἡ δὲ παραίνεσις πρὸς μὲν τὸν δίκαιον, τὸν ἀεὶ πρὸς Θεὸν νενευκότα, ἀκατάλληλός ἐστι· πρὸς ἡμᾶς δὲ ἐὰν λέγηται, δικαίως λεχθήσεται, μετανοεῖν ὀφείλοντας, καὶ Θεῷ ταπεινοῦσθαι ἐντεταγμένους.

CUm hæc itaq; ſic ſe habeant, & unuſquiſque ex puris ſuis actionibus juſtificetur, quid cunctaris, & in pravis operibus perſeveras? nec puras manus à peccatorum labe ſervans, à malis præſentibus teipſum incolumem præſtas? Hìc quidem Eliphazus finem dicendi fecit: ejus autem adhortatio Juſto, qui obtutum ſemper in Deum figebat, minimè quadrat; nobis verò ſi diceretur, meritò accommodari poſſet, qui pœnitentiam agere debemus, & coram Deo humiliari inſtituti ſumus.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Ἑπτακαιδεκάτου.

ΟΛΥΜΠ. Ὁ μὲν Ἐλιφὰζ ἀνηκέστοις ὕβρεσι περιέβαλε τὸν δίκαιον, τὰς τῶν ἐκτόπως ἠσεβηκότων πράξεις αὐτῷ προσθείς· ὁ δὲ δίκαιος, οἶδα, φησὶν, ὡς οὐκ ἐκ τῶν ὑμετέρων λόγων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐμῶν ἔργων κριθήσεται τὰ κατ' ἐμέ· εἰ γὰρ καὶ τιμωρεῖται Θεὸς, ἡδέως ἐπ' αὐτοῦ τὰ ἐμὰ παραθήσομαι δίκαια, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ περιμενῶ ἀπόφασιν, σφόδρα πεποιθὼς αὐτοῦ τῇ ἀληθείᾳ. εἶτα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀόρατον εἰρηκὼς καὶ ἀκατάληπτον, πάλιν ἀπορεῖ πρὸς τοὺς φίλους, ἐπειδήπερ ἐπ' ἀσεβείᾳ με

PROTHEORIA CAPITIS Decimiſeptimi.

OLYMP. Eliphazus quidem actiones hominum ſupra modum impiorum Juſto affingens, graviſſimis contumeliis eum affecerat: Juſtus autem reſpondens, inquit, Novi quòd non ex veſtris ſermonibus, ſed ex actionibus meis judicandus ſim: licèt enim Deus ſupplicio puniat, ejus tamen veritate multùm fretus, cauſæ meæ æquitatem libenter coram eo proponam, & ſententiam ejus expectabo. Deinde Deum inviſibilem & incomprehenſibilem eſſe affirmans, rurſus hæſitabundus amicos alloquitur; Quandoquidem me

impietatis crimine arceſſitis, & calamitates meas delictorum argumentum ſtatuitis; reſpondete mihi, cur impios multa & gravia patrantes Deus adeo patienter ferat, quaſi ea quæ ab iis fiunt, haud animadverteret? Poſtea hujuſmodi hominibus imprecatus, pœnas illos daturos affirmat, licèt divinâ patientiâ diu perduràſſent; & dictorum ſuorum veritate confiſus, Si hæc, inquit, vera non ſint, cuivis integrum ſit ea redarguere. Atque hic quidem ſenſus eſt verborum Jobi; ipſa autem deinceps ſigillatim videamus.

κρίνετε, καὶ δεῖγμα ποιεῖσθε τῶν ἡμαρτημένων τὰς ἐμὰς συμφοράς, ἀποκρίνασθέ μοι, διατί πολλὰ καὶ ἀνήκεστα πραττόντων τῶν ἀσεβῶν οὕτως ὁ Θεὸς ἀνέξικακος, ὡς μηδὲ ἐπισκοπῶν τὰ πραττόμενα; Εἶτα ἐπαρασάμενος τοὺς τοιούτους, φησὶν, ὅτι δώσουσί ποτε καὶ αὐτοὶ δίκην, εἰ καὶ ἐπιπολὺ διήρκεσαν διὰ τὴν ἀνοχὴν τοῦ Θεοῦ· θαῤῥῶν δὲ τῇ τῶν οἰκείων λόγων ἀληθείᾳ, Εἰ μὴ ταῦτα, φησὶν, ἀληθῆ, ὁ βουλόμενος ἐλεγχέτω. Τοιοῦτος μὲν ὁ νοῦς τῶν τοῦ Ἰὼβ ῥημάτων· αὐτὰ δὲ λοιπὸν ἕκαστα ἴδωμεν.

CAP. 23. *RESPONDENS autem Job, ait, Et quidem ſcio, quia de manu mea eſt increpatio: & manus ejus gravis facta eſt ſuper gemitum meum.*

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἰὼβ, λέγει, καὶ δὴ οἶδα ὅτι ἐκ χειρός μου ἡ ἔλεγξίς ἐστι, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ βαρεῖα γέγονεν ἐπ' ἐμῷ στεναγμῷ.

OLYMPIODORI. Novi, inquit, quòd vobis viſum ſit ex iis quæ in manibus ſunt, id eſt, ex plaga, & non ex factis meis, criminationes afferre: Deus enim graviter me inſectatus eſt, ita ut gemitus ediderim. Quidam verò ſic verſus hos acceperunt, & hanc illorum mentem eſſe voluerunt; Veſtras, inquit, accuſationes flocci facio, non enim ex iis de quibus me falſò criminamini, ſed ex iis quæ à me geſta ſunt, judicabor; Deus quidem gravem in modum de me ſupplicium ſumpſit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οἶδα, φησὶν, ὅτι ἐκ τῶν ἐν χερσὶ, τουτέστιν, ἐκ τῆς πληγῆς, καὶ οὐκ ἀφ' ὧν ἔπραξα, δοκεῖτε τοὺς ἐλέγχους ἐπάγειν· καὶ γὰρ βαρέως ἐπέθετό μοι ὁ Θεὸς, ὥστε με στενάζειν. Τινὲς δὲ οὕτως ἐξεδέξαντο τοὺς στίχους· οὐδένα, φησὶ, τῶν κατηγοριῶν ὑμῶν ποιοῦμαι λόγον, οὐ γὰρ ἐξ ὧν ὑμεῖς ψευδηγορεῖτε, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐγὼ ἔπραξα κριθήσομαι· βαρέως μέντοι ὁ Θεὸς ἐτιμωρήσατό με.

Quis igitur noverit quòd inveniam eum, & veniam in finem? [Symmachus verò, *Vſque ad ſolium ejus.*] *Et dicam meum ipſius judicium,* [pro quo rurſus Symmachus, *Apponam ante eum judicium.*] *Os autem meum replere increpationibus, & cognoſcam ſanationes quas loquetur mihi;* [Symmachus autem, *Verba.*] *et ſentiam quæ annunciabit mi-*

Τίς δ' ἄρα γνοίη, ὅτι εὕροιμι αὐτὸν, καὶ ἔλθοιμι εἰς τέλος; [ὁ δὲ Σύμμαχος, ἕως τῆς ἕδρας αὐτοῦ.] εἴποιμι δὲ ἐμαυτοῦ κρίμα, [ἀνθ' οὗ πάλιν ὁ Σύμμαχος, παραθήσω ἔμπροσθεν αὐτοῦ κρίσιν.] τὸ δὲ στόμα μου ἐμπλῆσαι ἐλέγχων, γνοίην δὲ ἰάματα ἅ μοι ἐρεῖ· [ὁ δὲ Σύμμαχος, ῥήματα.] αἰσθοίμην δὲ τίνα μοι ἀπαγγελεῖ, καὶ

καὶ ἐν πολλῇ ἰσχύϊ ἐπελεύσεταί μοι. [ὁ Σύμμαχος, διαδικάζεταί μοι.] εἶτα ἐν ἀπειλῇ μοι οὐ χρήσεται. [ὁ Σύμμαχος, μόνον αὐτὸς μὴ ἐπιτιθέσθω μοι.] ἀλήθεια γὰρ καὶ ἔλεγχος παρ' αὐτοῦ· ἐξαγάγοι δὲ εἰς τέλος τὸ κρίμα μου.

hi, et in multa virtute ſuperveniet mihi. [Symmachus, *Dijudicatur mecum.*] *Deinde in minis me non utetur.* [Symmachus, *Tantùm ipſe me non inſectetur.*] *Veritas enim et increpatio eſt ab eo; educat autem in finem judicium meum.*

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τὸ μὲν ἐκ τοῦ λόγου συνηγμένον τοῦτό ἐστι· τίς ἄρα μοι δώῃ τὸν Θεὸν ἀκούοντά μου, καὶ ἀποκρινόμενόν μοι; ἐδικαίωσε γὰρ ἄν με. Τὰ δὲ κατὰ μέρος· Εἴθε ἦν, φησίν, εὑρεῖν τὸν Θεόν· Εἴθε ἦν ἄχρι τοῦ θείου θρόνου ἐλθεῖν, καὶ παραστῆναι, καὶ ἐντυχεῖν αὐτῷ, καὶ δικάσασθαι, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀπόφασιν δέξασθαι· Εἴθε παρὰ τὸ θεῖον ἐκεῖνο βῆμα γενόμενος, ἀπολοφυράμην πάντα τὰ κατ' ἐμὲ ἃ πέπονθα, εἴποιμι δὲ καὶ τὰ ἐμοὶ βεβιωμένα· ἵνα ἐπ' αὐτοῦ λέγων, ἅ τε ἔπραξα, καὶ ἃ πέπονθα, τῇ πείρᾳ μάθω ποίαν ἐκφέρει τὴν κρίσιν, καὶ τί πρὸς ταῦτα λέγει ἴαμα τῆς ἐμῆς ἀπορίας· καὶ πότερον ἰσχυρῶς ἐπεξέρχεταί με σφοδρότερον τιμωρούμενος, ἢ ἀνίησι τῆς ἀπειλῆς. Εἰ γὰρ καὶ πολλῇ ἰσχύϊ χρήσεταί μοι, καὶ ἀπειλῇ, ἀλλ' ὅμως οἶδα ὅτι ἀλήθεια παρ' αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἀπροσωπολήπτως τοὺς ἐλέγχους, τουτέστι, τὰς κρίσεις ἐξάγει· καὶ πέπεισμαι, εἴγε τούτῳ ἐνέτυχον, ὡς τὴν νικῶσαν ἂν καθ' ὑμῶν ἔλαβον ψῆφον· τὸ γὰρ, Εἰς τέλος, ἀντὶ τοῦ, τετελειωμένην, λέγει· παρ' Ἑβραίοις γὰρ, τὸ τέλος, καὶ ἡ νίκη, διὰ μιᾶς σημαίνεται λέξεως· διὸ ἔν τισι τῶν ψαλμῶν, ἀντὶ τοῦ, Εἰς τέλος, τῷ νικοποιῷ, ἐπιγράφεται. ἤθελον οὖν, φησί, μαθεῖν, τί μοι ἔμελλεν ἐρεῖν ὁ Θεός, καὶ εἰ ἔμελλέ με ὁμοίως κολάζειν. Ταῦτα δὲ λέγει, οὐχ ὡς καταγινώσκων τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν, ἀλλ' ὡς φίλους ἐλέγχων, οὐχ ὑγιῆ τὴν περὶ αὐτοῦ ὑπόληψιν ἔχοντας. ὁρᾷς πῶς ἐπέτυχεν οὗπερ ηὔχετο, τοῦτο γὰρ ἔχατοι

CHRYSOSTOMI. Sermonis hujus ſumma hæc eſt; Quis mihi largietur, ut Deus aurem præbeat, mihiq; reſpondeat? ita enim me juſtificaret. Verba autem ſingula ſic ſe habent; Utinam, inquit, Deum invenire liceret! utinam uſque ad thronum divinum pervenire, adſtare, cum Deo congredi, judicio contendere, & ſententiam inde accipere, daretur! utinam, juxta divinum illud tribunal collocatus, omnia quæ paſſus ſum deflere, & ſingula quæ à me geſta ſunt, dicere poſſem! ut coram eo quæ geſſi ſimul & quæ paſſus ſum enarrans, quale judicium laturus, & quid ad hæc, quod anxietati meæ mederi queat, dicturus ſit; utrum etiam gravioribus ſuppliciis puniendo fortiter me adoriri, an minas remittere velit, experientiâ ipsâ addiſcam. Licèt enim multo robore ac minis contra me utatur, certus ſum nihilominus eum veritatis authorem eſſe, & quòd redargutiones, id eſt, judicia, ſine perſonarum acceptione proferat & exerceat: mihique perſuadeo, ſi in illum inciderem, & cum eo colloqui liceret, quòd ſententiam victoriæ plenam & abſolutam de vobis reportarem; illud enim, *In finem*, pro, *perfecta*, dixit; apud Hebræos enim, *Finis*, & *Victoria*, unâ voce ſignificantur; quare in nonnullis Pſalmis, pro, *In finem*, inſcriptio eſt, *Vincenti*. Scire igitur, inquit, cuperem, quid mihi dicturus ſit Deus, & an ſimiliter etiam ſupplicio me afficere velit. Hæc autem dicit, non ut Deum injuſtitiæ condemnaret, ſed ut amicos, qui ſanam de eo opinionem non fovebant, reprehenderet. Vides quemadmodum quod votis expetebat, aſſequutus, & divino allo-

 quio

quio & reſponſione dignatus fuerit; quod quidem librum hunc coronidis loco claudit.

γέγονεν ἐν τῷ βιβλίῳ, καὶ θείας ἔτυχεν ὁμιλίας καὶ ἀποκρίσεως.

Nam ſi ad priora abiero, et non ultrà ſum: quæ autem in noviſſimis, quid novi?

* Εἰ γὰρ πρῶτος πορεύσομαι, καὶ οὐκ ἔτι εἰμί· τὰ δὲ ἐπ' ἐσχάτοις, τί οἶδα;

* καὶ εἰς τὰ πρῶτα & ſic in Ms. Theclæ.

DIONYSII. ALEX. Deus quidem ſemper eſt, & omne ſeculum præſens ei & integrùm adeſt: quod nobis autem Nunc & Præſens dicitur, neque durare poteſt, neque omnino ſubſiſtit, ſimul autem ut nominatur, fortè etiam priuſquam mente concipiatur, præteriit: Nunc neque omnino eſt, nec intellectu à quopiam comprehendi poteſt; fugiendo enim ſéque ſubtrahendo abit: quomodo autem quis præſens eſſe dixerit, quod naturâ ſuâ fugax ſemper eſt & evanidum? Quin etiam futurum, cùm exiguo tempore appariturum ſit, & continuò evaneſcet, nondum eſt, & ut ampliùs non ſit, ſimiliter feſtinat. Unde Jobus vir admirabilis, tempus cohiberi non poſſe, & inſtabile eſſe declaravit, cùm de ſeipſo diceret, ***Ad priora enim abibo, neque ampliùs ſum; quæ autem in noviſſimis, quid novi?*** oſtendens, nos homines id tantùm tẽporis vivere quod præſens eſt; quod præteriit enim amiſimus, & futurum nondum aſſequuti ſumus.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. Ὁ μὲν Θεός ἐστιν ἀεὶ, καὶ σύμπας ὁ αἰὼν ἐνέστηκεν ὅλος αὐτῷ, καὶ πάρεστιν· ἡμῖν δὲ ὃ λέγεται τὸ νῦν, καὶ τὸ παρὸν, οὔτε δύναται μένειν, οὔθ' ὅλος ὑφέστηκεν, ἅμα δὲ τῷ λεχθῆναι, τάχα δὲ καὶ πρὶν νοηθῆναι παρῆλθε, καὶ οὐκ ἔστι ποτὲ, οὐδ' ἂν καταλάβοι τις τῇ διανοίᾳ τὸ νῦν· φεῦγον γὰρ καὶ ὑπεξιὸν οἴχεται· τὸ δὲ ἀποδιδράσκον καὶ φεῦγον ἀεὶ, πῶς ἂν εἴποι τις παρεῖναι; ἀλλὰ καὶ τὸ ἐσόμενον μικρὸν φανησόμενον, καὶ εὐθέως ἀφανισθησόμενον, οὐδέπω μὲν ἔστι, σπεύδει δὲ κἀκεῖνο πρὸς τὸ μηκέτι εἶναι. ὅθεν καὶ ὁ θαυμάσιος Ἰὼβ τὸ ἀκρατὲς καὶ ἄστατον ἐδήλωσε τοῦ χρόνου, φήσας περὶ ἑαυτοῦ, Εἰς γὰρ τὰ πρῶτα πορεύσομαι, καὶ οὐκέτι εἰμὶ, τὰ δὲ ἐπ' ἐσχάτοις τί οἶδα; δεικνὺς ὅτι κατὰ τὸ ἐνεστὼς ζῶμεν οἱ ἄνθρωποι, τὸ δὲ παρελθὸν ἀπωλέσαμεν, καὶ τὸ μέλλον οὔπω ἔχομεν.

A lævâ ſi ipſe aget, et non apprehendi; circumteget dextra, et non videbo.

Ἀριστερὰ ποιήσαντος αὐτοῦ, καὶ οὐ κατέχον· περιβαλεῖ δεξιὰ, καὶ οὐκ ὄψομαι.

OLYMPIODORI. Senſum autem horum verborum Symmachus dilucidiùs exprimens, ſic reddidit; *Ecce ſi antecedam ipſum, videri non poteſt; & ſi ſubſequutus fuero, non ſentiam.* Senſus verò hic eſt; Actionum mearum judicium divinis oculis libenter ſubjicio: verùm quid eſt quod mihi accidit? Deus naturâ eſt inviſibilis, quid igitur faciam? In iis quæ ante me ſunt eum quæram? oculis cerni non poteſt: ante me eſt, & non animadverto: cùm ad lævam ſe converterit, apprehendere eum

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Σαφέστερον δὲ τὴν τῶν ῥητῶν ἔννοιαν ἑρμηνεύων ὁ Σύμμαχος, οὕτως ἐκδέδωκεν· ἰδοὺ ἐὰν προέρχωμαι αὐτὸν, ἀφανής ἐστι, κἂν ἀκολουθῶ, οὐκ αἰσθήσομαι. ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτος· ἡδέως μὲν, φησὶν, ὑπὸ τοῖς θείοις ὀφθαλμοῖς ἔχω κριθῆναι τὰ κατ' ἐμὲ, ἀλλὰ τί πάθω; ἀόρατός ἐστι κατὰ φύσιν ὁ Θεός· τί οὖν δράσω; ἐν τοῖς ἔμπροσθεν αὐτὸν ἐπιζητήσω; ἀφανής ἐστι· ἔμπροσθέν μου τυγχάνει, οὐκ αἰσθάνομαι· εἰς εὐώνυμα τραπέντος ἐπιλαβέσθαι ἀμηχάνως

χώρας ἔχω; ἐκ δεξιῶν γεγυμνωμένον παντελῶς οὐχ ὁρῶ. Ταῦτα δὲ ἔφη, οὐχ ὡς σωματικῶς ἢ μεταβατικῶς τοὺς τόπους τοῦ Θεοῦ περινοστοῦντος, ἀλλὰ δεῖξαι θέλων ὡς πανταχοῦ μὲν ὁ Θεὸς πάρεστιν, ἡμῖν δὲ ἀνέφικτός ἐστι καὶ ἀκατάληπτος. Τὸ δέ, οὐκ ἔτι εἰμί, ἢ κατὰ τὴν προτέραν ἐκδοχὴν νοήσεις, ὅτι ἐὰν εἰς τὰ πρῶτα προβιβάσωμαι τῇ διανοίᾳ, καὶ ἀναλογίσωμαι τὸ παρελθὸν τοῦ χρόνου, εὑρίσκω ἐμαυτὸν οὐκ ὄντα, ἀλλ᾽ ἀποβαλόντα τὸ εἶναι, καθ᾽ ὃ παρῴχηκεν· ἢ οὕτως αὐτὸ ἐκλήψῃ, ὅτι ἐὰν ἐπιπλέον ἐπεκτείνω τὴν ζήτησιν καὶ τὴν πολυπραγμοσύνην τοῦ νοός, καὶ τὰ πρῶτα, καὶ τὴν ἀρχὴν ζητήσω τοῦ Θεοῦ, ἔξω ἐμαυτοῦ γίνομαι, καὶ ἐν σκοτοδινίᾳ λογισμῶν καθίσταμαι, ζητῶν καταλαβεῖν τὸ ἀκατάληπτον.

nequeo, & cùm à dextris fuerit, videre eum omnino non poſſum. Hæc autem dixit, non quòd Deus corporaliter, vel de loco in locum tranſeundo obambulet, ſed ut eum ubique præſentem eſſe oſtenderet, & quòd noſtrum tamen captum fugiat, nec à nobis comprehendi queat. Illud verò, *Non ultrà ſum*, vel ſecundùm priorem acceptionem intelligere potes, quòd, ſcilicet, ſi ad priora cogitatione progreſſus fuero, & tempus elapſum in mentem revocavero, meipſum non exiſtere, ſed exiſtentiam, quatenus illa præteriit & effluxit, amiſiſſe deprehendo: Vel ſic illud accipere potes; Si mentis ſcrutinium & curioſam ſolicitudinem ulteriùs extendero, Deique primordia & initium indagavero, extra me rapior, incomprehenſibilem comprehendere ſtudens, & rationis diſcurſus tenebricoſâ caligine offuſcatur.

Οἶδε γὰρ ἤδη ὁδόν μου· διέκρινε δέ με ὥσπερ τὸ χρυσίον. ἐξελεύσομαι δὲ ἐν ἐντάλμασιν αὐτοῦ· ὁδοὺς γὰρ αὐτοῦ ἐφύλαξα, καὶ οὐ μὴ ἐκκλίνω ἀπὸ τῶν ἐνταλμάτων αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ παρέλθω.

Scit enim jam viam meam; probavit autem me ſicut aurum. Egrediar autem in præceptis ejus; vias enim ejus cuſtodivi, et non declino à præceptis ejus, et non prætercam.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Διὰ τοῦτο, φησίν, ἐπὶ Θεοῦ θαῤῥῶ κρίνεσθαι, ὅτι καὶ πρὸ τῶν ἐμῶν λόγων τὰς ἐμὰς ἐπίσταται πράξεις, καὶ ὅτι τὸν νόμον αὐτοῦ καὶ τὰς ἐντολὰς ἐφύλαξα. ἐντολὰς δὲ νῦν λέγει, οὐ τὰς ἀκουστάς, καὶ ἐγγραμμάτους, πρὸ τοῦ νόμου γὰρ ἦν ὁ ἅγιος· ἀλλὰ τὰς ἀγράφους, τὰς τῇ φύσει συγκατεσπαρμένας, τὰς κατὰ διάνοιαν ὑπὸ Θεοῦ λαλουμένας. Τὸ δέ, οὐ μὴ ἐκκλίνω, θαυμαστὴν ἔχει τὴν ἔμφασιν· κἂν γὰρ μυρία, φησί, πάθω, οὐ παρατραπήσομαι τῆς εὐθείας ὁδοῦ, οὐδὲ ὑπερβήσομαι τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα· ὅμοιον, τῷ, Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ.

EJUSDEM. Idcirco, inquit, cum animi fiducia Deum judicem poſtulo, quia actiones meæ illi cognitæ ſunt antequam verbum protulero, & quia legem ejus & mandata cuſtodivi. Mandata autem hoc loco dicit, non quæ ſub auditum caderent, vel quæ ſcriptis mandarentur (hic enim ſanctus ante legem latam vixit) ſed quæ ſcriptis minimè conſignata, quæ cum natura ipſa unà ſata eſſent, & quæ Deus in mentem inſuſurrâſſet. Illud autem, *Et non declino*, emphaſin quandam admirandam habet: Licèt, inquit, mala innumera paſſus fuero, à recto tamen tramite non deflectam, neque Dei placita tranſgrediar; cui par illud eſt, *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Rom. 8, 35.

In

In ſinu autem meo abſcondi verba ejus.

IDeſt, In parte animi intellectiva, in intimis mentis receſſibus, divina mandata recondita ſervavi, in ſinu fovi, atque ita cum voluptate, animo ſedato, ac pleno propoſito, non neceſſitate ullâ coactus, divinam voluntatem adimplens, tanquam unà cum iis plaſmatus, factus, & adunitus fuiſſem, exſequutus ſum. Tale illud eſt in
Pſal.118, 11. Pſalmis, *In corde meo abſcondi eloquia tua:* &
Pſal.39.9. rurſus, *Et legem tuam in medio ventris mei.* Deinde tanquam regerente aliquo, Qui ſit igitur ut in tales ærumnas incideris? ſtatim ſubjungit.

Ἐν δὲ κόλπῳ μου ἔκρυψα ῥήματα αὐτοῦ.

ΤΟῦτ' ἔστιν, ἐν τῷ διανοητικῷ, ἐν τῷ βάθει τῆς διανοίας μου τὰς θείας ἐντολὰς ἔχων ἐφύλαξα, ἐγκολπωσάμενος αὐτὰς, καὶ ὡς συναναπεπλασμένος καὶ πεποιημένος αὐταῖς, καὶ ἡνωμένος, οὕτω περιχαρῶς ἐξετέλεσα, ἐν ἀναπαύσει, ἐν προθέσει, οὐ δι' ἀνάγκην τὸ θεῖον ἐκπληρῶν βούλημα. Τοιοῦτον κἀκεῖνο τὸ ψαλμικὸν, ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου· καὶ πάλιν, καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. Εἶτα ὥσπερ τινὸς ἀνθυπενέγκοντος, ὅτου δὴ ἕνεκα τοιούτοις περιπέπτωκας τοῖς δεινοῖς; ὀξέως ἐπάγει.

Si autem et ipſe judicavit ſic, quis eſt qui contradicat ei? ipſe enim voluit, et fecit.

CHRYSOSTOMI. Viam, inquit, meam novit, & quòd ſemper ipſi obtemperare ſtuduerim; quis autem illi contradicet cùm in judicio ſederit? De quibus enim mihi conſcius ſum, hæc ſunt; Dei autem voluntas obtineat, nec quiſquam ejus judiciis reniti audeat. Si enim me juſtè agentem condemnavit, & hæc pati conſultum eſſe judicavit, quis contradicere poteſt? omnino nullus; poteſtas enim voluntatem comitatur, & quod ipſi viſum eſt, in actum producitur. Noli ex me ſciſcitari divinæ providentiæ rationes; hoc unum ſcio, quòd nullius ſceleris mihi conſcius ſim; ſi verò malis exerceor & exploror, divinam diſpenſationem non examino, ſed rationem ignorans, feciſſe eum quod ſibi viſum erat, affirmo; & majori curioſitati ſuperſedens, vultu demiſſo eum adoro.

Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ἔκρινεν οὕτως, τίς ἐστιν ὁ ἀντειπὼν αὐτῷ; ὁ γὰρ αὐτὸς ἠθέλησε, καὶ ἐποίησεν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οἶδε, φησὶ, τὴν ὁδόν μου, καὶ ὅτι ἀεὶ ἐσπούδασα ὑπακούειν αὐτῷ· ἀλλὰ τίς, ὅταν κρίνῃ, ἀντερεῖ αὐτῷ; ἃ μὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ταῦτά ἐστι· κρατείτω δὲ ὅμως τὸ τοῦ Θεοῦ δοκοῦν, καὶ μηδεὶς τοῖς αὐτοῦ κρίμασιν ἀντιπιπτέτω. Εἰ γὰρ καὶ δικαιοπραγοῦντά με κατέκρινε, καὶ ταῦτά με παθεῖν ἐδοκίμασε, τίς ἂν ἀντειπεῖν ἔχοι; ἢ πάντως οὐδείς· συμπέπλεχθαι γὰρ ἔχει τῇ θελήσει τὴν δύναμιν, καὶ τὸ δόξαν αὐτῷ γίνεται. μὴ ἀπαίτει με λόγους τῆς θείας προνοίας· ἓν οἶδα, ὅτι οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα· εἰ δὲ ἐν δεινοῖς ἐξεταζόμενος, οὐκ ἀνακρίνω τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, ἀλλὰ τὸν λόγον ἀγνοῶν, φημὶ, ὅτι ὃ ἠθέλησεν ἐποίησε, καὶ κάτω κύπτων προσκυνῶ, μηδὲν πλέον περιεργαζόμενος.

Propterea ſuper ipſo trepidavi; et commonitus, ſolicitus fui de eo.

OLYMPIODORI. Mea, inquit, attentiùs conſiderans, trepidavi, id

Διὰ τοῦτο ἐπ' αὐτῷ ἐσπούδακα· νουθετούμενος δὲ, ἐφρόντισα αὐτοῦ.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὰ κατ' ἐμαυτὸν, φησὶν, ἀνασκοπῶν, ἐσπου-

ἐσπούδακα, τουτέστιν, ἐταράχθην, οὐκ εἰδὼς τὴν αἰτίαν τῆς πληγῆς, ἀλλ' ἀγνοῶν ἐφ' οἷς ἔπληξέ με ὁ Θεός· πλὴν καὶ διὰ τῆς παρούσης πληγῆς νουθετούμενος καὶ ἐλεγχόμενος, οὐκ ἀπεδυσπέτησα, ἀλλ' εὐχαρίστως ἤνεγκα, καὶ ἐφρόντισα τοῦ μηδὲν τι παλίμφημον περὶ Θεοῦ νοῆσαι ἢ φθέγξασθαι.

eſt, Cauſam plagæ neſciens, & cur me Deus percuſſerit ignorans, perturbatus ſum: nihilominus præſenti plagâ commonefactus & reprehenſus, non indignanter ſed æquo animo tuli, & ne quicquam de Deo blaſphemum cogitarem aut loquerer, curæ mihi præcipuæ fuit.

Ἐπὶ τούτῳ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ κατασπουδασθῶ, κατανοήσω, καὶ πτοηθήσομαι ἐξ αὐτοῦ.

Idcirco à facie ejus turbabor, conſiderabo, & timebo ab eo.

Πάλιν δὲ αὐτὸ ἐπαναλαμβάνει ῥῆμα καὶ νόημα, καί φησιν, ὅτι τοιαῦτα ἐμαυτῷ συνειδὼς, εἶτα πληγεὶς, ἀμηχανῶ καὶ τεθορύβημαι, τὴν αἰτίαν τῆς κακώσεως οὐκ ἐπιστάμενος· πλὴν οὐδὲ πολυπραγμονεῖν βούλομαι, ἀλλ' ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπὸ μόνης τῆς αὐτοῦ ἐπιφανείας θορυβοῦμαι· * καὶ μόνον αὐτὸν κατανοήσας, πτοοῦμαι, καὶ ὀκνῶ ἐρευνᾷν διὰ τί μεμαστίγωμαι.

*ἴσ. κἂν.

Rurſus idem verbum eodémque ſenſu repetit, dicítque, Cùm talem me conſcientia arguat, plagáſque nihilominus experiar, cauſam afflictionis ignorans, anxius animi pendeo, & perturbatus ſum: veruntamen cauſam ſolicitiùs indagare nolo, ſed Dei vultu & ſolo ejus aſpectu attonitus reddor; imò ſi mente tantùm & cogitatione concepero, præ formidine terreor, & cur plagis cædar, metuo inquirere.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐχ ἥμαρτον, φησί· καὶ τί τοῦτο; οὐ γὰρ μόνον διὰ ἁμαρτήματα ἔξεστι κολάζειν Θεῷ, ἀλλὰ καὶ τούτων χωρίς.

CHRYSOSTOMI. Non peccavi, inquit: quorſum autem hoc? Deo enim non ſolùm propter peccata, ſed etiam ſine iis, punire licet.

Κύριος δὲ ἐμαλάκυνε τὴν καρδίαν μου, ὁ δὲ παντοκράτωρ ἐσπούδασέ με· οὐ γὰρ ᾔδειν ὅτι ἐπελεύσεταί μοι σκότος, πρὸ προσώπου δέ μου ἐκάλυψε γνόφος.

Et Dominus mollivit cor meum, & Omnipotens ſolicitavit me: non enim noveram, quòd ſupervenient mihi tenebræ, & ante faciem meam operuit caligo.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὸ μὲν, ἐμαλάκυνεν, ἀντὶ τοῦ, τῆς ψυχῆς τοὺς τόνους ἐξέλυσε· τὸ δὲ, ἐσπούδασέ με, ἀντὶ τοῦ ἐθορύβησε· τὸ μὲν, οὐκ ᾔδειν, ἀντὶ τοῦ, οὐ προσεδόκων, λέγει. σκότος δὲ καὶ γνόφον πρὸ προσώπου, καλεῖ τὸ τὴν συμφορὰν ἄδηλον, ἢ ἀδιεξόδευτον· ὡς γὰρ πρὸ ὀφθαλμῶν, φησὶν, ἀορασίας οὔσης, ὑπερβαίνειν οὐκ ἔχω τὰ δεινὰ, ἃ καὶ ποιεῖ μοι τὴν ἀγωνίαν, καὶ ἐκλύει τοὺς τόνους τῆς ψυχῆς, ἀδοκήτως ἐπενεχθέντα μοι.

OLYMPIODORI. *Mollivit*, id eſt, Animi nervos diſſolvit & fregit. Illud verò, *Solicitavit me*, pro, *Conturbavit me*; &, *Non noveram*, pro, *Non expectabam*, dixit: calamitates autem quæ incertæ, & inextricabiles erant, *tenebras & caliginem ante faciem* appellavit; Ærumnas enim, inquit, quæ non opinanti mihi inflictæ ſunt, quæ anxietatem mihi creant, & nervos animi frangunt, ſuperare nequeo, non ſecus ac ſi cæcitas præ oculis eſſet, & viſum impediret.

CHRY-

CHRYSOSTOMI. Non enim humano more inexpectatum hoc malum accidit; à Dei manu plagam illatam eſſe conjicio. Rectè etiam dixit, *Ante faciem meam*; non enim communes ſunt tenebræ, ſed triſtitiæ & anxietatis meæ.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Οὐ γὰρ κατ' ἀκολουθίαν ἀνθρωπίνην γέγονε τοῦτο, φησὶν, ἀπροσδόκητον τὸ κακόν· στοχάζομαι τὴν τοῦ Θεοῦ χεῖρα εἶναι τὴν πληγήν. καὶ καλῶς εἶπε, πρὸ προσώπου μου, οὐ γὰρ κοινὸν τὸ σκότος ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς ἀθυμίας.

CAP. 24. *QUARE autem Dominum latuerunt horæ? & impii terminum tranſgreſſi ſunt, gregem cum paſtore rapientes? ſubjugale pupillorum abduxerunt, & bovem viduæ pro pignore tulerunt, divertere fecerunt impotentes à via juſta.*

ΔΙΑΤΙ δὲ Κύριον ἔλαθον ὧραι; ἀσεβεῖς δὲ ὅριον ὑπερέβησαν, ποίμνιον σὺν ποιμένι ἁρπάσαντες; ὑποζύγιον ὀρφανῶν ἀπήγαγον, καὶ βοῦν χήρας ἠνεχύρασαν, ἐξέκλιναν ἀδυνάτους ἐξ ὁδοῦ δικαίας.

OLYMPIODORI. Jobo quæ ſuprà allata ſunt dicente, veriſimile eſt, amicos in hunc modum regeſſiſſe; Hæc juſtus exiſtens (ut tu dicis) nequaquam pateris, ſed ut delictorum pœnas luas: acriter igitur diluens quod objiciebatur, ſubjungit, Quomodo impii fines ſuos excedendo, & terminos tranſgrediendo (vel ut Aquila, *Occupando*) ac damnum finitimis inferendo, proximorum facultates auferant, paſtorem unà cum gregibus immaniter rapiant, pupillis & viduis unde vita ſuſtentatur, bovem ſcilicet & jumentum, adimant, impotentes condemnent, & juſti & æqui, quantum in iis eſt, ſuffragia pervertant? *Viam* enim *pauperum perverterunt*, juxta Symmachum, id eſt, Judicio imbecillioribus, ut juſtam vitæ converſationem relinquant, perſuadent; qui improbitatem proſperè agentem, ac vitam beatam tranſigentem cernentes, ſcandalizantur, & à laudabili & optima vita, ad infamem & turpiſſimam traducuntur: Deus verò, quaſi temporum immemor eſſet, ſupplicia differt. Et quidem ſi peccata ſupplicia omnino comitari oportet, ſimul cum delicto ſupplicium inferre, opportunum foret; nunc autem nonnulli gravia ſcelera perpetrant, Deus verò, tanquam tempo-

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὰ προῤῥηθέντα τοῦ Ἰὼβ λέγοντος, εἰκὸς ἦν τοὺς φίλους ἀντειπεῖν, ὡς ταῦτα πάσχεις, οὐ καθαρὸς ὤν, ὡς σὺ φῂς, ἀλλὰ τῶν πλημμεληθέντων ἐκτίνων δίκας· γοργῶς οὖν ἐπιλύων τὸ ἀντιπίπτον, ἐπάγει, πῶς οἱ μὲν ἀσεβεῖς τὰ τῶν πλησίον ἀφαιροῦνται, παρορίζοντες, καὶ λυμαινόμενοι τοὺς ἀγχιτέρμονας, καὶ ὅρια ὑπερβαίνοντες, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, προσλαμβάνοντες, ἀνηλεῶς αὐτοῖς ποιμνίοις τὰ ποίμνια συναρπάζοντες, ὀρφανοὺς καὶ χήρας τὰς τοῦ ζῆν ἀφορμὰς περιαιρούμενοι, τὸν βοῦν φημὶ καὶ τὸ ὑποζύγιον, τοὺς ἀσθενεῖς καταδικάζοντες, καὶ τὰς τοῦ δικαίου παρατρέποντες ψήφους ἐν αὐτοῖς; παρέτρεψαν γὰρ πενήτων ὁδὸν, κατὰ Σύμμαχον, τουτέστι, τοὺς ἀσθενεστέρους ἐν λογισμῷ τὴν δικαίαν πολιτείαν καταλιμπάνειν ἀναπείθουσιν, ὁρῶντας τὴν κακίαν εὐοδουμένην καὶ εὐτυχοῦσαν, καὶ διὰ τοῦτο σκανδαλιζομένους, καὶ ἐκτρεπομένους ἀπὸ τῆς ἀρίστης καὶ ἐπαινουμένης ζωῆς ἐπὶ τὴν αἰσχίστην καὶ διαβεβλημένην· ὁ δὲ Θεὸς, ὥσπερ τῶν καιρῶν ἐπιλαθόμενος, ὑπερτίθεται τὰς τιμωρίας. καίτοιγε εἰ τοῖς ἁμαρτήμασι πάντως ἕπονται αἱ κολάσεις, εὔκαιρον ἦν ὁμοῦ ἐν πλημμελήματι τὴν ποινὴν ἐπάγεσθαι· νῦν δὲ οἱ μὲν αἴσχιστα πράττουσιν, ὁ δὲ Θεὸς,

ὥσπερ

ὥσπερ τῆς χειρὸς ἐκλελησμένος, ἀνέχει τὰς ἀνταποδόσεις. τὸ, διατί; οὖν, οὐκ αἰτιολογικῶς, ἀλλὰ προβληματικῶς, ὡς πρὸς τοὺς φίλους εἴρηται.

rum oblitus eſſet, retributiones ſuſpendit. Illud igitur, *Quare*, non ut cauſa reddatur, ſed problematicè, tanquam ad amicos, dictum eſt.

Ὁμοθυμαδὸν δὲ ἐκρύβησαν πραεῖς γῆς.

Et ſimul abſconditi ſunt mites terræ.

Ἤτοι φεύγοντες τοὺς ἀδίκους, καὶ τὴν μετὰ θηρῶν μᾶλλον αἱρούμενοι διατριβήν· ἢ, τὸ ἀληθέστερον, ἐλαυνόμενοι καὶ φονευόμενοι ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν. Τοῦτο καὶ ἡ τοῦ Συμμάχου παρίστησιν ἔκδοσις· ὁμοῦ γὰρ, φησὶν, ἀφανεῖς ἐποίησαν πραεῖς γῆς, τοὺς δρῶντας γὰρ λέγει ὁμοῦ καὶ τοὺς πάσχοντας. Τοῦτο καὶ παρὰ τῷ Σαλομῶντι τὸ πονηρὸν λέγει συνέδριον, κρύψωμεν γὰρ, φησὶν, εἰς γῆν ἄνδρα δίκαιον ἀδίκως.

A Conſpectu, ſcilicet, hominum injuſtorum fugientes, & convictum inter feras potiùs eligentes: vel (quod verius eſt) ab impiis, ſedibus pulſi & interempti. Atque hoc etiam Symmachi interpretatio præ ſe fert; *Simul enim*, inquit, *manſuetos terræ è conſpectu removerunt*, agentes, ſcilicet, non minùs quàm patientes, intelligendo. Et hoc quidem pravus malorum cœtus apud Salomonem loquitur, *Abſcondamus* enim, inquit, *in terra virum juſtum injuſtè*. Prov. I. 11.

Ἀπέβησαν δὲ ὥσπερ ὄνοι ἐν ἀγρῷ.

Et evaſerunt tanquam aſini in agro.

*χ. ἰδίων. *Ἀδεῶς καταπατοῦντες τοὺς ἀνθρώπους, πάντων καταφρονοῦντες, πάντων καταγελῶντες, μετ᾽ ἐξουσίας τὰ παρατυχόντα λῃζόμενοι· ὁ δὲ Θεὸς οὔπω ἐπισκοπὴν πεποίηται τούτων.

Metu omni abjecto homines pedibus proterentes, deſpicientes omnes, & ludibrio habentes, ac obvia quæque pro libitu deprædantes: Deus autem nondum hos viſitavit.

Ὑπὲρ ἐμοῦ ἐξελθόντες τὴν ἑαυτῶν τάξιν.

Super me egreſſi ſuum ipſorum ordinem.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Ἀκύλας, ἐξέρχονται ἐν κατέργῳ αὐτῶν, ὀρθρίζοντες εἰς ἅλωσιν. ὁ δὲ νοῦς ἐστί· οὗτοι, φησὶ, τὸ συνήθες αὐτοῖς καὶ ἐπ᾽ ἐμοὶ ἔπραξαν· ὑπὲρ ἐμοῦ γὰρ ἐξῆλθον, τουτέστιν, ὑπὲρ τοῦ τὰ ἐμὰ λαβεῖν, καὶ ἰδιώσασθαι· τοῦτο δὴ ὃ πράττειν εἰώθασιν.

OLYMPIOD. Aquila autem, *Exeunt in opus ſuum, ſurgentes manè ad rapinam.* Senſus autem hic eſt; Hi, inquit, quod iis ſolenne eſt, etiam de me fecerunt; *Super me egreſſi ſunt*, id eſt, ut facultates meas caperent, & ſibi vendicarent; hoc enim eſt quod facere conſueverunt.

Ἡδύνθη αὐτῷ ἄρτος εἰς νεωτέρους.

Suavis factus eſt ei panis in adoleſcentes.

Σύμμαχος, ἡδὺς ἑκάστῳ αὐτῶν ἄρτος εἰς νεανίσκους. ἡδὺ, φησί,

Symmachus, *Dulcis unicuique eorum panis in adoleſcentes.* Gratum, inquit, eſt

eſt impiis, adoleſcentes quoſdam alere, ut eorum operâ damna inferre, & in imbecilliores impetum facere poſſint.

τοῖς ἀσεβέσι τὸ τρέφειν νεανίσκους τινάς, ἐφ' ᾧ δύνασθαι, δι' αὐτῶν τὰς ἐπηρείας ἐργάζεσθαι, καὶ τοῖς ἀσθενεστέροις ἐπιτίθεσθαι.

Agrum ante tempus non ſuum demeſſuerunt.

Ἀγρὸν πρὸ ὥρας οὐκ αὐτῶν ὄντα ἐθέρισαν.

EJUSDEM. Duo ſimul peccata admiſerunt, ante tempus fructus metentes, & hos quidem alienos. Hoc autem à latronibus fieri ſolet; cùm enim meſſis tempore fruges cuſtodiantur, vel potiùs agrorum domini tempore opportuno eas demetant, latrones antevertunt, & immaturam meſſem faciunt, ne ſi fortè expectantes donec plenè matureſcant fructus, à terræ dominis priùs demeſſos inveniant.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Δύο καὶ αὐτὸ ἥμαρτον, πρὸ ὥρας τοὺς καρποὺς τέμνοντες, καὶ ταῦτα τοὺς ἀλλοτρίους. πεφύκασι δὲ τοῦτο ποιεῖν οἱ λῃστεύοντες· διὰ τὸ τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ φυλάττεσθαι τοὺς καρπούς, μᾶλλον δὲ διὰ τὸ τοὺς δεσπότας τῶν ἀγρῶν καθ' ὥραν αὐτοὺς θερίζειν, προλαμβάνουσιν οἱ λῃσταί, καὶ ἄωρον ποιοῦνται τὴν τομήν, ἵνα μὴ ἀναμένοντες πεπανθῆναι τοὺς καρπούς, εὕρωσιν ἤδη θερισθέντας αὐτοὺς παρὰ τῶν κυρίων τῆς γῆς.

Impotentes vineas impiorum ſine mercede, & ſine cibo operati ſunt.

Ἀδυνάτι ἀμπελῶνας ἀσεβῶν ἀμισθὶ καὶ ἄσιτι εἰργάσαντο.

OLYMP. Hæc etiam ſumma eſt iniquitas, ut pauperes ſine mercede divitibus operam locent, nec tantùm abſq; mercede, ſed etiam ſine alimento. Geminam igitur hanc iniquitatē palam oſtendit, agri alieni meſſem intempeſtivam, & pauperum operariorum mercedis fraudationem, qui dominationi cedentes, etiam ſine cibo impiorum vineas coluerunt; quanquam *dignus ſit operarius alimento ſuo.* Mat. 10.10.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Μεγίστη καὶ αὕτη παρανομία, τὸ τοὺς πένητας ἀμισθὶ τοῖς πλουσίοις ἐργάζεσθαι· καὶ οὐ μόνον ἄνευ μισθοῦ, ἀλλὰ καὶ χωρὶς τροφῆς. δύο οὖν ταύτας ἀδικίας δημοσιεύει, θερισμὸν ἄωρον ἀλλοτρίων ἀγρῶν, καὶ μισθοῦ ἀποστέρησιν πενήτων ἐργατῶν, οἳ τῇ δυναστείᾳ εἴκοντες, καὶ δίχα τροφῆς τοὺς τῶν ἀσεβῶν ἀμπελῶνας εἰργάσαντο· καίτοιγε ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ.

Nudos multos dormire fecerunt ſine veſtimentis, et indumentum animæ eorum abſtulerunt.

Γυμνοὺς πολλοὺς ἐκοίμισαν ἄνευ ἱματίων, ἀμφίασιν δὲ ψυχῆς αὐτῶν ἀφείλαντο.

MEo quidem judicio, ultimum indumentum, quo corporis turpitudinem velabant, auferentes, nudos quoſdam dormire coëgerunt: juxta autem aliorum opinionem, Nudantes multos *dormire fecerunt*, id eſt, quietos reddiderunt; nudati enim præ metu nihil obloqui ſunt.

ΟΛΥΜΠΙΩΔΩΡΟΥ. Ἐνταῦθα διδάσκει ἡμᾶς πῶς δεῖ δικάζειν, ἐάν ποτε κληθῶμεν ἐπὶ δίαιταν ἀδελφῶν, ὥστε διαιτῆσαι τὰ κατ' αὐτούς· ἐν γὰρ τῷ δικάζειν, φησίν, οὐδὲν προμεμαθηκὼς ἔκ τινος τῶν μερῶν, οὐδὲ προδιαφθαρεὶς τὴν ἀκοήν, ἀλλ' ἐπιμελῶς ἀναζητήσας καὶ ἐξιχνιάσας, κατείληφα τὸ δίκαιον. τοῦτο λεκτέον πρὸς τοὺς ἀπερισκέπτως ἀποφαινομένους καὶ κατακρίνοντας, ὅτι Ἰὼβ φησι, δίκην ἣν οὐκ ᾔδειν ἐξιχνίασα· εἶδες τὴν ἄγρυπνον ψυχήν, ὅρα καὶ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν σπουδήν.

Συνέτριψα

Συνέτριψα δὲ μύλας ἀδίκων.

Confregi autem molas iniquorum.

*Ισ. αὐτῶν. ΤΟ δηκτικὸν * αὐτῶν τὴν δύναμίν τε κατέλυσα, φησὶν, ὥστε λοιπὸν καὶ εἰς ἑτέραν ἀδικίαν ἀχρήστους γενέσθαι. ἀμφοτέροις τοίνυν ὠφέλει, τοὺς μὲν τοῦ παθεῖν κακῶς· τοὺς δὲ τοῦ ποιεῖν κακῶς ἀπαλλάττων, καὶ σωφρονεστέρους ποιῶν, τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο πληρῶν, ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ. Εἶτα βλέπε τὴν εὐτονίαν, καὶ τὴν καρτερίαν.

POtentiam, inquit, eorum, quæ mordendi vim habet, eliſi & diſſipavi, ita ut ad novam deinceps injuriam inferendam inepti redderentur. Ambobus igitur proderat; hos quidem, ne paterentur; illos verò, ne mala inferrent, arcens & ſummovens, moderatioréſque reddens, ac Apoſtolicum illud adimplens, *Qui præeſt, cum diligentia.* Rom. 12. 8. Deinde contentionem ejus validam & fortitudinem animadverte.

Ἐκ μέσου τῶν ὀδόντων αὐτῶν ἅρπαγμα ἐξήρπασα.

De medio dentium eorum rapinam eripui.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ὅρα τὴν δυσκολίαν τοῦ πράγματος. καταποθὲν, φησὶν, ἤδη καὶ προληφθὲν τὸ πρᾶγμα ἀνώρθωσα· οὐ γὰρ ἀπεγίνωσκον, οὐδὲ ἀπηγόρευον, εἰ καὶ τὸ πρᾶγμα προκατειλημμένον ἦν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸ καταποθὲν ἀνῃρούμην, ποιμένος ἴσως ἀρίστου καὶ νήφοντος πρόνοιαν περὶ τοὺς συνδούλους ἐπιδεικνύμενος, καὶ ἐκσπῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον, ἐκ στόματος λέοντος, σκέλη προβάτου καὶ λοβοὺς ὠτίων.

CHRYSOST. Conſidera rei difficultatem. Rem, inquit, abſorptam & priùs occupatam reparavi & reſtitui; non enim deſperavi, nec animum deſpondi, licèt negotium anticipatum eſſet, ſed curam & ſolicitudinẽ erga conſervos meos oſtendens, & (ut eſt in Proverbio) ovis crura, & aurium extremitates ex ore leonis eripiens, quod devoratum jam & abſorptum erat, inſtar optimi cujuſdam & providi paſtoris, eruebam.

Εἶπα δὲ, ἡ ἡλικία μου γηράσει ὥσπερ στέλεχος φοίνικος· πολὺν χρόνον βιώσω.

Dixi autem, Ætas mea ſeneſcet ſicut truncus palmæ; multo vivam tempore.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἀνθ' ὧν ὁ Σύμμαχος, ἔλεγον δὲ, μετὰ τῆς νοσσιᾶς μου γηράσω, ἡ δόξα μου ἀνακαινισθήσεται παροῦσά μοι. Ταῦτα, φησὶ, καθ' ἐμαυτὸν ἐλογιζόμην, καὶ ἤλπιζον, ὅτι δικαιοσύνῃ συζῶν ἀειθαλὴς ἔσομαι, καὶ πολυχρόνιος· τοιοῦτον γὰρ ὁ φοῖνιξ· ἵνα εἴπῃ, τοιαῦτα ποιῶν, ἤλπισα μέχρι τέλους ἕξειν τὰ ἀγαθὰ, τῆς θείας ἀπολαύων ἐπικουρίας.

OLYMP. Pro quibus Symmachus, *Dicebam autem, fore ut cum nido meo ſeneſcerem: gloria mea innovabitur præſens mihi.* Hæc, inquit, animo mecum verſabam, eámque ſpem fovebam, quòd juſtitiam exercens perpetuò florerem, & vitam longævam ducerem; hoc enim per *palmam* ſignificat; ac ſi diceret, Talia præſtans, ad extremum vitæ ſpiritum me bonis fruiturum divini auxilii beneficio ſperavi.

Radix aperta eſt ſuper aquam, & ros morabitur in meſſe mea.

Metaphorico ſermone uſus eſt, à planta metaphoram ducens, quæ radicibus humorem bibit, nutritur, fructum uberem ex irrigatione, & maturum ad meſſem producit. Inſtar arborum, inquit, quæ juxta aquas radices defixas habent, & propter earum decurſus plantatæ ſunt, florere & fructu abundare ſperabam: & quemadmodum fructus rore & imbribus irrigati, ac plenitudinem adepti, tempore idoneo demetuntur & colliguntur; ita ego conſeneſcentem me in bonis, vitam cum morte commutaturum expectabam.

Ἡ ῥίζα διήνοικται ἐπὶ ὕδατος, καὶ δρόσος αὐλισθήσεται ἐν τῷ θερισμῷ μου.

Μεταφορικῶς τῷ λόγῳ ἐχρήσατο, ὡς ἐπὶ φυτοῦ, τοῦ ῥίζαις ποτιζομένου, καὶ τρεφομένου, καὶ καρπὸν πολὺν ἐκ τῆς ἀρδείας φέροντος, καὶ * πεπαινομένου πρὸς θερισμόν. ὥσπερ γὰρ, φησὶ, τὰ δένδρα, τὰ ἐπὶ ὑδάτων τὰς ῥίζας ἔχοντα, καὶ παρὰ τὰς διεξόδους τούτων πεφυτευμένα, οὕτως ἤλπιζον εὐθαλὴς εἶναι καὶ κατάκαρπος. καὶ ὡς καρποὶ δρόσου καὶ ὑετοῦ ἀπολαύσαντες, καὶ πλήρεις γενόμενοι, καθ' ὥραν θερίζονται· οὕτω προσεδόκων καταγηράσας τοῖς ἀγαθοῖς μεταλλάξειν τὸν βίον.

* ἴσ. πεπαινόμενον

Gloria mea vana mecum.

Verùm rerum ſtatu in contrarium mutato, ſpes mea inanis & irrita eſt facta.

Ἡ δόξα μου κενὴ μετ' ἐμοῦ.

Ἀλλὰ ματαία μοι, φησὶ, γέγονεν ἡ ἐλπὶς, εἰς τὸ ἐναντίον μοι τῶν πραγμάτων περιτραπέντων.

Et arcus meus in manu ejus graditur.

EJUSDEM. Dupliciter hoc intelligendum eſt; Vel, quia arcus in me intentus, quaſi Dei manibus teneatur, & ab eo tentationum ſagittæ & tela in me vibrentur: Vel, quia res meas manu divinâ dirigi, omniáque ex animi ſententia evenire, & proſperè ſuccedere, non ſecus ac ſagitta à perito ſagittario emiſſa, rectà ad ſcopum fertur, ſuſpicarer; verùm ſpe meâ fruſtratus ſum. His interjectis, rurſus ad priorem ſermonem redit; & oſtendens, ſe in orationibus ſuis venerandũ ab omnibus, & placidum ac benignum habitum fuiſſe, dicit.

Καὶ τὸ τόξον μου ἐν χειρὶ αὐτοῦ πορεύεται.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοῦτο διχῶς νοητέον· ἤ, ὅτι τὸ κατ' ἐμοῦ τεταμένον τόξον οἱονεὶ παρὰ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ κατέχεται, καὶ δι' αὐτοῦ ἐπ' ἐμὲ οἱ τῶν πειρασμῶν ἄτρακτοι καὶ τὰ βέλη ἐπαφίενται· ἤ, ὅτι ὑπὸ τῆς θείας χειρὸς ὑπενόουν εὐθύνεσθαι τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ οὕτω μοι πάντα κατὰ σκοπὸν ἐκβαίνειν καὶ εὐοδοῦσθαι, ὡς τὸ βέλος ἀπὸ εὐφυοῦς τοξότου πεμπόμενον, εὐθὺ τοῦ σκοποῦ φέρεται· ἀλλὰ διήμαρτον τῆς ἐλπίδος. Ταῦτα μεταξὺ εἰπὼν, πάλιν ἐπαναλαμβάνει τὸν ἀνώτερον λόγον, καὶ δεικνὺς ὡς ἅπασιν ὑπῆρχε δημηγορῶν, αἰδέσιμός τε, καὶ προσηνὴς, φησί.

Qui me audierunt, attenderunt, & ſiluerunt ſuper conſilio meo: & in ſermone meo non adjecerunt.

Attendebant iis quæ dicebantur, palam teſtantes quòd libenter audirent;

Ἐμοῦ ἀκούσαντες προσέσχον, ἐσιώπησαν δὲ ἐπὶ τῇ ἐμῇ βουλῇ· ἐπὶ τῷ ἐμῷ ῥήματι οὐ προσέθεντο.

Προσεῖχον μὲν οἷς ἔλεγον, ἐμφαίνοντες ὅτι ἡδέως ἤκουον· ἐσιώπων δὲ,

μηδὲν ἀντιθεῖναι, ἢ ἀντειπεῖν ἔχοντες. οὐ προσετίθεσαν δὲ, νόμον ἡγούμενοι, καὶ κανόνα, καὶ στάθμην τὰ ἐμὰ ῥήματα· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε προσθεῖναί τι τούτοις, οὔτε ἀφελέσθαι δυνάμενοι, οὕτω πάντες ἡττῶντο τῆς ἐμῆς διανοίας· κατείχετο γάρ μου ἡ καρδία καθάπερ τόξον ὑπὸ τῆς θείας χειρὸς, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ὀρθοῦ σκοποῦ τῶν νοημάτων οὐκ ἀπετύγχανον.

ſilentium autem agebant, quia nihil quod opponerent & contradicerent, haberent. Verbis meis non adjecerunt, arbitrantes ea legem, canonem, ac amuſſim ſibi eſſe; ac proinde, cùm neque addere illis quidpiam, neque detrahere poſſent, victi ſententiæ meæ acquieverunt: cor enim meum tanquam arcus in manu divinâ continebatur, unde factum eſt ut animi ſenſa à recto ſcopo non aberraverint.

Περιχαρεῖς δὲ ἐγίνοντο ὁπόταν αὐτοῖς ἐλάλουν· ὥσπερ γῆ διψῶσα προσδεχομένη τὸν ὑετὸν, οὕτως οὗτοι τὴν ἐμὴν λαλιάν.

Sed gaviſi ſunt cùm loquerer iis; ſicut terra ſitiens ſuſcipiens pluviam, ſic iſti meum ſermonem.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅρα τί φησιν. οὐχ ὁ πλοῦτος αὐτὸν ἐπίφθονον ἐποίει, οὐ τὸ τῶν ἀδικουμένων προΐστασθαι, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον οὐδέν· ἀλλὰ πάντες αὐτοῦ ἡδέως ἤκουον.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἔγκαρπα γὰρ ἦν αὐτοῦ τὰ ῥήματα, καὶ δραστήριον εἶχεν δύναμιν ἐν ταῖς τῶν ἀκουόντων ψυχαῖς· πρῶτον γὰρ ἐποίει, εἶτα ἐδίδασκεν. ἔπαινος δὲ καὶ τοῦ λέγοντος, ὅταν ἐμπράκτους ἔχῃ τοὺς λόγους· καὶ τοῦ ἀκούοντος, ὅταν μετὰ δίψης ἀκούῃ καὶ πόθου.

CHRYSOSTOMI. Animadverte quid dicat. Non divitiæ, non injuriâ oppreſſorum patrocinium, nec quidpiam id genus aliud, invidioſum eum reddiderunt; verùm omnes ei libenter aurem præbebant.

OLYMPIODORI. Verba enim ejus fructu non carebant, ſed ad perſuadendum auditorum animos, vim & efficaciam obtinebant; priùs namque faciebat, deinde docebat. Dicentis verò laus eſt, ſi ſermones efficaces habuerit; & auditoris, ſi cum ſiti & deſiderio audierit.

Ἐὰν γελάσω πρὸς αὐτοὺς, οὐ μὴ πιστεύσωσι.

Si riderem ad eos, non crederent.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, προσεγέλων αὐτοῖς, οἱ δὲ οὐκ ἐπίστευον. διατί δὲ οὐκ ἐπίστευον; διὰ τὸ ἐμβριθὲς τοῦ ἤθους, πεῖραν εἶναι τὸ πρᾶγμα νομίζοντες. ἐν τούτοις δὲ ἦθος ὑπέγραψε διδασκαλικόν· οὕτω γὰρ ἐμβριθῆ προσήκει τὸν θεῖον εἶναι διδάσκαλον, ὡς καὶ προσγελῶντα καὶ χαριεντιζόμενον μὴ πιστεύεσθαι.

SYmmachus autem, *Arridebam iis, illi verò non credebant.* Cur autem non credebant? Propter morum ejus gravitatem, tentamentum illud exiſtimantes. His autem verbis, doctoris mores delineavit: divinum enim magiſtrum moribus adeo gravem eſſe oportet, ut arridenti, & cum venuſtate ac lepôre quodam loquenti, fides non adhibeatur.

Καὶ φῶς τοῦ προσώπου μου οὐκ ἀπέπιπτεν.

Et lumen faciei meæ non decidebat.

Ἀλλὰ καὶ θεία χάρις, φησὶ, τοῦ προσώπου μου ἀπέλαμπε, τῆς κατὰ ψυ-

VErùm divina, inquit, gratia, pulchritudinem pacis quæ in anima erat, per

genas palam oſtendens, in vultu elucebat. Vel hoc etiam dicit; Sermonum meorum nullus obſcurus & tenebricoſus erat, ſed omnes luce pleni, & perſpicuitate candidi: vultus enim doctorum, doctrina eorum eſt; animorum quippe imagines & ſimulachra ſermones ſunt, & ex charactere ſermonis ac ſtylo authorem, non minùs quàm parentes ex liberorum forma dignoſcimus. Fortaſſe autem, eò quòd morum gravitatem cum vitiorum objurgatione conjunctam oſtenderit (tales verò ſubtriſtes eſſe, & à riſu abſtinere ſolent) ſubjunxit, Vultûs mei hilaritas non concidit, ſed ſplendor cum gravitate quaſi uniebatur.

χὴν εἰρήνης προφαίνουσα τὸ κάλλος διὰ τῶν προσώπων. ἢ καὶ τοῦτο λέγει, ὅτι τῶν ἐμῶν λόγων οὐδεὶς ἦν σκοτεινὸς καὶ ἀφεγγής, ἀλλὰ πάντες φωτὸς πεπληρωμένοι, καὶ τῷ σαφεῖ λευκαινόμενοι· πρόσωπον γὰρ τῶν διδασκάλων, ἡ αὐτῶν διδαχή· εἰκόνες γὰρ τῶν ψυχῶν οἱ λόγοι, καὶ διὰ τοῦ χαρακτῆρος τὸν πατέρα τοῦ λόγου γνωρίζομεν, οὐχ ἧττον ἢ ἀπὸ τῆς μορφῆς τῶν παίδων τοὺς τεκόντας. τάχα δὲ, ἐπειδὴ ἔδειξε τὸ ἐμβριθὲς ἑαυτοῦ, καὶ τὸ πρὸς τοὺς φαύλους ἐπιτιμητικόν, οἱ δὲ τοιοῦτοι στυγνοὶ καὶ ἀμειδεῖς, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν, ὅτι ἡ ἱλαρότης τῆς ἐμῆς ὄψεως οὐκ ἀπέπιπτεν, ἀλλ' ὁμοῦ ἡνοῦτο τὸ φαιδρὸν καὶ ἡ ἐμβρίθεια.

Elegi viam eorum, & ſedi Princeps; et habitabam ſicut Rex in accinctis.

Ἐξελεξάμην ὁδὸν αὐτῶν, καὶ ἐκάθισα ἄρχων· καὶ κατεσκήνουν ὡσεὶ βασιλεὺς ἐν μονοζώνοις.

SYmmachus verò, pro illo, *Elegi viam eorum*, tranſtulit, *Si ſtatueram ire ad eos*; & pro eo, *In accinctis*, interpretatus eſt, *In exercitu*. Senſus autem hic eſt; Ego, inquit, unus ex eorum numero videri volebam, & tanquam unus ex plebe ad eos proficiſcebar; illi verò Principem me elegerunt. Non enim violenter, neque tyrannicè principatum invaſi, ſed quia, delectu facto, quæ utilia erant illis explicâſſem, & viam virtutis commonſtrâſſem, Principem me renunciaverunt, mihique tanquam milites Imperatori, obſequium præſtiterunt; ac ſi diceret, Peregrini etiam & hoſpites me regio honore affecerunt. *Accincti* autem vocantur milites qui alios honore antecellunt, & qui diverſam ab aliis zonam geſtant: vel qui ordine nullo continentur, & quaſi latrones ſunt.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀντὶ μὲν τοῦ, ἐξελεξάμην ὁδὸν αὐτῶν, εἰ προειλόμην ὁδεῦσαι πρὸς αὐτούς, ἐξέδωκεν· ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐν μονοζώνοις, ἐν στρατοπέδῳ. ὁ δὲ νοῦς οὗτος· ἐγὼ μέν, φησιν, εἷς ἐξ αὐτῶν ἤθελον δοκεῖν, καὶ οὕτω πρὸς αὐτοὺς ἐβάδιζον, ὡς εἷς τῶν πολλῶν· οἱ δὲ ἄρχοντά με ᾑροῦντο. οὐ γὰρ βίᾳ τὴν αὐτῶν ἀρχὴν ἥρπασα, οὐδὲ τυραννικῶς· ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ συμφέροντα ἐκλεγόμενος αὐτοῖς εἰσηγούμην, καὶ τὴν κατ' ἀρετὴν ὁδὸν ὑπεδείκνυον, ἄρχοντά με ἑαυτῶν ἀνέδειξαν, καὶ οὕτως ὑπετάγησάν μοι, ὥσπερ στρατιῶται βασιλεῖ· ἵνα εἴπῃ, καὶ παρὰ ξένοις βασιλικῆς * ἀπέλαβον τιμῆς. μονόζωνοι δέ εἰσιν οἱ τίμιοι τῶν στρατιωτῶν, οἱ μὴ τὴν αὐτὴν τοῖς ἄλλοις ζώνην φοροῦντες· ἢ οἱ ἀσύντακτοι, καὶ ὡσπερεὶ λῃσταί. * ἴσ. ἀπέλαυον.

ISIDORI. Cùm *Accincti*, cohortes militares, vel turmas barbaricas, vel prædonum agmina innuant, Jobum ejuſmodi dixiſſe arbitror; Vel tanquam militibus legitimè imperabam, vel tanquam barbaros ſtrenuè debellabam, vel tanquam latronibus terrorem incutiebam, & ſuis moribus

ΙΣΙΔΩΡΟΥ. Οἶμαι ὅτι ἐπεὶ οἱ μονόζωνοι στρατιωτικὰ τάγματα μηνύουσιν, ἢ βαρβαρικὰ στίφη, ἢ λῃστρικὰ συγκροτήματα, τοιοῦτόν τι τὸν Ἰὼβ εἰρηκέναι· ἢ ὡς στρατιωτῶν νομίμως ἦρχον, ἢ ὡς βαρβάρων ἀνδρείως κατεκράτουν, ἢ ὡς λῃσταῖς φόβον ἐνεποί-

ουν,

σιν, καὶ ἐκώλυον τοῖς αὐτῶν χρῆσθαι τρόποις· εἰ δὲ μὴ ἐπείθοντο, εἰς τὴν τῶν νόμων σαγήνην συνέκλειον.

uti prohibebam: quòd ſi verò immorigeros ſe præbuiſſent, legum naſſæ & verriculo includebam.

Ὃν τρόπον* ταπεινοὺς παρακαλῶν.

* γρ. πενθοῦντας. † σ. συμπαθῶς, ut in Ms. Theclæ.

Quaſi conſolans triſtes.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἀλλὰ καὶ ἐν πάθεσι, φησὶν, ὄντας τοῖς κατὰ ψυχὴν, ἢ τοῖς ἔξωθεν, λόγοις τε καὶ ἔργοις παρεμυθούμην καὶ ἀνεκτώμην. ὁ δὲ Σύμμαχος, καθὼς ἀπάγει αὐτοὺς ὁδηγῶν, ἐξέδωκεν, ἕτερόν τι τάχα αἰνιττόμενος, ὅτι παρεκάλουν αὐτοὺς, καὶ περιεπόμην ἐπὶ τὰ πρακτέα ἡμέρως καὶ προσηνῶς, καὶ οἷον διαβαστάζων σφᾶς, καὶ τῆς αὐτῶν ἀνεχόμενος ἀσθενείας, ὥσπερ τις ὁδηγῶν ἀνθρώποις πάσχοντας καὶ ἀρρωστοῦντας. δέονται γὰρ, ὥσπερ οἱ νοσοῦντες κατὰ τὸ σῶμα, οἰκονομίας τινὸς, καὶ δεξιᾶς μεταχειρίσεως, οὕτω καὶ οἱ κατὰ ψυχὴν οὐ καλῶς διακείμενοι, ἀλλὰ διεφθαρμένοι, καὶ τὴν μισητὴν νόσον κακίαν ἔχοντες.

OLYMPIODORI. Sed & eos, inquit, qui animi vel corporis perturbationibus laborabant, verbis & operibus ſolabar & refocillabam. Symmachus autem, aliud fortaſſe innuens, reddidit, *Sicut abducit eos qui itineris dux eſt*, Adhortabar, ſcilicet, eos, & leniter ac placidè ad ea quæ agenda erant, monitis inſtigabam, humeris quaſi eos geſtans, illorúmque imbecillitati favens, tanquam is qui hominibus ærumnoſis & valetudinariis viam monſtrat. Qui enim animo non bene affecti, ſed corrupti ſunt, & vitii odioſo morbo laborant, non minùs providâ curâ & commodâ contrectatione indigent, quàm qui corpore ægrotant.

ΝΥΝΙ δὲ κατεγέλασάν μου ἐλάχιστοι.

NUNC autem deriſerunt me minimi. CAP. 30.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Θεοδοτίων δὲ καὶ Ἀκύλας, ὁ μὲν, νεώτεροί μου ἡμέραις, ὁ δὲ, βραχεῖς παρ' ἐμὲ ταῖς ἡμέραις, ἐξέδωκε. λυπηρὸν δὲ, τὸ παρὰ νεωτέρων νουθετεῖσθαι γέροντα, τὸν πολλοὺς πρότερον νουθετήσαντα.

OLYMPIODORI. Theodotio verò & Aquila, hic quidem, *Juniores me diebus*, ille autem, *Breves præ me diebus*, tranſtulit. Grave autem & acerbum eſt, ſenem, qui multos priùs officii commonefecerat, ab ætate minoribus cõmonefieri.

Νῦν νουθετοῦσί με ἐν μέρει, ὧν ἐξουδένουν τοὺς πατέρας αὐτῶν· οὓς οὐχ ἡγησάμην ἀξίους κυνῶν τῶν ἐμῶν νομάδων.

Nunc monent me in parte, quorum ſpernebam parentes eorum; quos non putavi dignos canibus meorum gregum.

ΟΙ δὲ λοιποὶ, μετὰ τῶν κυνῶν τῶν προβάτων μου. τὸ δὲ δηλούμενον τοῦτο· εἶχε μὲν ἐμοὶ, φησὶ, καλῶς τὰ πράγματα πρότερον, καὶ λέγοντι πάντες ὑπεξίσταντο, καὶ ὡς βασιλεῖ ὑπετάσσοντο· νῦν δὲ εἰς τοσαύτην περιετράπη τὰ κατ' ἐμὲ μεταβολὴν, ὡς τοὺς ἐλαχίστους καὶ εὐτελεῖς διὰ ἀπορίαν, καὶ δυσγένειαν, καὶ τὸ τῆς ἡλικίας νεώτερον, καὶ τὸ παντάπασιν ἀχρείους εἶναι, καὶ οὐδενὸς

CÆteri autem, *Cum canibus ovium mearum.* Quod autem verbis innuitur, hoc eſt; Res, inquit, meæ priùs rectè procedebant, dicenti mihi omnes aſſurgebant, & tanquam Regi ſubjiciebantur: nunc verò tanta rerum mearum facta eſt mutatio, ut qui propter inopiam, generis ignobilitatẽ, & juvenilem ætatem minimi & viles, propterque improbitatem omnino inutiles, & nullius

nullius æſtimationis erant, in quibuſdam me moneant: neque enim me, ex illorum opinione, ſemper alios inſtituere, ſed & ipſum in quibuſdam erudiri oportebat, ut hac ratione quaſi mercedem inſtitutionis aliorum reportarem. Quòd autem ne canibus quidem comparare eos dignetur, faſtûs & arrogantiæ vox non eſt; verùm illos homines planè ineptos & inutiles fuiſſe arguit; ac ſi diceret, Si meam, inquit, æſtimationem & dignitatem animo reputarem, patres eorum, qui me nunc ludibrio habent, quique non eâ abundantiâ qua canes gregum meorum, affluebant, ne aſpectu quidem dignarer.

CHRYSOSTOMI. *Spernebam*, inquit, non quòd cum faſtu & arrogantia eos contemnerem, ſed quia improbos eos eſſe evidenter ſcirem; juxta illud, *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus*; (Pſal. 14. 4.) nullius enim pretii id genus hominum æſtimabat. Illud verò, *Monent me in parte*, non quòd beneficii partem ullam contulerint, meo quidem judicio; ſed quia cùm ille alios monere ſoleret, ipſi nunc vice verſâ eum commonefacerent: unde etiam dixit, canibus ſuis indignos fuiſſe, non quòd animalis cui latrare proprium eſt, deterior eſſet illorum conditio, ſed quòd ne canum quidem curâ dignos eos judicaret; indignos enim, inquit, putabam, qui canes gregis mei agerent. Monita igitur illorum, eò quòd neque propter ætatem, neque virtutem venerandi eſſent, repudiabat. Monebant enim, inquit; ſed quinam? & quem? juniores ætate grandiorem; improbi probum; viles & inglorii, clarum olim & illuſtrem. In iis autem quæ proximè deinceps ſequuntur, illorum etiam imbecillitatem innuit, dicens.

ἀξίως δὲ τοῦ πονηροὺς εἶναι, νουθετεῖν με ἐν μέρει· οὐ γὰρ ἔδει με, ὡς ἔοικεν, ἀεὶ ἑτέρους νουθετεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐν μέρει νουθετεῖσθαι, ἵν' ἀμοιβὰς τῆς πρὸς ἑτέρους νουθεσίας κομιζόμενον. Τὸ μέντοι μηδὲ κυσὶν αὐτοὺς παραβάλλειν, οὐκ ἀλαζονείας ῥῆμα, ἀλλὰ δεῖγμα τῆς ἐκείνων παντελοῦς ἀχρειότητος· ἵνα εἴπῃ, ὅτι εἰ τὴν ἐμαυτοῦ τιμὴν καὶ ἀξίαν ἐλογιζόμην, οὐδὲ προσβλέπειν ἂν ἠξίωσα τοὺς πατέρας τῶν νῦν ἐπιγελώντων μοι, οἵτινες οὐδὲ ὅσην οἱ τῆς ἐμῆς ποίμνης κύνες ἀφθονίαν εἶχον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐξουδένουν δὲ εἶπεν, οὐ χρώμενος ἀλαζονικῶς τῇ ἐξουδενώσει, ἀλλὰ σαφῶς αὐτοὺς εἰδὼς πονηρούς· κατὰ τὸ, ἐξουδένωται ἐνώπιον αὐτοῦ πονηρευόμενος· τοὺς γὰρ τοιούτους οὐδὲν ἡγεῖτο. Τὸ δὲ, νουθετοῦσί με ἐν μέρει, κατά γε ἐμὲ, οὐχ ὅτι μέρος εὐεργεσίας κατετίθεντο, ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς ἄλλους ἐνουθέτει, νῦν δὲ οὗτοι αὐτόν· διὰ τοῦτο οὕτως εἴρηται, καὶ τὸ μὴ ἀξίους δὲ εἶναι κυνῶν, οὐχ ὅτι χείρους εἰσὶ καὶ τοῦ ὑλακτικοῦ τοῦδε ζώου, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ τοῦ * κυνοκομεῖν ἀξίους αὐτοὺς ἔκρινεν· οὐχ ἡγούμην γὰρ, φησὶν, αὐτοὺς ἀξίους τοῦ ἄγειν τοὺς κύνας τῆς ἐμῆς ποίμνης. ἀπεπτύσατο μὲν οὖν τὴν νουθεσίαν αὐτῶν, ὡς μήτε ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἐχόντων τὸ αἰδέσιμον, μήτε ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. Ἐνουθέτουν γὰρ, φησί· τίνες; τίνα; οἱ νεώτεροι τὸν ὑπὲρ αὐτούς· οἱ φαῦλοι τὸν σπουδαῖον· οἱ εὐτελεῖς καὶ ἄδοξοι, τὸν λαμπρόν ποτε καὶ ἐπίσημον. ἐν δὲ τοῖς καταπόδας καὶ ἐφεξῆς, καὶ τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν αἰνίττεται, λέγων.

* γρ. κυνοκομία.

Et quidem virtus manuum eorum ut quid mihi?

Καί γε ἰσχὺς χειρῶν αὐτῶν ἱνατί μοι;

OLYMP. Id eſt, Neque opem eorum unquam imploravi, ut propterea ejuſmodi verbis me alloquerentur.

ΟΛΥΜΠ. Τουτέστιν, οὐδὲ τῆς αὐτῶν ἐπικουρίας ἐδεήθην ποτὲ, ἵνα διὰ τοῦτο τοιούτοις πρὸς ἐμὲ χρήσωνται ῥήμασιν.

Επ'

Επ' αὐτοῖς ἀπώλετο συντέλεια.

Ἤτοι τοῦτό φησιν, ὅτι πάλαι δίκην ἐχρεώστουν πονηροὶ ὄντες, καὶ τρόπον τινὰ * ἀπέπτη ἀπ' αὐτῶν ἡ τιμωρία. ἢ, ὅτι θανάτου διὰ τὴν ἄκραν πενίαν ἐπιθυμοῦντες, οὐδὲ τούτου ἐτύγχανον. ἢ, ὅτι οὐδέποτέ τι χρηστὸν συνετέλεσαν. αὐτὸς δὲ τῇ τοῦ Συμμάχου προσχωρῶν ἑρμηνείᾳ, ἐκδόντος· ἀπώλετο αὐτοῖς πᾶν τὸ πρὸς ζωὴν, συντέλειαν νοῶ πάντα τὰ πρὸς τὸ ζῆν συντελοῦντα· ὧν ἐνδεεῖς ἦσαν οἱ τῷ Ἰὼβ ἐπιτιθέμενοι· ἐπ' αὐτοὺς γὰρ ἀπώλετο ἡ συντέλεια, τουτέστιν, ἡ τῶν συντελούντων πρὸς τὴν ζωὴν εὐπορία· δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπάγει γάρ.

* γρ. ἀπέστη.

Super eos peribat conſummatio.

Vel hoc vult, Quòd olim pœnas improbitatis ſuæ meriti fuerint, ſupplicium autem quodammodo ab iis avolaverit: vel, Quòd propter ſummam inopiam mortem expetiverint, neque hoc tamen aſſequuti fuerint: vel, Quia nihil unquam boni perfecerint & abſolverint. Ego verò interpretationi Symmachi accedens, qui reddidit, *Perierat illis quicquid ad vitam facit*; per *conſummationem*, omnia quæ ad vitam conducunt, intelligo; quorum penuriâ laborabant, qui impetum hoſtilem in Jobum faciebant: *Super eos enim peribat conſummatio*, id eſt, abundantia eorum quæ ad vitam conferunt; hoc autem ex iis quæ ſequuntur, manifeſtum eſt, ſubjungit enim.

Ἐν ἐνδείᾳ καὶ λιμῷ ἄγονος.

Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἕκαστος αὐτῶν οὕτως ἦν ἄγονος, τουτέστιν, ἄπορος, καὶ οὐδεμίαν ἔχων γονὴν καρπῶν, ὥστε καὶ σφόδρα ἐνδεεῖς ἦσαν, καὶ ἐλίμωττον. ἢ τὸ, ἄγονος, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ ἐφευρεῖν καὶ γεννῆσαι τρόπον ποριστικὸν ἠδύνατο.

In egeſtate & fame ſterilis.

Quod dicit ejuſmodi eſt; Unuſquiſque eorum adeo *ſterilis* fuit, id eſt, inops, & nullam fructuum fœturam habens, ita ut valde egenus eſſet, & fame enecaretur. Vel, *ſterilis*, id eſt, Rationem aliquam quæſtûs adinvenire & comminiſci non poterat.

Οἱ φεύγοντες ἄνυδρον ἐχθὲς συνοχὴν καὶ ταλαιπωρίαν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οἱ χθές τε, φησὶ, καὶ πρῴην ἐν συνοχῇ καὶ ταλαιπωρίᾳ ὄντες, καὶ τὴν ἐνεγκαμένην ἀπολιπόντες, ὡς λυπρὰν, καὶ χέρσον, καὶ ἔρημον. ἔοικε δὲ ὡς ἀγενεῖς αὐτοὺς διαβάλλειν, ἐξ ἀδόξων ὄντας χωρίων, καὶ πατέρων πενήτων. ταῦτα δὲ ὁ μακάριος διηγεῖται, ἵνα ἐὰν καὶ ἡμεῖς ὑπό τινων εὐτελῶν τινων καὶ ἀτίμων ὑβρισθῶμεν, μὴ ὡς μόνοι τοῦτο παθόντες δυσχεραίνωμεν, ὅπου γε ὁ τοσοῦτος τὴν ἀρετὴν, τοσοῦτος δὲ τῇ περιουσίᾳ καὶ περιφανείᾳ, τὰ αὐτὰ

Qui fugiebant inaquoſam heri preſſuram & miſeriam.

EJUSDEM. Qui non ita pridem, inquit, in anguſtiis & ærumnis verſabantur, & patriam ſuam, tanquã terram jejunam, incultã, & deſertam, dereliquerant. Videtur autem iis, tanquam hominibus obſcuris, ex locis ignobilibus, & egenis parentibus oriundis, infamiæ notam inurere. Hæc autem ideo beatus Jobus perſequitur, ut ſi quando à vilibus quibuſdam, & qui in nullo honore ſunt, contumeliâ afficiamur, non tanquã ſoli id pateremur, indignanter feramus; quandoquidem eum, qui tantâ virtute, tantâ rerum affluentiâ & dignitate clarus extiterat,

eadem

eadem nobiſcum, vel pejora etiam paſſum eſſe, literis mandatum ſit.

ἡμῖν, ἢ καὶ χείρονα πεπονθὼς διαγράφεται.

Qui circuibant alima in reſonante.

Οἱ περικυκλοῦντες ἄλιμα ἐπὶ ἠχοῦντι.

SYmmachus autem, *Qui vellicabant plantarum cortices.* *Alima*, herba quædam eſt, ut aiunt, quæ citò explet eum qui eâ veſcitur, & ſatietatem affert. *In reſonante* verò, id eſt, in convallibus, & locis petroſis; ſonora enim & vocalia ſunt ejuſmodi loca, & ſonantibus reſonant ac reſpondent. Vel locum nemoroſum, in quo ventorum ſpiraculum ſylvam quatiens, ſonum efficit, *reſonantem* vocat. Dicit igitur, eos neceſſitate extremâ coactos, ut herbis adinventis, & radicibus arborum arroſis famem ſolarentur, nemora, & convalles, ac loca in quibus aquæ fluentes ſonum & ſtrepitum edunt, luſtrâſſe & obambulâſſe.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀποκνίζοντες φλοιοὺς φυτῶν. ἄλιμα βοτάνη τίς ἐστιν, ὥς φασι, ταχὺ πληροῦσα τὸν ἐσθίοντα, καὶ κόρον ἐμποιοῦσα. ἐπὶ ἠχοῦντι δὲ, τουτέστιν, ἐπὶ φάραγξι, καὶ πετρώδεσιν· εὔηχοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι τόποι, καὶ ἀντηχοῦσι τοῖς φθεγγομένοις. ἢ καὶ ἠχοῦντα λέγει, τὸν δασώδη τόπον, ἐν ᾧπερ ἡ πνοὴ τῶν ἀνέμων κινοῦσα τὴν ὕλην, ἦχον ἀποτελεῖ. φησὶν οὖν, ὅτι περιενόστουν οὗτοι τὰς ὕλας, καὶ τὰς φάραγγας, καὶ τοὺς τόπους παρ᾽ οὓς ὕδατα ῥέοντα ἠχεῖ τε καὶ κελαρύζει, ὑπὸ τῆς ἀγχῆς ἐνδεῖας τὰς βοτάνας ἀνερευνώμενοι, καὶ τὰς ῥίζας τῶν ξύλων περιξέοντες εἰς τροφῆς παραμυθίαν.

Quorum quidem alima erat eorum cibaria: inhonorati autem & abjecti, egentes omni bono, qui & radices lignorum manducabant propter magnam famem. [Symmachus autem, *Et radix arborum agreſtium alimentum eorum.*]

Οἵτινες ἄλιμα ἦν αὐτῶν τὰ σῖτα· ἄτιμοι δὲ, καὶ πεφαυλισμένοι, ἐνδεεῖς παντὸς ἀγαθοῦ, οἱ καὶ ῥίζας ξύλων ἐμασσῶντο ὑπὸ λιμοῦ μεγάλου. [ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ ῥίζα ξύλων ἀγρίων ἡ σίτησις αὐτῶν.]

OLYMP. Utrumque verò de iis teſtatur, ſummam egeſtatem, ſcilicet, & improbitatem maximam; illam quidem, in eo quòd dicit, Arborum corticibus & radicibus veſcebantur; hanc verò, in eo quòd omnis boni indigos vocaverit: niſi quis hoc loco alimenta etiam ſub *boni* appellatione intelligere velit; quòd enim ejuſmodi homines paupertatem experirentur, alia moleſtia & ærumna erat.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Μαρτυρεῖ δὲ αὐτοῖς ἀμφότερα, ἄκραν τε πενίαν, καὶ κακίαν ὑπερβάλλουσαν· τὴν μὲν ἐν τῷ εἰπεῖν, φλοιοὺς δένδρων καὶ ῥίζας ἐσιτοῦντο· τὴν δὲ ἐν τῷ ἐνδεεῖς ὀνομάσαι παντὸς ἀγαθοῦ· εἰ μή τις ἐνταῦθα καὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ προσηγορίαν ἐπὶ τῶν τροφίμων νοήσῃ· ἑτέρα δὲ πονηρία, τὸ, καὶ ἐν πενίᾳ τοιούτους εἶναι.

Inſurrexerunt ſuper me fures, quorum domus erant cavernæ petrarum; inter medium bene ſonantium clamabunt; [Symmachus verò, *Inter plantas agreſtes*

Ἐπανέστησάν μοι κλέπται, ὧν οἱ οἶκοι αὐτῶν ἦσαν τρώγλαι πετρῶν· ἀναμέσον εὐήχων βοήσονται· [ὁ δὲ Σύμμαχος, μεταξὺ φυτῶν ἀγρίων ἠχοῦντες

τες λιμῶδες.] οἱ ὑπὸ φρύγανα ἄγρια διητῶντο, ἀφρόνων υἱοὶ, καὶ ἀτίμων· ὄνομα καὶ κλέος ἐσβεσμένον ἀπὸ γῆς.

ſonantes famelicum quiddam.] qui ſub ſarmentis agreſtibus manebant, ſtultorum filiis & ignobilium: nomen & gloria exſtincta eſt de terra.

Οὗτοι, φησὶ, καὶ εἰς λῃστείαν ἐτράποντο, οἴκους ἔχοντες τῶν πετρῶν τὰ κοῖλα, ἐν ἐρήμοις διαιτώμενοι, καὶ ὑπὸ φρυγάνων σκεπόμενοι, ἵνα λάθωσι τοὺς παροδεύοντας, ἐξ ἀφρόνων ἄφρονες, ἐξ ἀτίμων ἄτιμοι, ἀνώνυμοι, καὶ ἄδοξοι ἐπὶ τῆς γῆς.

HI etiam, inquit, pro domibus cavernas petrarum habentes, in ſolitudinibus verſantes, &, ne à prætereuntibus videantur, ſub aridis virgultis latentes, ex inſipientibus inſipientes, ex inhonoratis inhonorati, in terra obſcuri & inglorii, ad latrocinia ſe converterunt.

Νυνὶ δὲ κιθάρα ἐγώ εἰμι αὐτῶν, καὶ ἐμὲ θρύλλημα ἔχουσιν.

Nunc autem cithara eorum ego ſum, & me fabulam habent.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὠδὴ, φησὶν, αὐτοῖς ἐγενόμην, καὶ παρῴδημα, καὶ τὰς ἐμὰς συμφορὰς, ἀντ᾽ ἄλλης τινὸς ὁμιλίας, ἀνὰ στόμα ἔχουσιν. ὁρᾷς τίνα ἐστὶ τὰ μάλιστα αὐτὸν λυποῦντα, τὸ παρὰ τοιούτων σκώπτεσθαι, ἐπὶ βλάβῃ τῇ ἑαυτῶν.

EJUSDEM. Ode, inquit, & carmen joculare iis factus ſum, & calamitates meas pro familiari aliquo ſermone in ore habent. Vides quænam ſint quæ maximam illi moleſtiam creent, quòd à talibus, ſcilicet, cum ſuo ipſorum damno, ludibrio haberetur.

Ἐβδελύξαντο δέ με ἀποστάντες μακρὰν ἀπὸ δὲ τοῦ προσώπου μου οὐκ ἐφείσαντο πτύελον.

Et abbominati ſunt me diſcedentes procul; nec in faciem meam pepercerunt ſpuere.

Ἐπειδὴ δέ μοι πλησιάσωσι, φησὶν, ἐμπτύοντές μοι, μακρὰν ἀφίστανται, βδέλυγμά με καὶ ἀηδίαν ἡγούμενοι.

POſtquam, inquit, appropinquaverint, & ſputo os fœdaverint, rem abhominandam & faſtidiendam me reputantes, longè recedunt.

Ἀνοίξας γὰρ φαρέτραν αὐτοῦ, ἐκάκωσέ με· καὶ χαλινὸν τοῦ προσώπου μου * ἐξαπέστειλαν.

* γ. ἐξαπέστειλεν, & ſic in Ms. Theod.

Aperiens enim pharetram ſuam, afflixit me; & frænum faciei mei emiſit.

Πλήττει μὲν κἀν τούτῳ τὸν διάβολον ὁ δίκαιος, μὴ φάσκων αὐτὸν δύνασθαί τι κατ᾽ αὐτοῦ, τὸν δὲ Θεὸν ἐπενηνοχέναι αὐτῷ τὰς πληγάς. λέγει δὲ, ὅτι καὶ χαλινόν μοι ἐξαπέστειλεν, οἱονεὶ δεσμοῦντα τὸ πρόσωπόν μου· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ἐπεστόμισέ με, ἀφείλετό μου τὴν παῤῥησίαν, πάντων τὰς

IN hoc etiam Juſtus diabolum ferit & vulnerat, cùm dicat, nihil eum contra ſe poſſe, Deum autem eſſe qui plagas illi inferat. Dicit autem, Frænum emiſit, quo facies mea quodammodo vinciretur; ac ſi diceret, Cunctis mihi calamitates ad impietatis meæ argumentum exprobrantibus,

bus, os mihi obturavit, & loquendi libertatem ademit.

συμφορὰς εἰς ἀπόδειξιν ἀσεβείας μοι προσφερόντων.

Super dextra germinis inſurrexerunt.

Ἐπὶ δεξιῶν βλαστοῦ ἐπανέστησαν.

OLYMPIOD. Vel hoc dicit; Impetu facto, me, qui olim rebus ſecundis & proſperis florebam, adoriebantur: vel, Negantes me pura mente pietatem exercuiſſe, bona mea opera & juſtas actiones inſectati ſunt.

ΟΛΥΜΠ. Ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι ἐμοὶ, ὅς ποτε τοῖς δεξιοῖς εὐθαλοῦντι ἐπέθεντο· ἢ ὅτι τοῖς ἔργοις μου τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς δικαιώμασιν ἐπεμβαίνουσι, λέγοντες, ὡς οὐ καθαρῶς τὴν εὐσέβειαν μετῆλθον.

Pedem ſuum extenderunt, & ſtraverunt ſuper me ſemitas perditionis ipſorum.

Πόδα αὐτῶν ἐξέτειναν, καὶ ὡδοποίησαν ἐπ' ἐμὲ τρίβους ἀπωλείας αὐτῶν.

DEo, inquit, ſe contra me commovente, illóque permittente, & hoſtilis in me impetûs quaſi ſemitam muniente, aditus illorum incurſioni ad me patefactus eſt. Aquila autem pro, *Perditionis*, reddidit *Inundationis*; ac ſi diceret, Ad vulgi impetum & ferociam, quæ linguæ petulantiâ contra me, & inſultibus, inſtar aquæ quæ æſtu violento fertur, & coerceri non poteſt, Deus viam quaſi complanando munivit.

Κινήσαντος ἑαυτὸν τοῦ Θεοῦ κατ' ἐμοῦ, φησὶν, ἔσχον καὶ αὐτοὶ ὁδὸν ἐφόδου, αὐτοῦ παραχωρήσαντος, καὶ οἷον τρίβον αὐτοῖς τεμόντος τῆς κατ' ἐμοῦ ἐπιθέσεως. Ἀκύλας δὲ ἀντὶ, τοῦ, ἀπωλείας, *ἐπικλυσμοῦ, ἐξέδωκεν· ἵνα εἴπῃ, ὅτι ὥσπερ ὕδατι ἀσχέτως φερομένῳ, ταῖς κατ' ἐμοῦ γλωσσαλγίαις, καὶ ἐπιθέσεσι, τὴν τῶν πολλῶν ὁρμὴν ὁ Θεὸς ἐξωμάλισεν.

* ἴσ. ἐπικλυσμοῦ.

Contritæ ſunt ſemitæ meæ; exuerunt enim me ſtolâ.

Ἐξετρίβησαν τρίβοι μου, ἐξέδυσαν γάρ με τὴν στολήν.

DEo venuſtatis & decoris veſtem mihi detrahente, id eſt, auxilium ſuum denegante, omnes proſperitatis meæ viæ diſparuerunt.

Πᾶσαι αἱ ὁδοί μου αἱ τῆς εὐπραγίας ἐξηφανίσθησαν, τοῦ Θεοῦ περιδύσαντός με τῆς εὐπρεπείας τὴν στολὴν, ἤγουν περιελόντος τὴν οἰκείαν βοήθειαν.

Jaculis ſuis vulneravit me; judicavit autem mihi ſicut vult.

Βέλεσιν αὐτοῦ κατηκόντισέ με· κέχρηται δέ μοι ὡς βούλεται.

HIs verbis, explorationis & cruciatûs vehementiam oſtendit. Illud verò, *Sicut vult*, idem eſt ac ſi diceret, Ego cauſam ignoro.

Τὸ σφοδρὸν τοῦ ἐτασμοῦ διὰ τούτων δηλοῖ. Τὸ δὲ, ὡς βούλεται, ἵνα εἴπῃ, ἐγὼ τὴν αἰτίαν οὐκ οἶδα.

Ευ

Εν ὀδύναις πέφυρμαι, ἐπιστρέφονταί μου αἱ ὀδύναι· ᾤχετό μου ἡ ἐλπὶς ὥσπερ πνεῦμα, καὶ ὥσπερ νέφος ἡ σωτηρία μου.

In doloribus maceratus ſum, convertuntur in me dolores; diſceſſit ſpes mea ſicut ſpiritus, & ſicut nubes ſalus mea.

ΠΕριτετείχισμαι, φησὶ, ταῖς λύπαις, καὶ συμπέφυρμαι ταῖς ἀλγηδόσι, καὶ αἱ ὀδύναι μου ἀνακαινίζονται· εἴτουν ἐπιστρεφόντως ὀδυνῶμαι, τουτέστι, μετ' ἐπιτάσεως, καὶ καθ' αὔξησιν· * ἀπέπτη δέ μου πᾶσα ἡ ἐλπὶς χρηστοτέρα, ἢ κατὰ Σύμμαχον, τὰ καταθύμιά μου, δίκην ἀνέμου παρεληλυθότος, καὶ νέφους διαλυθέντος.

* γρ. ἀπίπτη

ÆRumnis, inquit, circumvallatus, & cruciatibus confuſus ſum, ac dolores mei redintegrantur; ſive cum recurſu dolores ſentio, id eſt, cum intenſione & incremento; inſtar venti autem qui præteriit, & nubis reſolutæ, avolavit à me omnis ſpes bona, vel, juxta Symmachum, *deſideria mea.*

Καὶ νῦν ἐπ' ἐμὲ ἐκχυθήσεται ἡ ψυχή μου, ἔχουσι δέ με ἡμέραι ὀδυνῶν· νυκτὶ δέ μου τὰ ὀστᾶ συγκέχυται, τὰ δὲ νεῦρά μου διαλέλυται.

Et nunc ſuper me effundetur anima mea, habent autem me dies dolorum: nocte verò oſſa mea confuſa ſunt, et nervi mei diſſoluti ſunt.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τὸ, ἐκχυθήσεται ἡ ψυχή μου, ἀντὶ τοῦ, συγχεῖται· ἵνα εἴπῃ, ὅτι διαπορούμενος τοῖς λογισμοῖς, οὔτε τὸν Θεὸν ἄδικον ἀποφήνασθαι ἔχων, οὔτε ἐμαυτῷ τι συνειδὼς ἄτοπον, ἐν ἡμέρᾳ δὲ καὶ νυκτὶ ὀδυνώμενος, ὡς καὶ τὰ ὀστᾶ μου φρυγῆναι, καὶ τὰ νεῦρα, καὶ τοὺς τόνους τῆς ψυχῆς διαλυθῆναι ὑπὸ τῆς ἄγαν κακοπαθείας, καὶ τῶν πιεζόντων με καὶ συγκαιόντων παθῶν.

EJUSDEM. *Effundetur anima mea,* id eſt, confunditur; ac ſi diceret, Dubius ſum & animi pendeo, cùm neque Deum injuſtum pronunciare poſſim, neque cujuſquam abſurdi mihi conſcius ſim, diu verò & noctu cum doloribus conflictor, ut præ nimio cruciatu, & dolorum qui me premunt & adurunt vehementiâ, oſſa mea tanquam in ſartagine torreantur, & animi vires ac nervi diſſolvantur.

Εν πολλῇ ἰσχύϊ ἐπελάβετό μου τῆς στολῆς, ὥσπερ τὸ περιστόμιον τοῦ χιτῶνός μου περιέσχε με.

In multa virtute apprehendit ſtolam meam, & quaſi ora veſtimenti mei circundedit me.

ΜΕταφορικὸς ὁ λόγος· οἱ γὰρ τὸ περιστόμιον τοῦ ἱματίου περὶ τὸν τράχηλόν τινος περισφίγγοντες, ἄγχουσιν αὐτὸν καὶ ἀποπνίγουσι. Φησὶν οὖν, ὅτι ἰσχυρῶς μου περιδραξάμενος, πιέζει καὶ πνίγει με, καθάπερ στενὴ χιτῶνος ᾤα τὸν τράχηλον σφίγγουσά τε καὶ θλίβουσα.

Metaphorica locutionis forma: qui enim veſtis ſupremâ orâ cervicem cujuſpiam conſtringunt, ſuffocant illam & ſtrangulant. Dicit igitur, Apprehendens me fortiter ſtringit & ſtrangulat, inſtar oræ veſtimenti anguſtæ quæ collum premit & coarctat.

Reputâſti autem me ſicut lutum, in terra & cinere pars mea: clamavi autem ad te, & non audis me.

Ἥγησαι δέ με ἴσα πηλῷ, ἐν γῇ καὶ σποδῷ μου ἡ μερίς· κέκραγα δὲ πρὸς σέ, καὶ οὐκ ἀκούεις μου.

SOrtem ſuam coram Deo, tanquam filius coram parente, lugubriter deflet, & naturæ vilitatem pro ſupplicatione in medium affert; Conſidera, inquit, Domine, quòd terra, & in terram reſolvendus ſim, ac ſupplicationem meam noli averſari. Illud autem, *Non audis me*, eximiū & ſingularem erga Deum amorem oſtendit; tanquam enim qui exaudiri credat, ita loquitur. Meo verò judicio, illud, *Reputâſti me ſicut lutum*, & quæ ſequuntur, Jobus, non naturæ vilitatem in medium proponens, ſed quaſi animo vehementer commotus, dicit, quòd luti inſtar contemptibilis eſſet, quòd in nulla æſtimatione haberetur, & quòd portio ejus apud Deum, non in pretioſis, ſed in rebus viliſſimis, in cinere, ſcilicet, & pulvere, quæ pedibus conculcantur, numeraretur; ac propterea non exaudiretur.

ΩΣ υἱὸς πρὸς πατέρα, πρὸς τὸν Θεὸν ἀποδύρεται, καὶ τὸ εὐτελὲς τῆς φύσεως εἰς δέησιν προφέρει· λόγισαι γάρ, φησίν, ὦ δέσποτα, ὅτι γῆ τέ εἰμι, καὶ εἰς γῆν ἀναλύομαι, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὴν ἱκετηρίαν μου. Τὸ δέ, οὐκ ἀκούεις μου, πολλὴν ἔμφασιν τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης ἔχει· ὡς γὰρ ἀκούεσθαι πιστεύων, οὕτως ἔφη. Κατά γε μὴν τὴν ἐμὴν δόξαν, τό, ἥγησαί με ἴσα πηλῷ, καὶ τὰ ἑξῆς, φησὶν ὁ Ἰώβ, οὐ τὴν τῆς φύσεως προϊσχόμενος εὐτέλειαν, ἀλλ' ὡς παθαινόμενος, ὅτι εὐκαταφρόνητός ἐστιν ὡς πηλός, ὅτι οὐδενὸς ἀξιοῦται λόγου, ὅτι ἡ μερὶς αὐτοῦ παρὰ Θεῷ, οὐκ ἐν τοῖς τιμίοις, ἀλλ' ἐν τοῖς εὐτελεστάτοις λελόγισται, ἐν τέφρᾳ, καὶ χόνει, τοῖς πατουμένοις· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ εἰσακούεται.

Steterunt autem, & conſideraverunt me.

* Ἔστησαν δέ, καὶ κατενόησάν με. *ἴσ. ἴσαν, & [illegible], ut in hebr.

VEl ſubſannantes me, vel calamitatis meæ magnitudinem admirantes.

Ἢ χλευάζοντες, ἢ καὶ τὸ τῆς συμφορᾶς θαυμάζοντες μέγεθος.

Inſultârunt autem mihi immiſericorditer: manu potenti me flagellâſti. ſtatuiſti autem me in doloribus, et projeciſti me à ſalute.

* Ἐπέβησαν δέ μοι ἀνελεημόνως· χειρὶ κραταιᾷ με ἐμαστίγωσας· ἔταξας δέ με ἐν ὀδύναις, καὶ ἀπέρριψάς με ἀπὸ σωτηρίας. *ἴσ. ἐπέβης, ut in hebr.

OLYMP. Magna Dei & ineffabilis miſericordia Sanctis cognita eſt, ſicut & David miſericordiam ſibi exhiberi poſtulat; & Jobus etiam cùm huc reſpiceret, Deo inquit, *Immiſericorditer inſultâſti mihi*; non enim cum præſentibus calamitatibus conflictarer, ſi magnâ tuâ miſericordiâ fruerer. Verba igitur hæc non pertinaci ſuperbiâ reſiſtentis, neque impatienter feren-

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἴσασιν οἱ ἅγιοι τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ καὶ ἄφατον ἔλεος, καθὸ καὶ Δαβὶδ αἰτεῖ ἐλεηθῆναι· πρὸς τοῦτο οὖν καὶ Ἰὼβ ἀποβλέπων, φησὶ πρὸς Θεόν, ἐπέβης μοι ἀνελεημόνως· εἰ γὰρ ἐτύγχανον τοῦ μεγάλου σου ἐλέους, οὐκ ἂν ἐν ταῖς παρούσαις συμφοραῖς ἐξεταζόμην· πονουμένου τοίνυν εἰσί, καὶ ἀξιοῦντος τυχεῖν ἐλέους

τὰ

τὰ ῥήματα, οὐ μὴν αὐθαδιζομένου, ἀλλ' ἀποδυσπετοῦντος.

tis, ſed ſuppliciter obſecrantis, & miſericordiam implorantis ſunt.

Οἶδα γὰρ ὅτι θάνατός με ἐκτρίψει· οἰκία γὰρ παντὶ θνητῷ γῆ. εἰ γὰρ ὄφελον δυναίμην ἐμαυτὸν χειρώσασθαι, ἢ δεηθείς γε ἑτέρου, καὶ ποιήσει μοι τοῦτο.

Novi enim quòd mors me conteret; domus enim eſt omni mortali terra. Atque utinam poſſem mihi ipſe manus afferre, aut rogare alium, & faceret mihi hoc.

Οἶδα, φησὶ, θνητὸς γεγονὼς, καὶ πάντως τελευτήσειν μέλλων· πάντι γὰρ ἀνθρώπῳ οἶκός ἐστιν ἡ εἰς ταφὴν ἐπιμεμηχανημένη γῆ. ὥστε ἡδέως ἂν συντομώτερον τὴν συμφορὰν ἀπαλλαττόμενος, ἢ αὐτόχειρ ἐμαυτοῦ γενόμενος, εἰ τοῦτο ἐξῆν δίχα ἁμαρτίας, ἢ ἕτερον ἱκετεύσας ἐπὶ τὴν ἐμὴν ἐλθεῖν σφαγήν. εἴθε γὰρ ἐξῆν μοι τοῦτο, καὶ ἐπεποίησα ἄν· νῦν δὲ οὐ δύναμαι, ἀπηγορευμένον γὰρ τὸ ἑαυτόν τινα ἀνελεῖν. ὁρᾷς ὅτι, τὸ, δυναίμην, οὐ δι' ἀσθένειαν λέγει, ἀλλὰ διὰ τὸ κεκωλῦσθαι· ἀθέμιτον γὰρ καὶ ἐξάγιστον, τὸ ἑαυτὸν ὑπεξάγειν τοῦ βίου. ἐν τῷ τούτων δὲ καὶ τὸ τῆς πληγῆς δύσφορον ἐνεδείκνυτο, καὶ τὸ περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιβουλῆς εὐλαβὲς διεσώζετο· τοῖς γὰρ βιαίως ἑαυτοὺς ὑπεξάγουσι κατάκρισις ἀνδροφονίας ἐπίκειται.

NOvi, inquit, quòd, mortalis cùm exiſtam, omnino mihi moriendum ſit; terra enim ad ſepulturam præparata & effoſſa domus omni homini eſt. Quare libenter, nullâ interpoſitâ morâ, vel ipſe manum mihi injiciens, ſi illud ſine peccato liceret, vel alium ad cædem meam precibus ſolicitans, calamitatibus me eriperem. Atque utinam hoc mihi liceret, utique ſanè feciſſem; nunc autem non poſſum, vetitum enim eſt, ne quis ſibi mortem conſciſcat. Vides illud, *Poſſem*, non propter imbecillitatem, ſed propter prohibitionem, ab eo dici; nefas enim & ſceleſtū eſt, vitam ſibi eripere. Ex his igitur plagæ ſimul gravitas oſtendebatur, & cauta ac provida circumſpectio, ne ſibi inſidias ſtrueret, obſervabatur: qui enim mortem violentam ſibi inferunt, tanquam homicidii rei cenſendi ſunt.

Ἐγὼ δὲ ἐπὶ παντὶ ἀδυνάτῳ ἔκλαυσα· ἐστέναξα ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις. ἐγὼ δὲ ἐπέχων ἀγαθοῖς, ἰδοὺ συνήντησάν μοι μᾶλλον ἡμέραι κακῶν.

Ego autem ſuper omni impotente flevi; gemui videns virum in neceſſitatibus. Ego autem inhærens bonis, ecce occurrerunt mihi magis dies malorum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Μετὰ τὰ πολλὰ τῶν ἑαυτοῦ κατορθωμάτων κατέλεξεν, ὅπως τε τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἐν ἀσθενείᾳ ἡρμόζετο, τοὺς μὲν ἐν ἐνδείᾳ τῇ τῶν δεόντων χορηγίᾳ παραμυθούμενος, τοῖς δὲ ἀδικουμένοις ἐπικουρῶν, καὶ τοὺς ἐν ἀρρωστίαις ἰατρεύων τὸ κατὰ δύναμιν· ἐπειδὴ ἑώρα λοιπὸν καί τινας ἀνίατα νοσοῦντας, ἔνθα καὶ πᾶσα ἡ παρὰ ἀνθρώπων ἡττᾶτο ἐπικουρία, τὸ συμπαθὲς ἑαυτοῦ δεικνὺς * καὶ τοῖς τοιούτοις

*ἴσ. καὶ

EJUSDEM. Poſtquam multas res præclarè à ſe geſtas enumeráſſet, quemadmodum varietati eorum qui infirmitate laborabant ſe accōmodaverit, neceſſariorū, ſcilicet, ſubminiſtratione eos qui inopiâ premebantur ſolando, injuriâ oppreſſis opem ferendo, & valetudinarios pro viribus curando; quoniam præterea quoſdam morbis immedicabilibus, & qui omnem opem humanam excederent, laborantes viderat, ut doloris ſui affectum & commiſerationem

etiam ad hos extendi oſtenderet, ait, In quibus auxiliari non poteram, à Dei autem ſolius manu ſperandus erat effectus & felix ſucceſſus, condolebam, lugebam, ingemiſcebam, & ſimilia afflictis contribuebam, ipſe licèt *inhærens bonis*, id eſt, proſperâ fortunâ interea fruens; ac ſi diceret, Non deliciis ac voluptatibus indulgens, nec divitiis faſcinatus & deceptus, qui in calamitatibus erant cum neglectu præteribam; verùm illorum ærumnas bonis quæ in manibus habebam præferens, meas eſſe exiſtimavi: nunc autem ipſe malis affectus, parem commiſerationem non invenio; in anguſtiis enim conſtitutus, neminem condolentem habeo.

ἐπικλινόμενον, φησὶν, ὅτι ἐν οἷς οὐκ εἶχον ἐπικουρεῖν, μόνης δὲ ἦν τῆς θείας χειρὸς τὸ κατόρθωμα, συνήλγουν, ἔκλαιον, ἐστέναζον, καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς κάμνουσι συνεισέφερον, καίτοιγε αὐτὸς ἐπέχων ἀγαθοῖς, τουτέστιν, ἐν εὐδαιμονίᾳ ὤν· ὡσανεὶ ἔλεγεν, οὐ τρυφαῖς σχολάζων, οὐδὲ ἀπατώμενος τῷ πλούτῳ, τοὺς ἐν συμφοραῖς παρέτρεχον, ἀλλὰ τὰ τούτων οἰκεῖα ἡγούμην δεινά, τῶν ἐν χερσὶ ταῦτα προστιθεὶς ἀγαθῶν· νῦν δὲ αὐτὸς κακῶς πάσχων, οὐχ εὑρίσκω τὴν ὁμοίαν συμπάθειαν, οὐ γὰρ ἔχω τὸν συναλγοῦντα ἐν ἀνάγκαις ὤν.

CHRYSOSTOMI. Enimvero cùm divitiis abundarem, nihil ſimile à me factum eſt; ob alienas ærumnas non ſum lætatus, (quod mihi nunc accidit, qui multos malis meis delectantes invenerim) verùm è contrario flevi & ingemui. Neque ſanè exiguum hoc eſt, ô dilecte, ſi quis animi affectu & commiſeratione in alienis malis tangatur. Ego verò illud, *Inhærebam bonis, occurrerunt autem mihi dies malorum*, ſic libenter accipio; Propter meam erga alios miſericordiam bona expectabam, omnis autem ſpes mea decollavit, & in contrarium verſa eſt. Ita etiam Symmachus tranſtulit, *Expectabam bona, venerunt autem mala.*

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καίτοιγε ἐν πλούτῳ ὤν, οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησα, οὐκ ἐφήσθην ταῖς ἀλλοτρίαις συμφοραῖς, ὅπερ πάσχω νῦν, πολλοὺς εὑρίσκων τοῖς ἐμοῖς κακοῖς ἐπιχαίροντας· τοὐναντίον μὲν οὖν, καὶ ἔκλαυσα, καὶ ἐστέναξα. οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο, ἀγαπητέ, τὸ συμπαθητικὴν ἔχειν διάνοιαν. ἐγὼ δὲ, τὸ, ἐπεῖχον ἀγαθοῖς, συνήντησαν δέ μοι ἡμέραι κακῶν, οὕτως ἐκδέχομαι, ὅτι διὰ τὴν εἰς τοὺς ἄλλους συμπάθειαν προσεδόκων ἀγαθά, εἰς τοὐναντίον δέ μοι τὰ τῆς ἐλπίδος ἐξέβη. οὕτω καὶ Σύμμαχος ἐξέδωκεν, ἀγαθὰ προσεδεχόμην, ἦλθε δὲ κακά.

Venter meus efferbuit, & non tacebit.

Η κοιλία μου ἐξέζεσε, καὶ οὐ σιωπήσεται.

OLYMPIODORI. Id eſt, Flamma viſcera adurit, & ſilentium agere nequeo; dolorum enim exceſſus vociferare & ejulare me cogit, & tacere volentem haud patitur. Cauſam autem adjicit, cur lugubriter calamitates defleat, & actiones præclarè à ſe geſtas enumeret, quia anima, ſcilicet, quam *ventrem* vocat, malis impleretur. *Efferveſcere* autem, eſt, aquam igne calefactam ebullire, & ſtrepitum edere; ita mihi, inquit, cor intus fervet & exæſtuat, & ſilentium cohibere nequeo. Symma-

ΟΛΥΜΠ. Τουτέστι, φλέγομαι τὰ ἐντός, καὶ ἡσυχίαν ἄγειν οὐ δύναμαι· ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῶν ὀδυνῶν βοᾶν με ἀναγκάζει, καὶ ἀποδύρεσθαι, καὶ οὐδὲ βουλόμενον ἡσυχάσαι συγχωρεῖ. αἰτίαν δὲ προστίθησιν, δι᾽ ἣν τὰς συμφορὰς ἐκτραγῳδεῖ, καὶ τὰ οἰκεῖα καταλέγει ἀνδραγαθήματα, τὸ πεπληρῶσθαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ κακῶν, ταύτην γὰρ κοιλίαν καλεῖ. ἐκζέσαι δέ ἐστι, τὸ ὑπὸ πυρὸς ἐκβράζειν καὶ ἀνακαχλάζειν τὸ θερμαινόμενον ὕδωρ· οὕτω μοι, φησίν, ἡ καρδία τεθέρμανται, καὶ φλεγμαίνει, καὶ σιωπᾶν οὐ δύναμαι.

δύναμαι. ὁ μέντοι Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, οὐ σιωπήσεται, εἰπὼν, οὐκ ἐπαύσατο, ἑτέραν ἐκδοχὴν τοῦ ῥητοῦ ἡμᾶς ἀπαιτεῖ, ὅτι ἀδιάλειπτος ἡ ὀδύνη καὶ συνεχής. ἐπεὶ γὰρ εἰκὸς ἦν ἐκζέουσαν τὴν ψυχὴν πάλιν καταστῆναι, διαδηλῶν ὅτι ἐπέμενεν ἡ φλεγμονὴ τῆς καρδίας, ἐπήγαγεν ὅτι οὐκ ἐπαύσατο.

chus quidem pro illo, *Non tacebit*, reddens, *Non ceſſavit*, aliam vocis acceptionem & interpretationem à nobis requirit, quòd perpetuus, ſcilicet, & interruptus eſſet dolor: cùm enim veriſimile eſſet animum efferveſcentem rurſus ſedari poſſe, ut oſtenderet cordis æſtum & fervorem perduràſſe, ſubjunxit, quòd non ceſſaverit.

Προέφθασάν με ἡμέραι πτωχείας· στένων πεπόρευμαι ἄνευ φιμοῦ, ἕστηκα δὲ ἐν ἐκκλησίᾳ κεκραγώς.

Prævenerunt me dies mendicitatis; gemens ivi ſine fræno; & ſteti in cœtu clamans.

Τίθησι τὰς αἰτίας τοῦ μὴ λήγειν φλεγμαίνουσαν τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν· κατέλαβε γάρ με, φησὶν, ἡ ἐσχάτη πτωχεία, διὰ τοῦτο καὶ ἄνευ φιμοῦ στενάζω, τουτέστιν, οὐ δύναμαι ἐπέχειν τῇ ὑπομονῇ, οἷά τινι χαλινῷ, τὴν τοῦ στεναγμοῦ ἐπίτασιν καὶ συνέχειαν, ἀλλ' ἀκρατῶς, καὶ ἀφέτως, καὶ τὸ ὅλον ἀχαλίνως στενάζω, οὐδὲ πλῆθος συνόδου αἰσχυνόμενος, ἀλλὰ καὶ πολλῶν παρεστηκότων ἀνακράζων.

Cauſam aſſignat cur cordis ejus æſtus non ceſſaverit; Paupertas, inquit, ſumma me invaſit, ita ut *ſine fræno* ingemiſcam, id eſt, Patientiâ, tanquam fræno, vehementiam & crebritatem ſuſpiriorum coërcere nequeo, ſed circumſtantibus etiam multis, ſine ulla cœtûs & multitudinis verecundia ejulans, impotenter, immoderatè & effrænatè gemitus edo.

Ἀδελφὸς γέγονα σειρήνων, ἑταῖρος δὲ στρουθῶν.

Frater factus ſum ſirenum, & ſocius ſtruthionum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Σειρῆνας λέγει ᾠδικούς τινας ὄρνιθας, ἀλκυόνας, ἢ γλαῦκας, ἄμφω γὰρ θρηνητικά· στρουθοὺς δὲ, τοὺς στρουθοκαμήλους, ὡς καὶ Σύμμαχος ἐξέδωκε· φιλέρημα δὲ τὰ ζῶα. φησὶν οὖν ταῦτα, ὡς ἔξω πόλεως καὶ αἴθριος κείμενος, εἰς τὴν τῶν ὀρνίθων θρηνῳδίαν ἐξέπεσον, ἠγνόησα τὴν φύσιν τὴν οἰκείαν, οὐδὲν ἄμεινον ἐκείνων διάκειμαι.

EJUSDEM. *Sirenas* vocat, volucres quaſdam cantatrices, halcyonas, vel noctuas, utræque enim ſunt querulæ: *ſtruthiones* verò, ſtruthiocamelos, ſicut etiam Symmachus interpretatus eſt; ſunt autem animalia ſolitudinis amica. Hoc igitur eſt quod dicit; Extra urbem ſub dio jacens, naturam propriam non cognovi, & avibus in nullo melior, in querulum earum gemitum erupi.

Τὸ δὲ δέρμα μου ἐσκότωται μεγάλως.

Et cutis mea obtenebrata eſt valde.

Οἱ λοιποὶ, ἐμελανώθη εἰς βάθος· τοῦτο δὲ πέπονθεν, οὐ τοσοῦτον ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ὅσον ὑπὸ τῆς νόσου καὶ τῆς πληγῆς· σεσηπυῖα γὰρ ἡ σὰρξ μελαίνεται.

Reliqui, *Denigrata eſt in profundum:* illud autem illi non tam ex æſtu ſolis, quàm ex morbo & plaga acciderat; caro enim putrefacta nigra evadit.

Et oſſa mea ab æſtu.

IN ſterquilinio enim ſub dio ſedens, æſtu diei, ac multò magis innaturali calore & fervore plagæ, adurebatur.

Τὰ δὲ ὀστᾶ μου ἀπὸ καύματος.

ΕΝ κοπρίᾳ γὰρ καθήμενος αἴθριος, τῇ τῆς ἡμέρας καύσει συνεχεῖτο, πλέον δὲ τῇ ἐκ τῆς πληγῆς παρὰ φύσιν θερμασίᾳ καὶ ζέσει.

Verſa eſt autem in luctum cithara mea, & pſalmus meus in fletum mihi.

QUæ lætitiam mihi afferebant, in luctum verſa ſunt. Hæc autem dicit, ut Deum ad miſericordiam provocet & pelliciat. Deinde, actiones à ſe præclarè geſtas, rurſus enumerat & recenſet.

Ἀπέβη δὲ εἰς πένθος μου ἡ κιθάρα, ὁ δὲ ψαλμός μου εἰς κλαυθμὸν ἐμοί.

ΕΣτράφη μοι τὰ τῆς εὐφροσύνης εἰς πένθος. Ταῦτα δέ φησιν, εἰς οἶκτον τὸν Θεὸν ἐκκαλούμενος. Εἶτα πάλιν τῶν οἰκείων κατορθωμάτων ποιεῖται κατάλογον.

CAP. 31. *TESTAMENTUM poſui oculis meis, & non intelligam ſuper virgine.* [Symmachus verò, *Et nihil cogitavi de virgine.*

ΔΙΑΘΗΚΗΝ ἐθέμην τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένον. [ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ οὐδὲν ἐνενόησα περὶ παρθένου.]

CHRYSOSTOMI. Jobus Evangelicam perfectionem obſervabat; quæ enim Chriſtus poſtea veniens præceperat, hæc ille factis ſuis oſtenderat. Et quoniam qui mulierem intuetur ut concupiſcat, jam mœchatus eſt, (Mat. 5. 28.) ne virginum formas curioſiùs obſervaret, oculum ſuum inſtruebat. Quid igitur pro ſe afferre poſſunt, qui fœminas contubernales & ſubintroductas habentes, ſe illarum convictu minimè moveri, nec ab iis lædi affirmant? Quod quidem ſi verum eſſet, infirmorum tamen causâ à ſcandalo abſtinere eos oportebat: licèt enim concedatur, te purum ab omni pravo & libidinoſo affectu cum virgine cohabitare, alios tamen qui imbecilles ſunt hoc facto vulneras. Et ſanè beatus Jobus de ſe tantam virium poteſtatem & æquanimitatem profiteri auſus non eſt; ſed qui omnem virtutem ſectatus eſt, & laqueos omnes diaboli evaſerat, qui primus & ſolus tam inſignem potentiam oſtenderat, & quodvis ferrum & adamantem animi tolerantiâ ſuperaverat, viréſque diaboli eliſerat; hic lu-

ΧΡΥΣΟΣΤ. Εὐαγγελικὴν ἀκρίβειαν ὁ Ἰὼβ ἐφύλαττεν· ἃ γὰρ μετὰ ταῦτα ἐλθὼν ὁ Χριστὸς ἐπέταξε, ταῦτα οὗτος διὰ τῶν πραγμάτων κατώρθου. καὶ ἐπειδὴ ὁ ἐμβλέψας * πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν, ἐπαιδαγώγει τὸν ὀφθαλμὸν εἰς τὸ μὴ τὰς ὄψεις τῶν παρθένων περιεργάζεσθαι. τί ἂν εἴποιεν οἱ τὰς συνεισάκτους ἔχοντες, καὶ διαβεβαιούμενοι ἀπαθῶς αὐταῖς συνοικεῖν, καὶ μὴ βλάπτεσθαι; ὅπουγε εἰ καὶ τοῦτο ἦν, ἔδει τῶν σκανδαλιζομένων φείδεσθαι· ἔστω γὰρ σὺ καὶ συνοικοῦντα παρθένῳ καθαρὸν εἶναι πάσης ἐμπαθείας πονηρᾶς, ἀλλ' ἑτέρους πλήττεις ἀσθενεστέρους. καίτοιγε ὁ μακάριος Ἰὼβ οὐκ ἐτόλμα ἑαυτῷ τοσαύτην μαρτυρῆσαι δύναμιν καὶ φιλοσοφίαν· ἀλλ' ὁ πᾶσαν * ἐπελθὼν ἀρετήν, καὶ πάντων ὑπερενεχθεὶς τῶν τοῦ διαβόλου δικτύων, καὶ πρῶτος, καὶ μόνος τοσαύτην ἐπιδειξάμενος καρτερίαν, καὶ πάντα σίδηρον καὶ ἀδάμαντα τῇ τῆς ψυχῆς παρελθὼν ἐγκρατείᾳ, καὶ κατακόψας τοῦ διαβόλου τὴν ἰσχύν· * οὕτως ἐδεδοίκει τὴν τοιαύτην πάλην, καὶ

* ἴσ. suppl. γυναῖκα.
* ἴσ. ὑπελθὼν.
* ἴσ. οὗτ.

καὶ ἐνόμιζεν ἀδύνατον εἶναι συνοικοῦντα παρθένῳ μένειν ἀσινῆ καὶ καθαρόν· ὡς μὴ μόνον τῆς συνοικήσεως ταύτης πόρρω καὶ μακρὰν ἑαυτὸν καταστῆσαι, ἀλλὰ καὶ τῆς ὄψεως τῆς ἁπλῶς καὶ ἀπὸ συντυχίας γινομένης, καὶ νόμον ἔθηκε τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς ἑαυτοῦ, ἁπλῶς εἰς παρθένον μὴ ἰδεῖν· διαθήκην γάρ, φησιν, ἐθέμην τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένον, τουτέστιν, οὐ κατανοήσω, οὐ βλέψαι· ᾔδει γάρ, ᾔδει σαφῶς, ὅτι οὐ μόνον τὸν συνοικοῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν βλέποντα περιέργως εἰς ὄψιν παρθενικήν, δύσκολον, τάχα δὲ καὶ ἀδύνατον, τὴν ἐκεῖθεν διαφυγεῖν βλάβην. Εἰ δὲ μικρός σοι πρὸς ἅμιλλαν ὁ Ἰώβ, καίτοιγε οὐδὲ τῆς κοπρίας ἐσμὲν ἄξιοι τῆς ἐκείνου, πλὴν ἀλλ' εἰ ἔλαττόν σου τῆς μεγαλοψυχίας εἶναι νομίζεις τὸ ὑπόδειγμα· ἐννόησον τὸν μακάριον Παῦλον, τὸν μετὰ τὴν ἠκριβωμένην φιλοσοφίαν ὑπωπιάζοντα τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγοῦντα, καὶ ἐναγώνιον τὸν βίον δεικνῦντα. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοῦ πράγματος δηλῶν τὴν δυσκολίαν, οὐδὲ ἐμβλέπειν ἁπλῶς ἠφίει εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὄψεις· ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν μοιχῶν κολάσει τοὺς οὕτως ὁρῶντας κολάζειν ἠπείλησε· καὶ οὐκ ἐνομοθέτησεν ἀγαμίαν, ἀλλὰ δηλῶν τοῦ πράγματος τὴν φύσιν, ἔλεγεν, ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.

ctam hanc reformidabat, & intaminatum ac indemnem cum virgine unà cohabitare, impoſſibile eſſe exiſtimabat: ita ut non tantùm à tali contubernio, ſed ab omni aſpectu & fortuito congreſſu procul ſeipſum amoverit, legémque oculis ſuis ſtatuerit, ne virginem omnino intuerentur; *Teſtamentum enim poſui oculis meis, & non intelligam ſuper virginem*, id eſt, Non animum ad illam adjiciam, non intuebor: noverat enim, probè noverat, quòd difficile, immo & impoſſibile eſſet, non tantùm eum qui ſub eodem tecto cum virgine vitam degeret, ſed qui curioſiùs vultum & formam virginis obſervaret, damnum quod inde oritur, effugere poſſe. Verùm ſi Jobus impar congreſsûs, qui in arenam tecum deſcendat, tibi videbitur, (licèt nos ejus ſterquilinio planè indigni ſimus) & ſi exemplar infra tuam magnanimitatem ſubſidere exiſtimas; animo tecum reputa beatum Paulum, qui ſummam philoſophiæ & æquanimitatis perfectionem aſſequutus, corpus ſuum contuderat, in ſervitutem redegerat, & vitam plenam certaminum oſtenderat. Idcirco etiam Chriſtus, ut rei difficultatem oſtenderet, ne omnino quidem vultus mulierum aſpicere permiſit, ſed mœchorum ſupplicio, qui ita intuerentur, plectere interminatus eſt: neque cœlibatum lege ſanxit, ſed rei naturam exprimens, dixit, *Qui poteſt capax eſſe, capiat.*

Cor. 1. 9. 27

Mat. 19. 12.

Καὶ τί ἐμέρισεν ὁ Θεὸς ἄνωθεν, καὶ κληρονομία ἱκανοῦ ἐξ ὑψίστων;

Et quid partitus eſt Deus deſuper, & hæreditas omnipotentis ex altiſſimis?

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Διὰ τί οὖν, φησί, μετὰ τοσαύτην ἀκρίβειαν, τοιαύτην μοι μερίδα καὶ τοιοῦτον κλῆρον ὁ δυνατὸς καὶ ὕψιστος Θεὸς ἄνωθεν ἐπεμέρισεν, ἀγνοῶ τοὺς λόγους. οὐ γὰρ ἔχει τις εἰπεῖν, φησίν, ὅτι τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοῖς ἔμπροσθεν εἰς ῥαθυμίαν καὶ θρύψιν ἀποχρησάμενος, ταύτην ὑπέχω τὴν δίκην, καὶ μεταβέβλημαι, τοῦ Θεοῦ κατάλληλόν μοι φάρμακον ἐπι-

OLYMPIODORI. Quare, inquit, talem mihi ſortem & hæreditatem, potens & altiſſimus Deus, poſt tam accuratam & exquiſitam vitæ meæ converſationem, tribuerit, cauſam & rationem ignoro. Nemo enim affirmare poteſt, quòd, mutato rerum ſtatu, ſupplicium hoc patiar (Deo pharmacum idoneum & aptum mihi adhibente) quia divitiis & bonis quibus priùs fruebar, ad ſocordiam, luxum, & mollitiem,

mollitiem, abuſus fuerim; jure enim merito, in contraria ſorte conſtitutus, vitæ acerbæ & luctuoſæ tradendus eſt, qui riſui, luſibus & luxui vacaverit : qua autem ratione, qui comeſſationes in anteacto vitæ ſuæ curſu devitavit, & joculares, eóſque qui riſum aliis movent, à ſe amolitus eſt, in triſtem ac mœſtum vitæ ſtatum incidere debet ?

θέντος· τὸν μὲν γὰρ *φιλόγελων, καὶ φιλοπαίγμονα, καὶ τρυφῇ προσεσχηκότα, εἰκότως ἂν τις εἰς τὴν ἐναντίαν καταστήσειε τάξιν, γοερῷ τινι, καὶ πολυθρηνῷ παραδοὺς αὐτὸν βίῳ· τὸν δὲ καὶ περὶ τούτου φεύγοντα μὲν κώμους, ἀπωθούμενον δὲ ἀνθρώπους παίζοντας, καὶ γελωτοποιοῦντας, ποῖον ἂν ἔχει λόγον ἐμπεσεῖν εἰς σκυθρωπὸν καὶ κατηφῆ βίον;

* ἴσ. φιλογέλωτα.

Væ, perditio injuſto, & abalienatio facientibus iniquitatem.

Οὐαὶ, ἀπώλεια τῷ ἀδίκῳ, καὶ ἀπαλλοτρίωσις τοῖς ποιοῦσιν ἀνομίαν.

Exiſtimabat Jobus, ſe haud propter peccata adverſa paſſum eſſe; & vera quidem ejus opinio erat; virtutis enim & fortitudinis exploratio, non malorum retributio fuerat : non tamen ideo impiorum ſorti ſe adjungit, verùm perditionem eorum & alienationem à Deo concludens, miſeros eos pronunciat. Fortè etiam & hanc connexionem cùm ſuperiore hic verſus habet : dixerat enim, *Quid partitus eſt Deus?* innuens, ſe contrà quàm merebatur pati, & quòd dolores, ærumnæ, gemitus, & paupertas, merces virtuti debita non eſſent; unde ſubjungit, quòd væ & perditio, alienatio & rejectio, hominibus improbis conveniat.

ΩΕτο μὲν οὐ δι᾽ ἁμαρτίας πάσχειν ὁ Ἰώβ· καὶ ἀληθὴς ἡ ὑπόνοια, πεῖρα γὰρ ἦν ἀρετῆς, οὐ κακῶν ἀνταπόδοσις· πλὴν οὐ διὰ τοῦτο προστίθεται τῇ μερίδι τῶν ἀσεβῶν, ἀλλὰ καὶ ταλανίζει τούτους, τὸ οὐαὶ αὐτοῖς ἐπιλέγων, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ ἀλλοτρίωσιν. ἴσως δὲ ἀκολουθίαν ἔχει ὁ στίχος ὡς πρὸς τὸ προηγούμενον· εἶπε γὰρ, τί ἐμέρισεν ὁ Θεός; αἰνιττόμενος, ὅτι παρὰ τὴν ἀξίαν πάσχει, καὶ οὐχ αὕτη ὀφειλομένη τῇ ἀρετῇ μερὶς, ὀδύναι, καὶ πόνοι, καὶ στεναγμοὶ, καὶ πενία· ὅθεν ἐπάγει, ὅτι τοῖς ἀνόμοις, καὶ τὸ οὐαὶ, καὶ ἡ ἀπώλεια, καὶ τὸ ἀπαλλοτριοῦσθαι, καὶ τὸ ἀπερρίφθαι προσήκει.

Nónne ipſe videbit viam meam, & omnes greſſus meos enumerabit?

Οὐχὶ αὐτὸς ὄψεται ὁδόν μου, καὶ πάντα τὰ διαβήματά μου ἐξαριθμήσεται;

NEc ſanè ullæ meæ actiones, imò ne nudi quidem animi motus & cogitationes, Deo incogniti ſunt; quomodo igitur me percuſſerit, planè ignoro. Neque enim dicere quis poteſt, Ego ſocordem, diſſolutam, & mollem hanc & effœminatam vitam devitavi, quoniam ad vitia quæ vitam illam promovent, induratus callum obduxi, & improbitatem, inquam, & fraudem declinavi; verùm pariter ab hac & illa improbitate longè receſſi.

ΚΑίτοιγε οὐδὲν τῶν κατ᾽ ἐμὲ Θεὸς ἠγνόησεν, οὐδὲ μέχρι τῶν ψιλῶν κινημάτων· πῶς οὖν ἔπληξέ με, φησὶν, οὐκ οἶδα. οὐ γὰρ ἔχει τις εἰπεῖν, ὅτι ῥᾳθυμίαν μὲν, καὶ διάχυσιν, καὶ τὸν ὑγρὸν τοῦτον ἔφυγον βίον, ἐπειδὴ κατεσκληκὼς ἤμην καὶ κατεσκυμμένος ἐπὶ τὰς διαφερούσας ἐκείνῳ τῷ βίῳ κακίας, πονηρίαν, λέγω, καὶ δόλον ἐξέκλινα· ἀλλ᾽ ἑκατέρας ὁμοίως τῆς πονηρίας ἀπέστην μακράν.

Εἰ δὲ ἤμην πεπορευμένος μετὰ γελοιαστῶν.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, μετὰ ματαιότητος. τουτέστιν, οὐδὲ τὰς συνουσίας ταύτας ἐδίωκον, τὰς τῶν γελωτοποιῶν.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Δοκεῖ δὲ τοῦτό πως ἐναντίον εἶναι τῷ παρ' ὀλίγον ῥηθέντι, ἀπέβη δὲ εἰς πένθος ἡ κιθάρα μου. ἀλλ' οὐκ ἔστιν· οὐδὲ γὰρ κεχρῆσθαι ὀργάνοις ἀπείρητο, μετ' εὐσεβείας * γινόμενον, ὅπου γε ἐν τῷ ναῷ τούτοις ἐκέχρηντο. γελοιαστὰς τοίνυν λέγει τοὺς κώμοις καὶ μέθαις προσέχοντας.

* ἴσ. γινομένω.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Καὶ σημείωσαι, ὡς ἁμαρτίαν λέγει τὸ συνεῖναι γελοιασταῖς· διὸ καὶ τὴν εὐτραπελίαν αἱρεῖσθαι ἀφ' ἡμῶν ὁ θεῖος ἀπόστολος παραινεῖ, ὥστε οὐδὲ τὰ ἀστεῖα δεκτέον.

Si verò inceſſi cum irriſoribus.

SYmmachus verò, *Cum vanitate*. Id eſt, Mimorum conſuetudinem, & hominum jocularium congreſſus minimè conſectabar.

JULIANI. Videtur autem hoc contrarium illi eſſe quod paulò antè dictum eſt, *Verſa eſt autem in luctum cithara mea*. Verùm aliter ſe res habet : neque enim muſicis inſtrumentis, ſi cum pietate id fieret, interdictum erat ; ſiquidem in Templo illis utebantur. *Irriſores* igitur vocat eos qui comeſſationibus & ebrietatibus indulgent. Cap.30.31.

OLYMPIODORI. Ubi nota, quòd cum irriſoribus & ludionibus congredi, peccatum eſſe dicat : quamobrem ſcurrilitatem è medio noſtrûm tolli divinus Apoſtolus ſuadet, ita ut faceti & urbani ſales minimè admittendi ſint. Eph.5.4.

Εἰ δὲ καὶ ἐσπούδασεν ὁ πούς μου εἰς δόλον.

Ὁ πούς, ὁ τῆς ψυχῆς. λέγει δὲ, ὅτι οὐκ ἐκινήθην ποτὲ εἰς τὸ δόλῳ χρήσασθαι κατά τινος.

Vel ſi feſtinavit ad dolum pes meus.

PEs, inquam, animæ meæ. Dicit autem, quòd pedem nunquam moverit, ut fraude contra quempiam uteretur.

Ἕσταμαι γὰρ ἐν ζυγῷ δικαίῳ.

Καὶ ὁ Ἀκύλας, σταθμίσει με ἐν ζυγῷ δικαίῳ· ἵνα εἴπῃ, ἐν τῷ καλῷ καὶ τῇ μεσότητι τῆς ἀρετῆς ἕστηκα, φεύγων τὰς ἐφ' ἑκάτερα ἐκτροπὰς, καὶ μήτε εἰς ὑπερβολὴν ἐκκλίνων, μήτε εἰς ἔλλειψιν, ἀλλὰ τιμῶν τὴν ἰσότητα. κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, σταθμίσει με, ὁ Θεὸς, δηλονότι· ἔοικε γὰρ ὁ δίκαιος τὴν οἰκείαν ἀρετὴν τῷ Θεῷ ἀνατιθέναι.

Steti enim in ſtatera juſta.

ET Aquila, *Appendit me in ſtatera juſta* ; ac ſi diceret, Deflectiones in alterutram partem devitans, nec ad exceſſum, nec ad defectum declinans, ſed æqualitatem in pretio habens, in eo quod honeſtum eſt, & virtutis medio conſtiti. Juxta Aquilam verò, *Appendit me*, Deus, ſcilicet : videtur enim Juſtus animi ſui virtutem Deo acceptam ferre.

Οἶδε δὲ ὁ Κύριος τὴν ἀκακίαν μου.

Τούτων οὐκ ἄνθρωπον καλῶ, φησὶ, μάρτυρα, τὸν καὶ χαρίσασθαι δυνάμενον, τὸν καὶ ἀγνοοῦντα πολλά· ἀλλὰ καὶ τὸν

Novit autem Dominus innocentiam meam.

HOrum, inquit, teſtem, non hominem advoco, qui gratificari poteſt, & qui multa etiam ignorat ; verùm eum qui

qui abdita etiam accuratè intelligit, & qui meam juſtitiam trutinavit, & innocentiam novit. Hæc etiam de Jobo Scriptura
Cap. 1. 1. ſacra teſtata eſt, quòd eſſet *Innocens, juſtus, & Deum timens.*

Si declinavit pes meus de via.

PIetatis & virtutis, ſcilicet : quod ſuprà dixit, *ſteti in ſtatera juſta*, & de via recta non declinavi: Adhuc exiguum eſt quod dicit, (licèt magnum illis temporibus, fortè etiam & noſtris fuerit) non enim concupiſcere, magnum ; & conceptâ cupiditate, ab actione abſtinere, minus non eſt : pergens autem in ſermone ſuo, * iſto etiam majus affert, quòd oculi, ſcilicet, nihil ſimile paſſi fuerint ; ſubjungit enim.

Vel ſi oculo obſequutum eſt cor meum.

EJUSDEM. Id eſt, Quæ vidi non concupiſçebam, neque affectu vehementiore ad ea commovebar. Non dixit, Oculus meus, ſed ne cor quidem meum : Neque animum meum, inquit, nedum corpus, corrumpi aliquando paſſus ſum. Di-
Joh. 1. 2. 16. vus Joannes ait, *Quicquid eſt in mundo, cupiditas carnis, & libido oculorum, & faſtus vitæ :* Dicit igitur Jobus, quòd nunquam animum ad rem aliquam adjiciens, eámque laudans, concupiverit : laudare autem ea quæ in mundo laude digna ſunt, (corporum, ſcilicet, ſymmetriam, colorum proportiones & temperaturas, lapidũ ſplendorem, & gratiam ac venuſtatem) cupiditate autem eorum minimè capi, animi à perturbationibus liberi indicium eſt.

Vel ſi manibus meis tetigi dona ; ſeram igitur, & alii edant, & ſine radice ſim ſuper terram.

OLYMP. Symmachus autem apertiùs, *Et poſteri mei eradicentur.*

τὰ ἀπόῤῥητα μετ᾽ ἀκριβείας ἐπιστάμενον, ὃς καὶ τὴν ἐμὴν δικαιοσύνην ἐστάθμισε, καὶ τὴν ἀκακίαν μου οἶδε. Ταῦτα καὶ ἡ γραφὴ περὶ Ἰὼβ προσεμαρτύρησεν, ὅτι ἦν ἄκακος, δίκαιος, θεοσεβής.

Εἰ ἐξέκλινεν ὁ πούς μου ἐκ τῆς ὁδοῦ.

ΤΗς κατ᾽ εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν, δηλονότι· ὃ γὰρ εἶπεν, ἔστηκα ἐν ζυγῷ δικαίῳ, καὶ τῆς εὐθείας οὐκ ἐξετράπην. ἔτι τοῦτο μικρὸν, καὶ μέγα μὲν οὖν ὡς ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις, τάχα δὲ καὶ ὡς ἐν τοῖς παροῦσι· τὸ μὲν γὰρ μηδὲ ἐπιθυμῆσαι, μέγα· καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἔλαττον, τὸ, δεξάμενον τὴν ἐπιθυμίαν μὴ προελθεῖναι τὴν πρᾶξιν. προϊὼν δὲ, καὶ τὸ τούτου μεῖζόν φησιν, ὅτι οὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἔπαθόν τι τοιοῦτον, ἐπάγει γάρ.

Εἰ δὲ καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἐπηκολούθησεν ἡ καρδία μου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τουτέστιν, οὐκ ἐπεθύμουν ὧν ἔβλεπον, οὐδ᾽ ἐμπαθῶς περὶ αὐτὰ διεκείμην. οὐκ εἶπεν, ὁ ὀφθαλμός μου, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἡ καρδία μου· οὐδὲ τὴν διάνοιάν μου, φησὶν, εἴασα διαφθαρῆναί ποτε, μήπωγε τὸ σῶμα. φησὶν ὁ θεῖος Ἰωάννης, ὅτι πᾶν τὸ ἐν κόσμῳ, ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου. λέγει οὖν ὁ Ἰὼβ, ὅτι οὐδέποτε προσέχων, καὶ ἐπαινέσας, * ἐπεθυμήσας. ἀπαθείας δὲ τοῦτο, ἐπαινεῖν μὲν τὰ ἐν κόσμῳ ἐπαίνου ἄξια, οἷον συμμετρίαν σωμάτων, καὶ ἀναλογίας καὶ μίξεις χρωμάτων, καὶ λίθων αὐγὰς καὶ χάριτας, μὴ πίπτειν δὲ αὐτῶν εἰς ἐπιθυμίαν.

* ἴσ. ἐπιθυμήσαντα

Εἰ δὲ καὶ ταῖς χερσί μου ἡψάμην δώρων· σπείραιμι ἄρα, καὶ ἄλλοι φάγοισαν, ἄῤῥιζος δὲ γενοίμην ἐπὶ γῆς.

ΟΛΥΜΠ. Ὁ δὲ Σύμμαχος σαφέστερον, καὶ τὰ ἔκγονά μου ἐκριζωθείη.

θείη. Ταῦτα νῦν ὁ Ἰὼβ λέγειν οὐ δύναται, πένης ὤν, καὶ τὰ τέκνα ἀποβεβληκώς. τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; ὅτι πρὸ τῆς συμφορᾶς ταῦτα ἔλεγεν; ἢ καὶ ὡς δίκαιος πάλιν ἤλπιζέ πως τὴν * εὐθυμίαν; πρὸς δὲ διδασκαλίαν ἡμετέραν οὕτως εἰπεῖν ᾠκονομήθη παρὰ Θεοῦ, ἵνα ἡμεῖς ἀναγινώσκοντες, ἑαυτοῖς ἐπαρώμεθα, λέγοντες, εἰ δῶρα ἐλάβομεν, εἰ τόδε ἐποιήσαμεν, τάδε πάθοιμεν;

* ἴσ. εὐθηνίαν,

Hæc Jobus, pauper nunc factus; & liberis orbatus, dicere non poteſt. Quid igitur dicendum eſt? quòd ante calamitatem, ſcilicet, hæc dixerit? vel quòd tanquam juſtus, proſperâ quodammodo fortunâ rurſus uti ſperaverit? ac divinâ diſpenſatione ad noſtram inſtructionem ſic loquutus fuerit, ut nos legentes, nobis ipſis in hæc verba imprecemur? Si dona accepimus, ſi hoc admiſimus, talia patiamur.

Εἰ ἐξηκολούθησεν ἡ καρδία μου γυναικὶ ἀνδρὸς ἑτέρου, εἰ καὶ ἐγκάθετος ἐγενόμην ἐπὶ θύραις αὐτῆς· ἀρέσαι ἄρα καὶ ἡ γυνή μου ἑτέρῳ, τὰ δὲ νήπιά μου ταπεινωθείη.

Si ſequutum eſt cor meum mulierem viri alterius; aut ſi obſedi januas ejus; placeat quoque uxor mea alteri, & filii mei humilientur.

ΟΙ λοιποὶ, ἀντὶ τοῦ, ἐγκάθετος, ἐνήδρευσα, εἶπον. ἐπειδὴ ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, καὶ αὐτὴν, φησὶν, ἐκ τῆς καρδίας τῆς ἐπιθυμίας ἐξέκοπτον, ἐφ' ᾧ μὴ λαβεῖν ὁδὸν τὴν ἁμαρτίαν. τὸ δὲ, ἀρέσαι ἄρα καὶ ἡ γυνή μου ἑτέρῳ, ἰσότητος ἕνεκεν λέγει· ἐμαυτῷ γὰρ, φησὶν, παρῄνουν πρὸ τῆς συμφορᾶς, ὅτι εἰ * ἑτέρῳ κακὰ διαθείμην, τοῖς αὐτοῖς καὶ αὐτὸς περιπέσοιμι, καὶ ἀπολάβοιμι πρὸς ἃ ἔπραξα. ὅτι δὲ περὶ τῶν πρὸ τῆς νόσου λέγει, δῆλον ἐξ ὧν φησι, τὰ δὲ νήπιά μου ταπεινωθείη· καὶ γὰρ ἦσαν ἤδη τεθνηκότες οἱ παῖδες αὐτοῦ. πῶς δὲ ταπεινοῦνται τὰ νήπια; * ἢ δῆλον ὅτι μοιχαλίδος μητρὸς ὀνομαζόμενα, καὶ διὰ τοῦτο ἐγκαλυπτόμενα. δουλοῖ γὰρ τὸν παῖδα, ὅταν εἰς τὰ μητρὸς ἴδῃ κακά.

* ἴσ. περὶ ἑτέρου κακῶς.

* ἴσ. del. ἢ.

PRo, *Obſedi*, reliqui, *Inſidiatus ſum*; dixerunt. Quoniam concupiſcentia poſtquam conceperit, peccatum parit, Ipſam, inquit, concupiſcentiam, ne peccato via pateret, radicitus è corde evellebam. Illud autem, *Placeat quoque uxor mea alteri*, æqualitatis causâ, & lege talionis dixerat; Mihi enim ipſi, inquit, ante calamitatem ſuadebam, quòd ſi malo animo erga alterum affectus eſſem, in eadem quæ illi cuperem inciderem, & paria iis quæ commiſiſſem, reciperem. Quòd autem hæc ad tempora ante ejus ægritudinem referantur, manifeſtum eſt ex iis quæ dicit, *Et filii mei humilientur*; jam enim liberi ejus morte exſtincti erant. Quo autem pacto humiliantur liberi? manifeſtum eſt, ſcilicet, cùm adulteræ matris ſpurii vocantur, & propterea ſe abdunt & occultant: filium autem ſubjugat, animúmque ejus frangit, cùm in matris turpitudinem & ſcelus oculos conjecerit.

Iac. 1. 15.

Θυμὸς γὰρ ὀργῆς ἀκατάσχετος τὸ μιᾶναι ἀνδρὸς γυναῖκα.

Furor enim iræ indomitus commaculare viri uxorem.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἡ γὰρ μοιχεία, φησὶ, τὸν Θεὸν παροργίζει, καὶ ἄφυκτον ἐπάγει τιμωρίαν τῷ δεδρακότι.

EJUSDEM. Adulterium enim Dei iram accendit, & committenti inevitabile ſupplicium conciliat. Verùm hoc loco

loco, non tam illud ſupplicium quod poſtea futurum eſt, intelligit, quàm mariti zelotypiam, quæ in hoc ſeculo accidere ſolet, & quam Salomon in Proverbiis innuit, dicens,
Prov. 6. 35. Quòd neque muneribus inimicitias diſſolvere ſuſtinet vir qui in uxore injuriâ affectus fuerit, cujus torum alius maculaverit. Hoc etiam, quæ mox ſubjunguntur manifeſtum faciunt.

μᾶλλον δὲ οὐ τὴν ἐκεῖ φησιν ἐνταῦθα κόλασιν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐνταῦθα ζηλοτυπίαν, ἣν καὶ Σαλομὼν ἐν παροιμίαις αἰνίττεται λέγων, ὅτι οὐδὲ ἐν δώροις τὴν ἔχθραν ἀνέχεται λῦσαι, ὁ περὶ τὴν γυναῖκα ἀδικηθεὶς ἀνήρ, οὗ τὴν εὐνὴν ἄλλος ἐμίανε. τοῦτο καὶ νῦν τὰ ἐπαγόμενα δηλοῖ.

Ignis enim eſt ardens ſuper omnes partes.

Πῦρ γάρ ἐστι καιόμενον ἐπὶ πάντων τῶν μερῶν.

HOc ſcelus deteſtandum, hoc ſumma iniquitas eſt. Qui enim torum alienum violat, malorum flammam ingentem accendit, maritum injuriâ lædit, uxorem polluit, liberos ſuſpectos & ſpurios reddit, contra providentiam bellum gerit, affectionem conjugalem diſſecat, & marito inſidias ſtruit. Tantum malorum examen ex libidinoſo adulterio pullulat.

ΤΟῦτο μῦσος, τοῦτο ὑπερβάλλουσα ἀδικία. ὁ γὰρ ἀλλότριον διορύττων γάμον, φλόγα μεγάλην ἐξάπτει κακῶν, ἄνδρα ἀδικεῖ, μιαίνει γυναῖκα, ὑπόπτους ποιεῖ τοὺς παῖδας καὶ ἀμφιβόλους, μάχεται τῇ προνοίᾳ, διαιρεῖ τὴν σχέσιν, ἐπιβουλὰς ἀρτύει κατὰ τοῦ ἀνδρός. τοσοῦτος ἑσμὸς κακῶν ἐκ τῆς ἀκολάστου φύεται μοιχείας.

Quocunque ſupervenerit, á radicibus perdidit.

Οὗ δ' ἂν ἐπέλθῃ ἐκ ῥιζῶν ἀπώλεσε.

NOveram, inquit, ſceleris & iniquitatis magnitudinem; domum enim, in quam malum hoc ingreditur, radicitus exſtirpat. Temperantiam Jobi vidiſti; vide etiam humilitatem, & quanta fuerit, diligenter conſidera.

ΗΔειν, φησί, τῆς ἀδικίας τὸ μέγεθος. ἐκριζοῖ γὰρ τὴν οἰκίαν εἰς ἣν ἂν εἰσέλθῃ τὸ πάθος. Εἶδες σωφροσύνην, ὅρα καὶ ταπεινοφροσύνην, καὶ ἐννόησον ἡλίκη καὶ αὕτη.

Quòd ſi & deſpexi judicium famuli mei, ant ancillæ, cùm ipſi litigarent mecum. Quid enim faciam, ſi inquiſitionem mei faciat Dominus? Quòd ſi & viſitationem aliquam, reſponſum dabo? Nónne ſicut ego factus ſum in utero, & illi facti ſunt? facti autem ſumus in eodem ventre.

Εἰ δὲ καὶ ἐφαύλισα κρίμα θεράποντός μου, ἢ θεραπαίνης, κρινομένων αὐτῶν πρὸς μέ. τί γὰρ ποιήσω, ἐὰν ἔτασίν μου ποιῆται ὁ Κύριος; ἐὰν δὲ καὶ ἐπισκοπὴν τινα, ἀπόκρισιν ποιήσομαι; πότερον οὐχ ὡς καὶ ἐγὼ ἐγενόμην ἐν γαστρί, καὶ ἐκεῖνοι γεγόνασι; γεγόναμεν δὲ ἐν τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ.

OLYMP. Animum contritum vidiſti, qui hominum naturam accuratè

ΟΛΥΜΠ. Εἶδες [illegible] διάνοιαν, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐπι-

ἐπισκεπτομένην μετὰ ἀκριβείας, καὶ εἰδέναι τί δοῦλος, τί ἐλεύθερος, τοῦτο δὲ ὑπὸ πολλῶν περιφερόμενον. ταύτην οὖν ἐκβαλὼν τὴν ἀνωμαλίαν, ἀπὸ τῆς ὁμοτιμίας τῆς κατὰ τὴν γέννησιν, τὸν περὶ τῆς φιλοσοφίας εἰσάγει λόγον. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν αὐτοῦ, ὅτι ταῦτα ποιῶν, οὐδὲ ταπεινοφρονεῖν ἐνόμιζεν, ἀλλ' ὀφειλὴν πληροῦν. διὸ καὶ λογισμὸν ἔθηκε, τὸν ἅπαντας ἀνθρώπους πείθοντα, μηδὲν πλέον φρονεῖν τῶν οἰκετῶν, κἂν μυριάκις ὦσι δεσπόται· τὰ γὰρ ὀνόματα ταῦτα, ὁ δοῦλος, καὶ ὁ ἐλεύθερος, ὀνόματά ἐστι μόνον ψιλά, πραγμάτων ἔρημα· ἡ δὲ δουλεία ἐν ἁμαρτίᾳ, καὶ ἡ ἐλευθερία ἐν δικαιοσύνῃ ὁρίζεται. ὅρα δὲ, πῶς ὑποτέμνεται αὐτοῦ τὰ ἐγκώμια πανταχοῦ, καὶ καθαιρεῖ τὰ κατορθώματα· οὐδὲν μέγα ἐποίησα, φησί· τοῦτο αὐτὴ ἡ φύσις βούλεται, κοινωνοῦμεν ἀλλήλοις, ἁπάντων ἡ αὐτὴ γέννησις, ἡ αὐτὴ εἰς τὸν βίον εἴσοδος, πάντα κοινά, οὐ σεμνότερος ἐγὼ τῆς ἐκείνων φύσεως. ἐν τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ γεγόναμεν, τουτέστιν, ἐν ὁμοίῳ τρόπῳ, κατὰ Σύμμαχον· διὰ τοῦτο οὔτε δοῦλος, οὔτε ἐλεύθερος παρ' ἐμοῦ ἠδίκηται. ἀλλὰ καὶ τοῖς οἰκέταις τοῖς ἐμοῖς παρρησίαν ἐδίδουν δικαιολογεῖσθαι πρός με, εἴ τι ὑπώπτευον μὴ δίκαιον πάσχειν ὑπ' ἐμοῦ· καὶ οὐκ ἐφαύλισα, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἀπέρριψα, ἢ ὑπερεφρόνησα τὸ κρίμα αὐτῶν, τουτέστι, τὴν δικαίωσιν. ἐνηγόμην δὲ εἰς τὸ οὕτω ποιεῖν ὑπὸ τῆς φύσεως, καθ' ἐμαυτὸν λογιζόμενος, ὡς πάντες ἄνθρωποι, εἴτε δοῦλοι, εἴτε δεσπόται, μίαν ἔχομεν γενέσεως ἀρχήν, καὶ ἕνα πάντες κύριον ἐν οὐρανοῖς, ὅσγε ἀπροσωπολήπτης ὤν, ἕκαστον ἀπαιτεῖ τὴν πρὸς τὸν πέλας ἰσότητα. ἐὰν οὖν ἔτασιν ποιήσηται, ἢ, κατὰ Σύμμαχον, ἐὰν ἐπιζητῇ, τί ἀποκρινοῦμαι αὐτῷ; ἔτασιν γὰρ, τὴν ἐξέτασιν, ἐπισκοπὴν δὲ θείαν, τοὺς ἐλέγχους καλεῖ. ἐκ ταύτης τῆς ἰσότητος ὁρμώμενος, ἐπὶ Θεοῦ κρίνεσθαι ἐπόθει, τῇ αὐτοῦ πεποιθὼς δικαιοκρισίᾳ. εἶδες αὐτοῦ ἑτέραν ἰσό-

perſpexit, & quid ſervus, quid liber ſit, de quibus inter multos frequens ſermo eſt, perfectè cognovit. Hanc igitur inæqualitatem rejecturus, à pari dignitate omnium quæ in partu conſpicitur, ſermonem de philoſophia & animi æquitate introducit. Atque hoc in eo admirandum erat, quòd cùm hæc faceret, non humilitatem ſe exercuiſſe, ſed debitum adimpleviſſe exiſtimaret. Idcirco rationem attulit, qua cunctis hominibus perſuaderet, ne plus de ſe quàm de ſervis ſentirent, licèt millies domini forent; nomina enim ſervi & domini, nuda tantùm ſine re nomina ſunt; ſervitus enim in peccato, libertas autem in juſtitia cenſetur eſſe. Conſidera autem, quemadmodum ubique laudes ſuas ſuccidat, & egregia ſua facinora imminuat; Nihil magnum, inquit, præſtiti; natura ipſa hoc à me requirit, communionis vinculo aliis nexi ſumus, omnium eadem eſt generatio, & idem in vitam introitus, omnia ſunt communia, ego eorum naturâ præſtantior, & veneratione dignior non ſum. *In eodem utero facti ſumus*, id eſt, juxta Symmachi verſionem, *Eodem modo*: ac proinde nec ſervus, nec liber à me injuriâ læſus eſt. Imò verò, famulis meis, ſi injuriam ullam à me illis illatam ſuſpicarentur, judicio mecum contendendi liberam poteſtatem conceſſi, neque *deſpexi*, vel ſecundùm Aquilam, *abjeci*, vel contempſi eorum *judicium*, id eſt, cauſæ ſuæ defenſionem. Hoc autem, cùm animo mecum reputarem, quòd omnes homines, ſive ſervi, ſive domini ſimus, unum generationis principium, & unum in cœlis dominum habeamus, qui cùm perſonarum acceptor non ſit, id ab unoquoque poſtulat, ut vicino ſuo æqualem ſe præbeat, natura ipſa, ut facerem, me impellebat. *Si igitur inquiſitionem faciat*, (vel, juxta Symmachi interpretationem, *Si inquirat) quid reſpondebo ei? inquiſitionem* enim, explorationem, & *viſitationem divinam*, redargutionem & caſtigationem vocat. Ab hac æqualitate ſermonis initium faciens, juſto Dei judicio fretus, ab eo judicari deſiderat. Aliam ejus

 æqualitatem,

æqualitatem, & juſtitiam admirandam vidiſti; vide etiam commiſerationem ejus, & amorem erga pauperes.

τῆτα, καὶ θαυμασίαν δικαιοσύνην· ὅρα καὶ τὴν συμπάθειαν, καὶ φιλοπτωχείαν.

Impotentes autem quacunque aliquando re opus habebant, non ſunt fruſtrati.

Ἀδύνατοι δὲ χρείαν ἥν ποτε εἶχον οὐκ ἀπέτυχον.

CHRYS. Vides quemadmodum faſtidioſus non fuerit, quemadmodum ſobrius, communis omnium medicus, portus publicus, & eorũ qui in anguſtiis erant, quacunq; neceſſitate premerentur, non hanc quidem, inquit, illã verò nequaquã ſublevando, cõmune perfugiũ extiterit, ſed quamcunq; demũ, licèt laboribus & moleſtiis plena foret, licèt ſumptus requireret, & cum periculo conjuncta eſſet. Ac vide quòd opẽ iis tulerit, viduis, ſcilicet, pupillis, & impotentibus, à quib' nihil remunerationis loco expectaret.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὁρᾷς πῶς οὐκ ἦν ὑπερόπτης, πῶς μέτριος, πῶς κοινὸς ἁπάντων ἰατρὸς, καὶ κοινὸς λιμὴν, καὶ κοινὴ καταφυγὴ τῶν ἐν ἀνάγκαις ὄντων, ἣν ποτε εἶχον χρείαν, φησὶν, οὐχὶ τὴν μὲν ναὶ, τὴν δὲ οὔ· ἀλλ' οἵαν δήποτε, εἰ καὶ * κινδύνων ἔγεμεν, εἰ καὶ δαπανηρὰ ἦν, εἰ καὶ ἐπισφαλής. καὶ ὅρα, τούτοις ἐβοήθει παρ' ὧν οὐδὲν προσεδόκα, χήραις, καὶ ὀρφανοῖς, καὶ ἀδυνάτοις. *ἴσ. πόνων.

Et viduæ oculum non tabeſeci.

Χήρας δὲ τὸν ὀφθαλμὸν οὐκ ἐξέτηξα.

Pſal. 67. 6. OLYMP. Meminit Dei Pſalmiſta in Pſalmis, *Patris pupillorum, & judicis viduarum:* Et alibi, *Orphano tu fuiſti*
Pſal. 9. 34. *adjutor.* Jobus igitur, tanquam qui imaginem intactam & illibatam ſervat, archetypum imitatus eſt. Illud autem, *Non tabeſeci*, Egeſtate, ſcilicet, vel lachrymis, vel aſſiduo oculorum intuitu ſine fructu ullo & cum contemptu, tabeſcere non ſum paſſus.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἔφη περὶ Θεοῦ ψάλλων ὁ μελῳδὸς, τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν, καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν· καὶ πάλιν, ὀρφανῷ σὺ ἦσθα βοηθός. οἷα τοίνυν τὴν εἰκόνα σώζων ἀκέραιον, ὁ Ἰὼβ ἀπεμιμεῖτο τὸ ἀρχέτυπον. τὸ δὲ, οὐκ ἐξέτηξα, ἤτοι οὐκ εἴασα ὑπὸ πενίας ἐκτήκεσθαι, ἢ ὑπὸ τῶν δακρύων, ἢ ὑπὸ τοῦ συνεχῶς ἀτενίζειν, καὶ μὴ ἐπιτυγχάνειν, ἀλλ' ὑπερορᾶσθαι.

Quòd ſi & buccellã meam comedi ſolus, & pupillo non communicavi: quoniam à juventute mea enutriebam ut pater, & de ventre matris meæ dux iis fui.

Εἰ δὲ καὶ τὸν ψωμόν μου ἔφαγον μόνος, καὶ οὐχὶ ὀρφανῷ μετέδωκα· ὅτι ἐκ νεότητός μου ἐξέτρεφον ὡς πατὴρ, καὶ ἐκ γαστρὸς μητρός μου ὡδήγησα.

MIſericordiæ abundantiam obſerva, qua fruſtum etiam panis indigentibus diſtribuit. Illud autem, *De ventre dux fui*, idem eſt ac ſi diceret, Infantes parentibus orbatos, admodum teneros ſuſcipiens,

ὍΡα τῆς ἐλεημοσύνης τὸ δαψιλὲς, ὅτι καὶ τὸν ψωμὸν ἐπεμέριζε τοῖς δεομένοις. τὸ δὲ, ἐκ γαστρὸς ὡδήγησα, ἵνα εἴπῃ, ὅτι κομιδῇ νήπια τὰ ἀπορφανισθέντα παραλαμβάνων, μέχρις

ἡλικίας

ἡλικίας ἐξέτρεφον, καὶ ἀνῆγον, καὶ τέχνας ἐπαίδευον, ἕως ὅτε τῆς ἐμῆς ἐπικουρίας μὴ σφόδρα δέοιντο, μέχρις ἐκείνου χειραγωγῶν. νόησον δὲ, ὅτι καὶ πρὶν ἐμφύεσθαι τῆς κακίας, ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ὡδήγει τοὺς νέους· οὕτω γὰρ ἀληθὲς ἔσται, τό· ἀπὸ γαστρὸς ὡδήγησα. ὃ δὲ καὶ ἀνωτέρω ἐλέγομεν ἐπισημήνασθαι χρεὼν, ὅτι τὸ μὴ εὐεργετεῖν, μετὰ τοῦ ἀδικεῖν τάττει· καὶ δεῖ μὴ μόνον κακίας ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀρετῆς ἀντέχεσθαι· οὐ γὰρ μόνον εἶπεν, ὅτι οὐκ ἠδίκουν τοὺς ὀρφανοὺς, ὅπερ ἐστὶν ἀποχὴ κακοῦ· ἀλλ' ὅτι καὶ δίκην πατρὸς τὴν αὐτῶν κηδεμονίαν ἀνελάμβανον, ὅπερ ἐστὶν ἀνάληψις τοῦ ἀγαθοῦ.

quoad adoleviſſent nutriebam, educabam, artium diſciplinis erudiebam, & donec ope meâ non multùm egerent, quaſi manu ducebam. Intelligere autem potes, quòd juvenibus, antequam vitio adhærerent, viam virtutis monſtrârit; ſic enim illud verum erit, *Ab utero matris dux fui.* Quod autem ſuprà diximus, attendendum eſt, Injuriam facere, & beneficio non afficere, apud Jobum eodem loco eſſe; & quòd non tantùm à vitio abſtinere, ſed virtutem etiam ſectari oporteat: non enim ſolùm dixit, Orphanis injuriam non intuli, quod à malo eſt abſtinere; ſed, Patris inſtar, curam illorum ſuſcepi, quod eſt bonum capeſſere.

Εἰ δὲ καὶ ὑπερεῖδον γυμνὸν ἀπολλύμενον, καὶ οὐκ ἠμφίασα αὐτόν· ἀδύνατοι δὲ εἰ μὴ εὐλόγησάν με.

Aut ſi deſpexi nudum pereuntem, & non operui eum; & ſi non benedixerunt me impotentes.

Οὐ μόνον, φησὶ, ἔτρεφον τοὺς ἐνδεεῖς, ἀλλὰ καὶ περιέστελλον τοὺς γυμνοὺς, καὶ ἀπολέσθαι τὴν ψυχὴν κινδυνεύοντας· καὶ τὴν παρὰ τῶν ἀδυνάτων δὲ εὐφημίας *ἀπήλαυον, τὴν δέουσαν αὐτῶν παραμυθίαν ποιούμενος.

* ἴσ. ἀπέλαυον.

NOn ſolùm, inquit, egenos alebam, ſed nudos etiam, qui frigore ferè enecabantur, veſtimentis operiebam; & impotentum, quorum curam idoneam gerebam, fauſtâ acclamatione & benedictione fruebar.

Ἀπὸ δὲ κουρᾶς ἀμνῶν μου ἐθερμάνθησαν οἱ ὦμοι αὐτῶν.

Et de tonſura agnorum meorum calefacti ſunt humeri eorum:

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀπὸ τῶν ὤμων τὸ πᾶν ἐσήμανε σῶμα, ἐξ αὐτῶν γὰρ τὸ ὅλον ἱμάτιον ἤρτηται. ἐοίκασι δέ πως καὶ εὐπαθέστεροι πρὸς τὸ κρύος τυγχάνειν οἱ ὦμοι, διὰ τοῦτο αὐτῶν ἐμνημόνευσε. δεικνὺς δὲ τὸ περὶ τὴν εὐποιΐαν περισπούδαστον ἅμα καὶ ἐπίπονον, καὶ ὅτι οὐ παρέργως οὐδὲ ἀμελῶς ταύτην ἐποιεῖτο, ἐκ τῶν ἐρίων τῶν αὐτοῦ θρεμμάτων ἔφη τὰς τῶν γυμνῶν ἀμφιάσεις κατασκευάζεσθαι, ὥστε πᾶν αὐτῶν τὸ σῶμα θερμαίνεσθαι.

EJUSDEM. Per *humeros* corpus univerſum deſignavit, ex illis enim tota veſtis dependet: videntur etiam humeri frigore quodammodo faciliùs affici, atque idcirco illorum meminit. Cùm autem ſtudium ſuum ſingulare, & laborem in collocandis beneficiis, & quòd non obiter nec perfunctoriè illam exerceret, oſtenderet; è gregum ſuorum lanis, ut totum corpus calefieret, veſtimenta iis præparâſſe ſe aſſerit.

Εἰ ἐπῆρα ὀρφανῷ χεῖρα, [ὁ δὲ Σύμμαχος, κατὰ ὀρφανοῦ.] πεποιθὼς ὅτι πολλή μοι

Si levavi ſuper pupillum manum, [Symmachus autem, *Contra pupillos.*] *confidens quia mihi eſt adjuto-*

rium

rium multum; diſcedat humerus meus à clavicula, & brachium meum à cubito confringatur.

βοήθεια περίεστιν· ἀποσταίη ἄρα ὁ ὦμός μου ἀπὸ τῆς κλειδός, ὁ δὲ βραχίων μου ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος συντριβείη.

JUncturam humeri cum collo, *claviculam* vocat. Theodotio autem, & Symmachus, hic quidem pro *clavicula*, *Cervicem*, ille verò, *Scapularum extremitatem*, interpretatus eſt. Si igitur, inquit, fretus meâ potentiâ, violentas manus orphano iratus injeci, manus quæ ſcelus illud auſa eſt, de junctura colli decidat.

Κλεῖδά φησι τὸν σύνδεσμον τοῦ ὤμου πρὸς τὸν τράχηλον. Θεοδοτίων δὲ, καὶ Σύμμαχος, ἀντὶ τῆς κλειδός, ὁ μὲν, τοῦ αὐχένος, ὁ δὲ, τοῦ ἀκρωμίου, ἐξέδωκεν. Εἰ τοίνυν κατ᾽ ὀργὴν, φησὶ, χεῖρας ἐπέβαλον ὀρφανῷ, πεποιθὼς τῇ προσούσῃ μοι δυναστείᾳ, ἐκπέσοι τοῦ συνδέσμου, τοῦ περὶ τὸν αὐχένα, ἡ τοῦτο τολμήσασα χείρ.

Timor enim Domini continuit me, à prehenſione ejus non ſuſtinebo.

Φόβος γὰρ Κυρίου συνέσχε με, ἀπὸ τοῦ λήμματος αὐτοῦ οὐχ ὑποίσω.

HÆc, inquit, divino timore coërcitus faciebam, ſupplicium grave & intolerabile mihi ſubeundum eſſe reputans, ſi aut iniquè agentem, aut non bene facientem me Deus apprehenderet. Symmachus autem pro *Prehenſione*, reddidit, *Pondus*.

Ταῦτα δὲ ἔπραττον, φησὶ, τῷ θείῳ συνεχόμενος φόβῳ, ἐννοῶν ὡς εἰ ἐπιλάβοιτό μου Θεὸς ἢ ἀδικήσαντος, ἢ μὴ εὐεργετήσαντος, ἀνύποιστον ὑφέξω τὴν τιμωρίαν. ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, λήμματος, τὸ βάρος, ἐξέδωκεν.

CHRYSOSTOMI. Atque hujuſmodi quidem Juſti benignitas & humanitas exſtitit: quid autem divitiarum contemptum recenſeat quiſpiam? cùm hanc etiam virtutem ſupra modum factis expreſſerit; non enim aliena tantùm non appetebat, quod plerique nunc faciunt, ſed ne propriorum quidem cupiditate, à quibus animus ſupra modum averſus erat, capiebatur: unde dixit.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ δικαίου φιλανθρωπία· τί δ᾽ ἄν τις εἴποι τὴν τῶν χρημάτων ὑπεροψίαν; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μεθ᾽ ὑπερβολῆς αὐτῷ κατωρθοῦτο· οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν ἀλλοτρίων οὐκ ἐφίετο, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ νῦν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν οἰκείων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἠλλοτρίωτο μετὰ πάσης ὑπερβολῆς· διὸ καὶ ἔλεγεν.

Si poſui aurum in congium meum, [Symmachus autem, *Fiduciam meam.*] *quòd ſi & in lapide pretioſo fidebam, ſi & lætatus ſum cùm eſſet mihi cenſus multus.*

Εἰ ἔταξα χρυσίον εἰς χοῦν μου, [ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀφοβίαν μου.] εἰ δὲ καὶ λίθῳ πολυτελεῖ ἐπεποίθησα, εἰ δὲ καὶ εὐφράνθην πολλοῦ πλούτου μοι γενομένου.

EJUSDEM. Idcirco cùm ablatæ fuiſſent divitiæ, æquanimiter valde tulit; & cùm adeſſent, copioſam miſericordiam exercebat; (omnem quippe virtutem ſectatus eſt) quique tantâ rerum copiâ circum-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Διὰ δὴ τοῦτο, καὶ ἀφαιρεθέντων, μετὰ πολλῆς ἔφερε τῆς εὐκολίας· καὶ παρόντων, δαψιλῆ τὴν ἐλεημοσύνην εἰργάζετο, πᾶσαν γὰρ ἀρετὴν * ἐπῆλθε· καὶ τὴν [illegible]

οὐδὲν

οὐδὲν ἐχόντων ἀκριβέστερον διέκειτο, τοσαῦτα περιβεβλημένος. οὐ γὰρ οὕτως ὁ μηδὲν ἔχων ἀπήλλακτο χρημάτων, ὡς ἐκεῖνος, ὁ τοσαῦτα ἔχων· πανταχοῦ γὰρ ἡ γνώμη ἐστὶν ἡ ἐστεφανουμένη.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Οὕτω καὶ Ἀβραὰμ ἐπλούτει, περιῤῥεόμενος κτήσει παντοδαπῇ, τῇ δὲ διανοίᾳ πτωχεύων, καὶ ὁσημέραι τὴν ὕλην ἀποτιθέμενος, καὶ ἀποπλουτῶν τοῖς δεομένοις. καὶ τοῦτο δὲ, ὅτι μὲν διέπτυε τὴν ὕλην, διὰ τούτων παρέστησεν. ὅσαις δὲ δαπάναις ἐχρῆτο, κατεπειγόμενος πτωχεύειν τῷ πνεύματι, καὶ πλουτεῖν τὸ ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ φιλότιμον, παρέστησε μὲν καὶ ἐν τοῖς ἤδη ῥηθεῖσιν· ἀκούσῃ δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς λέγοντος.

fluebat, juſtiùs & emendatiùs iis affectus erat, qui nihil in bonis haberent: non enim tantopere à divitiis animo alieno erat qui nihil habebat, ac is qui tam multa poſſidebat: animus enim eſt, qui ubique & in omnibus coronâ inſignitur.

SEVERI. Sic etiam Abrahamus, omni poſſeſſionum genere affluens, diteſcebat, animo autem pauper erat, & quotidie divitiis mundanis ſe nudabat, & in egenos profundebat. Ex his etiam Jobus, quòd divitias contemneret, palam oſtendit. Quos autem ſumptus fecerit, dum ad ſpiritûs paupertatem contenderet, & humanitatis ac benevolentiæ ſtudio diteſcere feſtinaret, in iis quæ jam dicta ſunt, ob oculos poſuit: audies autem eum in iis quæ ſequuntur dicentem.

Εἰ δὲ καὶ ἐπ᾽ ἀναριθμήτοις ἐθέμην χεῖρά μου.

Si & in innumerabilibus poſui manum meam.

Τουτέστιν, οὐδὲ ἀπέραντον εἶχον τῆς * κτήσεως τὴν ἐπίδοσιν· ἴσως οὖν διὰ τοῦτο ἀριθμῷ ἦσαν αὐτοῦ τὰ πρόβατα περικλειόμενα, καὶ αἱ κάμηλοι, καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς τῶν περιττῶν ἀεὶ τὴν τῶν πενήτων χρείαν ἀποπληρούντων, καὶ εἰς ταύτην δαπανωμένων. Εἰ γὰρ καὶ πλούσιος ἦν κατὰ θείαν χάριν, ἀλλὰ τὴν ἀμετρον ἐπιθυμίαν ἐνέκοπτεν, ὅπουγε οὐδὲ τοῖς οὖσιν, ὡς προηγουμένοις ἀγαθοῖς ἔχαιρεν. Εἰ γὰρ καὶ ἔσθ᾽ ὅτε ὡς παρακολουθήματα ταῦτα τοῖς ἁγίοις δέδοται, πλοῦτος, καὶ δόξα, ἀλλ᾽ οὐ πρωτοτύπως ἐπὶ τούτοις χαίρουσιν· ἑτέρα γάρ ἐστιν αὐτῶν ἡ πρωτότυπος χαρὰ, ἡ πνευματική.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅτι γὰρ οὐδὲ παρόντων τῶν χρηστῶν ὁ Ἰὼβ σφόδρα ἀντείχετο, ἄκουσον τί φησιν, Εἰ δὲ καὶ εὐφράνθην πολλοῦ μοι πλούτου γενομένου. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; οὐκ εὐφραίνου τοῦ πλούτου * ἐπιῤῥέοντος; οὐδαμῶς, φησί. Τί δήποτε; ὅτι ᾔδειν αὐτοῦ τὸ ἄστατον καὶ παράῤῥουν, ᾔδειν ὅτι τὸ κτῆμα οὐ μόνιμον.

* γρ. περιῤῥέοντος

IDeſt, Neque infinitum in modum poſſeſſiones meæ augebantur: unde fortaſſe, oves, cameli, & cætera, numero certo illi circumſcribebantur, quia quæ numerum illum exceſſerant, pauperum neceſſitates explebant, & in illum uſum impendebantur. Licèt enim divino favore dives extiterat, immoderatam tamen divitiarum cupiditatem præcidebat, quandoquidem ex facultatibus ſuis, non tanquam ex præcipuis bonis lætitiam capiebat. Si enim divitiæ & honor, ſanctis interdum tanquam auctaria & corollaria tribuantur, verùm in his gaudium ſuum primarium non collocant; alio enim principali gaudio, ſpirituali, ſcilicet, exultant.

CHRYS. Quòd autem Jobus bonis præſentibus non multùm addictus fuerit, audi quid dicat; *Si verò etiam lætatus ſum cùm eſſet mihi cenſus multus.* Quid ais, ô homo? Cùm divitiæ affluerent, non lætabaris? Nequaquam, inquit. Quid ita? Quia inſtabilem & fluxam earum conditionem, ac poſſeſſionem minimè permanentem, non ignorabam.

An non videmus Solem qui lucebat, deficientem, Lunam autem decreſcentem? non enim in iis eſt.

Η οὐχ ὁρῶμεν ἥλιον τὸν ἐπιφαύσκοντα, ἐκλείποντα, σελήνην δὲ φθίνουσαν; οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἐστιν.

EJUSDEM. Verborum ſenſus hic eſt; Si ſydera quæ in cœlo ſunt, & perpetuò lucent, mutationi cuidam obnoxia ſunt, & Sol quidem defectum, ac Luna decrementum patiatur; quomodo non extremæ amentiæ fuerit, durabilia & firma exiſtimare ea quæ terrena ſunt? Unde factum eſt, ut naturam eorum perfectè cognitam habens, neque cùm adeſſent, gauderet, neque cùm abeſſent, doleret. Lumen hoc fulgidum interit, evaneſcit, & non apparet. Vides quam cauſam mutationis luminarium aſſignet: creatura igitur non tantùm ad Dei cognitionem, verùm etiam ad philoſophiam nobis ſufficit. Cùm Solem magnum eſſe contemplatus fueris, opificem admirare; cùm eclipſin pati videris, rerum humanarum ſortem caducam addiſcito: ſi enim quod omnium in terra ſplendidiſſimum eſt, deſinit, minuitur, & interit; multò magis cætera omnia: ſi quod adeo utile & neceſſarium eſt, ac ſine quo vivere non datur, mutationi obnoxium eſt; multò magis ea quæ ſuperflua ſunt, nec neceſſariò nobis adjiciuntur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ο λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· εἰ τὰ κατ' οὐρανὸν ἄστρα, καὶ διηνεκῶς λάμποντα, δέχεταί τινα μεταβολὴν, ἥλιος μὲν ἐκλείπων, σελήνη δὲ φθίνουσα· πῶς οὐκ ἐσχάτης ἀνοίας, τὰ ἐπίγεια εἶναι νομίζειν μόνιμα καὶ πεπηγότα; διὰ τοῦτο, οὔτε παρόντων εὐφραίνετο, οὔτε ἀπελθόντων ἤλγησεν, ἐπιστάμενος καλῶς ἤδη τὴν φύσιν αὐτῶν. τὸ λαμπρὸν τοῦτο φῶς ἀπόλλυται, καὶ ἀφανίζεται, καὶ οὐχ ὁρᾶται. ὁρᾷς οἵαν αἰτίαν φησὶ τῆς μεταβολῆς τῶν φωστήρων. ἄρα ἀρκεῖ καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἡ κτίσις ἡμῖν, οὐχὶ πρὸς θεογνωσίαν μόνον. ὅταν ἴδῃς ὅτι μέγας ὁ ἥλιος, θαύμασον τὸν δημιουργόν· ὅταν ἴδῃς ὅτι ἐκλείπει, τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὸ εὔφθαρτον καταμάνθανε. εἰ γὰρ ὁ πάντων ἐστὶ λαμπρότερον τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦτο * λέγει, καὶ μειοῦται, καὶ τελευτᾷ, πολλῷ μᾶλλον τὰ λοιπὰ πάντα· εἰ δὲ οὕτω χρήσιμον καὶ ἀναγκαῖον, καὶ οὗ χωρὶς ζῆν οὐκ ἔνι, μεταβολὴν δέχεται, πολλῷ μᾶλλον τὰ περιττὰ, καὶ οὐκ ἀναγκαίως ἡμῖν * περικείμενα.

* ἴσ. λείπει

* ἴσ. περικείμενα.

OLYMPIODORI. Hæc Jobus ſecum cogitabat; Mecum, inquit, animo reputabam, ſi magna hæc & ſplendida luminaria mandato divino deficiunt, quid mihi proderit, ſi locuples valde evaſero? Divitias enim, vel vivos nos ipſis deſerentibus, vel nobis vitam cum morte commutantibus, è medio omnino auferri oportet. Ut enim Sol eclipſin patitur, nox diem excipit, ac Luna divino præcepto lucere deſinit, magnáque hæc luminaria, ut verbo abſolvam, corruptionibus ac mutationibus obnoxia ſunt, & ad nutum creatoris reguntur; (non enim ſui arbitrii ſunt, ſed ordinantis imperio parent) ita etiam de divitiis,

ΟΛΥΜΠ. Ταῦτα καὶ ὁ Ἰὼβ ἐνενόει· διελογιζόμην γὰρ, φησὶ, κατ' ἐμαυτὸν, ὅτι εἰ μεγάλα ταῦτα καὶ λαμπρὰ στοιχεῖα ἐκλείπει κατὰ θείαν πρόσταξιν, ποία ὠφέλεια κἂν πάνυ πλουτήσω; δεῖ γὰρ πάντως τὸν πλοῦτον ἐξ ἡμῶν ἀπελθεῖν, ἢ τῶν χρημάτων καὶ ζῶντας ἡμᾶς καταλιμπανόντων, ἢ ἡμῶν τὸν βίον μεταλλαττόντων. ὡς γὰρ ἥλιος ἐκλείπει, καὶ νὺξ ἡμέραν διαδέχεται, καὶ σελήνη λήγει κατὰ θείαν πρόσταξιν, καὶ ἁπλῶς οἱ μεγάλοι οὗτοι φωστῆρες φθοραῖς καὶ ἀλλοιώσεσιν ὑπόκεινται, καὶ πρὸς τὸ νεῦμα ἄγονται τοῦ δημιουργοῦ· οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἐστιν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τάξαντι· οὕτως ἐνενόουν καὶ περὶ

πλούτου

πλέτε, ὡς περὶ ἀςάτου πράγματος, καὶ ἐπαιδεύθην μὴ προσέχειν ἐπὶ τῇ τούτου ἀδηλότητι, ἀλλὰ δεόντως αὐτὸν δαπανᾶν.

Καὶ εἰ ἠπατήθη λάθρα ἡ καρδία μου.

Ο Δὲ Σύμμαχος, ἐπλατύνθη. ὁ δὲ νοῦς οὗτος· οὐδὲ ἡ καρδία μου, φησὶν, ἀνετυπώσατο πλατυσμὸν καὶ πλήθος περιουσίας, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἡδονὴν, οὐδὲ ἡ ψυχή μου εὐρυχωρείαν παρέσχε τῇ τοιαύτῃ *ἐπιθυμίᾳ. διὰ δὲ, τοῦ, λάθρα, ἔοικε σημαίνειν, ὅτι οὐδὲ κατὰ συναρπαγὴν τοιοῦτόν τι πέπονθεν. ἢ, ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν μὲν τῷ φανερῷ προσποιοῦνται τὴν τῶν χρημάτων καταφρόνησιν, ἐν δὲ τῇ διανοίᾳ λάθρα τὴν ἐρασιχρηματίαν τρέφουσι καὶ κρύπτουσι, διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι οὐδὲ λάθρα τὸν ἄτοπον τοῦτον ὠδίνησα ἔρωτα.

*χ. ἀκολασία

tanquam de re inſtabili cogitavi, earúmque incertitudini & inconſtantiæ animum minimè adjicere, ſed commodè & decenter illas impendere didici.

Et ſi deceptum eſt clam cor meum.

SYmmachus autem, *Dilatatum eſt.* Senſus autem hic eſt; Neque cor meum, inquit, latitudinem, & opum abundantiam, cum voluptate quæ inde profluit, ſibi finxit; neque anima mea ejuſmodi cupiditati, ut laxè vagaretur, frænos remiſit. Per illud autem, *Clam*, ſignificare videtur, quòd ne ſubito quidem animi motu correpto, hoc illi acciderit. Vel, quoniam multi palam divitiarum contemptum ſimulant, clam verò in animo amorem illarum alunt & celant; idcirco dixit, Ne clam quidem abſurdum hunc & vitioſum amorem parturivi.

Εἰ δὲ χεῖρά μου ἐπιθεὶς ἐπὶ ςόματί μου, ἐφίλησα. [ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ προσεκύνησεν ἡ χείρ μου περὶ τὸ ςόμα μου.] καί τοῦτό μοι ἄρα ἀνομία ἡ μεγίςη λογισθείη, ὅτι ἐψευσάμην ἐναντίον Κυρίου τοῦ ὑψίςου.

Quòd & ſi oſculatus ſum manum meam, ponens ad os meum. [Symmachus verò, *Et adoravit manus mea circa os meum.*] *Et hoc igitur mihi iniquitas maxima computetur, quòd mentitus ſum coram Domino altiſſimo.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πολλάκις τινὲς τὰς ἰδίας ἐπαινοῦντες πράξεις, τὴν ἰδίαν καταφιλοῦσι χεῖρα. φησὶν οὖν, ὅτι εἰ ἐπὶ τῇ ἐμῇ δυναςείᾳ καὶ ταῖς ἐμαῖς πράξεσιν ἐθάῤῥησα, καὶ μὴ ἐπὶ τῷ Θεῷ, ἐψευσάμην τὸ ἀληθές· οὐ γὰρ ἐξ ἑαυτῶν ἡ ἡμετέρα βοήθεια, ἀλλ' ἐκ τῆς θείας χάριτος. εἰ οὖν ἀπατηθεὶς πέπονθά τι τοιοῦτον, λογιζέσθω μοι τοῦτο εἰς ἀνομίαν μεγίςην. ἄλλοι δὲ οὕτως ἐξεδέξαντο τὸ ῥητόν· εἰ προσεκύνησα, φησὶν, ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, τοῖς αὐτῶν ἀπατηθεὶς φέγγεσι, καὶ μὴ ἐλογισάμην, ὅτι καὶ ἐκλείπουσι, καὶ δεσποτικοῖς ὑπηρετοῦνται

EJUSDEM. Nonnulli ſæpenumero ſuas actiones extollentes, manum propriam deoſculantur. Dicit igitur; Si in mea dominatione, & actiónibus meis, non autem in Deo fiduciam collocavi, veritatem mentitus ſum; (noſtrum enim auxilium non à nobis ipſis, ſed à divina gratia promanat) ſi igitur errore deceptus, tale quid paſſus ſum, pro ſcelere graviſſimo mihi imputetur. Alii verò ſic verba acceperunt; Si Solem, inquit, & Lunam, illorum ſplendore deceptus, adoravi, nec deficere illa & Domini mandatis parere, animo mecum reputavi, ſed illorum admiratione manum meam

meam exoſculatus ſum; pro ſcelere maximo mihi adſcribatur. Atque ita de idololatria dictum eſſe putant: Verùm ego non adducor ut hoc credam; non enim inter præcipuas & eminentiſſimas ſuas actiones collocâſſet. Mihi autem tale quidpiam videtur eſſe, quod obviam venientibus iis quos diligunt, pati ſolent qui amoris affectu tanguntur; qui quidem vel propter divitias, vel res præclarè geſtas eorum quos in admiratione habent, manus eorum exoſculantur.

πράγμασιν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τούτων θαύματι τὴν ἐμὴν κατεφίλησα χεῖρα, ἀνομία μοι ἡ μεγίστη λογισθείη. οὕτω μὲν τινες περὶ εἰδωλολατρείας φασὶ τοῦτο εἰρῆσθαι· ἀλλ' οὐ πείθομαι· οὐ γὰρ ἐν τοῖς μεγίστοις κατορθώμασι τοῦτο τέθεικεν. ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ, ὅπερ πάσχουσιν οἱ ἐρωτικῶς διακείμενοι, * ἀπόντων τῶν ἐρωμένων, τὰς χεῖρας αὐτῶν καταφιλοῦσι τῷ στόματι, ἢ περὶ πλούτου, ἢ περὶ πραγμάτων ὧν ἂν θαυμάζωσιν. *ἴσ. ἀπαντώντων

NILI. Cur igitur ſpem noſtram à Deo abſtrahentes, & Domini providentiam noſtris manibus adſcribentes, brachium carnis ſtabilimus? & quod Jobus pro maximo ſibi peccato imputari imprecatus eſt, manum, ſcilicet, ori impoſitam deoſculari, hoc facere nequaquam metuimus? Multorum enim mos eſt, ut manus ſuas deoſculentur, quarum operâ opulentiam ſe habere arbitrantur: quos in lege Moyſes ſymbolicè innuens, dicit, *Qui ambulat in manibus, immundus, & qui ambulat ſuper quatuor ſemper, & qui multiplex eſt pedibus.* In manibus autem ambulat, qui manibus innixus, omnem fiduciam in illis collocat; ſuper quatuor autem, qui rebus ſenſibilibus propenſior, illarum negotiis implicatum animi principatum occupatum perpetuò tenet; multiplex verò pedibus eſt, qui res corporeas fovet & deamat.

Lev. 11. 42.

ΝΕΙΛΟΥ. Τί τοίνυν τὴν ἐλπίδα ἀφιστῶντες ἀπὸ Θεοῦ, * τὴν σάρκα τοῦ βραχίονος στηρίζομεν, τὴν τοῦ δεσπότου πρόνοιαν ταῖς ἑαυτῶν χερσὶν ἐπιγράφοντες; καὶ ὅπερ εἰς μεγίστην ἁμαρτίαν ἑαυτῷ λογισθῆναι ὁ Ἰὼβ ἀπηράσατο, τό, ἐπιτιθέντα τὴν χεῖρα τῷ στόματι καταφιλῆσαι, τοῦτο ποιοῦντες οὐ δεδοίκαμεν; ἔθος γὰρ τοῖς πολλοῖς τὰς χεῖρας καταφιλεῖν, δι' ἐκείνων ἔχειν τὴν εὐπορίαν οἰομένοις· οὓς αἰνιττόμενος διὰ συμβόλων ὁ νόμος φησίν, ὃς πορεύεται ἐπὶ χειρῶν, ἀκάθαρτος, καὶ ὃς πορεύεται ἐπὶ τεσσάρων διαπαντός, καὶ ὃς πολυπληθεῖ ποσί. πορεύεται δὲ ἐπὶ χειρῶν μέν, ὁ ταῖς χερσὶν ἐπερειδόμενος, καὶ πᾶσαν ἐπ' αὐταῖς ἔχων τὴν πεποίθησιν· ἐπὶ τεσσάρων δέ, ὁ τοῖς αἰσθητοῖς πράγμασι προσπεπονθώς, καὶ τῇ τούτων ἀσχολίᾳ διαπαντὸς ἐπισύρων τὸ ἡγεμονικόν· πολυπληθεῖ δὲ ποσίν, ὁ ἀπρὶξ τῶν σωματικῶν περιεχόμενος. *ἴσ. τὴν σαρκὸς τὸν βραχίονα

Quòd ſi & gaviſus ſum ſuper ruina inimicorum meorum, & dixit cor meum, Euge; audiat auris mea maledictionem meam, & diffamer à populo meo malè affectus.

Εἰ δὲ καὶ ἐπιχαρὴς ἐγενόμην πτώματι ἐχθρῶν μου, καὶ εἶπεν ἡ καρδία μου, εὖγε· ἀκούσαι ἄρα τὸ οὖς μου τὴν κατάραν μου, θρυλληθείην δὲ ἄρα ὑπὸ λαοῦ μου κακούμενος.

OLYMPIODORI. Hoc etiam alibi docemur; *Si enim,* inquit, *ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas ſuper eo, & in ſupplantatione ejus ne extollaris.* Symmachus quidem pro, *Euge,* reddidit, *Inſurrexi quando afflictio eum apprehendit.*

Pro. 24. 17.

ΟΛΥΜΠ. Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ διδασκόμεθα· ἐὰν γάρ, φησί, πέσῃ ὁ ἐχθρός σου, μὴ ἐπιχαρῇς αὐτῷ, ἐν δὲ τῷ ὑποσκελίσματι αὐτοῦ μὴ ἐπαίρου. ὁ μέντοι Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, εὖγε, καὶ ἐπανέστην ὅτε κατέλαβεν αὐτὸν κάκωσις, ἐξέδωκε. τὸ

δέ,

τὸ δέ, εὖγε, ἐπιχαρτικὸν καὶ χλευαστικόν ἐστιν ἐπίφθεγμα· κατὰ τό, εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν. ἀλλ᾽ ἐγώ, φησίν, εἴποτε ἐπεχάρην πτώματι ἐχθρῶν, ἀκούσαιμι καὶ αὐτὸς ἑτέρων καταρωμένων μοι, καὶ κακούμενος θρυλλοίμην, ὡς ὧνπερ ἔπραξα ἀπειληφώς.

Euge verò, inſultantis & irridentis acclamatio eſt; juxta illud, *Euge, euge, oculi noſtri viderunt.* Pſal. 34.21. Verùm ego, inquit, ſiquandò ruinæ inimicorum inſultavi, alios etiam mihi imprecantes audiam, & ærumnis afflictus, tanquam eorum quæ geſſi pœnas meritas luens, ſermone omnium celebrer.

Εἰ δὲ καὶ πολλάκις εἶπον αἱ θεράπαιναί μου, τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ πλησθῆναι; λίαν μου χρηστοῦ ὄντος.

Quòd ſi & ſæpe dixerunt ancillæ meæ, Quis utique det nobis ut carnibus ejus ſatiemur? cùm valde bonus eſſem.

ΟΛΥΜΠ. Οἱ δὲ λοιποὶ οὕτως ἐξέδωκαν· εἰ μὴ πολλάκις εἶπον οἱ ἄνδρες τῆς σκηνῆς μου, τίς δῴη τῶν σαρκῶν αὐτοῦ, καὶ ἐμπλησθησόμεθα; ὥστε τὸ μὲν ἀπανθρώπου ὠμότητος, τὸ δὲ ἀκρατοῦς τινος καὶ ἀκορέστου ἔρωτος τεκμήριον εἶναι. καὶ ἀνωτέρω τῶν θεραπόντων ἐμνήσθη, ὅτε ἔλεγεν, οὐκ ἐφαύλισα κρίμα θεράποντός μου, ἢ θεραπαίνης· καὶ τὴν αἰτίαν προστέθεικεν, ὅτι ὡς οὗτοι ἐγένοντο, καὶ ἐγὼ ἐγενόμην· καὶ ἔδειξε τὴν ἀνυπέρβλητον ἑαυτοῦ ταπεινοφροσύνην.

OLYMPIODORI. Cæteri autem ſic reddiderunt; *Si non ſæpe dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus ejus, & ſaturabimur?* ut alterum inhumanæ crudelitatis, alterum verò impotentis cujuſdam & inſatiabilis amoris indicium ſit. Suprà etiam famulorum meminit, cùm diceret, *Non deſpexi judicium famuli mei, aut ancillæ*; Ver. 13. cauſamque adjecit, Quia *quemadmodum illi facti ſunt, ita & ego factus ſum*, Ver. 15. & ſummam ſuam humilitatem manifeſtavit.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἆρα οὖν ταπεινὸς μὲν οὗτος ἦν, οὐχὶ δὲ ποθητὸς καὶ ἐπέραστος; σκόπει κἀνταῦθα τὴν ὑπερβολήν· ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς δεινοῖς μετὰ πάσης σφοδρότητος τὰ ἐπενεχθέντα ἤνεγκεν, οὕτω καὶ ἐν τῇ εὐημερίᾳ τὴν ἀρετὴν ἑκάστην μετὰ πολλῆς κατώρθωσε τῆς περιουσίας, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τὸ ἄκρον ἀφικόμενος· οὕτω καὶ ἥμερος, οὐ μόνον πρὸς τοὺς ἄλλους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς οἰκέτας ἐδείκνυτο· ἐντεῦθεν γὰρ ἐπιείκεια ἅπασα, ὅταν πρὸς τὸν ὑποτεταγμένον φιλάνθρωπός τις ᾖ, καὶ μὴ βίαιος· ἔλεγον οὖν οἱ θεράποντες, τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐμπλησθῆναι; ἐνταῦθα τὸν ἔρωτα διηγεῖται τῶν οἰκετῶν τὸν μανικόν, ὃν περὶ αὐτὸν εἶχον, διὰ χάριτας αὐτοῦ καταστάντες ἐρασταί, ἀφ᾽ ὧν αὐτὸς εἰς αὐτοὺς ἐπεδείκνυτο· οὕτω γάρ, φησίν, ἐξεκρέμαντό μου, οὕτως ἀντείχοντο, οὕτως ἥσθην προσον-

CHRYSOSTOMI. Num igitur humilis quidem hic erat, non autem deſiderabilis & amabilis? Conſidera etiam hoc loco deſiderii & amoris ſui quem in aliis excitaverat, exceſſum: quemadmodum enim in adverſis mala ipſi inflicta fortiter admodum toleravit; ita etiam in rebus proſperis omne virtutum genus, non caſu quidem & temerè, ſed faſtigium ipſum aſſequutus, copioſè adimplevit: atque ita non ſolùm erga alios, verùm etiam erga famulos ſuos placidum & benignum ſe oſtendit; (Hinc enim omnis animi moderatio ſe exſerit, cùm erga ſubditum, humanitatem, & non violentiam quis exercet) unde famuli ejus dicebant, *Quis utique det nobis, ut carnibus ejus ſatiemur?* Hoc loco, inſanum amorem quo ſervi eum proſequerentur enarrat, qui propter beneficia, quæ illis contulerat, flagranti eum affectu amplectebantur: Sic enim, inquit, à me unicè pendebant, ſic mihi

mihi adhærebant, ſic clavis quaſi affixi erant, ſic me deperibant, ut præ flagrantis amoris exceſſu, ipſis carnibus meis devoratis & conſumptis, ſaturari deſideraverint: adeo ancillis meis ſupra modum benignus & jucundus eram, ut ſi ipſis carnibus meis expleri poſſibile fuiſſet, libenter hoc feciſſent.

OLYMP. Alii verò ſic interpretati ſunt; Neque gravis adeo, inquit, & moleſtus ancillis fui, ut mea crudelitate exacerbatæ, carnes meas guſtare cupierint: immo planè è contrario, benignum valde me iis præbui. Mihi verò ſecunda explicatio, juxta Septuaginta interpretum verſionem arridet, qui tranſtulerunt, *Si dixerunt ancillæ meæ*. Juxta verò aliorum editionem, quæ ſic habet, *Si non dixerunt*, prior explicatio hæc eſt; Talia, inquit, mihi eveniant, ſi dixerint ancillæ meæ, contra me irâ accenſæ, Partiamur eum intra nos, & crudas ejus carnes abſumamus: ſed cùm clemens valde & benignus iis extitiſſem, hoc nequaquam dixerunt: contrà verò, ſi non ferventis amoris deſiderio flagrantes, Devoremus eum, dixerunt, imprecationes contra ipſum obtinere, & certum ſuum effectum ſortiri, precibus exoptat.

ἡλωμένοι, οὕτως ἐρῶντες, ὡς ἐπιθυμεῖν καὶ αὐτῶν ἐμπλησθῆναι τῶν σαρκῶν καταπιεῖν καὶ καταφαγεῖν, διὰ τὸ σφόδρα φιλεῖν καὶ ἐκκρέμασθαι· οὕτω λίαν ἤμην ταῖς θεραπαίναις χρηστὸς καὶ γλυκύς, ὡς εἰ οἷόν τε ἦν καὶ αὐτῶν μου τῶν σαρκῶν ἐμφορηθῆναι, ἡδέως ἂν τοῦτο ἐποίουν.

ΟΛΥΜΠ. Ἕτεροι δὲ οὕτως ἡρμήνευσαν· οὐδὲ ἐπαχθής, φησί, ταῖς θεραπαίναις γέγονα, ὡς διὰ τὴν ἐμὴν ὠμότητα καὶ αὐτὰς ἐξαγριωθείσας τῶν ἐμῶν ἐπιθυμεῖν ἀπογεύσασθαι σαρκῶν· τὸ δὲ ἐναντίον ἅπαν, καὶ λίαν αὐταῖς χρηστὸς ἐγενόμην. ἐμοὶ δὲ ἀρέσκει, κατὰ μὲν τοὺς Ἑβδομήκοντα ἐκδόντας, Εἰ εἶπον αἱ θεράπαιναί μου, ἡ δευτέρα ἑρμηνεία. κατὰ δὲ τὴν λοιπῶν ἔκδοσιν ἔχουσαν, Εἰ μὴ εἶπον, ἡ προτέρα ἐξήγησις, πάθοιμι γάρ, φησι, τάδε, εἰ εἶπον αἱ θεράπαιναί μου καθ᾽ ἐμοῦ θυμωθεῖσαι, διαμερισώμεθα αὐτόν, καὶ ὠμὰς τὰς σάρκας αὐτοῦ δαπανήσωμεν· ἀλλὰ μὴν τοῦτο οὐκ εἶπον, λίαν μου χρηστοῦ ὄντος. πάλιν δέ, εὔχεται κρατῆσαι καὶ βεβαιωθῆναι τὰς καθ᾽ ἑαυτοῦ ἀράς, εἰ μὴ εἶπον ἀπὸ θερμῆς ἐρωτικῆς διαθέσεως αἱ θεράπαιναι, καταφάγωμεν αὐτόν.

Et foris non manebat hoſpes; & oſtium meum omni venienti patuit.

Ἔξω δὲ οὐκ ηὐλίζετο ξένος, ἡ δὲ θύρα μου παντὶ ἐλθόντι ἠνέῳκτο.

CHRYS. Hoc hoſpitalitatis & nobilitatis ab Abrahamo tractæ indicium; Domũ, inquit, communẽ, & menſam communẽ, mea non mea, ſed Domini exiſtimans, poſſederã: Dominus dedit, conſervis igitur diſtribuatur demenſum. Vidiſti humilitatẽ, vidiſti humanitatẽ, vidiſti benignitatẽ, vidiſti liberalitatem, quòd dextram omnibus expandens, & domum aperiens, commune bonum cunctis extiterit. Illud enim minimè faciebat quod à pleriſque fieri ſolet, qui diligentiùs eos obſervant, & curioſiùs in eos inquirunt quibus aliquid largiuntur;

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τοῦτο τῆς φιλοξενίας, καὶ Ἀβραμιαίας εὐγενείας τὸ ἐπίσημον· κοινήν, φησίν, ἐκεκτήμην τὴν οἰκίαν, κοινὴν τὴν τράπεζαν, οὐκ ἐμὰ τὰ ἐμὰ ἡγούμενος, ἀλλὰ δεσποτικά· ὁ Κύριος ἔδωκεν, οὐκοῦν διανεμέσθω τοῖς συνδούλοις τὸ σιτομέτριον. Εἶδες τὸ ταπεινόν, εἶδες τὸ φιλάνθρωπον, εἶδες τὸ χρηστόν, εἶδες τὸ δαψιλές, ὅτι κοινὸν ἦν ἀγαθόν, πᾶσι τὴν δεξιὰν ἁπλώσας, καὶ τὴν οἰκίαν ἀνοίξας. οὐ γάρ, ὃ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ περιεργαζόμενοι καὶ πολυπραγμονοῦντες τοὺς λαμβάνοντας, ἐποίει τοῦτο·

ἀλλ᾽

ἀλλ' ἡ θύρα μου, φησὶ, παντὶ ἀνέῳκτο, καὶ οὐδεὶς ἔξω ηὐλίζετο.

verùm, *oſtium meum*, inquit, *omni patuit*, neque quiſquam extrà ſtabulatus eſt.

Εἰ δὲ καὶ ἁμαρτὼν ἀκουσίως ἔκρυψα τὴν ἁμαρτίαν μου, οὐ γὰρ διετράπην πολυοχλίαν πλήθους, τοῦ μὴ ἐξαγορεῦσαι ἐνώπιον αὐτῶν.

Quòd ſi & cùm non ſponte peccaſſem, abſcondi peccatum meum; non enim expavi turbam multitudinis, ut non enarrarem coram iis.

ΟΛΥΜΠ. Ἑκουσίου μὲν οὐδὲν ἑαυτῷ συνῄδει πλημμέλημα, οὕτως ἄκρως τὸν κατ' ἀρετὴν ἐξήσκει βίον. ἐπεὶ δὲ ἄνθρωπον ὄντα οὐκ ἦν μὴ καὶ ἄκοντα περιπίπτειν παραπτώματι, μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει ἐξιᾶτο γνωσθὲν τὸ ἁμάρτημα, οὐκ ἐπαισχυνόμενος τὸ μὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πεπραγμένον ἐξαγορεύειν.

OLYMP. Nullius voluntarii delicti conſcius ſibi erat, accuratè adeo viam virtutis inſiſtebat. Quoniam verò homini exiſtenti, etiam invito, in offenſam non incurrere impoſſibile erat; quod contra rectam rationem admiſſum eſſet, confiteri non erubeſcens, pœnitentiâ & confeſſione agnito peccato medebatur.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Λέγε σὺ πρῶτον τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς. τῶν μὲν οὖν κατορθωμάτων, φησὶν, οὐδένα μάρτυρα ἐποιούμην, τῶν δὲ πταισμάτων πάντας ἐβουλόμην εἶναι τοὺς συνειδότας· διὸ οὐ διετράπην πολυοχλίαν πόλεως ἐπ' αὐτῶν ἐξαγορεῦσαι τὸ ἴδιον πταῖσμα.

CHRYSOST. Ut juſtificeris, peccata tua tu primus aperi. Neminem, inquit, rectè factorum teſtem adhibui, errorum autem omnes conſcios eſſe volui; unde urbis multitudinem non ſum averſatus, quo minùs apud eos delictum meum confiterer.

Εἰ δὲ καὶ εἴασα ἀδύνατον ἐξελθεῖν θύραν μου κόλπῳ κενῷ· τίς δῴη ἀκούοντά μου;

Aut ſi dimiſi infirmum ſinu vacuo exire januam meam; quis mihi tribuat auditorem?

Ο λέγει τοῦτό ἐστιν· Εἰ παρεβλεψάμην τὸν δεόμενον, μηδὲ ἐμοῦ τις ἀκουσάτω. ὅρα δὲ, οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐλθόντι ἔδωκα, ἀλλ' οὐδὲ μὴ βουλομένῳ συνεχώρησα. βίαν ἐπῆγε τοῖς καὶ ἑκουσίως βουλομένοις αὐτὸν παρατρέχειν· ᾔδει γὰρ τὸ πρᾶγμα ὅτι εὐπορία ἐστίν. ὅσην τοίνυν οἱ πένητες σπουδὴν ἐποίουν διενοχλοῦντες τοὺς δυναμένους χεῖρα ὀρέξαι, τοσαύτην ἐκεῖνος ἐποίει διενοχλῶν τοὺς εὖ παθεῖν ὀφείλοντας, καὶ οὐκ εἴα ἐξελθεῖν κόλπῳ κενῷ· οὐ γὰρ μόνον ἐθεράπευεν αὐτοὺς ὑποδεχόμενος, ἀλλὰ μετὰ τὸ θρέψαι, καὶ ἐφόδια τῆς μετὰ ταῦτα πενίας παρεῖχε πλουσίως καὶ ἱλαρῶς.

QUod dicit hujuſmodi eſt; Si egenum deſpexi, neque mihi aurem quiſpiam præbeat. Vide autem quòd non dixerit, Venienti tantùm largitus ſum; ſed, Ne recuſantem quidem vacuum abire paſſus ſum. Violentiam quippe iis adhibuit qui ſponte ſuâ eum præterire conabantur; noverat enim hoc facto quæſtum magnum ſibi comparari. Quantâ igitur contentione pauperes interpellare eos ſtudent, qui manum auxiliatricem præbere poſſunt, tantum ille ſtudium adhibebat interturbando quaſi eos qui beneficio ab eo afficiendi erant, neque ſinu vacuo exire patiebatur: non enim ſolùm tecto excipiens, obſequium eis præſtabat, ſed poſtquam cibo refeciſſet, viaticū ad paupertatē ſolandā, copioſè & hilariter largiebatur.

JULIANI.

JULIANI. Illud autem, *Quis mihi tribuat auditorem?* quidam per interjectionem inſeri, ſeorſim per ſe efferri, ac ſenſum peculiarem habere volunt. Amici enim, inquit, propter multitudinem eorum quæ dicta erant, non ſolùm inertiâ detrectantes, ingratis auribus audiebant, ſed propter vituperationem conſcientiâ ſtimulati, averſabantur: idcirco illos alloquitur, *Quis mihi tribuat auditorem?* non autem vos, qui in verbis meis moleſtiam eſſe exiſtimantes, injuſtum judicium fertis.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Τινὲς δὲ, τὸ, Τίς δῴη ἀκούοντά μου; φασὶ μεταξὺ παρεμβεβλῆσθαι, καὶ καθ' ἑαυτὸ ἐκπεφωνῆσθαι, καὶ ἴδιον κεκτῆσθαι νοῦν. Διὰ γὰρ τὸ πλῆθος, φησὶ, τῶν λεχθέντων ἀποκνήσαντες, * ἀηδέστερον ἤκουον οἱ φίλοι, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν ἔλεγχον δακνόμενοι τὸ συνειδὸς, ἀπεστρέφοντο· διὸ λέγει πρὸς αὐτοὺς, Τίς δῴη ἀκούοντά μου; ἀλλὰ καὶ μὴ ὑμᾶς, τοὺς ὄχλον ἡγουμένους τὰ ἐμὰ ῥήματα, τοὺς ἀδίκως κρίνοντας.

* ἴσ. ἴσως μόνοι.

OLYMP. Fortè verò prudentes auditores quærere videtur, qui dicta ejus capere poſſent: ex quibus vitæ ſuæ & converſationis ſumma perfectio oſtenditur; non enim propter res præclarè à ſe geſtas hæc dixit, ſed, Spiritu ſancto ita ad noſtram inſtitutionem ſcriptis conſignari diſponente, ut nobis, quomodo vivendum eſſet, exemplar relinqueret.

ΟΛΥΜΠ. Τάχα δὲ ἀκροατὰς ἔοικεν ἐπιζητεῖν συνετοὺς, δυναμένους χωρῆσαι τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα, δι' ὧν ἡ τῆς πολιτείας ἀκρότης παρεδείκνυτο· οὐ γὰρ εἶπε ταῦτα σοβαρευόμενος ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ κατορθώμασιν, ἀλλ' ἡμῖν καταλιμπανόμενος ὑπογραμμὸν ὅπως βιῶναι χρὴ, οὕτω τοῦ ἁγίου Πνεύματος γραφῆναι οἰκονομήσαντος εἰς νουθεσίαν ἡμετέραν.

Et manum Domini ſi non timui.

Χεῖρα δὲ Κυρίου εἰ μὴ ἐδεδοίκειν.

ID eſt, Deum religioſo cultu proſequebar, neque leviter quidem & negligenter hoc præſtabam, ſed Deum intuitus, & ne quid contrà quàm oporteret admitterem, timore perculſus.

ΤΟυτέστι, καὶ τὰ πρὸς τὸν Θεὸν εὐλαβῶς διεκείμην· καὶ οὐχ ἁπλῶς ταῦτα ἐποίουν, ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεὸν ὁρῶν, καὶ καταπεπληχὼς εἴ τι μὴ δέον πράξαιμι.

Syngrapham verò quam habui contra quempiam, in humeris utique circumponens coronam legebam, & ſi non ſcindens eam reddidi, nihil accipiens à debitore.

Συγγραφὴν δὲ ἣν εἶχον κατά τινος, ἐπ' ὤμοις ἂν περιθέμενος στέφανον ἀνεγίνωσκον, καὶ εἰ μὴ ῥήξας αὐτὴν ἀπέδωκα, οὐδὲν λαβὼν παρὰ χρεωφειλέτου.

OMnem, inquit, injuſtam ſyngrapham diſcerpſi, neque de eo gloriabar, ſed diſruptam in fruſta divulſi: (Illud autem, *Humeris circumponens*, quoſdam innuit qui in alienis calamitatibus glorioſè ſe efferunt.) Neque ſimpliciter tantùm reddidi, ſed priùs comminutione infirmam & invalidam effeci; ſic enim poſtquam diſcerpſiſſem, & in fruſta comminuiſſem, reddidi. Non enim

ΠΑσαν, φησὶ, συγγραφὴν ἄδικον διέσπασα, καὶ οὐκ ἐκαλλωπιζόμην, ἀλλὰ διέρρηξα. τὸ δὲ, περιθέμενος ἐπ' ὤμοις, αἰνίττεταί τινας τοῖς ἀλλοτρίαις ἐγκαλλωπιζομένους συμφοραῖς· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀπεδίδουν, ἀλλὰ πρότερον ποιῶν ἐξησθενημένην τῷ διαρρῆξαι. διασπάσας γὰρ οὕτως ἀπεδίδουν. οὐ γὰρ οἷά τις ἐγκαυχώμενος

ἐπὶ

ἐπὶ τοῖς δανείοις, ἀνελίττων ἀμφοτέραις χερσὶ τὰς συγγραφὰς δημοσίᾳ ἀπανεγίνωσκον, ἀλλὰ διαρρηγνὺς αὐτὰς, καὶ συγχωρῶν τὰ ὀφλήματα, ἀπεδίδουν τοῖς χρεωφειλέταις.

tanquam aliquis qui fœnore & uſurâ ſuperbè ſe jactitat, ſyngraphas ambabus manibus tenens publicè legebam, ſed diſcindens eas, & debita condonans, debitoribus tradebam.

Εἰ ἐπ' ἐμοί ποτε ἡ γῆ ἐστέναξεν, εἰ δὲ καὶ οἱ αὔλακες αὐτῆς ἔκλαυσαν ὁμοθυμαδόν.

Si ſuper me unquam terra ingemuit, aut ſi ſulci ejus ploraverunt ſimul.

Ἀτελὴς ὁ λόγος, καὶ ἤρτηται· τὴν δὲ ἀπόδοσιν τῆς ἐννοίας ἐν τοῖς ἑξῆς εὑρήσεις κειμένην. φησὶ δὲ, τάδε γένοιτό μοι, καὶ τάδε πάθοιμι, εἰ δι' ἐμὲ γῆ ἐστενάχθη παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτῆς, ἢ αὔλακες ἐκλαύθησαν παρὰ τῶν ἀνατεμνόντων ταύτας, καὶ ἀροτριώντων· οὔτε γὰρ κτήσεις τινῶν ἥρπασα, ὥστε αὐτοὺς στενάζειν, οὔτε αὔλακας τοῖς ἐμοῖς συνῆψα καὶ προσεθέμην αὔλαξιν, ὡς τοὺς ἀφαιρεθέντας θρηνεῖν· ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐμὴν γῆν, καὶ τὰς ἐμὰς αὔλακας, ἀμισθί τις εἰργάσατο καὶ διέτεμεν, ἵνα διὰ τοῦτο στένῃ, καὶ δακρύῃ, ὡς τὸν μισθὸν τῆς ἐργασίας ἀποστερηθείς.

IMperfecta eſt oratio, & ſuſpenſa; ſenſum verò in iis quæ ſequuntur redditum invenies: dicit autem, Si meâ cauſâ dominus cum gemitu terram ſuam deflevit, vel aratores, & qui terram vomere ſcindunt, ſulcos cum luctu & lamentis deploraverunt, talia patiar, & talia mihi eveniant: neque enim aliquorum poſſeſſiones per vim eripui, ut gemere cogerentur, neque ſulcos meis addidi & adjeci, ut iis à quibus ablati eſſent, luctûs cauſam præberem; ſed neque meum agrum, & meos ſulcos, quiſquam ſine mercede coluit & proſcidit, ne laboris pretio fraudatus, gemitûs & luctûs cauſam haberet.

Εἰ δὲ καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῆς ἔφαγον μόνος ἄνευ τιμῆς.

Aut ſi & virtutem ejus comedi ſolus ſine pretio.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἰσχὺς τῆς γῆς, ἡ * καρπογονία, καὶ ἡ φορὰ τῶν * ὡρείων· δείκνυσι δὲ, ὅτι οὐδέποτε τὰ τῆς γῆς ἐκφόρια ἐδρέψατο, μὴ καταθέμενος πρὸ αὐτῶν ἀργύριον· ἄνευ γὰρ ἀργυρίου ἀλλοτρίας γῆς καρπὸν φαγεῖν οὐκ ἠνέσχετο. τάχα δὲ δύο ἐνταῦθα σημαίνει, ὅτι καὶ τὰ τιμήματα τῶν καρπῶν κατεβάλλετο, καὶ ὅτι οὐδὲ μόνος ἤσθιεν, ἀλλ' ἐκοινοποιεῖτο τοῖς δεομένοις τὰς τροφάς.

* καρποφορία.
* ἰσ. ὡρῶν.

OLYMP. *Virtus* terræ, eſt fructuum procreatio, & tempeſtatum anni proventus. Oſtendit autem, quòd, niſi numeratâ priùs pecuniâ, terræ fructus nunquam decerpſerit: fructum enim alienæ terræ ſine argento comedere non ſuſtinuit. Duo verò fortaſſe hìc innuit, Quòd juxta fructuum pretium pecuniam perſolverit, &, Quòd non ſolus comederit, ſed indigentibus alimentum communicaverit.

Εἰ δὲ καὶ ψυχὴν κυρίου τῆς γῆς ἐκλαβὼν ἐλύπησα.

Aut ſi animam domini terræ recipiens contriſtavi.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐλπίδος ἐστέρησα, ὡς κατὰ δυναστείαν * ἁρπάσαντι τοῦ κτήτορος τῆς γῆς.

* ἴσ. ἁρπάσας τι.

SYmmachus verò, *Spe privavi*; tanquam per vim & poteſtatem terræ domino & poſſeſſori aliquid eripiens.

Pro tritico germinet mihi urtica, & pro hordeo ſpina.

THeodotio verò, & Symmachus, hic quidem pro, *Vrtica*, reddidit, *Spinam*; ille verò pro *Spina*, *Germina imperfecta & inutilia.* Urtica autem & ſpina, plantæ ſunt ſpinoſæ : dicit igitur, Si dictis veritas non ineſt, & vel terram auferens, dominum ejus contriſtavi, vel ſulcos abſciſſos meo agello addidi, illique cui erepti erant, gemitum & luctum commovi, vel fructus gratis prædatus ſum, aut numerato etiam pretio, ſolus eos abligurivi; terrâ mihi pro ſativis & altilibus fructibus inutiles ſpinas producente, lætum & uberem proventum nunquam videam. Symmachus quidem ſic reddidit, *Pro frumento germinet*
Reg.4.14.9. *ſpina*: in libris autem Regum nomen herbæ legi quæ *Acanus* vocatur. Si quicquam igitur, inquit, eorum quæ à me enumerata & pernegata ſunt, patravi, vel terram, ſcilicet, alienam adimens, vel ſine argento fructus decerpens, vel ſimile aliquod contra jus & fas committens; neque terra mihi pro ſolito, & unde ſuſtenter, fructus producat, ſed agreſtes, & quibus veſci nemo poſſit.

Ἀντὶ πυροῦ ἄρα ἐξέλθοι μοι κνίδη, ἀντὶ δὲ κριθῆς βάτος.

Θεοδοτίων δὲ, καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν ἀντὶ τοῦ, κνίδη, * ἄκανθα, ἐξέδωκεν· ὁ δὲ, ἀντὶ τοῦ, βάτος, ἀτελεσφόρητα. ἡ κνίδη δὲ καὶ ἡ βάτος, ἀκανθώδη φυτά· λέγει οὖν, Εἰ μὴ πρόσεστι τοῖς εἰρημένοις τὸ ἀληθὲς, ἀλλ᾽ ἢ γῆν * ἀφελόμενος τὸν ταύτης ἐλύπησα κύριον, ἢ αὔλακας ἀποτεμνόμενος, τῷ ἐμῷ γηδίῳ προσέθηκα, καὶ στενάζειν τὸν ἀφαιρεθέντα καὶ οἰμώζειν ἐποίησα, ἢ καρποὺς προῖκα συλήσας, ἀλλὰ ἢ καταθεὶς τιμὴν, μόνος αὐτοὺς ἐδαπάνησα, μηκέτι ἴδοιμι τὴν εὐετηρίαν, καὶ αὐτῆς μοι τῆς γῆς ἀκάνθας τὰς ἀχρήστους ἀντὶ τῶν ἡμέρων καὶ τροφίμων ἐκφερούσης καρπῶν. ὁ μέντοι Σύμμαχος οὕτως ἐκδέδωκεν, Ἀντὶ σίτου βλαστησάτω ἄκανος· ἀνέγνων δὲ ἐν ταῖς βασιλείαις φυτὸν, ἄκανον οὕτω λεγόμενον. Εἴ τι οὖν, φησὶ, τῶν ἀπηριθμημένων καὶ ἀπηρνημένων ἔπραξα, ἢ ἀλλοτρίαν γῆν περιαιρούμενος, ἢ ἄνευ ἀργυρίου τοὺς καρποὺς δρεπόμενος, ἢ τι τοιοῦτον παρανομῶν, μηδὲ ἡ γῆ μοι τὰ συνήθη καρποφορείτω καὶ τρόφιμα, ἀλλὰ τὰ ἄγρια καὶ ἄβρωτα.

* ἴσ. ἄκανον.
* γρ. ἀπαλλάξας.

CAP. 32. *ET ceſſavit Job à verbis.*

OLYMP. Non omnino ceſſavit, ſed à verbis tantùm; cor enim divina meditari non ceſſaverat : non ignorabat
Eccl.3.1. quippe, quòd tempus eſſet rei omni quæ ſub cœlo eſt, quòd tempus eſſet tacendi, & tempus loquendi. Cùm temp^9 reſpondendi erat, amicos tres alloquutus eſt; cùm verò ſilentii tempus erat, ore illorum priùs obturato, ſilentium egerat. Hoc autem, *Ceſſavit Jobus*, laudis loco dictum eſſe arbitror.

ΚΑΙ ἐπαύσατο Ἰὼβ ῥήμασιν.

ΟΛΥΜΠ. Οὐχ ἁπλῶς ἐπαύσατο, ἀλλὰ ῥήμασιν, ἡ καρδία δὲ αὐτοῦ νοοῦσα τὰ θεῖα οὐκ ἐπαύσατο· ᾔδει γὰρ ὅτι καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, καιρὸς τοῦ σιγᾶν, καὶ καιρὸς τοῦ λαλεῖν. ὅτε καιρὸς ἦν τοῦ ἀποκρίνασθαι, πρὸς τοὺς τρεῖς ἔλεγεν· ὅτε καιρὸς ἦν σιωπῆς, μετὰ τὸ ἐπιστομίσαι αὐτοὺς ἐσίγησε. καὶ οἶμαι ἐν ἐπαίνῳ εἰρῆσθαι, τὸ, ἐπαύσατο Ἰώβ.

Ceſſaverunt autem & tres amici ejus ultrà contradicere Job; erat enim Job juſtus coram eis.

SYmmachus autem, *Eò quòd juſtus præ illis appareret.* Siluit quidem Jobus, veniâ loquendi illis conceſſâ; poſtquam verò

Ἡσύχασαν δὲ καὶ οἱ τρεῖς φίλοι αὐτοῦ ἔτι ἀντειπεῖν Ἰώβ· ἦν γὰρ Ἰὼβ δίκαιος ἐναντίον αὐτῶν.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, διὰ τὸ αὐτὸν δίκαιον φαίνεσθαι ἐπ᾽ αὐτῶν. ἡσύχασε μὲν ὁ Ἰὼβ, διδοὺς αὐτοῖς λόγον εἰπεῖν·

ἐπεὶ

ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν Θεὸν ἐκάλεσε μάρτυρα, καὶ ἑαυτῷ ἐπηράσατο, ἐπεστομίσθησαν οἱ φίλοι· καὶ ἡσύχασαν, οὐ προαιρετικῶς, ἀλλ' ἐπειδὴ πᾶσαν αὐτοῖς δικαιολογίαν ἀπέκλεισε, καὶ οὐκ εἶχον ἀντειπεῖν πρὸς τὰ εἰρημένα· συνηπίσταντο γὰρ τῷ δικαίῳ τὰ κατορθώματα, καὶ ὡς ἐκ διαθέσεως μὲν ἐμίσει τὸ κακόν, εἰλικρινεῖ δὲ ἀγάπῃ μετῄει τὸ καλόν. ἔδειξε γὰρ ὁ Ἰώβ, ὅτι καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια, καὶ τὸ πρὸς τὸν Θεὸν σέβας, ἄκρως ἐφύλαξε μετὰ τῆς θαυμαστῆς ταπεινοφροσύνης, ἣν περιΐστησιν, ἄλλα τε πολλά, καὶ τὸ ἐξαγορεύειν τὰ ἁμαρτήματα.

Deum teſtem advocâſſet, ſibíque dira imprecatus fuiſſet, ora amicorum obturata ſunt: non enim ſponte & arbitrii ſui voluntate ſiluerunt, ſed quoniam cauſæ ſuæ patrocinium omne præreptum fuiſſet, & ad ea quæ dicebantur reſpondere non poſſent; rerum enim à Juſto præclarè geſtarum conſcii & teſtes erant, & quòd animi ſui propoſito malum odio proſequeretur, ac ſincero affectu quod bonum erat ſectaretur. Jobus enim, quòd æquitatem erga homines, & cultum erga Deum religioſum, cum ſumma humilitate (quam, præter innumera alia, peccatorum confeſſio loquidò oſtendit) abſolutiſſimè obſervaverit, palam teſtatus eſt.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Εἰκοστοῦ πρώτου.

ΟΛΥΜΠ. Τῶν φίλων τοῦ Ἰὼβ ἐπὶ παρακλήσει ἀφικομένων, ἔξω δὲ τοῦ σκοποῦ γεγενημένων τῆς ἀφίξεως, καὶ τῇ βαρύτητι τῶν λόγων ἐπιτεινόντων τῷ δικαίῳ τὰ τραύματα· ἔφασκον γάρ, δι' ἁμαρτίας αὐτὸν πεπονθέναι, καὶ μὴ ἄλλως τὸν Θεὸν ἐπάγειν τὰς κολάσεις, εἰ μὴ κατὰ ἀνταπόδοσιν· τοὺς αὐτῶν λόγους ὁ Ἰὼβ ἀμυνόμενος, ἐπηπόρησε, πῶς πολλοὺς ὁρῶμεν ἀδίκους τιμωρίαν οὐ δεδωκότας μέχρι τέλους, δικαίους δὲ πάσχοντας; εἶτα, ὡς ἐσφαλμένας τῶν φίλων ἀποφεύγων τὰς κρίσεις, ἐπὶ Θεοῦ βούλεται τὴν δίκην εἰπεῖν, ἵνα ἐπιδείξῃ ὡς οὐδὲν τῆς τηλικαύτης μάστιγος εἰργάσατο ἄξιον. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐ τοῦ Θεοῦ καταψηφιζόμενος ὡς ἄδικα πράττοντος, ἀλλὰ σφόδρα θαρρῶν τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ, τοὺς δὲ φίλους διελέγξαι θέλων, ὡς οὐ δικαίας καὶ αὐτοῦ ποιοῦντας τὰς κρίσεις. ὁ μὲν οὖν σκοπὸς τοῦ Ἰὼβ ὡς πρὸς τοὺς φίλους ὅλος * ἀποτείνεται, βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι ἐπὶ Θεοῦ δικάζοντος δίκαιος ἀναφαίνεται, τοῦ ἀληθινοῦ καὶ ἀπροσωπολήπτου· οἱ δὲ μάτην αὐτοῦ κατηγοροῦντες, οὐκ ἀληθεῖς ἔχουσι τὰς

* ἴσ. συντείνεται

PROTHEORIA CAPITIS Viceſimi-primi.

OLYMP. Cùm Jobi amici, qui ut eum ſolarentur acceſſerant, ſcopum adventûs ſui minimè aſſequuti eſſent, & ſermonum aſperitate Juſti vulnera exacerbâſſent; (dicebant enim, propter peccata eum adverſa pati, nec aliam ob cauſam Deum ſuppliciis punire quàm ut peccatoribus meritas pœnas retribuat) ſermones eorum Jobus repellens, quæſtionem propoſuit, Cur multos injuſtos ad mortem uſque impunitos, juſtos autem ærumnas pati videamus? Deinde, falſa amicorum judicia declinans, ut nihil ſe tam gravi plagâ dignum admiſiſſe oſtenderet, coram Deo cauſam ſuam agere cupit. Hæc autem, non ut Deum facti alicujus injuſti condemnaret, cujus potiùs juſto judicio multùm confideret; ſed ut amicos argueret, qui injuſtam contra eum ſententiam protulerant, ab eo dicta ſunt. Scopus itaque omnis & propoſitum Jobi eò tendit, ut amicis oſtendat, ſe, Deo judice, qui verus eſt arbiter, nec perſonarũ acceptor, juſtum appariturum, & quòd fruſtra eum accuſantes, æquitatis iniqui æſtimatores eſſent.

Quæ cùm Elius audiret, nec Juſti mentem intelligeret, quòd cùm juſtus exiſteret, injuſta à Deo pateretur, dixiſſe eum arbitratus eſt: unde zelo accenſus, pro Domino æmulatus eſt, & contra Jobum irâ excanduit: cùm autem nullius injuſtitiæ Juſtum accuſare poſſet, jure & meritò tribus amicis infenſum ſe oſtendit, quòd Juſtum, tanquam ob peccata ſuppliciis affectum, impietatis condemnâſſent. Hinc autem talis quæſtio emergit; Si Elius amicis iraſcebatur quòd Jobum impium judicâſſent, pius ergo fuit Jobus; quî fit igitur ut illum etiam vituperet? Verùm ad hoc Elius reſpondebit, Pius quidem & juſtus exſtitit Jobus, nec quiſquam contradicere poteſt; illud autem, quòd cum Deo judicio contendere voluerit, anſam ſeipſum accuſandi præbuit. Scopus quidem Elii vituperandus non eſt: non enim, prout illi qui impietatis reum condemnaverant, gravi aliquâ plagâ illum vulneraverat; verùm Juſti animum non intellexerat, nec qua charitate erga Deum & confidentiâ, coram eo cauſam dicere deſideraret: unde Deum arbitramur nec Elium laudâſſe, quoniam Jobi ſermones non comprehenderat; nec accuſâſſe, quia impietatis eum minimè condemnaverat, aut, prout amici, propter peccata adverſa eum pati affirmaverat; quæ quidem cauſa fuit cur à Deo objurgarentur.

δικαίου τὰς κρίσεις. τούτων ἐπακροώμενος ὁ Ἐλιοὺς, καὶ οὐ νενοηκὼς τοῦ δικαίου τὴν διάνοιαν, ᾠήθη λέγειν αὐτὸν, ὡς ἄδικα πάσχω παρὰ Θεοῦ, δίκαιος ὤν· διὰ τοῦτο ζηλῶν ἐζήλωκε τῷ Κυρίῳ, καὶ ὠργίσθη κατὰ τοῦ Ἰώβ· οὐδὲν δὲ ἔχων ἀδίκημα κατὰ τοῦ δικαίου κατηγορεῖν, ὠργίσθη κατὰ τῶν τριῶν φίλων ἐνδίκως, ὅτι τὸν δίκαιον ἀσεβείας κατεδίκασαν, ὡς δι' ἁμαρτίας τὰς τιμωρίας ὑπομένοντα. ἐντεῦθεν ἀνακύπτει ζήτημά τι τοιόνδε· εἰ ὀργίζεται κατὰ τῶν φίλων ὁ Ἐλιοὺς, ὅτι ἀσεβῆ τὸν Ἰὼβ ἔκριναν, δίκαιος ἄρα ὁ Ἰώβ· πῶς οὖν καὶ κατὰ τούτου ποιεῖται τὴν ἐπιτίμησιν; ἀλλ' ἐρεῖ πρὸς τοῦτο ὁ Ἐλιοὺς, εὐσεβὴς μὲν ὁ Ἰὼβ καὶ δίκαιος, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ· αἰτίαν δὲ δέδωκε καθ' ἑαυτοῦ, τὸ θέλειν πρὸς Θεὸν δικάζεσθαι. ὁ μὲν οὖν σκοπὸς τοῦ Ἐλιοῦς οὐ ψεκτός· οὐδὲ γὰρ σφοδρῶς ἔπληξε τὸν Ἰὼβ, ὥσπερ ἐκεῖνοι, ἀσέβειαν αὐτοῦ καταψηφισάμενοι· πλὴν οὐκ ἐνόησε τοῦ δικαίου τὴν διάνοιαν, καὶ ἐξ οἵας ἀγάπης καὶ πεποιθήσεως τῆς πρὸς Θεὸν, ἐπ' αὐτοῦ τὴν δίκην λέγειν ἐπόθει· ὅθεν λογιζόμεθα καὶ τὸν Θεὸν μήτε ἐπαινέσαι τὸν Ἐλιοῦς, ἐπειδὴ μὴ νενόηκε τοῦ Ἰὼβ τοὺς λόγους, μήτε μὴν καταδικάσαι, ἐπειδὴ μὴ ἀσεβείας αὐτὸν κατέκρινε, μηδὲ ἀπεφήνατο δι' ἁμαρτίας αὐτὸν πάσχειν, ὥσπερ οἱ φίλοι· διὰ γὰρ τοῦτο τὴν κατ' ἐκείνων ἐπιτίμησιν ὁ Θεὸς εἰργάσατο.

Iratus eſt autem Elius, filius Barachiel, Buzites, de cognatione Ram, Auſitidis regionis.

Ὠργίσθη δὲ Ἐλιοὺς, ὁ τοῦ Βαραχιὴλ, ὁ Βουζίτης, ἐκ τῆς συγγενείας Ῥὰμ, τῆς Αὐσίτιδος χώρας.

Buzites quidem dictus eſt Elius,
Par.1.2. vel à cognatione Buzi, unde
etiam Ram originem traxit;
vel ab urbe aliquâ Auſitidis
regionis. Nachorem autem, Abrahami
Gen.22.21. fratrem, Buz filium natu ſecundum ex Melcha progenuiſſe, in Scripturis reperimus; inde igitur fortè Elius genus ſuum duxit, ac propterea Buzites appellatus eſt.

Βουζίτης μέντοι εἴρηται ὁ Ἐλιοὺς, ἢ ἀπὸ συγγενείας τῆς τοῦ Βουζὶ, ὅθεν ἦν καὶ Ῥάμ· ἢ ἀπὸ τινος πόλεως τῆς Αὐσίτιδος χώρας. εὑρίσκομεν δὲ ὅτι καὶ Ναχὼρ, ὁ ἀδελφὸς Ἀβραὰμ, γεννᾷ υἱὸν δεύτερον ἐκ τῆς Μελχᾶς τὸν Βούζ· ἴσως οὖν ἐκεῖθεν κατάγει τὸ γένος ὁ Ἐλιοὺς, διὸ καὶ Βουζίτης ὠνόμασται.

Ὠργίσθη

Ὠργίσθη δὲ τῷ Ἰὼβ σφόδρα, διότι ἀπέφηνεν ἑαυτὸν δίκαιον ἐναντίον Κυρίου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Κατὰ τὸ εὔλογον μὲν ἐκινεῖτο, ὡς ἐνόμιζεν, Ἐλιοῦς· ὠργίσθη γὰρ, οὐχ ὅτι δίκαιον ἑαυτὸν ἀπέφηνεν ὁ Ἰὼβ, συνηπίστατο γὰρ, ἀλλ' ὅτι ἐναντίον Κυρίου, ἐπεὶ αὐτὸν ἐκάλει μάρτυρα· ἢ ὅτι πρὸς τὸν Θεὸν δικαζόμενος ἐδικαιολογεῖτο. τὸ μὲν γὰρ δικαιῶσαι ἑαυτὸν, οὐδὲν μέγα· τὸ δὲ ὡς πρὸς τὸν Θεὸν δικαζόμενον τοῦτο ποιῆσαι, ἄτοπον. μὴ δικαιοῦ γὰρ, φησιν, ἑαυτὸν ἐναντίον Κυρίου. καὶ μὴν καὶ οἱ φίλοι διὰ τοῦτο ὠργίζοντο, καὶ ἔλεγον, μὴ γὰρ ἔσται βροτὸς δίκαιος ἔναντι Κυρίου; τί οὖν οὗτος πλέον ἔσχε; καὶ γὰρ κἀκεῖνοι τὸν αὐτὸν ἐνεκάλουν, ὅτι τοῦ Θεοῦ δικαιότερον ἑαυτὸν ἐνόμισεν εἶναι. ἀλλ' οὐχὶ ταύτῃ γνώμῃ ὁ Ἰὼβ εἶπεν, ὅτι αὐτὸς δικαιότερός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὅτι ταῦτα αὐτῷ πεπρᾶχθαι, καὶ ὅτι βούλεται ἐπ' αὐτοῦ κρίνεσθαι, οὐ μὴν ἀδικίαν ἐνεκάλει τῷ Θεῷ· ὁ δὲ Ἐλιοὺς τοῦτο ὑπέλαβεν, ἀγνοήσας τὴν εὐσεβῆ τοῦ δικαίου διάνοιαν· τοῖς δὲ φίλοις δικαίως ἐνεκάλει προδεδωκόσι τοῦ Θεοῦ τὸ μέρος, καὶ ἠρνημένοις.

Καὶ κατὰ τῶν τριῶν δὲ φίλων ὠργίσθη σφόδρα, διότι οὐκ ἠδυνήθησαν ἀποκριθῆναι ἀντίθετα Ἰὼβ, καὶ ἔθεντο αὐτὸν εἶναι ἀσεβῆ.

ΔΙπλῇ κατὰ τῶν φίλων ὠργίσθη Ἐλιοῦς· ὅτι τε ἀσεβείας τὸν δίκαιον ἔκριναν· καὶ ὅτι τὴν ὑπὲρ Θεοῦ συνηγορίαν ἀναλαβόντες, ἡττήθησαν, καὶ ἐσιώπησαν, τὸν ὑπ' αὐτῶν συνηγορούμενον ὥσπερ προδεδωκότες Θεὸν, καὶ τῇ σιωπῇ δεδωκότες τῷ Ἰὼβ κατὰ τοῦ Θεοῦ τὰ νικητήρια. Εἴποι δ' ἄν τις, διὰ τοῦτο μᾶλλον ὠργίσθαι τοῖς φίλοις τὸν Ἐλιοῦς, ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν

Iratus eſt autem in Job valde, eò quòd pronunciaverat ſeipſum juſtum coram Domino.

OLYMP. Elius quidem opinione ſuâ juſtâ de causâ commovebatur: non enim quòd juſtum ſe Jobus affirmâſſet, iraſcebatur, ejus quippe conſcius ſibi erat; ſed quia coram Domino hoc faceret, & teſtem illum invocaret; vel quia in judicium cum Deo deſcendens, cauſæ ſuæ æquitatem tueretur: ſeipſum enim juſtificare, magnum non eſt; tanquam verò cum Deo litigando hoc facere, abſurdum & impium eſt. *Ne juſtifices,* inquit, *teipſum coram Domino.* Et amici quidem hac ipſa de cauſa iraſcebantur, & dixerunt, *Nunquid erit mortalis juſtus coram Domino?* Qua in re igitur Elius ſuperior illis extitit, ſiquidem & illi etiam, quòd ſeipſum Deo juſtiorem exiſtimaret, Jobum vituperaverant? Verùm Jobus non eo animo fuit, ut ſe Deo juſtiorem eſſe affirmaret; ſed talia ab eo geſta fuiſſe, & Dei judicium ſubire ſe cupere dicebat, non autem injuſtitiæ illum arguebat: illud verò Elius, pii hominis animo nequaquam perſpecto, ſuſpicabatur; amicos autem, tanquam eos qui Dei partes prodidiſſent & abnegâſſent, jure merito accuſaverat.

Sir. 7. 5.

Cap. 15. 14. & 25. 4.

Et verò adverſus tres amicos iratus eſt valde, eò quòd non potuerant reſpondere oppoſita ipſi Job; & poſuerant ipſum eſſe impium.

GEmina de cauſa Elius amicis infenſus erat, quòd impietatis Juſtum condemnâſſent, & quòd patrocinium Dei ſuſcipientes, victi eſſent; & ſilentium agentes, Deum, quem defendendum ſuſceperant, prodidiſſent, ac ſilentio ſuo contra Deum Jobo victoriæ palmam conceſſiſſent. Dixerit autem quiſpiam, propterea Elium contra amicos irâ accenſum fuiſſe; quòd Jobi ſermonibus,

 monibus,

monibus, quæ veriſimilia eſſent reſpondere, ac impium illum, & contra Deum inſolenter ſeſe efferentem, convincere non poſſent.

ἀντιθεῖναι τὰ εἰκότα τοῖς τοῦ Ἰὼβ λόγοις, ὥστε καὶ ἀποφῆναι αὐτὸν ἀσεβῆ κατὰ Θεοῦ φρυαττόμενον.

Elius autem ſuſtinuerat dare reſponſionem Job, quoniam ſeniores eo erant diebus. Et vidit Elius, quòd non eſt reſponſio in ore trium virorum, & indignatus eſt irâ ſuâ.

Ἐλιοὺς δὲ ὑπέμεινε δοῦναι ἀπόκρισιν Ἰώβ, ὅτι πρεσβύτεροι αὐτοῦ εἰσιν ἡμέραις. καὶ εἶδεν Ἐλιοὺς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀπόκρισις ἐν στόματι τῶν τριῶν ἀνδρῶν, καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ αὐτοῦ.

EJUSDEM. Laudandum eſt Elii ingenium, qui opportunè ſiluit, ſeniores enim primò verba facere oportêbat; & qui, ætate grandioribus dubitatione correptis, tempore etiam opportuno reſponſum dedit. Illud igitur, *Suſtinuerat*, idem eſt quod, *Expectaverat*; &, *Indignatus eſt*, quod, *Zelo commotus eſt*. Rectè autem dixit, *Suſtinuerat*, ut oſtenderet, iratum quidem eum fuiſſe, nihil tamen auſum eſſe loqui, donec Jobus ſeipſum evacuans, omnia deprompſiſſet. Et prudentiam quidem ejus obſerva, quomodo ſtatim ab exordio aliorum ſermones exceperit, quomodo ordinem decorũ obſervaverit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐπαινετὸν τὸ ἦθος τοῦ Ἐλιοὺς, ἐν καιρῷ μὲν σιωπήσαντος, ἔδει γὰρ πρότερον τοὺς πρεσβυτέρους λαλεῖν· ἐν καιρῷ δὲ ἀποκριναμένου, τῶν παλαιοτέρων ἀπορίᾳ συσχεθέντων. τὸ οὖν, ὑπέμεινεν, ἀντὶ τοῦ, ἀνέμεινε· τὸ δὲ, ἐθυμώθη, ἀντὶ τοῦ, ἐζήλωσε. καὶ καλῶς εἶπεν, ὑπέμεινε, δηλῶν ὅτι ὠργίζετο μὲν, οὐκ ἀπετόλμα δὲ οὐδὲν εἰπεῖν, ἕως ἂν πάντα κενώσῃ ὁ Ἰώβ. καὶ τοίνυν θέα αὐτοῦ τὴν σύνεσιν, πῶς ἐκ προοιμίων εὐθέως * ἐπέβαλε, πῶς τὴν προσήκουσαν * φυλάττει τάξιν. *ἴσ. ὑπέλαβε. ἴσ. ἐφύλαξε.

Suſcipiens autem Elius, filius Barachiel, Buzites, dixit, Junior quidem ſum tempore, vos autem eſtis ſeniores; quare ſilui, timens in vobis annunciare meam ipſius ſcientiam.

Ὑπολαβὼν δὲ Ἐλιοὺς ὁ τοῦ Βαραχιὴλ, ὁ Βουζίτης, εἶπε, νεώτερος μὲν εἰμι τῷ χρόνῳ, ὑμεῖς δὲ ἐστε πρεσβύτεροι· διὸ ἡσύχασα, φοβηθεὶς τοῦ ὑμῖν ἀναγγεῖλαι τὴν ἐμαυτοῦ ἐπιστήμην.

REctè addidit, *Junior ſum tempore*; eſt enim quidam ætate junior, qui prudentiâ canâ præditus eſt; & alius ætate grandis, qui intelligentiâ junior eſt. Vide autem quemadmodum non tantùm præ verecundia, ſed metu etiam & religione quadam, quoad ſeniores ſermonem abſolviſſent, expectaverit; & quidem ſi priùs finem dicendi non feciſſent, nequaquam illa in medium attuliſſet, quæ rectè ſe habere, & utilia eſſe exiſtimaverat.

ΚΑλῶς προσέθηκεν, ὅτι νεώτερός εἰμι τῷ χρόνῳ· ἔστι γάρ τις νεώτερος μὲν τὴν ἡλικίαν, πολιὰν δὲ ἔχων φρόνησιν· καὶ ἕτερος τῷ μὲν χρόνῳ προβεβηκὼς, νεώτερος δὲ τὴν διάνοιαν. ὅρα δὲ, ὅπως οὐ μόνον αἰδοῖ, ἀλλὰ καὶ φόβῳ καὶ εὐλαβείᾳ τῶν πρεσβυτέρων τὴν διάλεξιν περιέμεινε, καὶ εἰ μὴ πρότεροι ἐπαύσαντο, οὐκ εἶπεν αὐτὸς ἃ καλῶς ἔχειν ἐλογίζετο.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἑκατέρωθεν οὖν αὐτοῦ τὴν σύνεσιν στοχαζόμεθα, ἀπό τε τῆς σιγῆς, ἀπό τε τῆς διαλέξεως. ἵνα γὰρ μή τις εἴπῃ, καὶ τίνος ἕνεκεν μὴ παρὰ τὴν ἀρχὴν μεθ' ἡμῶν ἐμαχέσω ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ; ἐπὶ τὴν ἡλικίαν κατέφυγε, καί φησιν, ὅτι προσδοκῶν γενναῖόν τι καὶ θαυμαστὸν παρ' ὑμῶν λέγεσθαι, ἡσύχαζον. ὅρα πῶς ἀφιλότιμος ἦν, πῶς παρεχώρει τῶν πρωτείων ἐκείνοις.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπαγγέλλεται μέντοι ἐπιστήμην ἔχειν, ἣν, κατὰ τοὺς λοιποὺς, γνῶσιν, πῶς ἄνθρωποι πάσχουσιν ἐν τῷ βίῳ, πῶς τινες ἄδικοι εὐτυχοῦσιν. Εἶδον ἀδικοῦντας καὶ παρανομοῦντας, εὐθηνοῦντας, καὶ ἐμοῦ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησάν οἱ πόδες, ἐὰν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ μόνον ἐνίδω· ἐὰν δὲ τὸ μέλλον ἐννοήσω, ἑστῶτές εἰσιν οἱ πόδες μου.

CHRYSOSTOMI. Prudentiæ ejus utrinque, ex ſilentio, ſcilicet, & ex ſermone, conjecturam facimus. Ne enim quis fortaſſe diceret, Cur non ab initio nobiſcum pro Deo decertâſti? ad ætatem confugit, inquiens, Dum generoſum aliquid & admirandum à vobis proferri expectarem, ſilentium egi. Vides quemadmodum honoris ſtudio nequaquam ductus fuerit, quemadmodum primas illis detulerit.

ORIGENIS. Profitetur quidem *ſcientiam* (vel juxta alios, ***notitiam***) ſe habere, quomodo homines in vita patiantur, & qua ratione nonnulli injuſti proſperâ fortunâ utantur. Vidi injuſtos & improbos felicitate fruentes, & pedes mei penè commoti ſunt, ſi vitam hanc præſentem tantùm contempler; ſi verò quod futurum eſt mente cogitavero, pedes mei fixi ſtant.

: Εἶπα δὲ, ὅτι οὐχ ὁ χρόνος ἐστὶν ὁ λαλῶν, ἐν πολλοῖς δὲ ἔτεσιν οἴδασι σοφίαν· ἀλλὰ πνεῦμά ἐστιν ἐν βροτοῖς, [ὁ δὲ Σύμμαχος, ὄντως δὲ πνεῦμα Θεοῦ ἐστιν ἐν ἀνθρώποις.] πνοὴ δὲ παντοκράτορός ἐστιν ἡ διδάσκουσα· οὐχ οἱ πολυχρόνιοί εἰσι σοφοὶ, οὐδ' οἱ γέροντες οἴδασι κρίμα.

Dixi autem, Quòd non eſt tempus quod loquitur, & in multis annis noverunt ſapientiam: ſed ſpiritus eſt in hominibus, [Symmachus autem, ***Verè autem ſpiritus Dei eſt in hominibus.***] *ſpiratio autem omnipotentis eſt quæ docet: non longævi ſunt ſapientes, neque ſenes noverunt judicium.*

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πάλαι, φησὶ, καθήμενος, καὶ τῶν λεγομένων ἐπακροώμενος, καὶ οὐκ ἀξίους συνορῶν τῆς ἡλικίας τοὺς λόγους, καθ' ἐμαυτὸν ἔλεγον, οὐχ ἁπλῶς οἱ χρόνῳ προβεβηκότες εἰσὶ σοφοὶ, ἀλλὰ χρεία τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτος, τῆς οὐκ ἀναμενούσης χρόνον, ἀλλ' ἀθρόως σοφιζούσης τὸν ἄνθρωπον· δῆλον δὲ ὅτι οὐκ ἀκρίτως διδάσκει ἡ χάρις, ἀλλ' ἐὰν ψυχὴν εὕρῃ καθαράν. Οὐκ ἀνάγκη, φησὶ, τοὺς πρεσβυτέρους εἶναι σοφοὺς μόνους, ἀλλ' ἔστι καὶ ἀπὸ νεότητος ἀκοῦσαί τι γενναῖον· εἰ γὰρ χρόνος ποιεῖ σοφοὺς, πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεός· καθ' ἑαυτὸν γε μὴν ὁ χρόνος

OLYMPIODORI. Olim, inquit, cùm ſedens quæ dicerentur audirem, nec prolatos ſermones ætate dignos eſſe animadverterem, tacitus mecum dicebam, Qui ætate provecti ſunt, non continuò ſapientes ſunt, ſed gratiâ divini Spiritûs opus eſt, quæ tempus non præſtolatur, ſed ſubitò hominem ſapientem reddit: quòd autem non promiſcuè & indiſcriminatim gratia erudiat, ſed cùm mentem puram offenderit, manifeſtum eſt. Non neceſſe, inquit, ut ſoli ætate majores ſapientes ſint, cùm à juventute etiam præclarum aliquid audire liceat: ſi enim tempus ſapientes reddit, multò magis Deus; tempus autem ex

ſe

ſe ſine gratia, ſapientiam conferre non poteſt: quare ne partem quidem divinorum judiciorum comprehendere quis poteſt, qui tempore ſapiens evaſit, niſi gratia divina acceſſerit.

δίχα τῆς χάριτος, σοφίαν παρασχεῖν ἀδύνατος. ὅθεν οὐδὲ μέρος τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ δύναταί τις καταλαβεῖν ὑπὸ τοῦ χρόνου σοφιζόμενος, εἰ μὴ ἡ θεία προσγένηται χάρις.

Quare dixi, Audite me, & annunciabo vobis quæ novi; auribus percipite mea verba. Dicam enim vobis audientibus, quoaduſque exquiratis ſermones, & uſque ad vos intelligam.

Διὸ εἶπα, ἀκούσατέ μου, καὶ ἀναγγελῶ ὑμῖν ἃ οἶδα· ἐνωτίζεσθέ μου τὰ ῥήματα. ἐρῶ γὰρ ὑμῶν ἀκουόντων, ἄχρις οὗ ἐτάσητε λόγους, καὶ μέχρι ὑμῶν συνήσω.

ALia exemplaria, poſt illud, *Dicam vobis audientibus*, hos verſus habent, *Ecce audivi ſermones veſtros, auſcultavi uſque ad intelligentiam veſtram.* Cæteri verò interpretes ſic reddiderunt; *Ecce excepi ſermones veſtros, auſcultavi donec exquireretis ſermones, & quoaduſque vos perveniretis, conſiderabam.* Juxta hanc igitur verſionem & reliqua exemplaria, Quemadmodum ego, inquit, omnia quæ dixiſtis audivi, & ad finem uſque veſtrorum ſermonum, ac quoad omnem veſtram ſapientiam exhauriretis, tacitè expectavi; vos etiam ſimiliter meis ſermonibus aurem præbete. Juxta autem exemplaria quibus nos utimur, ſenſus hic eſt; Auſcultate mihi, inquit; nihil enim tumidum & elatum, ſed quæ vos ipſi explorare poteritis, in medium proferam; *Et uſque ad vos intelligam*, id eſt, Nullâ vaniloquentiâ utar, ſed quæ aſſequi valetis loquar. Vel hoc dicit; Non priùs loquendi finem faciam, quàm vos etiam ſermones meos examinaveritis, ſi & ego *ad vos uſque* intelligere poſſum, id eſt, donec vos etiam intellexeritis, vel veſtram etiam intelligentiam excedam.

Ἕτερα ἀντίγραφα, μετὰ τὸ, ἐρῶ γὰρ ὑμῶν ἀκουόντων, ἔχει καὶ τούτους τοὺς στίχους, ἰδοὺ ἤκουσα τοὺς λόγους ὑμῶν, ἠνωτισάμην ἄχρι συνέσεως ὑμῶν. οἱ δὲ ἕτεροι ἑρμηνευταὶ οὕτως ἐκδεδώκασιν· ἰδοὺ ἐξεδεξάμην τοὺς λόγους ὑμῶν, * ἠκροασάμην ἐφ' ὅσον ἐξητάσητε λόγους, καὶ μέχρι τοῦ ἐφικέσθαι ὑμῶν ἐνενόουν. κατὰ μὲν οὖν ταύτην τὴν ἔκδοσιν, καὶ τὰ ἕτερα τῶν ἀντιγράφων, ὥσπερ, φησὶν, ἐγὼ μεθ' ἡσυχίας ἤκουσα πάντων ὧν εἴπατε, καὶ ἀνέμεινα μέχρι συμπεράσματος τῶν ὑμετέρων λόγων, καὶ ἕως ὅτε πᾶσαν ἑαυτῶν τὴν φρόνησιν κενώσητε· καὶ ὑμεῖς τῶν ἐμῶν ἀκούσατε λόγων. κατὰ δὲ τὰ παρ' ἡμῖν ἀντίγραφα, ὁ νοῦς ἐστιν· ἀκούσατέ μου, φησὶν, ἐρῶ γὰρ οὐδὲν ὑπέρογκον, ἀλλ' ἃ δύνασθε δοκιμάσαι· καὶ μέχρις ὑμῶν συνήσω, ἀντὶ τοῦ, οὐ κενοφωνίαις χρήσομαι, ἀλλ' ὡς δύνασθε συνιέναι λαλήσω. ἢ ἐκεῖνό φησιν, ὅτι οὐ πρότερον παύσομαι λαλῶν, πρὶν ἢ καὶ ὑμεῖς τοὺς ἐμοὺς δοκιμάσητε λόγους, εἰ ἄρα κἀγὼ συνιέναι δύναμαι μέχρις ὑμῶν, τουτέστι, μέχρις οὗ καὶ ὑμεῖς ἐννοήσητε, ἢ καὶ ὑπερβῶ τὴν ὑμετέραν νόησιν.

* γρ. ἠνωτισάμην

Et ecce non erat ipſi Job qui argueret, qui viciſſim reſponderet verbis ejus ex vobis: ut ne dicatis, Invenimus ſapientiam Do-

Καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν τῷ Ἰὼβ ἐλέγχων, ἀνταποκρινόμενος ῥήματα αὐτοῦ ἐξ ὑμῶν· ἵνα μὴ εἴπητε, εὕρομεν σοφίαν Κυρίῳ προσθέμενοι·

μένοι· ἀνθρώπῳ δὲ ἐπετρέψατε λαλῆσαι τοιαῦτα ῥήματα.

mino adjecti; homini autem permiſiſtis loqui talia verba.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Διὰ τοῦτο, φησὶν, εἶπον. ὃ λέγει προειρήσθω, ἐπεὶ μηδεὶς ὑμῶν ἐλέγχειν τοὺς λόγους τοῦ Ἰὼβ δεδύνηται· καίτοιγε τὸ μείζονα λόγον ἐγυμνάζετε, ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ ἀπολογούμενοι, καὶ αὐτῷ συνηγοροῦντες· μὴ ἰσχύσαντες δὲ ἀντειπεῖν τῷ Ἰὼβ, τρόπον τινὰ καὶ ἐπετρέψατε διὰ τῆς σιωπῆς ἀνθρώπῳ γε ὄντι τοιαῦτα ἀλαζονεύεσθαι, καὶ ταῦτα λαλῆσαι κατὰ Θεοῦ.

EJUSDEM. Cùm nemo, inquit, veſtrûm Jobi ſermones vituperare poſſet, ideo ego in verba prorupi: ſiquidem ſermonis veſtri pars major in eo verſabatur, ut pro Deo apologiam inſtitueretis, & patrocinium ejus ſuſciperetis; Jobo autem contradicere non valentes, ſilentio veſtro quodammodo illi conceſſiſtis, ut homo exiſtens talia faſtuosè jactitaret, & contra Deum hæc loqueretur.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἢ οὕτω τοῦτό φησιν, ὅτι οὐδὲ τότε ὅτε ἠλέγχετε, ὡς ἔδει ἠλέγξατε, ἢ ὅτι ὕστερον ἐσιωπήσατε. πάντως δὲ, φησὶν, οὐκ ἂν εἴπητε, ὅτι αὐτὸ τοῦτο σοφὸν ἐποιήσαμεν, ὅτι τῇ τοῦ Θεοῦ μερίδι προσετέθημεν, καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ λόγους ἀνεδεξάμεθα· οὐδὲν γὰρ ἧττον ἡμάρτετε, ὅτι τε τὸν Ἰὼβ ἐλέγξαι οὐκ ἠδυνήθητε, καὶ ὅτι ἠνέχεσθε αὐτοῦ τοιαῦτα λαλοῦντος, ὥστε ἄσοφον ὑμῶν καὶ τοῦτο: καὶ οὐ δύνασθε εἰπεῖν, ὅτι παρὰ Θεοῦ χάριν καὶ σοφίαν εὕρατε, ἅτε συνηγοροῦντες αὐτῷ· νενίκησθε γὰρ ὑπὸ Ἰὼβ.

CHRYS. Vel hoc dicit; Neque tum cùm redargueretis, prout par erat redarguiſtis, neq; eo quòd poſtea ſilentium tenuiſtis, rectè à vobis factum eſt. Quòd autem Dei partibus nos adjunxerimus, & verbis eum defendere ſuſceperimus, prudenter à nobis factum eſſe, nequaquam dixeritis; nihilo enim ſecius peccâſtis, quòd Jobum redarguere non potueritis, & talia eum loqui permiſeritis, atque in hoc imprudentia veſtra apparet: neque dicere poteſtis, quòd à Deo, tanquam ipſi patrocinantes, gratiam & ſapientiam acceperitis; à Jobo enim victi eſtis.

Ἐπτοήθησαν, οὐκ ἀπεκρίθησαν ἔτι· ἐπαλαίωσαν ἐξ αὐτῶν λόγους· ὑπέμεινα, οὐ γὰρ ἐλάλησα, ὅτι ἔστησαν, οὐκ ἀπεκρίθησαν.

Exterriti ſunt, non reſponderunt ultrà; veteres fecerunt ex ſe ſermones; ſuſtinui, non enim loquutus ſum, quia ſteterunt, non reſponderunt.

Φασί τινες, μὴ εἶναι τοὺς δύο στίχους τούτους τοῦ Ἐλιοῦς, ἀλλὰ τοῦ συγγραφέως, διὰ μέσου παρενθέντος τὴν τῶν φίλων ἀποσιώπησιν· ἐγὼ δέ φημι καὶ τούτους εἶναι τοῦ Ἐλιοῦς, σχῆμα δὲ ἐνταῦθά ἐστι λόγου, τὸ καλούμενον, κατ' ἀποστροφήν· ὡς γὰρ πρὸς ἕτερον μεταξὺ διαλεγόμενος, περὶ αὐτῶν φησιν, ὅτι διὰ τοῦτο λαλῶ, ἐπειδήπερ οὗτοι κατεπλάγησαν* τοῦ Ἰὼβ τὰ ῥήματα, καὶ τοὺς ἑαυτῶν λόγους παλαιοὺς, καὶ σαπροὺς, καὶ ἀχρείους ἔδειξαν διὰ τῆς σιωπῆς· ὅθεν καὶ ἐπάγει, ἐγὼ δὲ ὑπέμεινα, καὶ οὐκ ἐλάλησα, οἰόμενος αὐτοὺς δύνασθαι ἀντειπεῖν· ἐπεὶ δὲ

*ἴσ. διὰ τὰ τοῦ Ἰὼβ ῥήματα.

DIcunt nonnulli, duos hos verſus non eſſe Elii, ſed libri authoris, qui amicorum taciturnitatem hoc loco interſerit: ego autem Elii eſſe dico, & figuram verbis ineſſe, quæ Apoſtrophe dicitur; de iis enim, tanquam cum alio ſermonem interea haberet, loquitur. Quandoquidem illi propter Jobi verba perculſi erant, & ſilentio ſermones ſuos antiquos, putidos, & inutiles eſſe oſtenderant, ideo ego loquor: unde etiam ſubjungit, *Ego autem ſuſtinui, & non loquutus ſum,* arbitratus eos aliquid habere quod regererent; poſtquam autem, Jobi ſermo-

ſermonibus retuſi, conſtitiſſent, nec ultrà progredi poſſent, ad ea quæ dicta ſunt reprehendenda, in medium prodii.

ἔστησαν, καὶ περαιτέρω προελθεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν τοῖς τοῦ Ἰὼβ ἀνακοπέντες λόγοις, παρῆλθον διελέγξαι τὰ εἰρημένα.

PROTHEORIA CAPITIS Viceſimi-ſecundi.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Ἐλιοῦ τοῦ δευτέρου.

OLYMP. Cùm Elius cauſam quæ ipſum ad loquendum impulerat, expoſuiſſet, alto ſilentio facto, ſermonem ſuum perſequitur & abſolvit, verbáque Jobi, tanquam ſeipſum juſtificantis, & cum Deo judicio contendere volentis, vituperat; ipſe, quo animo Juſtus, & quòd ut iis quæ ab amicis allata eſſent reſponderet, hæc ab illo dicerentur, non intelligens; ſed quòd injuſtè hæc à Deo pateretur, & quòd res humanæ fortuitò procederent, dixiſſe illum exiſtimans, de varia Dei erga nos providentia pluribus diſſerit. Verùm neque Elius argumentum à Jobo propoſitum attigit, ſed cauſam plagæ quæ illi inflicta fuit, ignoravit: ſic autem orationis initium facit;

ΟΛΥΜΠ. Εἰρηκὼς ὁ Ἐλιοὺς τὴν αἰτίαν ἐξ ἧς εἰς τὸ λέγειν προήχθη, βαθείας αὐτοῦ γενομένης σιγῆς, αὖθις τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἀναπληροῖ, καὶ τὰ τοῦ Ἰὼβ καταμέμφεται ῥήματα, ὡς δικαιοῦντος ἑαυτὸν, καὶ πρὸς Θεὸν ἐθέλοντος κρίνεσθαι· οὐ νενοηκὼς οὐδὲ αὐτὸς ἐξ οἵας διανοίας, καὶ ὡς πρὸς τὰ παρὰ τῶν φίλων τὰ τοιαῦτα ἐλάλει ὁ δίκαιος· οἰηθεὶς δὲ λέγειν αὐτὸν, ὅτι ἀδίκως ταῦτα παρὰ Θεοῦ πάσχω, καὶ ὅτι ὡς ἔτυχε φέρεται τὰ ἀνθρώπινα, πολλὰ περὶ τῆς ποικίλης τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς προνοίας διαλέγεται. πλὴν οὐδὲ ὁ Ἐλιοὺς τῆς κατὰ τὸν Ἰὼβ ὑποθέσεως ἥψατο, ἀλλ' ἠγνόησε τῆς ἐπενεχθείσης αὐτῷ πληγῆς τὴν αἰτίαν· ἄρχεται δὲ ὧδε.

Suſcipiens autem Elius, ait, Rurſus loquar, plenus enim ſum verborum.

Ὑπολαβὼν δὲ Ἐλιοὺς, λέγει· πάλιν λαλήσω, πλήρης γάρ εἰμι ῥημάτων.

OLYMP. *Plenus*, inquit, *ſum verborum*, quæ pro Deo, ſcilicet, & contra Jobum mihi dicenda ſunt, qui Deo comparatione æquari cupit, eóque arrogantiæ elatus eſt, ut in judicium cum eo deſcendere velit, & victoriæ palmam reportare ſperet.

ΟΛΥΜΠ. Πλήρης, φησὶν, εἰμὶ ῥημάτων, τῶν τε ὑπὲρ Θεοῦ, δηλονότι, καὶ τῶν πρὸς τὸν Ἰὼβ, εἰς τὴν ὁμοίαν ἐξέτασιν Θεῷ καταστῆναι θελήσαντα, καὶ εἰς τοσοῦτον ἐπαιρόμενον, ὡς θέλειν πρὸς Θεὸν κριθῆναι, καὶ ἐλπίζειν λήψεσθαι τὰ νικητήρια.

ORIGENIS. Rectè dixit, *Plenus ſum*; qui enim verborum minimè plenus ad loquendum acceſſerit, tanquam inanis
Eſ.32.6. inania loquetur; juxta illud, *Fatuus enim fatua loquetur, & cor ejus vana intelliget.*

ΩΡΙΓΕΝ. Καλῶς εἶπε, τὸ, πλήρης εἰμί· ὁ γὰρ μὴ πλήρης ὢν ῥημάτων, καὶ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ λαλεῖν, κενὰ λαλήσει ὡς κενός· κατὰ τὸ εἰρημένον, ὁ γὰρ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια νοήσει.

Ολέκῃ

Ὀλέκει γάρ με τὸ πνεῦμα τῆς γαστρός.

Perdit enim me ſpiritus ventris.

ΟΛΥΜΠ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, συγκαίει. οὐ φέρω, φησὶ, τὴν σιωπὴν, οὐδὲ ἐγκεμυθεῖν ἔτι δύναμαι, διαθερμαινόμενος τὴν ψυχὴν, καὶ οἷον ἀποπνιγόμενος εἰ μὴ λαλήσω. πνεῦμα δὲ γαστρὸς, ἢ περιφραστικῶς τὴν ψυχὴν λέγει, ἢ τὸ θυμικὸν αὐτῆς μέρος, εὐλόγως ὡς ὑπὲρ Θεοῦ κινούμενον. ἐμοὶ δὲ τροπικώτερον εἰρῆσθαι δοκεῖ, τὸ, ὀλέκει γάρ με τὸ πνεῦμα γαστρός· ὥσπερ γὰρ τὸ πνεῦμα τοῖς ἐγκάτοις ἀποληφθὲν, καὶ μὴ εὑρίσκον διέξοδον, λυπεῖ καὶ ὀδυνᾷ τὸν ἄνθρωπον· οὕτω, φησὶν, καὶ ἐμὲ ὀλέκει τὸ πνεῦμα τῆς γαστρὸς, τουτέστιν, οἱ λόγοι οὓς ἐν τῇ διανοίᾳ φέρω, ἀδιεξόδευτοι κατεχόμενοι.

ΩΡΙΓΕΝ. Ὥσπερ τις ἔγκυος γίνεται, καὶ μορφωθέντος τοῦ γεννωμένου ἐν * αὐτῇ, ἐπὶ ὠδῖνας ἔρχεται, μέχρις οὗ ἀπογεννήσῃ τὸ συλληφθέν. κατὰ ταὐτὰ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ φιλομαθοῦς ψυχῆς γίνεται. συλλαμβάνει γὰρ τὸν λόγον, ὃν ἀπαγγελλόμενον μορφοῖ, καὶ τυποῖ αὐτὸν τῇ τάξει· ὅταν δὲ, μετὰ τὸ τυπωθῆναι καὶ μορφωθῆναι, τετελειωμένον αὐτὸν παραδῷ, τότε τίκτει, καὶ μέχρις ἂν τέκῃ, βαρύνεται καὶ ὠδίνει.

* ἐν αὐτῇ.

OLYMP. Symmachus autem, ***Comburit.*** Animo, inquit, exæſtuans, & quaſi ſuffocatus niſi eloquar, ſilere nequeo, & obmuteſcere ampliùs non poſſum. Animam verò, vel iraſcibilem ejus partem, pro Dei cauſa rationabiliter commotam, *ſpiritum ventris* periphraſticè appellat. Illud verò, ***Perdit enim me ſpiritus ventris***, magis tropicè mihi dictum eſſe videtur: Quemadmodum enim, inquit, flatus in viſceribus conceptus, nec exitum inveniens, hominem torquet, & doloribus cruciat: ita etiam *me perdit ſpiritus ventris*, id eſt, ſermones quos ſine exitu conſtrictos, animo incluſos gero.

ORIGENIS. Quemadmodum mulier gravida primùm fit, & formato fœtu, donec conceptum edat, partûs dolores ſentit; idem animo diſcendi cupido accidit: Sermonem enim concipit, & enunciatum fingit, & ordine decoro format; tunc autem parit (& donec pariat, gravidatur & dolores patitur) cùm fictum & formatum, perfectum in lucem ediderit.

Ἡ δὲ γαστήρ μου ὥσπερ ἀσκὸς γλεύκους ζέων δεδεμένος, [ὁ δὲ Σύμμαχος, ὥσπερ οἶνος νέος ἀδιάπνευστος.] ἢ ὥσπερ φυσητὴρ χαλκέως ἐρρηγώς.

Venter autem meus, ſicut uter muſto fervens ligatus, [Symmachus verò, ***Sicut vinum novum quod reſpirare nequit.***] *aut veluti follis ærarii diſruptus.*

ΟΛΥΜΠ. Μικροῦ, φησὶ, διαρρήγνυμαι, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐπελθουσῶν μοι πρὸς τὴν ἀντιλογίαν ἐννοιῶν στενοχωρούμενος, ὥσπερ τις ἀσκὸς οἴνου νέου καὶ θερμοῦ πεπληρωμένος, ὑπὸ τοῦ ἀναβρασμοῦ καὶ τῆς ζέσεως ἐκραγῆναι μέλλων. ἐντεῦθεν δοκεῖ μοι καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰρῆσθαι, οὐδεὶς οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιοὺς βάλλει. φυσητὴρ, δὲ εἶπε, καὶ προσέθηκεν, ἐρρηγὼς, ἐπειδὴ λαλεῖν ἤρξατο, καὶ ὥσπερ ἀφιέναι τοῦ ἔνδον

OLYMPIOD. Parum abeſt, inquit, quin præ multitudine cogitationum, quæ animo meo ad contradicendum obverſantur, in anguſtiis conſtitutus, tanquam uter aliquis vino novo & fervido plenus, qui fervore & ebullitione rupturam minatur, medius diſrumpar. Hinc illud Evangelii dictum mihi videtur, ***Nemo injicit vinum novum in utres veteres.*** Dixit Mat. 9. 17. autem, ***Follis***; & addidit, ***diſruptus***, quoniam loqui, & ſpiritûs intus incluſi aliquid emittere

emittere cœperat ; ruptus enim fabri ærarii follis, ſpiritum efflat.

πνεύματος· ὁ γὰρ διαῤῥαγεὶς φυσητὴρ τοῦ χαλκέως, ἀφίησι τὸ πνεῦμα.

CHRYSOST. Hìc oſtenditur, quòd Elius diu loqui parturiens, ſuſtinuerit, patienter tulerit, ac ferè diſrumperetur ; magnâ etiam patientiâ inſtrui eum oportebat : poſſe quippe verba comprimere, imprimis ſapientiæ opus eſt.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἐνταῦθα δείκνυται, ὅτι πάλαι ὁ Ἐλιοὺς ὠδίνων εἰπεῖν, ὑπέμενε, καὶ ἐκαρτέρει, καὶ διαῤῥαγῆναι εἶχεν, ὥστε πολλῆς τῆς ὑπομονῆς χρεία· ὅπερ ἐστὶ μάλιστα σοφίας ἔργον, δύνασθαι ῥήματα κατασχεῖν.

Loquar, ut requieſcam aperiens labia.

Λαλήσω, ἵνα ἀναπαύσωμαι ἀνοίξας τὰ χείλη.

ORIGENIS. Qui verbis abundat, & intelligentem auditorem nactus fuerit, loquendo, ſuperfluitatem illam quaſi exinaniens & rejiciens, requieſcit.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ τυγχάνων συνετοῦ ἀκροατοῦ, καὶ ὢν πλήρης λόγων, λαλῶν ἀναπαύεται, τὴν περισσότητα δὴ κενώσας καὶ ἀποβαλών.

Hominem enim non verebor, ſed neque erga mortalem confundar : non enim novi admirari facies ; alioquin me tineæ edent.

Ἄνθρωπον γὰρ οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βροτὸν οὐ μὴ ἐντραπῶ· οὐ γὰρ ἐπίσταμαι θαυμάσαι πρόσωπα· εἰ δὲ μή, καὶ ἐμὲ σῆτες ἔδονται.

OLYMP. Loquar, inquit, omni pudore depoſito, & ſine ullo hominibus placendi ſtudio : ſiquid autem contra jus & æquum dixero, & non illud omni verecundiæ ac modeſtiæ humanæ prætulero, me etiam, tanquam Jobum, tineæ depaſcant, vel tanquam perſonarum acceptores ; & præcipuè quidem cùm de Deo agitur, & homines præ illo honore afficimus. Ego quidem, inquit, *facies admirari non novi*, id eſt, Diſciplinam hanc, ut quenquam reverear, aut gratiæ alicujus tribuam, non didici ; ſed homines, & pudorem quem illi incutere poſſunt, contemno. Hæc autem dicens, illos innuit, quia Jobum reveriti ſilentium egerant.

ΟΛΥΜΠ. Λαλήσω, φησὶν, ἀνεπαισχύντως, καὶ δίχα πάσης ἀνθρωπαρεσκείας· εἰ δέ τι παρὰ τὸ δίκαιον φθέγξομαι, καὶ μὴ πάσης ἀνθρωπίνης αἰδοῦς τοῦτο προτιμήσω, κἀμὲ ὥσπερ τὸν Ἰὼβ, σῆτες ἔδονται, ἢ ὥσπερ τοὺς προσωποληπτοῦντας· καὶ μάλιστα ὅταν ᾖ Θεὸς ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἀνθρώπους μᾶλλον τιμῶμεν. ἐγὼ μέντοι, φησὶν, οὐκ ἐπίσταμαι θαυμάσαι πρόσωπον, τουτέστιν, οὐκ ἔχω ταύτην τὴν ἐπιστήμην, ἵνα αἰδεσθῶ ἢ χαρίσωμαί τινι, ἀλλὰ καταφρονῶ ἀνθρώπων, καὶ τῆς παρ' αὐτοῖς αἰσχύνης. ταῦτα δὲ λέγων, ἐκείνους αἰνίττεται, ὅτι διὰ τοῦτο ἐσίγησαν, αἰσχυνθέντες τὸν Ἰώβ.

CAP. 33. *VERUNTAMEN audi Job verba mea, & auribus percipe locutionẽ meã. Ecce enim aperui os meum, & locuta eſt lingua mea. Mundum eſt cor meum*

ΟΥ μὴν δὲ ἀλλὰ ἄκουσον Ἰὼβ τὰ ῥήματά μου, καὶ λαλιὰν ἐνωτίζου μου. ἰδοὺ γὰρ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, καὶ ἐλάλησεν ἡ γλῶσσά μου. καθαρά μου ἡ

καρδία

καρδία ῥήμασι, σύνεσις δὲ χειλέων μου καθαρὰ νοήσει.

verbis, & intellectus labiorum meorum munda cogitabit.

ΟΛΥΜΠ. Ἄκουσον τοιγαροῦν, ὦ Ἰώβ· ἄρχομαι γὰρ λοιπὸν τῶν πρὸς σὲ λόγων, καθαρὰν μὲν καὶ πάντος πάθους ἀνενόχλητον φέρων τὴν ψυχὴν ἢ κατὰ τοὺς λοιπούς, εὐθεῖαν, ἁπλῆν, μηδὲν κατὰ πρόκριμα λέγουσαν· σύνεσιν δὲ ἔχων γνῶσιν, καὶ ἀπλανῆ, καὶ κεκαθαρμένην. καθαρὰν δὲ λέγει γνῶσιν, τὴν ὑπὲρ Θεοῦ, καὶ πρὸς ἄνθρωπον τὸν ἐξ ἰσοτιμίας θέλοντα πρὸς Θεὸν δικάσασθαι.

OLYMP. Audi igitur, Jobe; deinceps enim alloqui te aggredior, puram animam, & ab omni perturbatione vacuam afferens (vel, juxta alios, rectam, ſimplicem, nihil ex præjudicata opinione loquentem) ac prudenti cognitione, quæ erroris expers, & ab omni labe purgata eſt, præditus: puram autem cognitionem vocat, quæ pro Deo eſt, & adversùs hominem, quæ pari jure cùm Deo in judicium deſcendere cupit.

Πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με, πνοὴ δὲ παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με.

Spiritus divinus eſt qui me fecit; ſpiratio autem omnipotentis eſt quæ docet me.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀρχόμενος ὁ Ἐλιοὺς, εὐχαριστήριον ὕμνον ἀναπέμπει Θεῷ, αὐτὸν εἶναι λέγων αἴτιον ἑαυτῷ καὶ τῆς ποιήσεως, καὶ τῆς συνέσεως καὶ γνώσεως, ᾗτινι πεποιθὼς ἐπὶ τὸ λέγειν προήχθη. οἶδα γὰρ, φησίν, ὡς ταύτην τὴν σύνεσιν οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς θείας χάριτος κέκτημαι· ὁ γὰρ τὸ εἶναι δεδωκὼς, καὶ τῶν δεόντων τὴν γνῶσιν παρέσχετο.

EJUSDEM. Sermonis ſui initio Elius, Deum creationis, intelligentiæ & cognitionis ſuæ qua fretus ad dicendum impulſus fuerat, cauſam & authorem prædicans, gratiarum actionis hymno celebrat. Novi, inquit, quòd prudentiam hanc non à meipſo, ſed à divina gratia poſſideam; qui enim ut eſſem conceſſit, idem eorum quæ fieri oportet, cognitionem eſt largitus.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ἐκ μέντοι τῶν προειρημένων διδασκόμεθα, ὅτι Θεὸς τὸ Πνεῦμα καὶ δημιουργὸν, ὡς ὁ Υἱός. Εἰ γὰρ καὶ δι' Υἱοῦ τὰ πάντα ὁ Πατὴρ ἐδημιούργησεν, ἀλλ' ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ὃ κατὰ φύσιν ἴδιόν ἐστι τοῦ μονογενοῦς.

SEVERI. Ex iis quæ ſuprà allata ſunt, docemur, Spiritum eſſe Deum, & rerum opificem, ſicut Filium: licèt enim per Filium Pater cuncta creaverit, at in Spiritu Sancto, qui naturâ ſuâ Unigeniti proprius & peculiaris eſt.

Ἐὰν δύνῃ, δός μοι ἀπόκρισιν πρὸς ταῦτα ὑπόμεινον.

Si poteris, da mihi reſponſionem; ad hæc ſuſtine.

ΟΛΥΜΠ. Ἀνάμεινον, φησὶ, καὶ ἀκούσας τὰ παρ' ἐμοῦ, εἴ ἐστί σοι λόγος ἀντιλογίας, ἀντίφθεγξαι.

OLYMP. Exſpecta, inquit, & cùm audieris quæ ego attulero, ſiquid habes quod opponas, contradicito.

Στῆθι κατ' ἐμὲ, καὶ ἐγὼ κατὰ σέ. ἐκ πηλοῦ διήρτισαι σὺ, ὡς καὶ ἐγώ· ἐκ τοῦ αὐτοῦ διηρτίσμεθα.

Sta juxta me, & ego juxta te. De luto formatus es tu, ſicut ego; ex eodem formati ſumus.

ΜΗδὲν, φησὶν, εὐλαβηθῇς πρὸς τὸ ἀποκρίνεσθαι, ἰσοπαλὴς γὰρ ὁ ἀγὼν,

NOli, inquit, vereri reſponſum dare, certamen enim æquale eſt; ejuſdem

 quippe

quippe naturæ ambo ſumus, quæ è luto & terrâ eſt, nec quicquam magnificum & eximium habet. Hæc autem, ut pudorem illi incutiat, quòd cum Deo in judicium deſcendere voluerit, ad hunc ferè modum loquitur; Cur cum Deo judicio contendere vis, in cujus conſpectu nemo juſtificatur? mecum contendito, qui in nullo à te differo.

τῆς γὰρ αὐτῆς ἄμφω τυγχάνομεν φύσεως, τῆς ἐκ πηλοῦ καὶ γῆς, καὶ οὐδὲν ἐχούσης ὑπέρογκον. Ταῦτα δὲ λέγει, ἐντρέπων αὐτὸν, ὡς πρὸς Θεὸν θελήσαντα δικάζεσθαι· μονονουχὶ φάσκων, Τί πρὸς Θεὸν κρίνεσθαι θέλεις, οὗ ἐνώπιον οὐδεὶς δικαιοῦται; πρὸς μὲ δίκασαι, τὸν κατ' οὐδὲν σου διαφέροντα.

Non timor meus te turbabit, neque manus mea gravis erit ſuper te.

Οὐχ ὁ φόβος μου σὲ στροβήσει, οὐδὲ ἡ χείρ μου βαρεῖα ἔσται ἐπὶ σοί.

Cap. 9. 34. QUoniam Jobus dixerat, *Et timor ejus non me tranſverſum agat*; Ecce, inquit, nihil in me, ſicut in Deo, formidabile eſt, ut præ metu animo perturberis & percellaris, ac proinde verba quæ mihi fortè dicenda habes, eloqui non audeas: neque ſi contradixeris quidem, gravi me manu plagam tibi inflicturum ſuſpicaris; memini enim dicentem te audiviſſe, quòd ſi hæc non metueres, cum Deo te certamen initurum. Hæc autem, qua mente Jobus verba protuliſſet minimè aſſequutus, Elius enarrat.

ΕΠειδὴ ἔλεγεν ὁ Ἰὼβ, καὶ ὁ φόβος αὐτοῦ μή με στροβείτω, ἰδοὺ, φησὶν, οὐδὲν φοβερὸν παρ' ἐμοὶ, ὥσπερ παρὰ Θεῷ, ὥστε ὑπὸ τοῦ φόβου ταράττεσθαί σε, καὶ περιτρέπεσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ θαῤῥεῖν τοὺς πρὸς ἐμὲ λόγους, οὓς ἴσως ἔχεις, εἰπεῖν· οὐδὲ ἐὰν ἀντείπῃς, ὑποπτεύεις ὅτι πληγὴν ἐπαγάγω σοι, βαρύνων κατὰ σοῦ τὴν ἐμὴν χεῖρα· ἔφασκες γὰρ, ὡς ἀκούσας μέμνημαι, ὡς εἰ μὴ ταῦτα ἐδεδοίκεις, διηγωνίζου ἂν πρὸς Θεόν. Ταῦτα δὲ διέξεισιν Ἐλιοὺς, οὐ καθικόμενος τῆς ἐννοίας ἐξ ἧς ὁ Ἰὼβ τοὺς λόγους προέφερεν.

Veruntamen dixiſti in auribus meis, vocem verborum tuorum audivi; quandoquidem dicis, Mundus ſum, non peccans, ſine crimine ſum, non enim iniquè egi; accuſationem autem contra me invenit, putavit autem me ſicut adverſarium; poſuit autē in ligno pedē meū, & obſervavit omnes vias meas.

Πλὴν εἶπας ἐν ὠσί μου, φωνὴν ῥημάτων σου ἀκήκοα· διότι λέγεις, καθαρός εἰμι, οὐχ ἁμαρτὼν, ἄμεμπτός εἰμι, οὐ γὰρ ἠνόμησα· μέμψιν δὲ κατ' ἐμοῦ εὗρεν, ἥγηται δέ με ὥσπερ ὑπεναντίον· ἔθετο δὲ ἐν ξύλῳ τὸν πόδα μου, ἐφύλαξε δέ μου πάσας τὰς ὁδούς.

EGo, inquit, auribus meis dicentem te audivi, Mundus ſum, & irreprehenſibilis; Deus autem, tanquam hoſtis, actiones meas diligenter inveſtigans, ſiqua in re invitus fortè & per ignorantiam offendiſſem, ut ſupplicio afficeret, querimoniæ & condemnationis cauſam contra me invenit, & greſſus meos omnes, inſtar eorum qui in

ΑΥτὸς, φησὶ, τοῖς ἐμοῖς ὠσὶν ἤκουσά σου λέγοντος, ὅτι καθαρός εἰμι, καὶ ἄμεμπτος· ὁ δὲ Θεὸς, ὥσπερ τις ἐχθρὸς, ἀκριβῶς διαζητήσας τὰ κατ' ἐμὲ, εἴτι ἄκων, ἢ ἀγνοῶν παρέβην, εὗρε κατ' ἐμοῦ μέμψιν, ὅπως με τιμωρήσηται, καὶ πάσας μου τὰς πορείας συνέκλεισεν, ὥσπερ οἱ ἐν τετρυπημένῳ ξύ-

*ἴσ. δεσμούμενοι. λῳ τοὺς πόδας * δεσμοῦντες· ὁ δὲ ἀδιεξόδευτον τῆς τιμωρίας ἐν τούτοις αἰνίττεται.

ligno perforato pedes conſtrictos habent, concluſit. His autem verbis ſupplicium inevitabile fuiſſe innuit.

Πῶς γὰρ λέγεις, δίκαιός εἰμι, καὶ οὐκ ἐπακήκοέ μου;

Quomodo enim dicis, Juſtus ſum, & non exaudivit me?

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοῦτό ἐστιν ὃ ἐγκαλεῖς, φησὶν, ὅτι οὐκ εἰσακήκοέ σου τῆς δίκης· πόθεν δῆλον, εἰπέ μοι, ὅτι οὐκ εἰσήκουσεν; ὅτι κολάζει καὶ τιμωρεῖται; τοῦτο ἔργον αὐτοῦ, ὥστε βελτίους ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους. πῶς οὖν ἀπετόλμησας τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι δίκαιός εἰμι, ὁ δὲ Θεὸς οὐκ ἀκούει μου;

EJUSDEM. Hoc, inquit, eſt quod in Deo accuſas, quòd cauſæ tuæ æquitatem non audierit: dic mihi, unde conſtet quòd non audierit? An quia puniat, & ſuppliciis afficiat? verùm hoc opus ejus eſt, ut homines meliores reddat. Quomodo igitur auſus es illud dicere, Juſtus ſum, Deus autem me non exaudit?

Αἰώνιος γάρ ἐστιν ὁ ἐπάνω βροτῶν.

Æternus enim eſt, qui eſt ſuper homines.

Τουτέστιν, οὐκ ἐπὶ σοὶ πρῶτον δοκιμασθήσεται ὁ ἐπὶ πάντων Θεός.

ID eſt, Deus qui omnibus præeſt, non in te primùm probabitur.

Λέγεις δὲ, διατί τῆς δίκης μου οὐκ ἐπακήκοέ μου πᾶν ῥῆμα; ἐν γὰρ τῷ ἅπαξ λαλῆσαι ὁ Κύριος.

Dicis autem, Cur judicium meum non exaudivit, meum omne verbum? ſemel enim loquatur Dominus.

ΑΝΘ' ὧν Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν, τί οὖν πρὸς αὐτὸν ἐδικάσω; ὅτι πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ οὐκ ἀποκριθήσεται· ὁ δὲ, τί οὖν αὐτῷ διαδικάζῃ; πάντες γὰρ οἱ λόγοι αὐτοῦ ἀναντίρρητοι. Τουτέστιν, οὐχὶ καθέκαστον ἀκούει, καὶ παιδεύει; ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τοῦ Θεοῦ, εἰσάπαξ τι ποιῆσαι, καὶ μὴ κατὰ μικρόν· * ἴσ. add. καὶ πολλάκις δι' ὀνειράτων παρῄνεσε, * δι' ἐνυπνίων· σὺ δὲ αὐτὸν εἰς δικαστήριον κατασπάσαι παρῃτήσω. καίτοιγε ἐχρῆν σε ἐννοεῖν, ὅτι ἃ ὥρισεν, * ἴσ. μεταμελόμενος. οὐχ ὡς ἄνθρωπος * μεταμελόμενος, ἢ * ἐπιλογιζόμενός τι κρεῖττον, ἐνομοθέτησεν· * ἴσ. ὑπολογιζόμενος. ἀλλὰ πάντα ἃ διωρίσατο, ἄμεμπτα. ἀνθρώπων μὲν γὰρ τὸ, ἐφ' οἷς λέγουσιν ἢ πράττουσι, μεταμέλεσθαι· Θεὸς δὲ τοῦτο οὐχ ὑπομένει, ἀλλ' ἅπαξ ἀρκεῖ ἀποφήνασθαι.

PRo quibus Aquila & Symmachus, hic quidem, *Quid igitur contra eum judicio contendiſti? ad omnia enim ejus verba reſponderi non poterit:* ille verò, *Quid igitur ipſum vocas in judicium? nulli enim ejus ſermones contradictionem admittunt.* Id eſt, non ſigillatim Deus audit, & erudit? Verùm ſimul & ſemel aliquid facere, nec paulatim & per partes, Deo peculiare eſt; ſæpenumero per inſomnia, & ea quæ in ſomnis videntur, admonuit: tu autem ad judicis tribunal trahere eum ſtatuiſti. Et ſanè cogitare tecum te oportebat, quòd non inſtar hominis, pœnitentiâ poſteà ducendus, aut ſanius aliquid calculis ſubductis reperturus, decreta ſua ſanciverit; ſed quòd cuncta quæ fieri decrevit, reprehenſione careant. Hominum enim eſt, eorum quæ dicunt aut faciunt, pœnitentiam agere; Deus autem hoc non patitur, cui ſemel edixiſſe ſatis eſt.

Secundò autem ſomnium, aut in meditatione nocturna; ſicut quando incidit ſævus timor in homines in dormitationibus ſuper cubili: tunc revelat mentem hominum.

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ἐνύπνιον, ἢ ἐν μελέτῃ νυκτερινῇ, ὡς ὅταν ἐπιπίπτῃ δεινὸς φόβος ἐπ' ἀνθρώπους ἐπὶ νυσταγμάτων ἐπὶ κοίτης· τότε ἀνακαλύπτει νοῦν ἀνθρώπων.

POLYCHRONII. Semel quidem, inquit, dicit aliquid Deus; ut plurimùm autem per viſa nocturna, homines, cogitata eorum revelans, inſtruit & convertit. Hæc autem ideo dicit Elius, quia Jobus Deo dixerat, *Exterres me per ſomnia & viſiones.* Cap. 7. 14.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἅπαξ μὲν, φησὶ, λέγει ὁ Θεός, τὰ πολλὰ δὲ διὰ φασμάτων παιδεύει νυκτερινῶν, καὶ ἐπιστρέφει τοὺς ἀνθρώπους, ἀνακαλύπτων τὰ αὐτῶν διανοήματα. Ταῦτα δέ φησιν ὁ Ἐλιοὺς διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν Ἰὼβ πρὸς Θεόν, ἐκφοβεῖς με ἐνυπνίοις, καὶ ἐν ὁράμασι.

In ſpeciebus timoris talibus eos exterruit; avertat hominem ab injuſtitia, & corpus ejus à ruina liberavit, & pepercit animæ ejus à morte, & non cadat ille in bello.

Ἐν εἴδεσι φόβου τοιούτοις αὐτοὺς ἐξεφόβησεν· ἀποστρέψαι ἄνθρωπον ἀπὸ ἀδικίας, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ πτώματος ἐρρύσατο, ἐφείσατο δὲ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἀπὸ θανάτου, καὶ μὴ πεσεῖν αὐτὸν ἐν πολέμῳ.

OLYMPIODORI. Semel quidem, inquit, loquitur Deus, & legem ſancit; ſiquem autem, poſtquam legem tulerit, legis contemptorem invenerit, nocturnis terroribus illum convertit, & commonefacit. Metus autem hic commonitorius, qui per viſa & ſimulachra fit, adeo utilis eſt, ut futurum judicium cohibeat & impediat; & qui terrore hoc melior evaſit, corpore ſimul ac animâ ex hoſtium manibus ereptus, indemnis exiſtat: fortè enim, ſi ante ſupplicium non convertiſſet, vel plagâ divinitus immiſſâ, aut hoſtium incurſu, peccatorum pœnas luiſſet; ſed qui in inferendis ſuppliciis cunctatur, per terrores ad pœnitentiam revocat, & ſupplicium quod expectatur, minis cohibet.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἅπαξ μὲν, φησὶ, λαλεῖ, καὶ νόμον τίθησι Θεός· μετὰ δὲ τὸ νομοθετῆσαι, εἴ τινα εὕρῃ καταφρονοῦντα, διὰ νυκτερινῶν αὐτὸν δειμάτων ἐπιστρέφει καὶ νουθετεῖ. οὕτω δὲ χρήσιμος ὁ παιδευτικὸς ἐστὶ φόβος, ὁ διὰ τῶν φασμάτων καὶ ἰνδαλμάτων, ὅτι καὶ μέλλουσαν τιμωρίαν ἐπέχει· ὡς τὸν ἐκ τοῦ φόβου βελτίω γενόμενον, ἀβλαβὲς ἔχειν καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν, διαρπασθῆναί τε ἐκ πολεμίων χειρός. ἴσως γὰρ, εἰ μὴ ἐπέστρεψε πρὸ τῆς τιμωρίας, ἢ θεηλάτῳ πληγῇ, ἢ πολεμίων ἐφόδῳ, ὧν ἐξήμαρτε τὴν δίκην ἐδίδου· ἀλλ' ὁ μελλητὴς εἰς τιμωρίαν, διὰ τῶν φόβων ἀνακαλεῖται πρὸς μετάνοιαν, καὶ διὰ τῆς ἀπειλῆς τιμωρίαν ἐπέχει προσδοκωμένην.

Iterum autem arguit eum in languore ſuper cubile, & multitudo oſſium ejus obtorpuit; &

Πάλιν δὲ ἤλεγξεν αὐτὸν ἐπὶ μαλακίᾳ ἐπὶ κοίτης, καὶ πλῆθος ὀστῶν αὐτοῦ ἐνάρκησε· πᾶν

δὲ

δὲ βρωτὸν σίτου οὐ μὴ δύνηται προσδέξασθαι, καὶ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ βρῶσιν ἐπιθυμήσει, ἕως ἂν σαπῶσιν αὐτοῦ αἱ σάρκες, καὶ ἀποδείξῃ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ κενά. ἤγγισε δὲ εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, ἡ δὲ ζωὴ αὐτοῦ ἐν ᾅδῃ.

omnem eſcam frumenti non poterit ſumere, & anima ejus cibum deſiderabit, quoadusque putruerint ejus carnes, & oſtenderit oſſa ſua inania. Appropinquavit autem ad mortem anima ejus, & vita ejus in inferno.

Ἐὰν μὴ ἄρα, φησὶν, ὁ ἁμαρτάνων μηδὲ τοῖς νυκτερινοῖς σωφρονίζοιτο φόβοις, μηδὲ μετανοεῖν βούλοιτο, κλινοπετῆ αὐτὸν νοσοῦντα ποιεῖ, καὶ φρίκην τε καὶ νάρκην τοῖς αὐτοῦ ὀστέοις ἐντίθησι, καὶ οὕτως ἀθλίως διατίθησιν, ὡς ἐθέλειν μὲν αὐτὸν τροφῆς ὀρέγεσθαι, ἐπιλελοιπέναι δὲ τὴν ὄρεξιν, καὶ μὴ δύνασθαι τοῦτον τροφὴν προσίεσθαι· ὡς ἐντεῦθεν τὰς μὲν σάρκας αὐτοῦ δαπανᾶσθαι, τὴν δὲ ὀστῶν τὴν ἰσχὺν ἐκλείπειν, σχεδὸν καὶ τοῦ μυελοῦ ἐκμυζηθέντος ἢ ξηρανθέντος, ἐγγὺς δὲ εἶναι λοιπὸν τοῦ θανάτου τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ ἐν ᾅδου φαντάζεσθαι.

Si peccator, inquit, nocturnis terroribus ad meliorem frugem non redierit, neque pœnitentiam agere voluerit, morbo correptum lecto affigit, tremorem ac torporem oſſibus immittit, ac miſerandum adeo in modum afficit, ut cibum quidem appetere cupiat, appetitus autem eum deficiat, nec alimentum admittere poſſit; ita ut eam ob cauſam carnes ejus tabe conſumantur, robur oſſium, medullâ propemodum exſuctâ & exareſactâ, deficiat, ac deinde anima morti vicina ſit, eáque quæ apud inferos ſunt, videre imaginetur.

Ἐὰν ὦσι χίλιοι ἄγγελοι θανατηφόροι, εἷς αὐτῶν οὐ μὴ τρώσῃ αὐτὸν, ἐὰν νοήσῃ τῇ καρδίᾳ ἐπιστραφῆναι πρὸς Κύριον· ἀναγγείλῃ δὲ ἀνθρώπῳ τὴν ἑαυτοῦ μέμψιν, τὴν δὲ ἄνοιαν αὐτοῦ δείξῃ.

Si fuerint mille Angeli mortiferi, unus eorum non vulnerabit eum, ſi cogitaverit corde reverti ad Dominum; annunciaverit autem homini ſuum ipſius crimen, & ſuam ſtultitiam oſtenderit.

Οὗτος, φησὶν, ὁ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἐξεταζόμενος, ἐὰν τὸ αἴτιον τῆς νόσου νοήσας τὴν ἁμαρτίαν, ἐπιστραφῇ πρὸς Θεὸν, δι' ἐξομολογήσεως τὰς ἰδίας μέμψεις καὶ ἁμαρτίας ἐξαγορεύων, ἵστησιν ἐπηρτημένον τὸν θάνατον, κἂν μυρία ὦσι τὴν τελευτὴν προσκαλούμενα. ἡ γὰρ μετάνοια ἀπαλείφει μὲν τὴν ἁμαρτίαν, δυσωπεῖ δὲ τὸν Θεὸν, ἐφ' ᾧ τὴν ἀπόφασιν ἀνακαλέσασθαι.

Si, inquit, qui extrema patitur, peccatum morbi cauſam perpendens, & delicta ſua quæ reprehenſionem merentur, ac peccata per confeſſionem aperiens, ad Deum converſus fuerit; licèt infinita ſint quæ interitum provocent, mortem imminentem ſiſtit. Pœnitentia enim peccatum obliterat, Deum flectit, ita ut ſententiam revocet.

Ἀνθέξεται τοῦ μὴ πεσεῖν εἰς θάνατον, ἀνανεώσει δὲ αὐτοῦ τὸ σῶμα, ὥσπερ ἀλοιφὴν ἐπὶ τοίχου, τὰ δὲ ὀστᾶ αὐτοῦ ἐμπλήσει μυελοῦ, ἁπαλυνεῖ δὲ αὐτοῦ τὰς σάρκας

Retinebit ne in mortem incidat, & renovabit corpus ejus, ſicut tectorium in pariete, & oſſa ejus implebit medulla, & molliet carnes ejus ſicut parvuli, & reſtituet

ſtituet eum virum factum inter homines.

EJUSDEM. Fructus pœnitentiæ conſidera, quæ non tantùm mortem inhibet, ſed firmam etiam valetudinem largitur. Deus enim pœnitenti ſuccurrit, neque in mortem eum incidere ſinit: ſed quemadmodum qui diſruptum parietem, & ruinam minantem, calce illinentes renovant; ita corpus ejus corruptum reparat, decorum reddit, & tanquam de novo fingens, oſſa medullâ replet, carnes recenter factas ei tribuit, tandémque *virum factum*, id eſt, firmatum, ac robore virili præditum, ut inter homines rurſus degat, eum reſtituit; vel, juxta aliorum interpretationem, *Ad diem juventutis ſuæ reducit.*

Deprecatus autem ad Dominum, & accepta ei erunt.

THeodotio autem, *Orabit Dominum, & benedicet eum.* Senſus verò eſt, Vel quòd vota ejus, & preces ad Deum fuſæ, non repudiabuntur, ſed acceptæ erunt; Vel quòd preces ejus locum apud Deum invenient, & ſupernam benedictionem illi conferent.

Intrabit facie purâ cum profeſſione.

CÆteri autem, *Hilari.* Pro illo autem, *Cum profeſſione,* Aquila & Theodotio, *In jubilatione,* & Symmachus, *In hymnorum decantatione,* reddiderunt. Tunc, inquit, à morbo & expectata morte ſervatus, precibus cum gratiarum actione, & gratâ confeſſione, Deum celebrabit, cum fiducia ad eum accedet, (vultus enim purus, ſeu hilaris, hoc ſignificat) & correptione purgatus, laudes Deo canet.

ὥσπερ νηπίου, ἀποκαταστήσει δὲ αὐτὸν ἀνδρωθέντα ἐν ἀνθρώποις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὅρα τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας, καὶ ὅτι οὐ μόνον θάνατον κωλύει αὕτη, ἀλλὰ καὶ εὐεξίαν χαρίζεται. ὁ γὰρ Θεὸς, φησὶν, ἀντιλαμβάνεται τοῦ μετανοοῦντος, καὶ οὐκ ἐᾷ αὐτὸν πεσεῖν εἰς θάνατον· ἀλλὰ καθάπερ οἱ τοῖχον κατερρωγότα καὶ ἐκρυβίσαντα διὰ τῆς ἐπαλείψεως τῆς κονίας ἀνανεούμενοι· οὕτως ἀνακαινίζει τὸ διεφθορὸς αὐτοῦ σῶμα, καὶ εὐπρεπὲς ἀποδείκνυσι· καὶ ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἀναπλάττων, τὰ μὲν ὀστᾶ πληροῖ μυελοῦ, νεοπαγεῖς δὲ αὐτῷ χαρίζεται σάρκας, καὶ τὸ δὴ τέλος ἀνδρώσας, τουτέστιν, ἐπιρρώσας, καὶ ἰσχὺν ἀνδρικὴν παρασχόμενος, τῇ μετὰ ἀνθρώπων διατριβῇ πάλιν αὐτὸν ἀποκαθίστησιν· ἢ, κατὰ τοὺς λοιποὺς, ἐπιστρέφει εἰς ἡμέραν νεότητος αὐτοῦ.

Εὐξάμενος δὲ πρὸς Κύριον, καὶ δεκτὰ αὐτῷ ἔσται.

Ὁ Δὲ Θεοδοτίων, δεηθήσεται τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐλογήσει αὐτόν. ἡ δὲ διάνοια, ἤτοι ὅτι αἱ πρὸς Θεὸν αὐτοῦ εὐχαὶ καὶ ὑποσχέσεις οὐκ ἀποπεμφθήσονται, ἀλλὰ δεκταὶ ἔσονται· ἢ ὅτι αἱ προσευχαὶ αὐτοῦ δεχθήσονται, καὶ τὴν αἰώνιον εὐλογίαν αὐτῷ κομιοῦσιν.

Εἰσελεύσεται προσώπῳ καθαρῷ σὺν ἐξηγορίᾳ.

Οἱ δὲ λοιποὶ, ἱλαρῷ. ἀντὶ δὲ τοῦ, σὺν ἐξηγορίᾳ, Ἀκύλας μὲν καὶ Θεοδοτίων, ἐν ἀλαλαγμῷ, Σύμμαχος δὲ, ἐν ὑμνολογίᾳ, ἐξέδωκε. τότε, φησὶν, ὁ ἀπὸ τῆς νόσου, καὶ τοῦ προσδοκωμένου θανάτου διασωθεὶς, εὐχαριστήριον εὐχὴν, καὶ ἐξομολόγησιν εὐπρόσδεκτον ἀνοίσει Θεῷ, καὶ μετὰ παρρησίας αὐτῷ προσελεύσεται· ταύτην γὰρ δηλοῖ τὸ καθαρὸν, εἴτουν ἱλαρὸν πρόσωπον· καὶ ὑμνήσει Θεὸν, καθαρθεὶς διὰ τῆς παιδεύσεως.

Απο-

Ἀποδώσει δὲ ἀνθρώποις δικαιοσύνην.

Reddet autem hominibus juſtitiam.

Ἤτοι αὐτὸς ὁ παρὰ Θεοῦ εὐεργετηθεὶς ἄνθρωπος ἑκάστῳ τῶν ὁμογενῶν τὰ κατ' ἀξίαν ἀποδώσει, τιμῶν λοιπὸν τὸ δίκαιον, καὶ καλλίων γεγονὼς διὰ τῆς παιδεύσεως· ἢ ὁ Θεὸς δικαιώσει τοὺς οὕτω * διατεθέντας, καὶ ἀποδώσει αὐτοῖς τῶν ἐφ' οἷς πρότερον ἐπλημμέλησαν ἄφεσιν.

* γρ. διασωθέντας.

VEl, Homo qui beneficio à Deo affectus eſt, æquitatem poſtea colendo, & correctione melior factus, unicuique eorum qui congeneres & ejuſdem naturæ ſunt, pro merito jus ſuum tribuet: Vel, Deus homines ita affectos juſtificabit, & priorum delictorum veniam iis concedet.

Εἶτα τότε ἀπομέμψεται ἄνθρωπος αὐτὸς ἑαυτῷ λέγων, οἷα συνετέλουν; καὶ οὐκ ἄξια ἤτασέ με ὧν ἥμαρτον.

Deinde tunc accuſabit homo ſeipſum, dicens, Qualia conſummabam? & non dignè in me inquiſivit pro iis quæ peccavi.

Γνοὺς γὰρ ὁ σοφὸς τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ σοφίας τὸ κέρδος, καταγνώσεται μὲν ἑαυτοῦ, εὐχαριστῶν δὲ ἐρεῖ, ὡς ἐλάττονα ὧν ἐπλημμέλησα πεπαίδευμαι, καὶ οὐκ ἄξια πέπονθα ὧν δέδρακα.

CUm autem ſervatus prudentis divinæ ſapientiæ emolumentum intellexerit, ſeipſum quidem condemnabit, Deo autem gratias aget, dicens, Correctio delictis meis minor eſt, neque paria iis quæ admiſi paſſus ſum.

Σῶσον ψυχήν μου τοῦ μὴ ἐλθεῖν εἰς διαφθοράν, καὶ ἡ ζωή μου φῶς ὄψεται.

Salva animam meam ne veniat in corruptionem, & vita mea lucem videbit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Καὶ ταῦτα τῆς εὐχῆς καὶ τοῦ ὕμνου τὰ ῥήματα· ἐρεῖ γάρ, εὐχαριστῶ ὅτι ἐρρύσω με ἀπὸ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἐντεῦθεν διαφθορᾶς καὶ διαλύσεως, ζῆν δέ με, καὶ τὸ φῶς τοῦτο βλέπειν συνεχώρησας· τοῦτο δέ μοι καὶ εἰς τὸ ἑξῆς γενέσθαι παρακαλῶ. Τινὲς δὲ οὕτως ἐνόησαν, ὅτι εὔξεται, μὴ τὴν τῶν ἀδίκων μερίδα μετὰ τὸν τῇδε βίον, τὴν ἐν τῇ διαφθορᾷ, γενέσθαι, ἀλλὰ τὴν τῶν δικαίων, ἐν τῷ φωτί.

OLYMPIODORI. Et hæc precationis & hymni verba ſunt: ſic enim dicet; Gratias tibi ago quòd à morte, & corruptione ac diſſolutione quæ inde profluit, me liberaveris, & ut viverem, ac lucem hanc aſpicerem, permiſeris; quod ut mihi etiam in poſterum contingat, enixè peto. Quidam verò ſic intellexerunt, quòd Deum oraturus ſit, ne poſt exactam hanc vitam, ſors impiorum, quæ in corruptione eſt, illi obveniat, ſed juſtorum, quæ in luce eſt.

Ἰδοὺ ταῦτα πάντα ἐργᾶται ὁ ἰσχυρὸς ὁδοὺς τρεῖς μετὰ ἀνδρός· καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, ἵνα ἡ ζωή μου ἐν φωτὶ αἰνῇ αὐτόν.

Ecce hæc omnia operatur fortis vias tres cum viro; & eruit animam meam de morte, ut vita mea in lumine collaudet eum.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, δὶς τρεῖς πρὸς ἕκαστον, ὥστε μετακαλέσαι τὴν ψυ-

SYmmachus verò, *Bis ter ad unumquemq; ut revocet animam meam de morte.* Sen-

ſus

ſus autem verborum talis eſt; Hoc ſapientis & fortis Dei, tribus hiſce modis peccatores convertentis, opus eſt; loquendo, ſcilicet, terrendo per inſomnia, & morbos inferendo. Has tres diſpenſationis ſuæ vias omnipotens cum unoquoque homine exercet; ut qui deliquerat, unâ harum trium emendatus, mortem devitet, & vivus Deum laudibus celebret, qui arguendo, increpando, adhortando, ſermone docendo, terroribus nocturnis minitando, & infirmitatibus explorando ac torquendo, ſic res humanas moderatur, exiſtentiam iis præbet, quæ fieri oporteat docet, & vel mercedem rectè factorum largitur, vel peccatorum & tranſgreſſionum ſupplicium ſumit.

χὴν μου ἐκ θανάτου. ὁ δὲ νοῦς τῶν ῥημάτων τοιοῦτος· ταῦτα τοῦ σοφοῦ καὶ ἰσχυροῦ Θεοῦ τὰ ἔργα, διὰ τριῶν τούτων τρόπων τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπιστρέφοντος, διὰ τοῦ λαλεῖν, διὰ τοῦ φοβεῖν ἐνυπνίοις, διὰ νοσημάτων. ταύτας τὰς τρεῖς ὁδοὺς τῆς οἰκονομίας μεθ' ἑκάστου ἑκάστου ὁ παντοδύναμος ἐργάζεται· ἵνα μιᾷ γοῦν τῶν τούτων ὁδῶν σωφρονισθεὶς ὁ πλημμελήσας, φύγῃ μὲν τὸν θάνατον, ζῶν δὲ ὑμνῇ τὸν Θεὸν, ὃς οὕτω τὰ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους διοικεῖ, παρέχει τὸ εἶναι, ὑφηγεῖται τὰ δέοντα, καὶ ἢ μισθὸν δίδωσι τῶν κατορθωμάτων, ἢ δίκην εἰσπράττεται τῶν παραβαθέντων, ἐλέγχων, ἐπιτιμῶν, παρακαλῶν, διδάσκων ἐν τῷ λαλεῖν, ἀπειλῶν ἐν φόβοις νυκτερινοῖς, βασανίζων ἐν ἀσθενείαις.

Auribus percipe Job, & audi me; obmuteſce, & ego quidem loquar: ſi ſunt tibi ſermones, reſponde mihi; loquere, volo enim juſtificari te: ſin minùs, tu audi me, obmuteſce, & docebo te.

Ενωτίζου Ἰὼβ, καὶ ἄκουέ μου· κώφευσον, καὶ ἐγώ εἰμι λαλήσω. εἰ εἰσί σοι λόγοι, ἀποκρίθητί μοι· λάλησον, θέλω γὰρ δικαιωθῆναί σε· εἰ μὴ, σὺ ἄκουσόν μου, κώφευσον, καὶ διδάξω σε.

CUr, inquit, Deum inviſibilem tecum in judicium vocas? Ecce ego qui homo ſum, & juxtà ac tu oculis cernor, adſum: ſi ſilentium egeris, te alloquar; & ſi habueris quod regeras, audire non gravabor: ſi autem nihil reſpondere poteris, rurſus ſile, & iis quæ à me dicentur aurem præbeto.

ΤΙ, φησὶ, τὸν Θεὸν καλεῖς τὸν ἀόρατον εἰς τὸ μετὰ σοῦ κρίσιν; ἰδοὺ ἐγὼ ἄνθρωπος ὢν, καὶ ὁρώμενος κατὰ σὲ, πάρειμι· κἂν ἡσυχάσῃς διαλέξομαι πρὸς σὲ, κἂν ἔχῃς τι ἀντειπεῖν, φθόνος οὐδείς· εἰ δὲ μηδὲν δύναιο ἀποκρίνασθαι, πάλιν ἡσύχασον, καὶ δέχου τὰ παρ' ἐμοῦ ῥηθησόμενα.

PROTHEORIA CAPITIS Viceſimi-tertii.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Εἰκοστοῦ τρίτου.

OLYMPIODORI. Cùm Elius ſolicitum & accuratum divinæ inſtitutionis modum explicâſſet, quòd, ſcilicet, inſomniis terrendo, & morbis caſtigando, ad meliorem frugem nos reducat; aliud ſermonis ſui initium facit, & ſtatim in exordio, ut ea quæ dicenda ſunt intelligant,

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Εἰρηκὼς ὁ Ἐλιοὺς τὸν τρόπον κηδεμονικῆς παιδεύσεως Θεοῦ, καὶ ὅτι διὰ ἐνυπνίων φοβῶν, καὶ διὰ νόσων παιδεύων, ἐπὶ τὸ κάλλιον ἡμᾶς ἐπανάγει· πάλιν ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς ποιεῖται τὸν λόγον, καὶ προοιμιαζόμενος παρακαλεῖ τοὺς ἀκροατὰς εἰς τὴν

τῶν λεγομένων κατανόησιν. προστίθεται δὲ διδάσκειν περὶ κολάσεως ὀλοθρευούσης ἀδίκους· καὶ ἀξιοῖ τοὺς ἀκροατὰς διακρῖναι εἰ καλῶς εἴρηται τῷ Ἰὼβ, ὡς αὐτὸς μὲν δίκαιός ἐστιν, ἄδικα δὲ πάσχει παρὰ Θεοῦ. Εἶτά φησιν, ὅτι ἑκάστῳ τὰ κατ᾽ ἀξίαν ὁ Θεὸς ἀπονέμων, κολάζει τοὺς ἀδίκους· καὶ λογισμοὺς τούτου τίθησιν· ὁ γὰρ δημιουργὸς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο, φησὶν, ἀδικῆσαι τὰ ἴδια ποιήματα. περὶ μὲν οὖν δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ ὀρθῶς εἴρηται τῷ Ἐλιοῦ· μέμφεται δὲ τῷ Ἰὼβ, ὅτι πρὸς Θεὸν ὁμοτίμως ἤθελε κρίνεσθαι, τῇ μὲν προφορᾷ τῶν ῥημάτων προσέχων, μὴ συνεὶς δὲ, ὡς οὐ Θεοῦ κατηγορῶν ὁ δίκαιος, ἀλλὰ τοὺς φίλους διελέγξαι θέλων, τὴν πρὸς Θεὸν ἐποιῆτο διαδικασίαν.

auditores hortatur. De ſupplicio autem quo injuſti exſtirpantur, diſſerturum ſe proponit; petítque ab auditoribus, ut an rectè à Jobo dictum ſit, quòd juſtus eſſet, & à Deo injuſta pateretur, judicare velint. Deinde Deum, unicuique pro meritis retribuentem, injuſtos ſuppliciis punire aſſerit; hujúſque rei rationes in medium affert: rerum enim opifex, inquit, opera manuum ſuarum injuriâ lædere, ſuſtinere non poterit. Rectè quidem Elius de juſto Dei judicio loquutus eſt; animum verò ad ea quæ proferebantur adjiciens, non autem intelligens, quòd Juſtus non ut Deum accuſaret, ſed ut amicos reprehenderet, cum Deo in judicium deſcendere deſideraverit, Jobum pari jure cum Deo judicio contendere voluiſſe vituperat.

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἐλιοῦς, λέγει, ἀκούσατέ μου σοφοὶ, ἐπιστάμενοι ἐνωτίζεσθε· ὅτι οὖς λόγους δοκιμάζει, καὶ λάρυγξ γεύεται βρῶσιν. κρίσιν ἑλώμεθα ἑαυτοῖς, γνῶμεν ἀναμέσον ἑαυτῶν * ὅτι καλόν· ὅτι εἴρηκεν Ἰὼβ, δίκαιός εἰμι· ὁ Κύριος ἀπήλλαξέ μου τὸ κρίμα, ἐψεύσατο δὲ τῷ κρίματί μου· βίαιον τὸ βέλος μου ἄνευ ἀδικίας.

* τί τό, ut in Ms. Theclæ.

CAP. 34.

RESPONDENS autem Elius, dixit, Audite me ſapientes, qui habetis ſcientiam auribus percipite: quia auris ſermones probat, & guttur guſtat eſcam. Judicium eligamus nobis, noſcamus inter nos quid bonum: quia dixit Job, Juſtus ſum; Dominus removit judicium meum, & mentitus eſt in judicio meo; violentum jaculum meum ſine injuſtitia.

ΙΟΥΛΙ. καὶ ΟΛΥΜΠ. Ἐκμειλίσσεται τοὺς ἀκροατὰς ὁ Ἐλιοῦς διὰ τὰς προλαβούσας κατ᾽ αὐτῶν μέμψεις, καὶ σοφοὺς αὐτοὺς καλέσας, καὶ τοῦ καλοῦ ἐπιστήμονας, φησὶ, λέγων, ὦ φίλοι, ἀκοὴ κριτικὴ, τὸ ψεῦδος ἐκ τοῦ ἀληθοῦς διαστέλλουσα, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ φαῦλον διαιροῦσα, καθὰ καὶ βρωμάτων ὁ λάρυγξ, τὰς τούτων δοκιμάζων ποιότητας, καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ πικρὸν φιλοκρινῶν. Εἰς κοινὴν τοίνυν προκείσθω σκέψιν ἡ τοῦ ἀληθοῦς ἔρευνα, εἰ καλῶς ὁ Ἰὼβ ἐλάλησε, λέγων, δίκαιος

JULIANI, & OLYMPIODORI. Propter priores accuſationes quas contra auditores attulerat, mollioribus verbis eos Elius demulcet, & ſapientes eos, & recti ac honeſti ſcientes appellans, Auris, inquit, amici, verum à falſo diſtinguendo, & Bonum à malo diſcernendo, de ſermonibus judicium fert, quemadmodum in cibis guttur vel palatum qualitates eorum probat, & dulcedinem ac acerbitatem judicare amat. In medium igitur veri indagatio proponatur, an rectè à Jobo dictum ſit;

Juſtus

Juſtus quidem ſum, Deus autem exactum judicium mihi non cuſtodivit; juxta autem Symmachum & Aquilam, *Pervertit, & amovit à me judicium, & circa judicium meum mendacium*: non enim pro merito actiones meas judicavit, ſed juſtitiam ſuam mihi ſubtraxit, &, potentem magis quàm juſtum ſe oſtendens, ſine cauſa plagam ei qui nihil injuſtè fecerat, inflixit. Elius quidem ſic ea quæ dicta erant, acceperat: Jobus autem hoc loquutus eſt; Deus actiones meas judicare diſtulit; ſi enim juſtus exiſtens audire me voluiſſet, ex neceſſitatibus me eripuiſſet; illud enim ſignificat, Cap.19.7. *Clamabo, & nuſquam judicium.* Elius autem, ignorans quo amoris affectu Jobus ſermones protuliſſet, verba ejus arrodit, & pervertit.

μὲν εἰμι, ὁ δὲ Θεός μοι τὸ κρίσιμον οὐκ ἐφύλαξεν· ἀλλὰ, κατὰ Σύμμαχον καὶ Ἀκύλαν, παρέτρεψε, καὶ ἀπέστησεν ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ κρίμα, καὶ περὶ τὴν κρίσιν μου ψεῦσμα. οὐ γὰρ πρὸς ἀξίαν ἔκρινε τὰ κατ᾽ ἐμὲ, ἀλλ᾽ ἀπήγαγεν ἀπ᾽ ἐμοῦ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ὡς δυνατὸς μᾶλλον ἢ δίκαιος, ἀναιτίως τὴν πληγὴν ἐπήγαγε κατὰ τοῦ μηδὲν ἀδικήσαντος. ὁ μὲν οὖν Ἐλιοὺς οὕτω παρεδέξατο τὰ εἰρημένα· ὁ δὲ Ἰὼβ τοῦτο ἔλεγεν, ὅτι ὑπερέθετο ὁ Θεὸς κρῖναι τὰ κατ᾽ ἐμέ· εἰ δὲ ἐβούλετό μου ἀκοῦσαι, δίκαιος ὢν, ἐρρύετο ἂν με τῶν ἀναγκῶν· τοῦτο γὰρ ἐδήλου, τὸ, κεκράξομαι, καὶ οὐδαμοῦ κρῖμα. παρεξέδει δὲ ὁ Ἐλιοὺς, καὶ παρέτρεπε τοῦ Ἰὼβ τὰ ῥήματα, ἀγνοήσας ἐξ οἵας ἀγάπης τοὺς λόγους προσέφερε.

Quis vir ut Job, bibens ſubſannationem ſicut aquam? qui neque peccavit, neque impiè egit, aut neque communicavit cum facientibus iniqua, ut ambularet cum impiis.

Τίς ἀνὴρ ὥσπερ Ἰὼβ, πίνων μυκτηρισμὸν ὥσπερ ὕδωρ; οὐχ ἁμαρτὼν, οὐδὲ ἀσεβήσας, ἢ οὐδ᾽ οὐ κοινωνήσας μετὰ ποιούντων τὰ ἄνομα, τοῦ πορευθῆναι μετὰ ἀσεβῶν.

OLYMP. Et ego, inquit, Jobi virtutem perſpectam habeo, quòd, neque homines offendens, neque impiè erga Deum ſe gerens, neque communionem & convictum cum ſceleratis & impiis amplectens, ſponte ſuâ calumnias, inſtar eorum qui aquam bibunt, ſuſcipiat. Contumeliam autem ferre ſine animi mœrore & ægritudine, virtutis ſummæ argumentum eſt.

ΟΛΥΜΠ. Κἀγὼ, φησὶν, ἐπίσταμαι τοῦ Ἰὼβ τὴν ἀρετὴν, ὡς τὰς μὲν ὕβρεις ἐκ προαιρέσεως ὑποδέχεται, ὥσπερ οἱ τὸ ὕδωρ ἐκπίνοντες, καὶ ταῦτα, μηδὲν μήτε πρὸς ἀνθρώπους ἁμαρτὼν, μήτε πρὸς Θεὸν ἀσεβήσας, μήτε τὴν μετὰ ἀνόμων ἢ ἀσεβῶν κοινωνίαν καὶ διατριβὴν ἀσπασάμενος. τοῦτο δὲ δεῖγμα μεγίστης ἀρετῆς, τὸ φέρειν ὕβριν ἀλύπως.

CYRILLI. Animi tranquillitas rerum omnium longè pretioſiſſima eſt: talem nobis hic tractatus Jobum pro exemplari proponit; dictum enim eſt de eo, *Quis vir ut Job, bibens ſubſannationem ſicut aquam?* Verè etiam æmulatione & omni admiratione dignus cenſendus eſt, ſi eò tolerantiæ quis pervenerit, ut cum mœrore, ex injuria illata reipsà acerbo, & qui obviis quibuſque rebus expugnari non poteſt, facilè certare valeat.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Χρῆμα τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅ,τι μάλιστα τιμαλφέστατον ἡ ἀταραξία· τοιοῦτον ἡμῖν ὁ λόγος ὑπογράφει τὸν μακάριον Ἰώβ· εἴρηται γὰρ περὶ αὐτοῦ, τίς ἀνὴρ ὥσπερ Ἰὼβ, πίνων μυκτηρισμὸν ὡς ὕδωρ; ἀξιοζήλωτος γὰρ ἀληθῶς, καὶ παντὸς οἶμαι * θαύματος ἄξιος, εἰ πρὸς τοῦτό τις ἥκει μακροθυμίας, ὡς δυσκόλως δύνασθαι διαθλεῖν τὴν ἐκ τοῦ πλεονεκτεῖσθαι. δριμεῖαν ἀληθῶς, καὶ οὐ τοῖς τυχοῦσιν * δυσκαταγώνιστον λύπην.

* γρ. θανάτου.

* γρ. δυσαγώνιστον.

Μὴ

Μὴ γὰρ εἴπῃς, ὅτι οὐκ ἔσται ἐπισκοπὴ ἀνδρὸς, καὶ ἐπισκοπὴ αὐτῷ παρὰ Κυρίου.

ΟΛΥΜΠ. Πρὸς τοὺς φίλους εἰρηκὼς τὰ περὶ τοῦ Ἰὼβ, νῦν πρὸς αὐτὸν τρέπει τὸν λόγον, καί φησι, μέμφομαί σοι, οὐχ ὡς ἀδίκῳ, ἀλλ' ὡς ἀνεπισκόπητα καὶ ἀπρονόητα νομίζοντι τὰ καθ' ἡμᾶς. περιπλανῆται δὲ πάλιν Ἐλιοὺς ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν δίκαιον, διατί ἀσεβεῖς ζῶσι; καὶ, διατί Κύριον ἔλαθον ὧραι; ἃ προβληματικῶς πρὸς τοὺς φίλους προέφερε. Θεοδοτίων δὲ καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν ἐξέδωκεν, ὅτι εἶπεν, οὐ κινδυνεύσει ἀνὴρ ἐν τῷ εὐδοκιμῆσαι αὐτὸν μετὰ Θεοῦ· ὁ δὲ, οὐχὶ σωθήσεται ἀνήρ; ἀναγνωστέον δὲ τὸ μὲν τοῦ Θεοδοτίωνος κατὰ ἀπόφασιν, τὸ δὲ τοῦ Συμμάχου ἐν ἤθει καὶ κατ' ἐρώτησιν.

Ne enim dixeris, Quia non erit viſitatio viri, & viſitatio ei à Domino.

OLYMP. Cùm amicis, quæ de Jobo dicenda erant, ſignificâſſet, nunc ad ipſum ſermonem convertens, dicit, Non quòd injuſtus ſis, te vitupero, ſed quòd quæ nobis eveniunt, ſine ulla inſpectione aut providèntia accidere exiſtimaveris. Rurſus in errorem lapſus eſt Elius, ex eo quòd Juſtus dixerat, *Quare impii vivunt?* &, *Quare Dominum latuerunt horæ?* quæ amicis problematicè ab eo prolata ſunt. Theodotio autem & Symmachus, hic quidem reddidit, *Quoniam dixit, Non periclitabitur vir, cùm ipſe bene Deo complacuerit*; ille verò, *Non ſalvabitur vir?* Theodotionis autem verſio, per enunciationem legenda eſt; Symmachi verò, morato loquendi genere, & per interrogationem. Cap. 21. 7. Cap. 24. 1.

Διὸ συνετοὶ καρδίας ἀκούσατέ μου. μή μοι εἴη ἔναντι Κυρίου ἀσεβῆσαι, καὶ ἔναντι παντοκράτορος ταράξαι τὸ δίκαιον· ἀλλὰ ἀποδίδωσι ἀνθρώπῳ καθὰ ποιεῖ ἕκαστος αὐτῶν· καὶ ἐν τρίβῳ ἀνδρὸς εὑρήσει αὐτόν.

Quare intelligentes corde audite me. Abſit à me coram Domino impiè agere, & coram omnipotente turbare juſtitiam: ſed reddat homini ſicut facit unuſquiſque eorum; & in ſemita viri inveniet eum.

ΕΠεὶ οὖν, φησὶν, οὐ περὶ τῶν τυχόντων ἡ σκέψις, μὴ παρέργως ἀκούσητε, ὦ φίλοι, ὅτι καὶ συνιέναι δύνασθε τὰ λεγόμενα· μὴ δὴ γένοιτό με εἰς ἀσεβεῖς * ἐκπεσεῖν λόγους, μηδὲ ἐπὶ παντοκράτορος Θεοῦ λαλοῦντα, φθέγξασθαί τι παρὰ τὸ δίκαιον· οἶδα γὰρ ὡς Θεὸς ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμων, ὡς εὑρίσκει τὸν καθένα πορευόμενον, οὕτως αὐτὸν κρίνει. Σύμμαχος δὲ ἐκδεδωκὼς, ἄπειη τοῦ Θεοῦ ἀνομία, καὶ τοῦ ἱκανοῦ ἀδικία, τοῦτό φησι· μὴ εἴποιμι, τὸν Θεὸν ἀκρίτως τι ποιεῖν, κατὰ γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἑκάστῳ

* ἴσ. ἐμπεσεῖν.

QUandoquidem, inquit, amici, non de rebus frivolis & nullius momenti tractaturi ſumus, nolite perfunctoriè audire; ea enim quæ dicuntur, intelligere poteſtis: abſitque ut ego in impios ſermones incidam, aut de omnipotente verba faciens, aliquid injuſtum proferam: Deum enim, pro merito unicuiq; tribuentem, prout quemque ambulare deprehenderit, ita illum judicaturum novi. Symmachus verò interpretatus, *Abſit à Deo iniquitas, & à ſufficiente injuſtitia*, hoc innuere vult; Abſit ego dicam, quicquam à Deo ſine deliberato judicio fieri; unicuique enim juxta viam ſuam eveniet,

eveniet, & in ipſa ſceleris perpetratione eum coarguet.

συμβήσεται, καὶ ἐπ' αὐτοφόρῳ ἐλέγξει αὐτόν.

Putas autem Dominum abſurda facturum? aut omnipotens turbabit judicium, qui fecit terram? quis autem eſt qui facit eam quæ ſub cœlo, & quæ inſunt omnia?

Οἴει δὲ τὸν Κύριον ἄτοπα ποιήσειν; ἢ ὁ παντοκράτωρ ταράξει κρίσιν, ὃς ἐποίησε τὴν γῆν; τίς δέ ἐστιν ὁ ποιῶν τὴν ὑπ' οὐρανόν, καὶ τὰ ἐνόντα πάντα;

EJUSDEM. Dominus eſt Deus, & omnipotens, & rerum omnium opifex; ille enim cœlum, terram, & quæ intermedia ſunt, condidit: non igitur grave aliquid, aut rationi minimè conſentaneum Dominus imperio ſuo ſubditis fecerit; neque qui imperium in omnes obtinet, juris confuſionem admiſerit; neque qui bonitate ſuâ fabricam Univerſi conſtruxit, ne neceſſitate quidem coactus, opificium ſuum injuriâ aliquâ affecerit: non enim aliena illi ſunt ejus opera, ut injuriam nobis inferat, quin potiùs creaturis ſuis parcit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Κύριός ἐστιν ὁ Θεός, καὶ παντοκράτωρ, καὶ πάντων τῶν ὄντων δημιουργός· αὐτὸς γὰρ ἐποίησε τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ μεταξύ. οὐκ ἂν οὖν, φησίν, ὁ δεσπότης ἄτοπόν τι πράξῃ περὶ τὸ ὑπήκοον· οὐδὲ ὁ κατὰ πάντων τὸ κράτος ἔχων, τοῦ δικαίου σύγχυσιν ἐργάσαιτο· οὐδὲ ὁ δι' ἀγαθότητα τὸ πᾶν συστησάμενος, ἀλλ' οὐχ ὑπό τινος ἀναγκασθείς, τὸ οἰκεῖον ἀδικήσοι δημιούργημα· μὴ γὰρ ἀλλότρια αὐτοῦ ἐστι τὰ ἔργα, ἵνα ἡμᾶς ἀδικήσῃ, φείδεται δὲ * τῶν ἑαυτοῦ. * ἴσ. καὶ μᾶλλον.

Nam ſi velit cohibere, & ſpiritum apud ſe detinere, peribit omnis caro ſimul, & omnis mortalis in terram abibit, unde & formatus eſt.

Εἰ γὰρ βούλοιτο συνέχειν, καὶ τὸ πνεῦμα παρ' αὐτῷ κατασχεῖν, τελευτήσει πᾶσα σὰρξ ὁμοθυμαδόν, πᾶς δὲ βροτὸς εἰς γῆν ἀπελεύσεται, ὅθεν καὶ ἐπλάσθη.

SI enim Deus, inquit, cohibere tantùm voluerit ſpiritum, & vitam quam viventibus largitus eſt, omnes homines ad unum funditus delerentur, & in terram, è qua deprompti erant, reſolverentur.

ΕΙ γὰρ μόνον, φησί, θέλοι ὁ Θεὸς ἀνασχεῖν τὴν πνοήν, καὶ ζωὴν ἣν τοῖς ζῶσιν ἐχαρίσατο, πανωλεθρίᾳ πάντες ἄνθρωποι διαφθαρήσονται, καὶ εἰς γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθησαν, ἀναλυθήσονται.

Sin autem non ſis monitus, audi hæc, auribus percipe vocem verborum. Vide tu eum qui odit iniqua, & perdit malignos, eſſe æternum juſtum.

Εἰ δὲ μὴ νουθετῇ, ἄκουε ταῦτα, ἐνωτίζου φωνὴν ῥημάτων. ἴδε σὺ τὸν μισοῦντα ἄνομα, καὶ τὸν ὀλλύντα τοὺς πονηρούς, ὄντα αἰώνιον δίκαιον.

CÆteri, *Si non intelligis, audi. Nunquid qui odit judicium, obligabit ad ſanitatem?* Senſus autem hic eſt; Si hæc, inquit, animum tuum inflexerint, & ad ſaniorem

ΟΙ λοιποί, Εἰ μὴ συνιεῖς, ἄκουε. ἆρα ὁ μισῶν κρίσιν, ἐπιδήσει εἰς ἴασιν. ὁ δὲ νοῦς τοιοῦτος· Εἰ μὲν * πείθει σε ταῦτα, φησί, καὶ σωφρονεστέρους γένῃ, * ἴσ. πείθει.

εὖ

εὖ ἂν ἔχοι. Εἰ δὲ μὴ, καὶ τῶν ἐφεξῆς ἄκουε· κατάμανθανε γὰρ, ὡς ἀεὶ δίκαιος ὢν ὁ Θεὸς, μισεῖ μὲν τὰ ἄνομα, τιμωρεῖται δὲ τοὺς πονηρούς. συλλογισμῷ δὲ κέχρηται τῷδε· Εἰ κολάζει μισῶν πονηρίαν, δίκαιος ἄρα, καὶ οὐκ ἄν τι πράξῃ παρὰ τὸ δίκαιον· οὐ γὰρ ἂν μισῶν κρίσιν, εἴτουν δικαιοσύνην, ἐπεδέσμει τινὰ καὶ ἐπεῖχεν, ὥστε θεραπευθῆναι τὴν ἐκείνου κακίαν· ἀλλ' ἀνέτους ἂν τοὺς πονηροὺς κατελίμπανε, μὴ κωλύων αὐτῶν τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω φορὰν, νόσοις, ἢ φόβοις, ἢ τοιούτοις τισί. νῦν δὲ ἐπικόπτων φαυλότητα, καὶ ἰώμενος τὸν κατὰ ταύτην νοσοῦντα, δείκνυσιν, ὅτι οὐ μισεῖ τὴν κρίσιν, ἀλλ' ἀγαπᾷ.

mentem redieris, bene ſe habet : ſin minùs, ea quæ ſequuntur audi ; & quòd Deus, juſtus ſemper exiſtens, iniqua odio proſequatur, & improbos ſupplicio afficiat, animo tecum perpende. Tali autem ſyllogiſmo utitur ; Si improbitatem odio habens ſupplicia infert, juſtus eſt, nec quicquam præter id quod juſtum eſt faciet : non enim judicium, (ſive juſtitiam) odio proſequens, vinculis aliquem, ut improbitas ejus ſanari poſſet, conſtrinxiſſet, & coërcuiſſet ; ſed improbos, liberos & ſui juris reliquiſſet, neque morbis, terroribus, aut rebus ſimilibus, impetum eorum ad majora ſcelera & progreſſum inhibuiſſet : nunc verò vitium præcidens, & vitii morbo laborantem ſanans, judicium ſe non odiſſe, ſed diligere oſtendit.

Ἀσεβὴς ὁ λέγων βασιλεῖ, παρανομεῖς· ἀσεβέστατε, τοῖς ἄρχουσιν.

Impius eſt qui dicit Regi, Injuſtè agis ; impiiſſime, Principibus.

ΕΙ κατὰ ἀνθρωπίνην, φησὶν, ἀκολουθίαν, ὁ λέγων βασιλεῖ, παρανομεῖς, ὡς ἀσεβέστατος κρίνεται παρὰ * τῶν ἀρχόντων, ἅτε τὰ ἐξ ἀναρχίας κακὰ μηχανώμενος· τί ἂν πάθοιεν οἱ πρὸς Θεὸν τολμῶντες εἰπεῖν, παρανομεῖς. Εἰ γὰρ καὶ μὴ οἶδας, ἀλλ' ὀφείλεις πολλὰ παραχωρεῖν αὐτῷ, καὶ τῇ δόξῃ αὐτοῦ, ὥστε μὴ πάντα ζητεῖν μανθάνειν. καλῶς δὲ εἶπεν, ὅτι παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ἀσεβὴς κρίνεται, ὁ παρανομίαν ὀνειδίσας τῷ ἐπὶ γῆς βασιλεῖ· οὐ γὰρ πάντως καὶ * παρὰ τοῦ Θεοῦ;

* ἴσ. τοῖς ἄρχουσι.

* [illegible]

SI humanâ, inquit, ratiocinatione, qui Regi dicit, Iniquè agis, tanquam impiiſſimus à Principibus judicatur, eò quòd dominationis jugum excutere, & rebellionis malum meditetur ; qui Deo dicere audent, Iniquè agis, quo ſupplicio digni ſunt? Si enim tu ignores, illi, ejúſque ſententiæ ac judicio multa permittere debes, neque ut omnia intelligas, ſatagere te oportet. Rectè autem dixit, quòd qui terreno Regi injuſtitiam exprobrat, impius à Principibus judicetur : an non igitur omnino, qui Deo hoc facit?

Ὃς οὐκ ἐπαισχυνθῇ πρόσωπον ἐντίμου, [οἱ δὲ λοιποί, ἀρχόντων.] οὐδὲ οἶδε τιμὴν θέσθαι ἁδροῖς, θαυμασθῆναι πρόσωπα αὐτῶν. κενὰ δὲ αὐτοῖς ἀποβήσεται, τὸ κεκραγέναι καὶ δεῖσθαι ἀνδρός.

Qui non eſt veritus faciem honorati, [Cæteri verò, Principum.] *neque novit honorem ponere potentibus, admirari facies eorum. Vana autem eis evadent, clamâſſe & orare virum.*

ΟΛΥΜΠ. Ἀσεβὴς δὲ, φησὶ, κρίνεται καὶ ὁ μὴ τιμήσας τὸν πλούσιον, μηδὲ καταπλαγεὶς τὴν προσοῦσαν

OLYMP. Impius etiam, inquit, judicatur, qui diviti honorem non exhibuerit, & qui ejus dominationem non

ſtupet; quanquam qui humanum auxilium implorârunt, & in Principibus fiduciam collocârunt, vani exſtiterint, nec quicquam lucri inde reportaverint.

αὐτοῦ δυναστείαν· καίτοιγε οἱ ἐπικαλούμενοι τὴν ἐξ ἀνθρώπων βοήθειαν, καὶ πεποιθότες ἐπ' ἄρχουσι, μάταιοι, καὶ οὐδὲν ἐκεῖθεν ἐκέρδησαν.

Abuſi ſunt enim iniquè incluſis infirmis.

Ἐχρήσαντο γὰρ παρανόμως, ἐγκλειομένων ἀδυνάτων.

HI, inquit, poteſtate ſuâ abuſi ſunt, quia hominum gratiam aucupantes, juſtitiam deſpexerunt, & infirmos ac pauperes, cùm æquitas cauſæ illis faveret, carcere includi fecerint.

ΚΑκῶς, φησὶν, οὗτοι τῇ δυναστείᾳ ἐχρήσαντο, ὅτι πρὸς χάριν ἀνθρώπων προέδοντο τὸ δίκαιον, καὶ τοὺς ἀδυνάτους καὶ πενιχροὺς ἐγκλεισθῆναι ἐποίησαν, τοῦ παρεσόντος αὐτοῖς δικαίου.

Ipſe enim inſpector eſt operum hominum: latuit autem cum nihil eorum quæ agunt, neque erit locus ut latitent qui faciunt iniqua.

Αὐτὸς γὰρ ὁρατής ἐστιν ἔργων ἀνθρώπων· λέληθε δὲ αὐτὸν οὐδὲν ὧν πράσσουσιν, οὐδὲ ἔσται τόπος τοῦ κρυβῆναι τοὺς ποιοῦντας τὰ ἄνομα.

NOn poſſunt, inquit, Deum latere, vel ab eo occultari & minimè videri, qui ſcelera perpetrant. Tu autem obſerva, quemadmodum Elius nequaquam, ut illi, Jobum conviciis petat, & quemadmodum eum vituperet, non autem accuſet: non enim ei dicit, Pupillorum & viduarum bona diripuiſti; ſed, Juſtus eſt Deus.

ΟΥ δύνανται, φησὶ, κρυβῆναι ἀπὸ Θεοῦ, καὶ λαθεῖν αὐτὸν, ἢ μὴ ὀφθῆναι παρ' αὐτοῦ, οἱ δρῶντες τὰ ἄνομα. σὺ δέ μοι παρατήρει, πῶς οὐδαμοῦ καθικνεῖται, καθάπερ ἐκεῖνοι, τοῦ Ἰὼβ, πῶς ἐπιτιμητικός ἐστιν, οὐχὶ κατηγορικός· καὶ οὐ λέγει αὐτῷ, ὅτι ἥρπασας ὀρφανοὺς καὶ χήρας· ἀλλ', ὅτι ὁ Θεὸς δίκαιός ἐστιν.

Quoniam non ſuper virum ponet ultrà.

Ὅτι οὐκ ἐπ' ἄνδρα θήσει ἔτι.

HOc eſt quod videtur dicere; Nunc quidem benè vel malè agere, in noſtra poteſtate ſitum eſt; in futuro autem ſeculo, non ampliùs: tunc enim operandi tempus non eſt, neque rerum agendarum optionem Deus ultra ſuper virum ponet. Quidam verò ſic intelligunt, quòd in ſingulis hominibus juſtitiam non ſit viſurus. Juxta Symmachum verò, ***Non enim in homine ſitum eſt ampliùs.*** Quoniam igitur dixerat, Nihil Dei oculum omnia videntem latet; meritò ſubjunxit, quòd velum nullum obductum ſit, quo luminibus ejus obſtruatur.

ΕΟΙκε τοῦτο λέγειν, ὅτι νῦν μὲν ἐν ἡμῖν κεῖται τὸ καλὸν καὶ τὸ φαῦλον, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι οὐκ ἔτι· οὐ γάρ ἐστι τότε ἐργασίας καιρὸς, οὐδὲ θήσει ἔτι ὁ Θεὸς ἐπὶ ἄνθρωπον τὴν ἐκλογὴν τῶν πρακτέων. Οἱ δὲ οὕτω νοοῦσιν, ὅτι οὐκ ἐν τῷ καθένα ὄψεται τὸ δίκαιον. κατὰ δὲ Σύμμαχον, οὐ γὰρ * ἐπολύκῳ κεῖται ἔτι. ἐπειδὴ οὖν εἶπεν, ὅτι οὐδὲν λανθάνει τὸ πολυδερκὲς τοῦ Θεοῦ ὄμμα, ἐπήγαγεν εἰκότως, ὅτι οὐδὲν ἐπίκειται κάλυμμα ὥστε διατειχίζειν τὴν ὄψιν. * ἴσ. ἐπ' ἀνθρώπῳ

Dominus enim omnes inſpicit, qui comprehendit non veſtigabi-

Ὁ γὰρ Κύριος πάντας ἐφορᾷ, ὁ καταλαμβάνων ἀνεξιχνίαστα,

χνίαστα, ἔνδοξά τε, καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· ὁ γνωρίζων αὐτῶν τὰ ἔργα, καὶ στρέψει νύκτα, καὶ ταπεινωθήσονται.

lia, & glorioſa, & magnifica, quorum non eſt numerus : qui cognoſcit eorum opera, & evertet noctem, & humiliabuntur:

ΠΑνεπίσκοπος ὤν, φησὶν, ὁ Θεὸς, καταλαμβάνει μὲν τὰ πᾶσιν ἀκατάληπτα· ἐργάζεται δὲ τὰ παράδοξα, πάντα εἰδὼς τὰ παρὰ ἀνθρώποις πραττόμενα· διὰ τοῦτο καὶ τὸ φῶς τῶν ἀσεβῶν, εἴτουν τὴν λαμπρότητα καὶ εὐημερίαν, εἰς νύκτα καὶ κατήφειαν μεταβάλλει, καὶ ταπεινοῖ αὐτούς.

CUm Deus, inquit, cuncta cernat, comprehendit quidem quæ ab omnibus comprehendi nequeunt : omnia verò quæ ab hominibus geruntur certò cognoſcens, admirabilia operatur; ac propterea lucem impiorum, ſive ſplendorem illorum & proſperam fortunam, in noctem & mœrorem commutat, illóſque humiliat.

Ἔσβεσε δὲ ἀσεβεῖς· ὁρατοὶ δὲ ἐναντίον αὐτοῦ.

Et exſtinxit impios; conſpicui autem coram eo.

ΦΑνεροὶ, φησὶν, εἰσὶ παρ' αὐτῷ οἱ τῆς ἀνομίας ἐργάται· διὸ καὶ πρὸς μικρὸν ἐν εὐπραγίᾳ λάμψαντες, ἀποσβέννυνται· ὁρᾷ μέντοι τοὺς ἀσεβεῖς ὁ Θεὸς, οὐ κατὰ τὴν ἀντιληπτικὴν ἐπισκοπὴν, ἀλλ' ὥστε αὐτοὺς τιμωρήσασθαι· κατὰ τὸ ψαλμικὸν, πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι.

INiquitatis, inquit, operarii, conſpicui ei ſunt : quare poſtquam exiguo tempore rebus proſperis claruerint, exſtinguuntur. Contemplatur etenim Deus impios, non ſecundùm viſitationem ejus opitulatricem, ſed ut ſupplicio eos afficiat; juxta illud quod in Pſalmis eſt, *Vultus autem Domini ſuper facientes mala, ut perdat.* Pſal. 33. 17.

Ὅτι ἐξέκλιναν ἐκ νόμου Θεοῦ, δικαιώματα δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐπέγνωσαν, τοῦ ἐπαγαγεῖν ἐπ' αὐτὸν κραυγὴν πενήτων· καὶ κραυγὴν πτωχῶν εἰσακούσεται.

Quoniam declinaverunt de lege Dei, & juſtificationes ejus non cognoverunt, ut perferatur ad eum clamor pauperum; & clamorem mendicorum exaudiet.

ΟΛΥΜΠ. Αἰτίας λέγει δι' ἃς οἱ ἀσεβεῖς κολάζονται, ὅτι διὰ τὸ μὴ ἐπιγνῶναι περιεκτικῶς τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐκκλῖναι ἀπὸ τοῦ θείου νόμου. ἐπάγεσθαι δέ φησι τὴν τῶν πενήτων κραυγὴν εἰς Θεὸν, ὅτι περ ἀδικούμενοι βοῶσι, καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπισπῶνται βοήθειαν· ὥστε αὐτοὶ οἱ ἀδικοῦντες ἐπάγουσιν εἰς Θεὸν τὴν τοῦ ἀδικουμένου πένητος κραυγήν.

OLYMP. Cauſas exponit, propter quas impii ſuppliciis afficiuntur, quòd, ſcilicet, Dei mandata non cognoverint, neq; exequuti fuerint, ſed à divina lege declinaverint. Clamorem autem pauperum ad Deum perferri dicit, quia injuriam paſſi clamorem edunt, & ſupernum auxilium ſibi conciliant : ita ut ipſi qui injuriam inferunt, clamorem pauperis injuriâ affecti ad Deum perferant.

Καὶ αὐτὸς ἡσυχίαν παρέξει, καὶ τίς καταδικάσεται;

Et ipſe quietem dabit, & quis condemnabit?

ΟΔὲ Σύμμαχος, αὐτοῦ δὲ ἠρεμίαν διδόντος, τίς κατακρινεῖ; ἤτοι δὲ τοῦτο

SYmmachus verò, *Ipſo autem quietem dante, quis condemnabit?* Vel igitur

hoc dicit; Si Deus cauſam eorum qui injuriam patiuntur, vindicare neglexerit, quis alius potentes & injuſtos condemnare poterit? Vel, Si Deus de homine injuſto ſupplicium ſumere neglexerit, quis condemnare eum, aut tanquam injuſtum accuſare audebit?

φησιν, ὅτι ἐὰν παρίδῃ Θεὸς τὴν τῶν ἀδικουμένων ἐκδίκησιν, τίς ἄλλος δύναται κατακρίναι τοὺς δυνατοὺς καὶ ἀδίκους; ἤ, ὅτι ἐὰν ἀμελήσῃ Θεὸς περὶ τὴν * τῶν ἀδίκων τιμωρίαν, τίς τολμήσει καταψηφίσασθαι αὐτοῦ, ἢ κατηγορῆσαι ὡς ἀδίκου.

* ἴσ. τοῦ ἀδίκου.

Et abſcondet faciem, & quis videbit eum? & contra gentem, & contra hominem ſimul.

Καὶ κρύψει πρόσωπον, καὶ τίς ὄψεται αὐτόν; καὶ κατὰ ἔθνους, καὶ κατὰ ἀνθρώπου ὁμοῦ.

HOc dicit, quia Deus inviſibilis exiſtens, judicia inviſibilia exerceat. Rationibus autem & modis qui ipſi cogniti ſunt, non tantùm viritim, ſed gentibus etiam univerſis ſupplicia irrogat.

ΤΟῦτο λέγει, ὅτι ἀόρατος ὢν ὁ Θεὸς, ἀοράτους τὰς κρίσεις ἐκφέρει. τιμωρεῖται δὲ οὐ μόνον κατ᾽ ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ κατ᾽ ἔθνη, καθ᾽ οὓς οἶδεν αὐτὸς λόγους.

Qui regnare facit hominē hypocritā propter perverſitatē populi.

Βασιλεύων ἄνθρωπον ὑποκριτὴν ἀπὸ δυσκολίας λαοῦ.

ET hoc divinæ diſpoſitionis & providentiæ eſt, ut propter populi improbitatem, quæ caſtigatione indiget, Regem ſæpenumero renunciari ſinat, qui externâ ſpecie bonus apparet; quemadmodum dixit,
Oſ.13.11. *Et dedi iis Regem in ira furoris meī.*

ΚΑὶ τοῦτο τῆς θείας οἰκονομίας, τὸ πολλάκις φαινόμενόν τινα τῷ σχήματι ἀγαθὸν συγχωρῆσαι βασιλέα ἀναγορευθῆναι, διὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν δεομένου παιδεύσεως· καθὼς εἶπε, καὶ ἔδωκα αὐτοῖς βασιλέα ἐν ὀργῇ τοῦ θυμοῦ μου.

Quoniam erga fortem qui dicit, Suſcepi, non auferam loco pignoris, abſque me videbo; tu oſtende mihi.

Ὅτι πρὸς τὸν ἰσχυρὸν ὁ λέγων, εἴληφα, οὐκ ἐνεχυράσω, ἄνευ ἐμαυτοῦ ὄψομαι· σὺ δεῖξόν μοι.

EJUSDEM. Quidam ſic interpretati ſunt, Quòd non audeat quiſpiam fortiori dicere, Injuſtè mea abſtuliſti, non pignoris loco tanquam debita, & invito mihi eripuiſti; jure & ſecundùm rationem hoc à te factum oſtende. Si autem potentiori nemo hæc dicere audeat, quâ audaciâ, inquit, contra Deum tu hæc dicere præſumis? Symmachus verò ſic reddidit; *Quoniam erga Deum locutionem aſſumpſi, non habebo ſine impedimento; tu mihi manifeſta.* Mens autem ejus talis fortaſſe eſt; Quandoquidem, inquit Elius, pro Deo verba

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τινὲς οὕτως ἡρμήνευσαν, ὅτι μὴ τολμᾷ τις εἰπεῖν τῷ ἰσχυροτέρῳ, ὅτι ἀδίκως εἴληφας τὰ ἐμά, οὐκ ἐνεχύρου χάριν, ὡς ὀφειλόμενα, καὶ παρὰ γνώμην ἐμὴν εἴληφας· * ἐπεὶ δεῖξον ὅτι εὐλόγως τοῦτο δέδρακας. εἰ δὲ τῷ δυνατῷ ταῦτα οὐδεὶς εἰπεῖν τολμᾷ, πῶς σύ, φησί, τοιαῦτα θρασύνῃ κατὰ Θεοῦ; ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως ἐκδέδωκεν, ὅτι πρὸς Θεὸν ῥῆσιν ἀνέλαβον, οὐχ ἕξω ἀκωλύτως· σὺ διασάφησόν μοι. ὁ δὲ ἐννόησιν τοιοῦτος, ἴσως τοῦτό ἐστιν· ἐπειδὴ τὴν ὑπὲρ Θεοῦ ῥῆσιν ἀνέλαβον,

* ἴσ. ἐπίδειξον.

λαβον, φησὶν ὁ Ἐλιοὺς, οὐκ ἐπέχω, ἀλλ' ἀκωλύτως ἐπεξέρχομαι τῷ λόγῳ· εἰ δὲ μὴ καλῶς λέγω, σὺ δεῖξον τοῦτο, καὶ τῶν λόγων ἔλεγξον. οἶμαι δὲ μᾶλλον οὕτω νοεῖσθαι τὸ κείμενον, ὅτι οὐκ ἐπειδὴ τὸν ὑπὲρ Θεοῦ λέγειν εἱλόμην, διὰ τοῦτο δεῖ σε καὶ συνομολογεῖν ἁπλῶς, οἷα δὴ χρέος * ἀπαιτῶ, ἀλλὰ καὶ χωρὶς τοῦ ἐμοῦ λόγου ἰδεῖν * ἐθέλω, εἴ τι καὶ ἀντειπεῖν ἔχεις· ἐγὼ μὲν οὖν ἡσυχίαν παρέξομαι, σὺ δὲ ἐπιλαμβάνου τῶν λόγων, εἰ δύνασαι, καὶ εἴ τι ἐσφάλην, δίδαξον.

* ἴσ. ἀπαιτοῦντι.
* ἴσ. ἐθέλοντι.

facere cœpi, non me reprimo, ſed ſermonem pertexere ſine impedimento pergo: ſi autem minùs rectè dixero, tu hoc oſtende, & ſermonem meum vitupera. Sic autem potiùs verba contextûs intelligenda puto, Quòd non propterea, quia Dei cauſam verbis defendere ſuſceperim, te ſimpliciter iis, tanquam debitum exigenti, aſſentiri oporteat, ſed tanquam ſcire deſideranti, ſiquid ſit, præter ea quæ à me dicta ſunt, quod contrà opponas: ego quidem igitur ſilentium agam, tu verò ſermonem aggredere, ſi potes; & ſiquid à me erratum ſit, doce.

Εἰ ἀδικίαν εἰργασάμην, οὐ μὴ προσθήσω.

Si injuſtitiam operatus ſum, non adjiciam.

ΔΕῖξον, φησὶν, ὦ Ἰὼβ, ὅτι ἀδίκως λαλῶ ταῦτα, καὶ * παύομαι.

* ἴσ. παύσομαι.

OStende, inquit, me contra fas & æquum hæc loqui, & finem faciam.

Μὴ παρὰ σοῦ ἀποτίσει αὐτήν, ὅτι σὺ ἀπώσῃ, ὅτι σὺ ἐκλέξῃ, καὶ οὐκ ἐγώ; καὶ τί ἔγνως, λάλησον.

Nunquid à te reddet eam, quia tu expelles, quoniam tu eliges, & non ego? & quid nôſti, loquere.

ΜΗ τῶν ἐμῶν, φησὶ, λόγων τὰς δίκας σὺ μέλλεις ἀποτίσαι; οὐκοῦν μὴ ἀπώσῃ, ἀλλὰ διέλεγξον τὰ εἰρημένα· σὸν γάρ ἐστιν ἐκλέξασθαι, καὶ διακρῖναι πότερον καλῶς ἢ κακῶς ἐλάλησα, οὐκ ἐμοῦ τοῦ εἰρηκότος· εἰ πλέον οὖν τι γινώσκεις, ἀπόκριναι.

NUnquid, inquit, pœnæ quæ meis ſermonibus debentur, tibi perſolvendæ ſunt? Ne igitur repellas, ſed quæ dicta ſunt redargue; tuum enim eſt eligere, & dijudicare, utrùm bene an ſecus dixerim, non autem meum, qui dixi: ſiquid amplius igitur nôſti, reſponde.

Διὸ συνετοὶ καρδίας ἐροῦσι ταῦτα, ἀνὴρ δὲ σοφὸς ἀκήκοέ μου τὸ ῥῆμα.

Quare intelligentes corde dicent hæc, & vir ſapiens audivit verbum meum.

ΟΛΥΜΠ. Ὡς τοῦ Ἰὼβ σιωπήσαντος, κυροῖ τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ὁ Ἐλιοὺς, καὶ φησιν, ὅτι ταῦτα ἅπερ εἶπον πρὸς σὲ, καὶ ἄλλοι συνετοὶ λέξουσί σοι· καὶ εἴ τις ἀνὴρ συνετὸς τῶν ἐμῶν ἀκούσει λόγων, τούτοις συνθήσεται.

OLYMPIODORI. Elius ſermones ſuos confirmat, tanquam Jobo ſilentium agente, dicitque, Hæc quæ ego tibi dixi, alii prudentes viri dicturi ſunt; & ſiquis vir ſapientia præditus verba mea audierit, aſſenſum iis præbebit.

Job autem non in intellectu loquutus eſt, verba ejus non in ſcientia.

Ego quidem, inquit, prudenter ſum loquutus; tu autem, ô Jobe, qui propter prudentiam celebris es, cum Deo judicio contendere volens, haud peritè & ſcienter loquutus es. Hoc autem tacitè veniam implicat; non enim propter facta, ſed propter ſermones eum culpat & accuſat; quemadmodum & illi, dicentes, *Quouſque ſpiritus multiloquus oris tui?*
Cap. 8. 2.

Ἰὼβ δὲ οὐκ ἐν συνέσει ἐλάλησε, τὰ ῥήματα αὐτοῦ οὐκ ἐν ἐπιστήμῃ.

Ἐγὼ μὲν οὖν, φησὶν, ἐμφρόνως ἐλάλησα· σὺ δὲ, ὦ Ἰὼβ, ὁ διαβόητος ἐν φρονήσει, οὐκ ἐπιστημόνως λελάληκας, πρὸς Θεὸν κρίνεσθαι βουληθείς. τοῦτο δὲ ἠρέμα καὶ συγγνώμης ἐστίν· αἰτιᾶται γὰρ αὐτὸν οὐ δι' ἔργα, ἀλλὰ διὰ λόγους, ὥσπερ οὖν κἀκεῖνοι, μέχρι πότε πνεῦμα πολύρρημον τοῦ στόματός σου;

Veruntamen diſce Job, ne dederis ultrà reſponſionem, ſicut inſipientes; ut ne adjiciamus ſuper peccata noſtra.

Cum hæc autem, inquit, ita ſe habeant, conſilium meum amplectere, neque ampliùs, tanquam inſipiens aliquis, eiſdem verbis utere, ne delicta priora poſterioribus augeamus: ego enim in his vereri ſoleo, ne nudorum etiam verborum juſto judici reddenda nobis ſit ratio. Gratam autem & acceptam adhortationem introducens, plurali voce utitur, & utrumque communiter ſermone complectitur.

Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ μάθε Ἰὼβ, μὴ δῷς ἔτι ἀνταπόκρισιν, ὥσπερ οἱ ἄφρονες· ἵνα μὴ προσθῶμεν ἐφ' ἁμαρτίαις ἡμῶν.

Ἀλλὰ τούτων, φησὶν, οὕτως ἐχόντων, δέξαι μου τὴν συμβουλὴν, καὶ μηκέτι χρήσῃ τοῖς αὐτοῖς λόγοις, ὥσπερ τις ἄφρων, ἵνα μὴ διὰ τῶν δευτέρων ἐπαυξήσωμεν τὰ πταίσματα· εὐλαβοῦμαι γὰρ ἐν τούτοις ἔγωγε, μὴ καὶ περὶ τῶν * ψιλῶν ῥημάτων λόγον ὑφέξωμεν τῷ δικαιοκρίτῃ. τῷ δὲ πληθυντικῷ τῆς φωνῆς κοινοποιεῖ τὸν λόγον, εὐπαράδεκτον εἰσάγων τὴν παραίνεσιν. * γρ. ψιλικῶν.

Et iniquitas ſuper nos computabitur, multa loquentibus verba contra Dominum.

Non dixit, *Scelerata*, neque *Impia*; ſed abſolutè, *Multa*; oſtendens, quòd ne multis quidem Deo reſpondere oporteat: ſi enim coram Rege multa loqui nemo audeat, multò magis coram Deo hoc obſervandum eſt: quandoquidem multa loqui peccatum apud Deum reputatur; juxta illud quod ſcriptum eſt, *In multiloquio non fugies peccatum.*
Pro. 10. 20.

Ἀνομία δὲ ἐφ' ἡμῖν λογισθήσεται, πολλὰ λαλούντων ῥήματα ἐναντίον τοῦ Κυρίου.

Οὐκ εἶπε, παράνομα, οὐδὲ ἀσεβῆ, ἀλλ' ἀπολύτως, πολλά· δεικνὺς, ὅτι οὐδὲ πολλὰ ἀντιφθέγγεσθαι χρὴ τῷ Θεῷ· εἰ γὰρ ἐπὶ βασιλέως οὐκ ἄν τις τολμήσειε πολλὰ φθέγγεσθαι, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ· καὶ αὐτὸ μέντοι τὸ, πολλὰ λαλεῖν, ἁμαρτία παρὰ τῷ Θεῷ λελόγισται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐκ πολυλογίας οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Εἰκοστοῦ τετάρτου.

ΟΛΥΜΠ. Προδιεξελθὼν ὁ Ἐλιοὺς περὶ παιδείας Θεοῦ, νῦν τὸν περὶ μακροθυμίας κινεῖ λόγον, μεμφόμενος τῷ Ἰὼβ ἐφ' οἷς ἔλεγεν, Εἰ ἐγὼ ἥμαρτον, τί σοι δύναμαι ποιῆσαι; καὶ ἐφ' οἷς ἠθέλησε κριθῆναι πρὸς Θεόν.

PROTHEORIA CAPITIS Viceſimi-quarti.

OLYMPIODORI. Cùm Elius ſuprà de diſciplina Dei diſſeruiſſet, ſermonem nunc de patientia & longanimitate movet, Jobum vituperans, in eo quòd dixerit, *Si ego peccavi, quid tibi facere poſſum?* & quòd cum Deo in judicium deſcendere voluerit. Cap. 7. 20.

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἐλιοὺς, λέγει, τί τοῦτο ἡγήσω ἐν κρίσει;

RESPONDENS autem Elius, ait, Quare hoc exiſtimâſti in judicio? CAP. 35.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἢ τοῦτο λέγει, τί ἐλογίσω περὶ τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ; ἆρα ὅτι δυνάσαι ταῦτα καταλαβεῖν; ἢ, ὅτι τί ἐλογίσω, πρὸς Θεὸν θέλων κριθῆναι;

OLYMPIODORI. Vel hoc dicit, Quid eſt quod de Dei judiciis mente concepiſti? an, ſcilicet, quòd comprehendere ea valeas? vel, Quid tibi in mentem venit, ut in judicium cum Deo deſcendere volueris?

Σὺ τίς εἶ ὅτι εἶπας, δίκαιός εἰμι ἔναντι Κυρίου;

Tu quis es quia dixiſti, Juſtus ſum ante conſpectum Domini?

ΠΩς, φησὶν, ἐτόλμησας ἑαυτὸν δίκαιον ἀποφῆναι ὡς πρὸς Θεόν; τὸ μὲν γὰρ, δίκαιον εἶναι τὸν Ἰὼβ, ἀληθές· τὸ δὲ μετὰ προσθήκης, δίκαιον εἶναι ἔναντι Κυρίου, ψεῦδος. ἐμάθομεν γὰρ ὅτι ὡς πρὸς Θεὸν πᾶσα δικαιοσύνη ἀνθρώπων οὐκ ἔστι δικαιοσύνη· οὐ δικαιωθήσεται γὰρ κατενώπιόν σου πᾶς ζῶν. πλείονα οὖν ὑπερηφανίαν ἐμφαίνει, τὸ, ἔναντι Κυρίου οἴεσθαι εἶναι δίκαιον.

QUomodo, inquit, comparatione cum Deo factâ, teipſum juſtum pronunciare auſus es? Quòd enim juſtus Jobus fuerit, verum eſt; quòd verò cum additione, reſpectu Dei juſtus fuerit, falſum eſt: omnem enim humanam juſtitiam, ſi cum Deo comparetur, juſtitiam non eſſe, didicimus; *Non enim juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.* Arrogantiæ igitur majoris & ſuperbiæ argumentum eſt, ſiquis ſe coram Deo juſtum arbitretur. Pſal. 142. 2.

Ἢ ἐρεῖς, τί ποιήσω ἁμαρτών;

Aut dices, Quid faciam cùm peccavero?

ΑΛλ' οὐδὲ ὤφελες, φησὶν, εἰπεῖν, τί ποιήσω ἁμαρτών; οἶδας γὰρ ὁ

SEd neque illud dicere te oportet, *Quid faciam cùm peccavero?* Quid enim faciendum

ciendum ſit, nôſti; quòd à peccato, ſcilicet, abſtinendum, & Deus invocandus ſit. Elius quidem ſuo ſenſu rectè conſulebat; Jobus verò animo meliore, & magis piè dicebat, *Si autem peccavi, quid tibi facere poſſum?* id eſt, Nihil ejuſmodi præſtare poſſum, quod peccatum delere valeat, niſi tuâ benignitate me dignatus fueris. Alii verò hæc verba ſic intellexerunt; ſi juſtitiam exercens punior; quid, ſi peccâſſem, pati me oportuit? Symmachus quidem, pro illo, *Aut dices, Quid faciam cùm peccavero?* reddidit, *Dixiſti enim, Quia nihil proderit tibi.*

ποιεῖν ἔδει, ἀπέχεσθαι τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἱκετεύειν Θεόν. ὁ μὲν οὖν Ἐλιοῦς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν καλῶς συνεβούλευε· ὁ δὲ Ἰὼβ κρείττονι διανοίᾳ, καὶ εὐλαβέστερον ἔλεγεν, εἰ δὲ καὶ ἥμαρτον, τί σοι δύναμαι ποιῆσαι; ἀντὶ τοῦ, οὐδὲν τοιοῦτον δύναμαι ποιῆσαι ὥστε ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν, εἰ μὴ τῆς σῆς τύχω φιλανθρωπίας. ἄλλοι δὲ οὕτως ἐνόησαν τὸ ῥητόν· εἰ δικαιοπραγήσας κολάζομαι, τί ἂν ἔπαθον ἁμαρτών; ὁ μέντοι Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, ἢ ἐρεῖς, τί ποιήσω ἁμαρτών; ἐξέδωκεν, Εἶπας γὰρ, ὅτι οὐδὲν συμβαλεῖταί σοι.

Ego tibi dabo reſponſionem, & iſtis tribus amicis tuis.

Ἐγώ σοι δώσω ἀπόκρισιν, καὶ τοῖς τρισὶ φίλοις σου.

EJUSDEM. Tanquam Jobus imprudenter loquutus fuiſſet, nec amici tres reſponſum adhuc inveniſſent, ipſe omnibus eorum rationibus meliores ſe allaturum pollicetur. Meritò autem eum amicis aſſociat; quia ſuccumbendo & aſſenſum præbendo pares eſſent, illique unione quadam conjungerentur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὡς καὶ τοῦ Ἰὼβ οὐκ ἐν συνέσει λαλήσαντος, καὶ τῶν τριῶν φίλων μὴ εὑρόντων ἔτι ἀπόκρισιν, αὐτὸς ὑπισχνεῖται κρείττονας ἁπάντων προφέρειν λόγους. δικαίως δὲ αὐτὸν τοῖς φίλοις συνάπτει, ὡς ἑνωθεῖσιν αὐτῷ διὰ τοῦ ἡττηθῆναι καὶ συνθέσθαι.

Aſpice in cœlum, & vide; reſpice autem in nubes, quàm altæ ſint à te.

Ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἴδε· κατάμαθε δὲ νέφη ὡς ὑψηλὰ ἀπὸ σοῦ.

ID eſt, Quanto intervallo Deus à te diſjungatur, quantóque te ſublimior ſit, ſi non ex argumentis & rationibus, ſaltem ex iis quæ oculis cernuntur, diſce, & cum quonam & quàm excelſo, in judicium deſcendere conatus fueris, perpende. In cœlum autem ſuſpicit, non qui oculos corporeos attollit, & cœlum intuetur; hac enim ratione canes & aſini ſuſpiciunt: nemo qui mundum diligit, in cœlum ſuſpicit, ſed qui nec mundum, nec ea quæ in mundo ſunt, amat. Rurſus, nubes non adeo ſublimes ſunt & à nobis remotæ, quin ſi Moyſis vitam & converſationem qua Deo placuit, meámque tenuitatem & humilitatem con-

Τουτέστιν, εἰ καὶ μὴ ἀπὸ λογισμῶν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ὁρωμένων μάθε πόσον σου ἀπέχει Θεὸς, καὶ πόσον σου ἐστὶν ὑψηλότερος· ἐννόησον πρὸς τίνα δικαιολογήσασθαι ἐπεχείρησας, πόσον ὄντα ὑπὲρ σέ. ἀναβλέπει δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐχ ὁ τοὺς σωματικοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπάρας, καὶ ἰδὼν τὸν οὐρανὸν, τοῦτο γὰρ τὸ ἀναβλέπειν ἔχουσι καὶ οἱ κύνες, καὶ οἱ ὄνοι· οὐδεὶς φιλόκοσμος ἀναβλέπει εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀλλ' ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν κόσμῳ. πάλιν δὲ, οὐχ οὕτω ταῦτα τὰ νέφη ὑψηλὰ ἀφ' ἡμῶν ἐστιν, ὡς ἐὰν ἴδω τὸν Μωϋσέως βίον, καὶ τὴν ἐκείνου πρὸς Θεὸν ἀρέσκειαν, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ σμικρότητα

καὶ

καὶ ταπεινότητα, οὕτω βλέπω τοῦτο τὸ νέφος ὑψηλὸν ἀπ' ἐμοῦ· ἐὰν ἔλθω ἐπὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, ἐπὶ τοὺς βίους τῶν προφητῶν, καὶ ἐξετάζω αὐτῶν τὰς πράξεις, τότε πληρῶ τὸ γεγραμμένον, καὶ καταμανθάνω πόσον ἐστὶ τὰ νέφη ὑψηλὰ ἀπ' ἐμοῦ.

templatus fuero, nubem hanc ſublimiorem & remotiorem à me viſurus ſim: ſi ad Jeſum filium Nave, & ad Prophetarum vitas devenero, illorúmque res geſtas diligenter examinavero, quod ſcriptum eſt tunc adimplebo, & nubes quantò me ſublimiores ſint, addiſcam.

Εἰ ἥμαρτες, τί πράξεις; εἰ δὲ καὶ πολλὰ ἠνόμησας, τί δύνασαι ποιῆσαι; ἐπεὶ δὲ οὖν δίκαιος εἶ, τί δώσεις αὐτῷ, ἢ τί ἐκ χειρός σου λήψεται; ἀνδρὶ τῷ ὁμοίῳ σου ἡ ἀσέβειά σου, καὶ υἱῷ ἀνθρώπου ἡ δικαιοσύνη σου.

Si peccâſti, quid ages? Quòd ſi & multa iniquè egiſti, quid potes facere? Quoniam igitur juſtus es, quid dabis ei, aut quid de manu tuâ accipiet? Viro ſimili tui impietas tua, & filio hominis juſtitia tua.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, καὶ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τουτέστιν, οὐδὲν αὐτὸν ἀδικήσεις ἁμαρτάνων, ἀλλ' οὐδὲ ὠφελήσεις δίκαιος ὤν· ποῖον ἐντεῦθεν αὐτῷ βλάβος ἢ κέρδος, κἂν ἡμαρτηκὼς ᾖς, κἂν δίκαιος ᾖς; ἄνθρωπον μὲν γάρ τις τὸν ὁμοφυῆ, καὶ ἀδικῆσαι, καὶ εὐεργετῆσαι δύναται, τούτων δὲ οὐδέτερον περὶ Θεὸν δεῖ τι γενέσθαι· μὴ τοίνυν ἐπαίρου ἐπὶ τῇ σαυτοῦ δικαιοσύνῃ. ἐπεὶ γὰρ ἔλεγεν, Εἰ ἥμαρτον, τί δύναμαί σοι πρᾶξαι; διατί, φησί, τοῦτο εἶπας; μὴ γὰρ ὡς ἀδικούμενος φροντίζει σου ἁμαρτάνοντος, μὴ γὰρ ὡς βλάβην ὑπομένων; ἄρα οὖν, φησίν, οἶδας, εἰ ἥμαρτες, τί πράξεις ἐπὶ τῷ λῦσαι τὸ ἡμαρτημένον; Εἰ ἥμαρτες λόγοις, λόγοις κρείττοσιν ἴασαι· Εἰ ἥμαρτες ἐν ἔργοις, ἐν ἔργοις διαφέρουσιν αὐτὸς ἑαυτὸν ἰώμενος· Εἰ δὲ πολλαὶ καὶ ἀνίατοι αἱ ἀνομίαι, διὰ τοῦτο ἐπὶ ταῖς ἀνιάτοις, οἷς ἑαυτοῖς ἰάσασθαι οὐ δυνάμεθα, ἦλθεν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξ οὐρανῶν, ἵνα τὰ ἀνίατα ἰάσηται, καὶ γένηται τὸ, μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι.

OLYMPIODORI, & ORIGENIS. Id eſt, Neque peccando injuriâ eum affeceris; neque juſtitiam exercendo ipſi proderis: ſive enim peccator, ſive juſtus extiteris, quod damnum vel lucrum inde reportabit? Hominem enim, ejuſdem naturæ participem, injuriâ lædere, vel beneficio afficere quis poteſt; horum autem neutrum in Deum cadit: ne igitur juſtitia tua te inflet. Quoniam enim Jobus dixerat, *Si peccavi, quid tibi poſſum facere?* cur tibi hoc excidit, inquit Elius? Cap. 7. 20.
Num tanquam injuriam paſſus, aut damno affectus, Deus peccantem te reſpicit? An nôſti, inquit, ſi peccaveris, quid tibi faciendum ſit ut peccatum diluatur? Si verbis deliquiſti, verbis ſanioribus, & ſi operibus offendiſti, factis egregiis teipſum curans, tibi medere: ſi verò iniquitates multæ & incurabiles fuerint, propter delicta immedicabilia, quæ ipſi curare non poſſumus, de cœlis deſcendit Jeſus Chriſtus ut inſanabilia ſanarentur, illúdque effectum ſortiretur, *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Pſal. 31. 1.

Ἀπὸ πλήθους συκοφαντούμενοι κεκράξονται, βοήσονται ἀπὸ βραχίονος πολλῶν. καὶ οὐκ

A multitudine calumniis appetiti vociferabuntur, clamabunt à brachio multorum. Et non dixit,

τετραπόδων γῆς, ἀλλὰ παρεσυνεβλήθης τοῖς κτήνεσι, καὶ ἐγένου ὡς ἵππος ἢ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις, καὶ ἵπποι θηλυμανεῖς. Εἶτα καθ' ἐρώτησιν τὰ ἑξῆς ἀνάγνωθι.

pedibus terræ ſecret' non es, ſed comparatus es jumentis, factúſq; es ſicut equus aut mulus, in quibus non eſt intellectus, & equus quidē œſtro libidinis percitus. Quæ deinceps ſequuntur, per interrogationem legenda ſunt. Pſal. 48. 13:21. Ibid. 31 Ier. 5. 8.

Ἐκεῖ κεκράξονται, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃ, καὶ ἀπὸ ὕβρεως πονηρῶν;

Ibi vociferabuntur, & non exaudies, & ab injuria malorum?

ΤΟ, ἐκεῖ, ἀντὶ τοῦ, τότε, εἴρηται. τότε γὰρ, φησὶ, πρὸς σὲ βοώντων τῶν ἀδικουμένων καὶ συκοφαντουμένων, ἆρα οὐκ εἰσακούσῃ, οὐδὲ ἐκδικήσεις αὐτοὺς ἀπὸ τῆς τῶν πονηρῶν ὕβρεως; καὶ πάντως ἐκδικήσεις.

IBI, pro, *Tunc*, poſitum eſt. Tunc, inquit, clamantibus ad te, qui injurias & contumelias patiuntur, nónne exaudies eos, & ab improborum injuria vindicabis? certè omnino vindicabis.

Ἄτοπα γὰρ οὐ βούλεται ἰδεῖν ὁ Κύριος· αὐτὸς γὰρ ὁ παντοκράτωρ ὁρατής ἐστι τῶν συντελούντων τὰ ἄνομα; καὶ σώσει με.

Abſurda enim non vult Dominus videre: ipſe enim omnipotens perſpector eſt eorum qui conſummant iniqua, & ſalvabit me.

ΟΙδα καὶ πέπεισμαι ὅτι βλέπει πάντα ὁ τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸς, καὶ ὅτι μισεῖ τὰ ἄτοπα καὶ ἀποστρέφεται, καὶ πάντως ἐξελεῖται τὸν ἀδίκως πάσχοντα· οὐ μόνον γὰρ οὐ δέχεται τὰ ἄνομα, ἀλλ' οὐδὲ ἰδεῖν βούλεται, μισοπόνηρος ὤν.

NOvi, inquit, & perſuaſum habeo, quòd Dei oculus omnia videat, & quòd Deus odio proſequatur & abominetur abſurda, quódque eum qui injuſtè patitur, omnino ab injuriis liberaturus ſit: non enim ſolùm quæ iniqua ſunt improbat, ſed, cùm pravitatis oſor ſit, ne intueri quidem vult.

Κρίθητι δὲ ἐναντίον αὐτοῦ, εἰ δύνασαι αὐτὸν αἰνέσαι, ὡς ἔστι καὶ νῦν.

Judicare autem coram eo, ſi potes collaudare eum, ſicuti eſt & nunc.

ΟΛΥΜΠ. καὶ ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἀναλόγισαι, φησὶ, τοῦ Θεοῦ τὴν ἀξίαν, εἰ χωρήσει τὸν ὕμνον ὁ λογισμός. τί οὖν πρὸς τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον ἤθελες κριθῆναι, ὅπουγε μηδὲ πρὸς ἀξίαν αὐτὸν ὑμνολογῆσαι οἷός τε εἶ; καὶ ταῦτα, ἐφ' οἷς νῦν σε τιμωρεῖσθαι. εἰ γὰρ δικαστήριον, φησὶν, ἐκάθισε, καὶ τὰ δικαιώματα προυτέθηκεν, οὐκ ἂν αὐτὸν ἐπῄνεσας, οὐκ ἂν αὐτὸν ἐδόξασας κατ' ἀξίαν ἐπὶ τοῖς εἰς σὲ γεγενημένοις νῦν, ὅτε νομίζεις ἀδικεῖσθαι καὶ κολάζεσθαι· τὸ μὲν γὰρ, μὴ δύνασθαι κατ'

NOnne lux, inquit, omnium oculis objecta eſt? nónne ab annis innumerabilibus ſplendorem ſuum latè ſpargit? quemadmodum, nimirum, ex eo quod in nubibus à Deo fit, perſpicuum eſt: nubes enim puras ac coloris aurei, flatu Boreæ, imperio ſuo in ſublime evehit.

ΟΥχὶ τὸ φῶς, φησὶν, ἅπασιν εἰς θεωρίαν πρόκειται; οὐ τηλαυγές ἐστιν ἐξ ἀναριθμήτων χρόνων; ὥσπερ, ἀμέλει, καὶ ἐπὶ τῶν νεφῶν τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ γινόμενον, δῆλόν ἐστι· ἀπὸ γὰρ τοῦ βορρᾶ νεφέλας ἀνάγει προστάγματι χρυσαυγεῖς τε καὶ καθαράς.

In his magna eſt gloria, [Theodotio verò, *In Deo magna eſt gloria.*] *& honor omnipotentis; & non invenimus alium ſimilem virtuti ejus.*

Ἐπὶ τούτοις μεγάλη ἡ δόξα, [ὁ δὲ Θεοδοτίων, ἐπὶ τῷ Θεῷ μεγάλη ἡ δόξα.] καὶ τιμὴ παντοκράτορος· καὶ οὐχ εὑρίσκομεν ἄλλον ὅμοιον τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ.

EX hiſce ſimilibus, inquit, magnam à nobis laudem & gloriam Deo deferendam eſſe, colligere licet, pro eis quibus genus noſtrum honore affecit, qui ſapientiâ & potentiâ incomparabili præditus eſt.

ΕΚ τῶν τοιούτων, φησὶν, ἐστὶν ἀναλογίσασθαι ὡς μεγάλην ὀφείλομεν ἀναπέμπειν τῷ Θεῷ τὴν δοξολογίαν, ἐφ᾽ οἷς ἡμῶν τὸ γένος ἐτίμησεν ὁ ἀσύγκριτον ἔχων σοφίαν καὶ δύναμιν.

Qui juſta judicat, non putas exaudire eum?

Ὁ τὰ δίκαια κρίνων, οὐκ οἴει ἐπακούειν αὐτόν;

Cap. 19. 7. CUm Jobus ſuprà dixiſſet, *Clamabo, & nuſquam judicium;* Elius hoc loco, quaſi ex dicto ejus arreptâ occaſione, Noli putare, inquit, juſtum judi-

ΤΟῦ Ἰὼβ πρότερον εἰρηκότος, κεκράξομαι, καὶ οὐδαμοῦ κρίμα· νῦν ὁ Ἐλιοὺς, ὡς τῆς λέξεως ἐπιλαμβανόμενος, φησὶ, μὴ οἴου τὸν δίκαιον κριτὴν εἶναι κηδεμόνα,

μόνα, τῶν ἡμετέρων ὑπερορᾶν· πάντα γὰρ ἐφορᾷ, καὶ πάντων ἀκούει, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ προσνέμει κατὰ τὴν οἰκείαν δικαιοκρισίαν.

Διὸ φοβηθήσονται αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι, φοβηθήσονται δὲ αὐτὸν καὶ οἱ σοφοὶ καρδίᾳ.

Ἐπειδὴ, φησὶ, καὶ μέγας, καὶ σοφὸς, καὶ δυνατὸς, διὰ ταῦτα πάντα καὶ ὁ πολὺς καὶ ἀγελαῖος ἄνθρωπος δεδιέναι αὐτὸν ὀφείλει· καὶ ὁ σοφὸς δὲ μᾶλλον, ὅσῳ καὶ πλείονος ἀξιοῦται τῆς γνώσεως.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Εἰκοστοῦ ἕκτου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πλοῦτος καὶ πενία, ὑγεία καὶ νόσος, τιμὴ καὶ ἀτιμία, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τῶν ἀνθρώπων ὅλος ὁ βίος, πειρατήριόν ἐστιν· ὡς αὐτὸς ἡμᾶς ὁ μέγας Ἰὼβ ἐπαίδευσε, διὰ πάντων τῶν ἀγωνισμάτων ἐγγεγυμνασμένος, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ τῶν ἀριστερῶν. καὶ πλούσιος μὲν ὤν, κοινὸς ὑπῆρχε τῶν δεομένων θησαυρός· ἔνδοξος δὲ, καὶ δύναμιν περιβεβλημένος, τῶν ἀδυνάτων ἐπίκουρος· οὐχ ὁ πλοῦτος αὐτὸν εἰς ὑπεροψίαν ἐκίνησεν, οὐχ ἡ περιφάνεια τὴν ἀλαζονείαν ἔτικτεν. οὕτως ἀνδρείως τὰ πρῶτα ἀνύσας σκάμματα, ἐπὶ τοὺς δευτέρους καὶ χαλεπωτέρους ἀγῶνας ἐπαπεδύσατο συγχωρήσει Θεοῦ, πρὸς ὅλην ἀθρόως τοῦ διαβόλου τὴν κακουργίαν γενικῶς ἀντιταξάμενος· καὶ ὁ βασιλεὺς, ὁ πολύπαις, καὶ ἔνδοξος, καὶ τῷ πλούτῳ πανταχόθεν περιρρεόμενος, ἐπὶ τῆς κοπρίας περιέρριπτο, πένης, ἄδοξος, καταγελώμενος, ἑλκούμενος, ἰχῶρας ῥέων, πάντας ὑπερβάλλων τῇ ταλαιπωρίᾳ, τούς τε πρότερον γεγενημένους, καὶ ὅσους ὕστερον εἶδεν ὁ βίος ἐν συμφοραῖς ἐξεταζομένους· προσθήκη δὲ αὐτῷ γέγονε

cem, & rerum omnium curatorem, noſtra negligere: omnia enim intuetur, auditque omnia, ac ſecundùm juſtum ſuum judicium unicuique pro merito tribuit.

Propterea timebunt eum homines, timebunt quoque eum & ſapientes corde.

Cum igitur magnus, ſapiens, & potens ſit Deus, propter hæc omnia, homo rudis & è plebe, formidare eum debet; immo & ſapiens magis, quantò majore prudentiâ dignus eſt habitus.

PROTHEORIA CAPITIS Viceſimi-ſexti.

OLYMPIODORI. Divitiæ & paupertas, ſanitas & morbus, honor & ignominia, & (ut verbo dicam) univerſa hominis vita, tentatio eſt; ut ipſe magnus Jobus, armis juſtitiæ à dextris & à ſiniſtris Cor. 2. 6. 7. munitus, & in omni certaminis genere probè exercitatus, nos inſtituit. Divitiis enim abundans, publicus indigentium theſaurus exſtitit; honore autem & poteſtate pollens, impotentibus auxilium & ſuppetias tulit: non illum divitiæ ad contemptum & faſtidium aliorum impulerunt, neque ampla dignitas ſuperbiam peperit. Sic enim ſimul contra omnem in genere vafram diaboli aſtutiam dimicans, prioribus certaminibus viriliter defunctus, ad alia, & magis ardua, Dei permiſſu ſe accinxit. Qui Rex erat, & numeroſæ prolis pater, qui honore & divitiis undique affluebat; pauper, inglorius, ludibrio habitus, ulceroſus, tabe diffluens, omnéſque homines, & ante ſe natos, & quotquot cum calamitatibus conflictantes poſtera vidit ætas, miſeriâ longè exſuperans, in ſterquilinio abjectus jacuit: quinetiam amicorum colloquium, pro verbis

bis conſolatoriis ægritudinem ac dolorem adaugens, malorum additamentum ei factum eſt. Poſtquam autem magnus athleta omne certaminis genus ritè exantlâſſet, tunc demum divinam vocem, quæ præclara ejus certamina prædicaverat, (Idcirco, inquit, cum fera beſtia luctari te paſſus ſum, ut juſtus appareres) ipſum autem pro patientiæ & ſolatii ſimulachro univerſo hominum generi poſuerat, audire meruit. Si enim ex divite quiſpiam pauper evaſerit, Jobum conſolatorem habet; ſi ex illuſtri obſcurus devenerit, in illum oculos conjiciens, moleſtias ſuas levat; ſi verò numeroſâ ſimul & præclarâ ſobole ſtipatus, ad orbitatem redactus fuerit, dicere il-
Cap. 1. 21. lud docetur, *Dominus dedit, Dominus abſtulit*; ſi conjux ad iram ſtimulaverit, objurgabitur. Contra omnigenam igitur animi ægritudinem, Jobi hiſtoria ſolatii pharmacum eſt; adeo ut qui in calamitatem gravem & immedicabilem inciderit, rei novitate minimè turbetur, etiamſi amici ejus intimi proſtrato inſultent, & jacentem conviciis onerent. Reliquum autem jam eſt, ut divinæ voci aurem præbeamus, breviter conſiderantes, quæ ratio Deum impulerit ut Jobum hujuſmodi verbis alloqueretur. Cùm amici quidem de Deo ejúſque ſapientiâ, potentiâ, & majeſtate optimè ſenſiſſent; homines autem (causâ ac ratione ob quam tentationibus exercerentur, non intellectâ) propter peccata ſolùm adverſa pati affirmâſſent; & ſermones importunos, ac ejuſmodi perſonæ incongruos uſurpâſſent; ipſe vir juſtus, Dei ſapientiam optimè ac perfectiſſimè deprædicavit: cúmque nullius ſceleris, quod tantas plagas mereretur, ſibi conſcius eſſet, amicis, peccatorum pœnas cum luere affirmantibus, minimè aſſentiebatur: nihilominus nec ipſi certaminis ſui cauſa explorata erat. Unde Elius in medium prodiens, Juſtum quidem non condemnat, neque propter peccata malis eum afflictum fuiſſe aſſeverat; atque in hoc amicos ſuperâſſe videtur: cùm autem mentem

τῶν κακῶν, καὶ ἡ τῶν φίλων διάλεξις, αὐτὴ λόγων παρακλητικῶν, ἀθυμίας αὐτοῦ καὶ ὀδύνης ἀπεργαζομένη ἐπίτασιν. ἐπεὶ δὲ ὁ μέγας ἀθλητὴς ἅπαντα νομίμως διεξῆλθε τὰ παλαίσματα, τότε δὴ τῆς θείας ἠξιοῦτο φωνῆς, ἀναγορευούσης μὲν αὐτοῦ τοὺς καλοὺς ἀγῶνας· ἐπὶ τούτῳ γὰρ, φησὶ, συνεχώρησά σε τῷ θηρίῳ πυκτεύειν, ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος· ἀνδριάντα δὲ αὐτὸν ὑπομονῆς καὶ παρακλήσεως τῇ πάσῃ τῶν ἀνθρώπων ἀνιστώσης φύσει. Εἴτε γάρ τις ἐκ πλουσίου γένηται πένης, τὸν Ἰὼβ ἔχει παράκλησιν· εἴτε ἀφανὴς ἐκ * περιφανείας, πρὸς αὐτὸν βλέπων ἐπικουφίζει τὰ λυπηρά· εἰ δὲ καὶ ἄπαις ἐκ πολυπαίδος ὁμοῦ καὶ καλλιπαίδος, διδάσκεται λέγειν, ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· κἂν γυνὴ ἐρεθίζοι, ἐπιτιμηθήσεται. ἔστιν οὖν παρακλήσεως φάρμακον πρὸς παντοδαπὴν ἀθυμίαν ἡ κατὰ τὸν Ἰὼβ ὑπόθεσις· καὶ οὐ ξενίζεταί τις ἀνηκέστῳ περιπίπτων συμφορᾷ, οὐδ᾽ ἂν οἱ ἄκρως αὐτῷ πρὸς φιλίαν συνηρμοσμένοι ἐπεμβαίνωσι κειμένῳ καὶ ὀνειδίζωσιν. ἀλλ᾽ ἤδη λοιπὸν τῆς θείας φωνῆς ἐπακούσωμεν, διὰ βραχέων ἐπισκεψάμενοι, δι᾽ ἣν αἰτίαν τούτοις ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἰὼβ κέχρηται ῥήμασι. τῶν φίλων τοιγαροῦν ἄριστα μὲν τὰ περὶ Θεοῦ δοξαζόντων, καὶ τῆς αὐτοῦ σοφίας, καὶ δυνάμεως, καὶ μεγαλοπρεπείας, ἀποφαινομένων δὲ ὡς πάντως δι᾽ ἁμαρτίας πάσχουσιν ἄνθρωποι, καὶ ἀγνοούντων τὸν τρόπον τῆς γυμναστικῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῆς, οὐκ ἐν καιρῷ δὲ, οὐδὲ ἐπὶ τοιούτου προσώπου τοῖς λόγοις χρωμένων· ὁ δίκαιος ἄριστα μὲν καὶ αὐτὸς καὶ τελεώτατα περὶ Θεοῦ σοφίας ἐξαγγέλλει· οὐδὲν δὲ ἑαυτῷ συνειδὼς τῶν τοσούτων πληγῶν ἄξιον, οὐ συνετίθετο τοῖς φίλοις λέγουσιν, ὅτι δι᾽ ἁμαρτίας κολάζεται· πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἠγνόει τοῦ καθ᾽ ἑαυτὸν ἀγῶνος τὴν ὑπόθεσιν. ὅθεν ὁ Ἐλιοὺς εἰς μέσον προελθὼν, οὐ καταδικάζει μὲν τὸν δίκαιον, οὐδὲ ἀποφαίνεται δι᾽ ἁμαρτίας αὐτῷ τὰς κακώσεις ἐπενηνέχθαι· καὶ κατὰ τοῦτο καλλίων τῶν φίλων φαίνεται· μὴ νοήσας δὲ τοῦ Ἰὼβ τὴν ἔννοιαν,

* ἴσ. ἐκφανής.

ἐξ

ἐξ ἧς τοὺς δοκοῦντας εἶναι κατὰ Θεοῦ κατηγορικοὺς προέφερε λόγους, αἰτιᾶται τὸν Ἰὼβ ὡς ἀσύνετα λαλοῦντα· καλῶς δὲ καὶ ὁ Ἐλιοὺς καὶ θαυμασίως τὰ περὶ Θεοῦ σοφίας καὶ δυνάμεως ἀπήγγειλε. πάντων οὖν ὀρθοδοξαστικῶς τὴν θείαν ἀποθαυμαζόντων πρόνοιαν, ἀγνοούντων δὲ τὴν κατὰ τὸν Ἰὼβ ὑπόθεσιν, καὶ ὅτι γυμνάσιον ἀρετῆς ἦν ἡ πληγὴ, καὶ οὐχ ἁμαρτημάτων ἀντίδοσις· τῶν εἰρημένων πάντων ὁ Κύριος ποιούμενος τὴν ἐπίκρισιν, τὰ μὲν περὶ τῆς θείας προνοίας καλῶς λεχθέντα ἀποδέχεται· διὸ καὶ αὐτὸς περὶ τούτων ἐπεξέρχεται πλατύτερον, πρὸς μὲν τὸν Ἰὼβ ἡμέρως διαλεγόμενος, διδάσκων δὲ ἡμᾶς ὡς ἀκατάληπτα τὰ κρίματα αὐτοῦ. τοῖς δὲ φίλοις ἐπιτιμᾷ, ὡς ἀποφηναμένοις περὶ ὧν οὐκ ᾔδεσαν· τὸν δὲ Ἐλιοὺ οὔτε ἐπαινεῖ, οὐ γὰρ ᾔδει τοῦ Ἰὼβ τὴν διάνοιαν ἐξ ἧς τοὺς λόγους προέφερεν, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ ἀγῶνος τὴν ὑπόθεσιν· οὔτε ψέγει, ἐπεὶ μὴ κατεδίκασε τὸν ἅγιον· τὸν δὲ δίκαιον στεφανοῖ, καὶ ἀναγορεύει, καὶ ἀνακαλύπτει τοῖς λόγοις, καὶ τὸ ἀπόῤῥητον ἀναπτύσσει, καὶ δημοσιεύει τοῦ πειρασμοῦ τὴν αἰτίαν· οὐ γὰρ ὡς ἄδικος πέπονθε, φησὶν, ὁ δίκαιος, ἀλλ' ἵνα δίκαιος ἀναφανῇ. * ἐπαλείφων δὲ αὐτὸν τοῖς λόγοις καὶ ἀναῤῥωννὺς, διδάσκει καὶ τὸ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, καὶ δημοσιεύει διὰ λόγων ἐπικεκαλυμμένων τοῦ κοινοῦ τῆς ἀνθρωπότητος ἐχθροῦ, ὃν καὶ κῆτος καλεῖ, τήν τε ἰσχὺν καὶ ἰταμότητα. μετὰ δὲ τοὺς πολλοὺς ἀγῶνας, καὶ τὴν ἐκ τῆς θείας φωνῆς παράκλησιν, ὑγεία μὲν εὐθὺς συνέτρεχε, καὶ ἀθρόως ἦν ἐν τοῖς συνήθεσιν, ὁ τοὺς ἰχῶρας ἀναβλύζων καὶ τοὺς σκώληκας ἐξομβρῶν· συνέτρεχον δὲ πανταχόθεν οἱ γνώριμοι, καὶ ξενίοις ἐδεξιοῦντο· καὶ τὰ μὲν τῆς περιουσίας διπλᾶ ἠκολούθει πάντα, οἱ δὲ παῖδες ἰσάριθμοι, οὐ γὰρ εἰς ἀνυπαρξίαν ἐχώρησαν οἱ τοῦ σώματος ἐκδεδημηκότες. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἰὼβ φιλοθέῳ μὲν διανοίᾳ, σκοτεινοτέρᾳ δὲ τῇ ἐπαγγελίᾳ τῶν λόγων ἐχρήσατο, καὶ δῆλος μέν ἐστιν ἄριστα τὰ

* γρ. ἀπαλείφων.

Jobi, ex qua verba contra Deum accuſatoria protuliſſe videbatur, non aſſequeretur, tanquam inſipienter eum loquutum vituperat; de Dei autem ſapientia & poteſtate, præclarè & mirificè diſſeruit. Cunctis igitur providentiam divinam ſano & orthodoxo ſenſu admirantibus, cauſam verò & rationem eorum quæ Jobo acciderant ignorantibus, & quòd plaga illi inflicta, non peccatorum retributio, ſed virtutis exercitatio eſſet; Deus quidem de omnibus quæ in medium allata erant judicium ſtatuens, quæ rectè de ejus providentiâ dicta fuerunt, calculo ſuo probat; ipſéque etiam ea de cauſa Jobum blandâ oratione compellans, & de judiciis ſuis incomprehenſibilibus nos inſtituens, fuſiùs ea perſequitur. Amicos autem, quòd de rebus quarum ignari eſſent, ſententiam pronunciâſſent, reprehendit: Elium verò neque laudat, (quo animo enim Jobus verba protuliſſet, neſcius erat, & certaminis cauſam ignorabat) neque vituperat, quoniam virum ſanctum non condemnâſſet: Juſtum autem coronâ inſignit, victorem pronunciat, ſermonibus refocillat, quod latebat explicat, & tentationis cauſam palam proponit; Non enim, inquit, tanquam injuſtus paſſus eſt Juſtus, ſed ut juſtitia ejus appareret. Dum autem verbis eum excitat & corroborat, incarnationis myſterium docet, & communis humani generis hoſtem (quem *cetum* appellat) vires & impudentiam, ſub verborum involucro palam facit. Poſt varia autem certamina exantlata, & divinæ vocis conſolationem, valetudo confeſtim advolavit, & qui ſanie totus diffluebat, ac vermibus ſcatebat, priſtino ſtatui ſubitò reſtitutus eſt; noti & familiares undique confluxerunt, ac muneribus eum exceperunt; omniáque fortunæ bona duplò auctiora ſubſequuta ſunt, liberi verò prioribus numero pares, non enim ad nihilum redacti ſunt qui è corpore emigrârant. Quoniam verò Jobus mente quidem amorem Dei ſpirante, obſcuriori autem verborum phraſi uſus eſſet, (rectè enim

enim de Deo ſenſiſſe eum manifeſtum eſt, licèt iis quibus mens ejus nequaquam perſpecta erat, verba contemptùs protuliſſe viſus ſit) & quoniam Elio, rectè de Deo opinanti, aſſenſum præbuiſſet, ſilentium verò egiſſet, nec reſponſum dediſſet; Dominus idcirco, tanquam ad tacentem, & animum ſuum occultantem, verba deinceps facere orditur.

περὶ Θεοῦ δοξάζων, ἀσαφὴς δὲ ἐν οἷς ἔδοξε τοῖς οὐκ εἰδόσιν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, ὀλιγωρίας φθέγγεσθαι ῥήματα· καὶ ἐπειδήπερ συνετίθετο μετὰ τοῖς τοῦ Ελιοῦς καλῶς δοξάζοντος τὰ περὶ Θεοῦ, ἐσιώπα δὲ, καὶ οὐκ ἀπεκρίνετο· ἐντεῦθεν ὁ Κύριος τὴν πρὸς αὐτὸν ἄρχεται λόγον, οἷα σιωπῶντος, καὶ τὴν οἰκείαν βουλὴν ἐπικρύπτοντος.

CAP. 38. *ET poſtquam quievit Elius loqui, dixit Dominus ad Job per turbinem & nubes.*

ΜΕΤΑ δὲ τὸ παύσασθαι Ελιοὺ τῆς λέξεως, εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Ιὼβ διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν.

DEi autem operatione vox divina per aërem ad aures noſtras perfertur; Deus enim more humano vocem non emittit, ſed ſimulac vult, ſermo in actum producitur, & divinæ voces à nobis audiuntur. Per turbinem etiam & nubes loquitur, (turbo autem eſt; ventorum in ſe contortus vortex) circumſtantes, ut arbitror, per turbinem ſtupore & metu percellens, per nubem verò cum Juſto, prout cum Moyſe
Pſal.98.7. & Aarone, ſermones ferens; *In columna enim nubis loquebatur ad eos*, ut inquit Pſalmiſta.

ΕΡχεται δὲ διὰ τοῦ ἀέρος ἡ θεία φωνὴ πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀκρόασιν κατὰ θείαν δημιουργίαν· οὐ γὰρ δὴ Θεὸς ἀνθρωπίνως φθέγγεται, ἀλλ' ὁμοῦ τι θέλει, καὶ ὁ λόγος εἰς ἔργον χωρεῖ, καὶ θείων ἡμεῖς ῥημάτων ἀκούομεν. φθέγγεται δὲ διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν, λαῖλαψ δέ ἐστιν ἡ τῶν ἀνέμων συστροφή· διὰ μὲν τῆς λαίλαπος, οἶμαι, καταπλήττων τοὺς παρεστηκότας, καὶ εἰς φόβον ἐνάγων· διὰ δὲ τῆς νεφέλης πρὸς τὸν δίκαιον διαλεγόμενος, ὥσπερ καὶ Μωσεῖ καὶ Ἀαρών· ἐν στύλῳ γὰρ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτοὺς, φησὶν ὁ μελῳδός.

CHRYSOST. Cùm nubes cœli ſymbolum ſit, ut Jobi mentem erigeret, ac vocem illam, quemadmodum in arcæ propitiatorio, deſuper demiſſam perſuaderet, cœlum ipſum quodammodo, thronum ſuum, coram Jobo ſiſtere volens, propiùs illi admovit: quod in monte etiam mihi factum fuiſſe videtur, cùm nubes immineret, ut vocem ex alto demiſſam intelligerent.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἐπεὶ σύμβολον οὐρανοῦ νέφος, ὡσανεὶ αὐτὸν ἐπιστῆσαι βουλόμενος τὸν οὐρανὸν τῷ Ἰὼβ, οἱονεὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ἤγαγε πλησίον αὐτοῦ, ὥστε διαναστῆναι αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ πεῖσαι ὅτι ἄνωθεν αὕτη φέρεται ἡ φωνὴ, καθὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἱλαστηρίου τῆς κιβωτοῦ· τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ ὄρους γενέσθαι, ὅτε νεφέλη ἐπέστη, ἵνα μάθωσιν ὅτι ἄνωθεν ἡ φωνή.

METHODII. Nota, Dominum non ſtatim ab initio homines alloqui ſolere; ſed poſtquam anima pluribus præparata & exercitata fuerit, & in altitudinem, quantam humana natura poteſt, contemplatione aſcenderit, tum demum loqui, & ſermones ſuos iis revelare, qui ad faſtigium illud altitudinis evecti ſunt. Cùm autem turbo tempeſtatem generet, Jobus verò in afflictionum

ΜΕΘΟΔΙΟΥ. Ἐπισημείωσαι, ὅτι Κύριος ἀρχῆθεν ἀνθρώποις οὐ λαλεῖ· ἀλλ' ἐπειδὰν παρασκευάσηται ψυχὴ διὰ πλειόνων καὶ ἐγγυμνάσηται, καὶ ἀναβῇ εἰς ὕψος, καθ' ὅσον δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, τότε λαλεῖ, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἀποκαλύπτει εἰς τοσοῦτον ἀναβεβηκόσιν. ἐπειδὴ δὲ ἡ λαῖλαψ χειμῶνός ἐστι ποιητικὴ, ἐν δὲ χειμῶνι περιστάσεων ὁ Ἰὼβ

περὶ

περὶ τὴν πίστιν οὐκ ἐναυάγησεν, ἀλλὰ καὶ διέλαμψε· διὰ τοῦτο ὁ χρηματίζων αὐτῷ, πρὸς σύμβολον τοῦ καταλαβόντος αὐτὸν χειμῶνος, διὰ λαίλαπος χρηματίζει· διὰ δὲ τὸ μεταβαλεῖν αὐτοῦ τὰ πράγματα ἀπὸ χειμῶνος εἰς εὐδίαν, οὐ μόνον διὰ λαίλαπος, ἀλλὰ καὶ διὰ νεφῶν λαλεῖ.

tempeſtate fidei naufragium non fecerit, ſed conſtantia ejus potiùs enituerit; idcirco qui reſponſum ei dedit, ad ſignificandum calamitatum tempeſtatem quæ eum corripuerat, per turbinem reſponſum dat: quia verò procelloſum rerum ejus ſtatum in ſerenam tranquillitatem mutaverit, non tantùm per turbinem, ſed per nubes etiam loquitur.

Τίς ἐστιν οὗτος ὁ κρύπτων με βουλήν; [Σύμμαχος, σκοτεινὸς γνώμῃ;] συνέχων δὲ ῥήματα ἐν καρδίᾳ, ἐμὲ δὲ οἴεται κρύπτειν;

Quis eſt hic qui celat me conſiliũ? [Symmachus, *Sententiâ & mente tenebricoſus?*] *continens autem ſermones in corde, & me putat celare?*

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ὅρα τί ποιεῖ· ἐμοὶ δοκεῖ, ἀπὸ τῶν ῥημάτων τούτων στοχαζομένῳ, ἕτερόν τι αὐτὸν τὴν διάνοιαν εἰσιέναι. ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ ἦν ἃ κατὰ διάνοιαν εἶχεν ὁ Ἰὼβ, καὶ εἰς μέσον ἐξενεγκεῖν οὐκ ἐτόλμα, ἀπὸ * τούτου πρώτου διανίστησιν αὐτὸν, καὶ δείκνυσιν ὅτι προνοεῖ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ πάντα οἶδε σαφῶς· ὥστε ἀπὸ τῶν προτέρων ἐκείνων ἄρχεται, τῶν μᾶλλον ἀσυγγνώστων. εἰ γὰρ ἃ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, οὕτω φορτικὰ καὶ ἐπαχθῆ, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖνα. διὰ τοῦτο προτέροις αὐτοῖς ἐπιτίθησι τὸ φάρμακον, τίς ἐστι, φησί; εὐθὺς ἐκ προοιμίου δείκνυσι τὸ μέσον τοῦ Θεοῦ, οἷον, τίς ὁ κρύπτειν ἀπ' ἐμοῦ ἐπιχειρῶν, εἰπέ μοι, τοῦ τὰ ἀπόρρητα μετ' ἀκριβείας εἰδότος; μὴ γὰρ, ἐπειδὴ οὐκ εἶπες αὐτὰ, οὐχὶ ῥήματά ἐστιν; ἐτέχθη, καὶ γέγονε λόγος· ὥστε μάτην κρύπτειν βούλει ἃ λαθεῖν οὐκ ἔστιν. ὁρᾷς πῶς ἡμέρως, πῶς διορθωτικῶς, καὶ ἐλεγκτικῶς διαλέγεται.

*ἴσ. τῷ πρώτῳ

CHRYSOST. Quid agat, conſidera. Mihi certè, ex verbis iſtis conjecturam facienti, aliud quidpiam animum Jobi ſubiiſſe videtur. Cùm enim multa eſſent quæ mente ſecum volveret, nec in medium proferre auderet, ſtatim in limine excitat eum Deus, & rerum humanarum providam curam ſe agere, omniáq; evidenter ſcire oſtendit: quare à prioribus illis, quæ veniam minùs merebantur, ſermonis initium ducit; nam ſi gravia adeo & moleſta erant quæ eloqui eſt auſus, multò magis illa quæ ſuppreſſerat; quare prioribus illis medicinam adhibet, *Quis hic eſt*, inquit? Statim in ſermonis exordio intervallum inter Deum & hominem ob oculos ponit; ac ſi diceret, Dic amabò, quiſnam ſis qui me, cui arcana & abdita accuratâ cognitione perſpecta ſunt, celare contendis? Num enim continuò verba non ſunt, quia ea non protuleris? ſimulac mens aliquid peperit, ſermo eſt: quare fruſtra occultare ea ſtudes, quæ latere nequeunt. Vides quàm blando, & ad corrigendum ac reprehendendum idoneo ſermone utatur.

ΟΛΥΜΠ. Οὐδείς, φησίν, ἀποκρύψαι με δύναται· ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς καρδίας οἶδα κινήματα, κἂν διὰ λόγων μὴ ἐξαγγέλωνται.

OLYMPIOD. Nemo, inquit, celare me poteſt; verùm cordis etiam interni motus, licèt vocibus non enuncientur, noti mihi ſunt.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Ἴσως δὲ ἐπειδὴ πρὸς τὰ παρὰ τοῦ Ἐλιοῦς ἐσιώπησεν ὁ Ἰὼβ, ἠγνοεῖτο δὲ δι' ἣν αἰτίαν σιωπᾷ,

JULIANI. Fortaſſe verò, cùm ea quæ ab Elio allata erant Jobus ſilentio excepiſſet, nec ſilentii ejus cauſa cognita eſſet, utrum, ſcilicet,

ſcilicet, à contemptu profectum fuiſſet, an quia quod reſponderet non habuiſſet; Deus apparitione ſuâ hunc quidem alloquio ſuo dignatur, illi verò dubitandi anſam aufert, quòd,nimirum,in verbis ejus rationi conſentaneis acquieviſſet, non autem per contemptum ſilentium egiſſet.

πότερον ὡς ὑπερφρονῶν, ἢ ὡς οὐκ ἔχων ὅ,τι εἴπῃ· ἐπιφανεὶς ὁ Θεός, τὸν μὲν ἀξιοῖ τῆς ἰδίας ὁμιλίας, τοῦ δὲ τὴν ἀμφιβολίαν λύει, ὡς οὐχ ὑπεροπτικῶς ἐσιώπα, ἀλλὰ τοῖς εὐλόγοις τῶν ῥημάτων * ἀρεσθείς. *χαίρεθείς

Accingere tanquam vir lumbum tuum: interrogabo autem te, tu autem reſponde mihi.

Ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου· ἐρωτήσω δέ σε, σὺ δέ μοι ἀποκρίθητι,

CHRYSOST. Quoniam Jobus mœrore confectus, animo concidiſſet, ut iis quæ dicenda erant advertere poſſet, verbis eum erigit; ac ſermone interrogatorio utitur, quod genus loquendi redarguendi vim eximiam habet; & prudenter ac ſapienter univerſa ab eo condita fuiſſe oſtendit; & quòd hominem, propter quem omnia fabricatus eſſet, caſibus adverſis oppreſſum negligere, partes ejus non eſſent, qui tanta cum prudentiâ operatus fuiſſet.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἐπειδὴ καταβεβλημένος ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ἦν, διανίστησιν αὐτὸν διὰ τῶν ῥημάτων, ὥστε προσέχειν τοῖς λεγομένοις· καὶ κατ' ἐρώτησιν προάγει τὸν λόγον, ὅπερ ἐστὶν ἐλεγκτικώτατον μάλιστα· καὶ δείκνυσιν, ὅτι πάντα σοφίᾳ καὶ συνέσει * ποιεῖ, καὶ οὐκ ἦν τοῦ τοσαῦτα μετὰ σοφίας ἐργαζομένου, ἄνθρωπον, δι' ὃν ἅπαντα ἐτεκτήνατο, περιιδεῖν ὡς ἔτυχε πάσχοντα κακῶς. *ἰσ. ἐποίει

CHRYSOST. Arcana certè myſteria hinc diſcimus; & quod Jobo dictum
Verſ.3. erat, *Accingere tanquam vir lumbum tuum*, non magis illi quàm nobis dictum eſt; hanc enim ſtudii alacritatem, & animi promptitudinem nos etiam oſtendere oportet.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἀπόρρητα μανθάνομεν μυστήρια ὄντως· καὶ τὸ πρὸς τὸν Ἰὼβ εἰρημένον, οὐ πρὸς ἐκεῖνον εἴρηται μᾶλλον ἢ πρὸς ἡμᾶς, ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου· καὶ γὰρ ἡμῖν ταύτης δεῖ τῆς προθυμίας καὶ τῆς διαναστάσεως.

OLYMP. Corroborans itaque & confirmans eum, ait, *Accingere*, id eſt, Viriliter age, animi mœrorem abjice: quandoquidem colloquio meo frui deſiderabas, ecce nunc te alloquor, ecce deſiderium tuum expleo; tu autem, prout virum ſtrenuum decet, reſponde

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἐπιῤῥωννὺς τοιγαροῦν αὐτόν, φησί, ζῶσαι, τουτέστιν, ἀνδρίσαι, ἀπόῤῥιψον τὴν ἀθυμίαν· ἐπειδὴ γὰρ ἐπεθύμεις εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν ἐμήν, ἰδού, σοὶ διαλέγομαι, ἰδοὺ πληρῶ σου τὴν αἴτησιν· σὺ δὲ δὸς ἀπόκρισιν ἀνδρικήν.

Ubi eras cùm fundarem terram?

Ποῦ ἦς ἐν τῷ θεμελιοῦν με τὴν γῆν;

CHRYSOST. Quid ais, inquit? Egóne qui terram tuâ cauſâ tantâ ſolertiâ ſtabilivi, te, propter quem illam creavi, neglecturus ſum? Ac propterea prudentiam qua hominem plaſmavit, & opificium quo uſus eſt dum eum fabricaret, tacet, ar-

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τί λέγεις, φησί; γῆν μὲν μετὰ ἀκριβείας τοσαύτης ἐστήριξα διὰ σέ, σὲ δὲ περιόψομαι δι' ὃν ἐκείνην ἐποίησα; διὰ τοῦτο οὐ λέγει τῆς πλάσεως τὴν σοφίαν, καὶ τὴν δημιουργίαν τὴν κατὰ τὴν κατασκευήν,

ἀλλ'

ἀλλ' ἐκ περιουσίας ἀπὸ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ δείκνυσιν, ὅτι εἰ ὁ κόσμος ἀπολαύει τοσαύτης προνοίας διὰ σέ, πόσῳ μᾶλλον σύ; οὐκ εἶπε δέ, ὅτι ἐποίησα· ἀλλ', ὅτι ἐθεμελίωσα· ἐπὶ γὰρ αὐτὸ δὴ * στῆναι αὐτὴν, μεγάλης τέχνης ἦν, οὐκ ἐχούσης θεμέλιον, οὔτε κρηπῖδα, οὔτε ὑποβάθραν, σώματος ὄγκον τοσοῦτον ἐναρμόσαι, καὶ πῆξαι βεβαίως οὕτως, ὡς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ μὴ παρασαλευθῆναι.

* ἴσ. ἄνευ.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἐνταῦθα μανθάνομεν, ὡς θεμέλια γῆς ἄγνωστα ἀνθρωπίνῃ φύσει· κατὰ δὲ τὴν τῶν ἔξωθεν ὑπόληψιν, ἐθεμελίωσε τὴν γῆν ὁ Κύριος ἐν τῷ κέντρῳ τῆς περιεχούσης τὸν κόσμον σφαίρας, ὡς διὰ τὴν ἰσοῤῥοπίαν αὐτῆς, ἴσον αὐτῆς πανταχόθεν ἀπεχούσης τοῦ οὐρανοῦ, βεβηκέναι ἀσφαλῶς, καὶ ἐρηρεῖσθαι ἀκλινῶς, καὶ ἐστηρίχθαι βεβαίως.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ἰστέον δὲ, ὡς νῦν πρῶτον ἐκ θείας φωνῆς ὁ περὶ τῆς δημιουργίας τῆς κτίσεως εἰσάγεται λόγος, καὶ ὅτι ποιητὴς τῶν ὅλων ἐστὶν ὁ Θεός, καὶ ὅτι ἀνέφικτα τὰ βάθη τῆς αὐτοῦ σοφίας, καὶ ὅτι οὐ μόνον τὴν τοῦ καθ' αὑτὸν ἀγῶνος ὑπόθεσιν ἀγνοεῖ ὁ Ἰώβ, ἀλλ' ἔστι καὶ ἄλλα μυρία ὧν οἱ λόγοι ἀπόῤῥητοι· διό φησιν.

gumentoque à terra & cœlo petito, abundè illud demonſtrat; Si mundus tuâ causâ tantam providentiam experitur, quantò magis tibi ipſi providentia invigilat? Non autem dixit, *Cùm crearem*; ſed, *Cùm fundarem*: terram enim, nullo fundamento, baſi, aut fulturâ nixam, ſtatuere, ac tantam corporis molem aptè adeo concinnare, firmitérque ſtabilire, ut tam longo temporis ſpatio ſedibus ſuis inconcuſſa maneat, rari & eximii artificii opus erat.

BASILII. Ex hoc loco diſcimus, terræ fundamenta humanæ naturæ incognita eſſe: juxta autem Ethnicorum Philoſophorum opinionem, in centro ſphæræ quæ mundum ambit, Dominus terram fundavit, ut in æquali diſtantiâ ex omni parte propter æquilibrium ſuum conſtituta, firmiter ſtet, immota fulciatur, ac ſolidè ſtabiliatur.

OLYMP. Sciendum autem eſt, quòd nunc primùm divina vox, de creationis opificio verba faciens, introducatur, quòd Deus rerum omnium conditor exiſtat, quòd ſapientiæ ejus altitudo incomprehenſibilis ſit, & quòd Jobus non ſolùm certaminis ſui cauſam ignoraverit, ſed quòd infinita alia ſint, quorum rationes & cauſæ in abdito latent: idcirco ait.

Ἀπάγγειλον δέ μοι, εἰ ἐπίστῃ σύνεσιν.

Indica autem mihi, ſi nôſti ſcientiam.

Τουτέστιν, εἰ ἔχεις σύνεσιν τῆς ποιήσεως τῶν κτισμάτων, ἀπόκριθητί μοι.

ID eſt, Si rationem opificii rerum creatarum intelligis, reſponde mihi.

Τίς ἔθετο τὰ μέτρα αὐτῆς, εἰ οἶδας; ἢ τίς ὁ ἐπαγαγὼν σπαρτίον ἐπ' αὐτῆς;

Quis poſuit menſuras ejus, ſi nôſti? aut quis eſt qui induxit ſuper eam funiculum?

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν, κανόνα, ὁ δὲ σχοινίον μέτρου, ἐξέδωκεν. ἐξ ὁμοιώματος δὲ τῶν παρ' ἡμῖν οἰκοδόμων, μέτρα ἔφη, καὶ σπαρτίον, ἐπ' ἰσότητι τῶν οἰκοδομημάτων ἀποτεινόμενον, καὶ λίθον γωνι-

EJUSDEM. Aquila autem & Symmachus, hic quidem, *Canonem*, ille verò, *Funiculum menſuræ*, interpretatus eſt. Similitudine autem ductâ à domorum noſtrarum exſtructoribus, *menſuras*, & *funiculum*, propter ædificii æquabilitatem extenſum,

ſum, &, *lapidem angularem*, dixit, qui utrumque parietem in unum copulat. Dic mihi, inquit, ſi terræ menſuras nôſti, quo fulcro ipſa nitatur, quo vehiculo grave hoc & ingens elementum feratur?

γωνιαῖον, ἑκατέρους τοὺς τοίχους συνδέοντα. Εἰπέ, φησὶν, εἰ οἶσθα τῆς γῆς τὰ μέτρα, τίς αὐτῇ ὑποβάθρα; ἐπὶ τίνος ὀχεῖται τὸ βαρὺ τοῦτο καὶ μέγα στοιχεῖον;

CHRYSOST. Non igitur temere & fortuitò tantæ molis facta eſt terra; verùm meo judicio, ſi vel tantillum ei adderetur, nimia & immodica eſſe; ac pari ratione, ſi detraheretur, tota lædi & corrumpi videretur: & hoc eſt quod *menſuræ* & *funiculus* innuunt.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἄρα οὐχ ἁπλῶς τοσαύτη γεγένηται ἡ γῆ, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν· ἀλλ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ, εἰ καὶ τὸ τυχὸν προσετέθη, ἄχρηστον ἦν, καὶ εἰ τόσον ἀφῃρέθη ὁμοίως τῷ λόγῳ, πᾶσαν αὐτὴν λυμήνασθαι· καὶ τοῦτο αἰνίττεται τὰ μέτρα καὶ τὸ σπαρτίον.

Super quo circuli ejus fixi ſunt?

Ἐπὶ τίνος οἱ κρίκοι αὐτῆς πεπήγασι;

OLYMP. Alii verò, *Baſes*, &, *Poli*, reddiderunt: libramenta autem *circulos* appellat. Primùm quidem, cùm penſilis ſit, inquit, quinam annuli illam, terram ſcilicet, ſuſtentant? non quòd reverà ejuſmodi ſint, ſed quòd firmiter & ſolidè ſtabiliatur, ac ſi annulis ſuppoſitis geſtaretur & fixa eſſet: quoniam autem annulus corpus in ſublime elevat, & quod ſublime eſt, ſtabile non eſt, ideo inquit, *Fixi ſunt.*

ΟΛΥΜΠ. Οἱ δὲ ἄλλοι, αἱ βάσεις, οἱ καταπῆγες· κρίκους λέγει τοὺς ἀναβασταχτῆρας. πρῶτον μὲν ἐκκρεμὴς ἐστι, φησί· ποῖοι κρίκοι αὐτὴν φέρουσι, τὴν γῆν, δηλονότι; οὐχ ὡς τούτων ὄντων, ἀλλ᾽ ὡς ἀσφαλῶς οὕτω βεβηκυίας αὐτῆς, ὥσπερ αἱ ἐπὶ κρίκοι ἦσαν ἄνωθεν βαστάζοντες καὶ πεπηγότες. ἐπειδὴ γὰρ ὁ κρίκος μετέωρον φέρει τὸ σῶμα, τὸ δὲ μετέωρον οὐχ ἕστηκε, διὰ τοῦτό φησι, πεπήγασιν.

Quis eſt autem qui miſit lapidem angularem ſuper eam?

Τίς δέ ἐστιν ὁ βαλὼν λίθον γωνιαῖον ἐπ᾽ αὐτῆς;

QUoniam, prout in ædium ſtructura fit, firmo fundamento innixa, voluntate divinâ ſtabiliter conſiſtat; *In manu* Pſal. 94. 4. *enim ejus fines terræ*. Poteſt etiam angularis lapis de unigenito Dei filio intelligi, qui duos populos ſibi copulavit, quemadmodum nimirum lapis angularis parietem utrumque conjungit.

ΟΤι οὕτως ἕστηκεν ἑδραία, ὥσπερ ἐπ᾽ οἰκοδομῆς, ἐπ᾽ ἀσφαλείᾳ βεβηκυῖα θεμελιώσεως τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ· ἐν γὰρ τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. δύναται δὲ ὁ γωνιαῖος λίθος καὶ εἰς τὸν μονογενῆ νοεῖσθαι, τοὺς δύο λαοὺς ἑαυτῷ συνάψαντα, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ γωνιαῖος λίθος ἀμφοτέρους συνδεῖ τοὺς τοίχους.

Quando facta ſunt ſydera, laudaverunt me voce magnâ omnes Angeli mei.

Ὅτε ἐγενήθησαν ἄστρα, ᾔνεσάν με φωνῇ μεγάλῃ πάντες ἄγγελοί μου.

OLYMP. Alii verò, *Simul filii Dei.* Angelos in creatione mundi primò conditos fuiſſe, ex hôc loco manifeſtum eſt.

ΟΛΥΜΠ. Οἱ δὲ ἄλλοι, ἅμα υἱοὶ Θεοῦ. ἀπὸ τούτου δῆλον, ὅτι πρῶτοι οἱ ἄγγελοι τοῦ κόσμου γεγόνασι.

καὶ φωνῇ, φησί, μεγάλῃ ᾔνεσάν με, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἐξεπλάγησάν με, ὁρῶντες τὸ πλῆθος, τὸ κάλλος, τὴν θέσιν, τὴν χρείαν, τὴν ποικιλίαν, τὴν φαιδρότητα, τὴν λαμπηδόνα, τὴν ἁρμονίαν, τὰ ἄλλα πάντα, ἅπερ ἀκριβέστερον ἡμῶν συνορῶσιν ἐκεῖνοι.

Voce, inquit, *magnâ laudârunt*, id eſt, Rerum creatarum multitudinem, pulchritudinem, ſitum, uſum, varietatem, ornatum, ſplendorem, concentum, & reliqua omnia videntes, quæ nobis multò accuratiùs intelligunt, ipſo aſpectu attoniti obſtupuerunt.

Ἔφραξα δὲ θάλασσαν πύλαις, [ἀντὶ τοῦ, ὅροις τισὶ περιέκλεισα τῷ προστάγματι.] ὅτε ἐμαίμασσεν, ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτῆς ἐκπορευομένη.

Concluſi autem portis mare; [Id eſt, Certis finibus imperio meo circumſcripſi.] *cùm fremeret, ex utero matris ſuæ egrediens.*

Τὸ ἐμαίμασσεν, ἀντὶ τοῦ, οἶστρα, ὁρμητικῶς εἶχε, καθάπερ τι βρέφος ἀποκυηθῆναι τῆς ἀβύσσου ἠπείγετο, πᾶσαν ἐπικλύσαι τὴν γῆν προθυμουμένη τοῖς ὕδασιν, εἰ μὴ ταῖς θείαις διεκωλύθη προστάξεσιν, ἃς πύλας ἐκάλεσε. μητέρα δὲ αὐτῆς, τὴν ἄβυσσον λέγει, ἢ καὶ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ὡς αἰτίαν αὐτῇ τῆς ὑπάρξεως γενομένην. τινὰ μέντοι τῶν ἀντιγράφων, ἀντὶ τοῦ, ὅτε ἐμαίμασσεν, ὅτε ἐμαιοῦτο, ἔχει· τουτέστιν, ὅτε ἐγένετο, τότε αὐτὴν ἐτείχισα. τίνος δὲ ἕνεκεν φησιν, ὅτε ἐμαιοῦτο; ἵνα δείξῃ ὅτι κατὰ μικρὸν γέγονε, καὶ οὐχ ὁμοῦ οὕτω περιήχθη, ἀλλὰ καθάπερ μαιουμένη, πρότερον μὲν διεχύθη, εἶτα διεπλάσθη καὶ συνήχθη.

Fremeret, id eſt, Fureret, violento impetu ferretur, ad obruendam terram univerſam fluctibus paratum, tanquam infans ex abyſſo in lucem edi feſtinaret, ſi divinis mandatis, quæ portarum nomine appellavit, prohibitum non fuiſſet: abyſſum verò, *matrem* ejus vocat, vel potentiam ſuam, quæ mari cauſam exiſtentiæ præbuit. Quædam autem exemplaria, pro illo, *Cùm fremeret*, habent, *Cùm obſtetricis operâ in lucem prodiret*, id eſt, Cùm primùm exiſtere inciperet, tunc illud mœnibus incluſi. Cur autem dicit, *Cùm obſtetricis operâ in lucem prodiret?* ut non ſimul univerſum, ſed paulatim, tanquam obſtetrice curante, eâ formâ productum, ac primò quidem diffuſum, deinde formatum, & in unum collectum fuiſſe oſtenderet.

Ἐθέμην δὲ αὐτῇ νέφος ἀμφίασιν, ὁμίχλῃ δὲ αὐτὴν ἐσπαργάνωσα.

Poſui autem ei nubem operimentum, & nebulâ quaſi faſciâ obvolvi illud.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, ὡς νεφέλῃ περιείλησα αὐτήν· ἐξ αὐτῆς γὰρ νέφη καὶ ὁμίχλαι. ὡς ἐπὶ βρέφους δὲ, τὸ, ἐθέμην, καὶ, ἐσπαργάνωσα, λέγει, ὅ ἐστι, περιείλησα· ἐπειδὴ γὰρ κοιλίας μητρὸς ἐμνήσθη, ἐπέμεινε τῇ τροπῇ. οἱονεὶ γὰρ ἔμβρυον, ὁμίχλῃ καὶ νέφεσιν αὐτὴν ἐσπαργάνωσα, τουτέστι, περιεσκέπασα. μὴ δὲ τοῦτο τῆς φύσεως εἶναι νομίζῃς, τὰς ἀπὸ τῶν ὑδάτων ἀτμίδας καὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ

Symmachus autem, *Tanquam nube circumvolvi illud*; nubes enim & nebula ex eo oriuntur. Quia verò uteri materni mentionem fecerat, tanquam de infante ſermo eſſet, metaphoræ inſiſtens, dicit, *Poſui*, &c, *Faſciâ obvolvi*, quod eſt, *circumvolvi* illud; nebulâ etiam & nubibus, tanquam infantem pannis, involvi, id eſt, undique texi. Noli autem exiſtimare, vapores qui ex aquis generantur, naturæ opus eſſe, cùm hoc etiam

meo imperio fiat. Cur autem dicit, *Faſciâ obvolvi?* An quia nubes & nebulæ mari non minùs neceſſariæ quàm infanti faſciæ exiſtant? an quia ab initio ita fuerit? an quia his contineatur? an verò, ut miraculum oſtendat, quòd elementum, ſcilicet, naturâ fluxum aëre cinxerit? & quòd non tantùm terrâ, ſed aëre etiam, ita ut neque in ſublime, neque in latus, præter menſuram efferri queat, intra terminos ſuos contineatur?

Et poſui illi terminos, circumponens clauſtra & portas.

Verſ. 8. Simile hoc eſt illi quod ſuprà habetur, *Concluſi autem mare portis*; nunc enim pariter terminorum deſignationem, & ſtabilitatem, quæ ejus imperio fiunt, *clauſtra* & *portas* vocat. Fluctus, inquit, maris finibus concluſi, ne limites tranſgrediendo, vicinæ terræ damnum inferrent.

CHRYS. Mare hoc loco adeo firmiter & in tuto ſitum eſſe, ac ſi vinculis conſtringeretur, oſtendit: firmitatem enim his verbis, ſequentibus autem, operis facilitatem ob oculos proponit; ſubjungit enim.

Et dixi ei, Hucuſque venies, & non tranſibis, ſed in teipſo comminuentur fluctus tui.

OLYMPIODORI. Symmachus, *Hucuſque ſtatuatur elatio fluctuum tuorum.* Adeo enim ſecurè illud continet, ac ſi clauſtris & repagulis cohiberet; & negotio tam facili, ac ſi nutu tantùm imperaret; *Dixi* enim, inquit, & verbo meo contradicere non licet. Fit autem hoc, non ſolùm cùm nulla neceſſitas illud impellit, verumetiam cùm vis magna & fluctuum impetus flagellat. Idcirco enim tranquillum & pacatum mare noluit eſſe, ut naturâ ejus cum mandato pugnante, & mandato ubique prævalente, Dei robur & potentiam prædicaret: ſi enim aqua marina pacata fuiſſet, naturæ hunc ordinis decorem vulgus

ἐμοῦ προστάγματος, φησί. Τίνος δὲ ἕνεκεν φησίν, ἐσπαργάνωσα; ἆρα ὡς τῷ βρέφει χρήσιμα τὰ σπάργανα, οὕτω καὶ τῇ θαλάσσῃ; ἢ ὅτι ἐξ ἀρχῆς τοῦτο γέγονεν; ἢ ὅτι τούτῳ αὐτὴν κατέχει; ἢ τὸ θαυμαστὸν δείκνυσιν, ὅτι τὸ ῥευστὸν * περιέβαλον ἀέρι; καὶ ὅτι οὐχ ὑπὸ γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀέρος κατέχεται, οὔτε πρὸς ὕψος, οὔτε πρὸς * πλάγιαι ἐξενεχθῆναι παρὰ τὸ μέτρον δυναμένη; * ἴσ. περιέβαλεν. * ἴσ. πλάγιον.

Ἔθέμην δὲ αὐτῇ ὅρια, περιθεὶς κλεῖθρα καὶ πύλας.

Ὅμοιον τῷ ἀνωτέρῳ, Ἔφραξα δὲ θάλασσαν πύλαις· καὶ νῦν γὰρ κλεῖθρα καὶ πύλας, τὴν διὰ τοῦ ἰδίου προστάγματος ὁροθεσίαν καλεῖ καὶ ἀσφάλειαν. Περιώρισα, φησί, τῆς θαλάσσης τὰ κύματα, ἵνα μὴ τοὺς ὅρους ἐκβαίνοντα, τὴν γείτονα χέρσον λυμαίνωνται.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐνταῦθα δείκνυσιν ὅτι οὕτως ἀσφαλῶς ἕστηκεν, ὡσπερεὶ δεδεμένη. διὰ μὲν οὖν τούτου, τὸ ἀσφαλές· διὰ δὲ τοῦ ἑξῆς, τὸ εὔκολον δείκνυσιν· ἐπάγει γάρ.

Εἶπα δὲ αὐτῇ, μέχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ, ἀλλ' ἐν σεαυτῇ συντριβήσεταί σου τὰ κύματα.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἕως ὧδε τετάχθω τὸ ἔπαρμα τῶν κυμάτων σου. οὕτω μὲν γὰρ ἀσφαλῶς κατέχει αὐτήν, ὡσπερεὶ κλείθροις· οὕτω δὲ εὐκόλως, ὡσπερεὶ ἐπιτάξας· * εἶπε γάρ, φησί, καὶ οὐκ ἔστιν ἀντειπεῖν. καὶ τοῦτο γίνεται, οὐ μόνον μηδεμιᾶς ἀνάγκης αὐτὴν ὠθούσης, ἀλλὰ καὶ τότε πολλῆς τῆς βίας καὶ τῆς ῥύμης αὐτὴν μαστιζούσης. διὰ γὰρ τοῦτο οὐκ ἀφῆκεν αὐτὴν εἶναι γαληνιαίαν οὐδὲ ἥμερον, ἵνα κηρύττῃ τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχύν, τῆς φύσεως τῷ προστάγματι μαχομένης, καὶ τοῦ προστάγματος πανταχοῦ νικῶντος. Εἰ γὰρ ἥμερον ἦν τὸ ὕδωρ, τῇ φύσει τοῦ ὕδατος τὴν εὐταξίαν ἂν ἐλογί- * ἴσ. εἶπα.

σαντο

σονται πολλοί· νῦν δὲ ταραττομένη, μαστιζομένη, ὠθουμένη ἔνδον, καὶ τὰ ὅρια ὑπερβαίνειν μὴ δυναμένη, διὰ τῆς ταραχῆς κηρύττει τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχύν.

Ἢ ἐπὶ σοῦ συντέταχα φέγγος πρωϊνόν;

ΠΑλιν ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τὸν λόγον ἕλκουσι, πρότερον ἀπὸ τῶν κάτω διαλεχθείς. καὶ παρῆς, φησὶν, ὅτε εἶπον, γενηθήτω φῶς· καὶ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐπηκολούθησεν.

Ἑωσφόρος δὲ εἶδε τὴν ἑαυτοῦ τάξιν, [οἱ δὲ λοιποὶ, ἐγνώρισας τῷ ὄρθρῳ τόπον αὐτοῦ;] ἐπιλαβέσθαι πτερύγων γῆς.

ΕΩσφόρος ἐστὶ τῶν ἀστέρων ὁ πρῶτος. ἔμαθες ἀπὸ τῶν ὑδάτων τὴν εὐταξίαν, ὅρα ταύτην καὶ ἐν οὐρανῷ, καὶ ὅτι κατὰ φύσιν τὰ πράγματα οἰκονομεῖται, ἀλλὰ προνοίᾳ Θεοῦ· εἰ γὰρ ἐν ῥευστῇ φύσει καὶ ἀτάκτῳ τοσαύτη εὐταξία, τοσοῦτος ῥυθμὸς, ὅταν ἴδῃς τοῦτο καὶ ἐν οὐρανῷ, ἀναμνήσθητι τοῦ αἰτίου τούτων γινομένων. ἐπιλαβέσθαι δὲ, τουτέστι, περιπολεῖν, ὅπου ποτ' ἂν ᾖ, τὸ φῶς πανταχόθεν τῆς οἰκουμένης ἐκπέμπει, * καὶ τοῖς εἰς τὰ πέρατα. ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν περὶ τοῦ ἡλίου τοῦτο, ὅπου γε καὶ ἐν τοῖς ἄστρασι τοῦτό ἐστι, καὶ ὁ ἑωσφόρος τὰ ἄκρα τῆς γῆς καταφωτίζει· λέγεται δὲ καὶ ἐν μιᾷ νυκτὶ τὸ ἄκρον τῆς γῆς καταλαμβάνειν.

*ἴσ. καίτοι.

Ἐκτινάξαι ἀσεβεῖς ἐξ αὐτῆς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Περὶ τῶν λῃστῶν, καὶ τῶν τυμβωρύχων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων λέγει, τῶν τῇ νυκτὶ πρὸς τὴν οἰκείαν κεχρημένων πονηρίαν· οὗτοι γὰρ, τοῦ φωτὸς ἀνατείλαντος, οὐκέτι ἐπὶ τῆς γῆς παρρησιάζονται, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ἐκτινάσσονται, καὶ συστέλλονται· μισοῦσι γὰρ τὸ φῶς, ὡς ἐλέγχον αὐτούς.

adſcripſiſſet; nunc verò cùm turbata, fluctuum verberibus cæſa, & intus impulſa, limites ſuos tranſgredi non valeat, per conturbationem Dei vires annunciat.

Aut nunquid tecum lucem conſtitui matutinam?

HAbito priùs ſermone de rebus inferioribus, ab hoc loco deinceps ad cœlum orationem traducit. Aderáſne, inquit, cùm dicerem, *Fiat lux*; & ſimul ac verbum prolatum eſſet, factum eſt. Gen.1.3.

Et cognovit Lucifer ordinem ſuum, [Reliqui verò, *Notum feciſti diluculo locum ſuum?*] *apprehendere pennas terræ.*

LUcifer inter ſtellas prima eſt. Ordinis decorem in aquis obſervâſti, in cœlo eundem intuere; illícque etiam, non naturâ, ſed Dei providentiâ res gubernari diſcito: ſi enim naturæ fluxæ & inordinatæ tantam ordinis concinnitatem, tantúmque concentum ineſſe, & in cœlo ſimiliter rem ſe habere videris, recordatio authoris veniat tibi in mentem. *Apprehendere* autem, id eſt, luſtrare & circumire, ita ut ubicunque ſit, lumen in univerſam terram diffundat, etiam in ultimos fines: adeo ut in ſole mirandum illud non ſit, cùm in ſtellis virtus hæc reperiatur, & Lucifer ultimas terræ oras luce ſuâ colluſtret: dicitur autem ſpatio unius noctis extremos terræ cardines complecti.

Excutere impios ex ea.

CHRYSOSTOMI. Latrones, buſtorum violatores, & reliquam eorum turbam intelligit, qui ad patranda ſua ſcelera, noctis adminiculo utuntur: hi enim, luce exortâ, non ampliùs in terra liberè vagari audent, ſed ex ea exterminantur, ac in latebris abduntur, quia lucem, ſcilicet, quæ opera illorum arguit, oderunt. Ioan.3.20.

Aut tu ſumens terram lutum, plaſmâſti animal, & idoneũ ad loquendũ eum poſuiſti ſuper terrã?

Ἢ σὺ λαβὼν γῆν πηλὸν, ἔπλασας ζῶον, καὶ λαλητὸν αὐτὸν ἔθου ἐπὶ γῆς;

OLYMPIODORI, SEVERI, & CHRYSOSTOMI. Num tu, inquit, ô Jobe, accepto pulvere aquâ madefacto, hominem è terra finxiſti? num ratione, prout ego, eum ornâſti? & mundi ornamentum oſtendiſti. *Unde apparet, cætera animantia ratione deſtituta fuiſſe, quam quidem Deus homini, tanquam ipſi peculiarem, attribuit; *animal* enim *idoneum ad loquendum*, rationale vocat. Illud autem, *Poſui ſuper terram*, eſt, omnium quæ in terra ſunt dominum conſtitui.* Adeo ut propter utrumque hoc Deum ego admirer, quòd corpus humanum corruptioni obnoxium condiderit; & quòd potentiam ac ſapientiam ſuam in corruptione manifeſtaverit, (ſubſtantiæ enim vilitas, artificii penuriam & difficultatem præcipuè declarat) quòd luto, ſcilicet, & cineri tantam harmoniam, ac tales ſenſus, tam varios & omnigenos, quíque tam largam philoſophandi materiam præbeant, indiderit: è terra etenim, quæ materiam tantùm tegulæ & lateri miniſtrat, oculum tam pulchrum fabricare, tantiſque viribus inſtruere valuit, ut exiguæ pupillæ perceptione tot numero corpora videre & complecti poſſit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, ΣΕΒΗΡΟΥ, καὶ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. * Ἀλλὰ σὺ, φησὶν, ὦ Ἰὼβ, λαβὼν χοῦν ὕδατι βεβρεγμένον, ἀπὸ γῆς ἔπλασας ἄνθρωπον; καὶ λόγῳ τοῦτον ἐκόσμησας, ὥσπερ ἐγώ; καὶ τοῦ κόσμου κόσμον ἀνέδειξας; ὅθεν δῆλον ὅτι τὰ ἄλλα οὐκ εἶχε τὸ λογικὸν, * οὗ γὰρ αὖ ὡς ἐξαίρετον αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ προσῆψε· λαλητὸν γὰρ, τὸ λογικόν φησι ζῶον. Τὸ δὲ, τεθεῖναι ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ καταστῆναι κυριεύειν πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. ὡς ἔγωγε δι' ἀμφότερα ταῦτα θαυμάζω τὸν Θεὸν, ὅτι τε φθαρτὸν τὸ ἀνθρώπινον σῶμα ἐποίησε, καὶ ὅτι ἐν τῇ φθορᾷ τὴν οἰκείαν ἰσχὺν ἐπέδειξε καὶ σοφίαν. τὸ γὰρ εὐτελὲς τῆς οὐσίας, τοῦτο δείκνυσι μάλιστα τῆς τέχνης τὸ * εὔπορον καὶ εὐμήχανον· ὅτι ἐν πηλῷ καὶ τέφρᾳ τοσαύτην ἐνέθηκεν ἁρμονίαν, καὶ τοιαύτας αἰσθήσεις, οὕτω ποικίλας καὶ παντοδαπὰς, καὶ τοιαῦτα δυναμένας φιλοσοφεῖν· καὶ γὰρ ἀπὸ γῆς, τῆς ὕλης ἧς γίνεται κέραμος καὶ πλίνθος μόνον, ἴσχυσεν ὀφθαλμὸν οὕτω ποιῆσαι καλὸν, καὶ τοσαύτην ἐνθεῖναι τούτῳ δύναμιν, ὡς μικρᾶς κόρης ἀντιλήψει τοσαῦτα ὁρᾶν καὶ περιλαμβάνειν σώματα.

* ἴσ. λέγ.

* ἴσ. ὃ

* ἴσ. ἄπορον καὶ ἀμήχανον.

Et abſtuliſti ab impiis lucem, & brachium ſuperborum comminuiſti.

Ἀφεῖλες δὲ ἀπὸ ἀσεβῶν τὸ φῶς, βραχίονα δὲ ὑπερηφάνων συνέτριψας.

OLYMPIODORI. Impios punire, & vires eorum atterere, dextræ divinæ & efficaciæ opus eſt.

ΟΛΥΜΠ. Τὸ κολάζειν ἀσεβεῖς, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν συντρίβειν, τῆς θείας ἐστὶ δεξιᾶς καὶ ἐνεργείας.

Aut veniſti ad fontem maris, aut in veſtigiis abyſſi ambulâſti?

Ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας;

AD mare rurſus ſermonem transfert, ac dicit, Nôſtine unde initium tra-

ΠΑλιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὸν λόγον μετήγαγε, καί φησιν, ἔγνως πόθεν ἡ

θάλασσα

θάλασσα ἔχει τὴν ἀρχήν; ἢ τὰ ἴχνη, τουτέστι, τὰ ἔσχατα τῆς ἀβύσσου κατείληφας; πηγὴν δέ φησιν, οὐχ ὡς πηγὴν τῆς θαλάσσης ἐχούσης, ἀλλ᾽ ὡς μὴ ἐκλειπούσης, καθάπερ πηγὴν ἐχούσης.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ. Πολλοὶ καταβεβήκασιν εἰς ἄβυσσον, οὐχ ὥστε περιπατεῖν ἐν αὐτῇ, ἀλλ᾽ ὥστε δέσμιοι εἶναι· Ἰησοῦς μόνος ἐν ἀβύσσῳ περιεπάτησεν ὡς ἐλεύθερος, ὅπου ἴχνη περιπατούντων οὐκ ἔνι· εἵλετο γὰρ θάνατον οὐχ ὑπεύθυνος ὤν, ἵνα τοὺς ὑποκειμένους θανάτῳ λυτρώσηται, λέγων τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθατε, καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύφθητε· ᾧ καὶ τὰ ἑξῆς συμφωνοῦσιν.

xerit mare? vel *veſtigia*, id eſt, ultimos abyſſi fines, cognitione comprehendiſti? Fontis autem meminit, non quòd mare à fonte profluat, ſed quaſi è fonte ſcaturiret, nequaquam deficiat.

METHODII. Multi in abyſſum deſcenderunt, non ut in ea ambularent, ſed ut vinculis conſtricti tenerentur; ſolus Jeſus in abyſſo, ubi ambulantes veſtigia figere nequeunt, tanquam liber ambulavit: mortem enim elegit cùm obnoxius ei non eſſet, ut morti addictos liberaret, *Dicens iis qui in vinculis erant, Exite, & iis qui in tenebris, Revelate vos*; cui, ea etiam quæ ſequuntur conſentiunt. Eſ. 49.9.

Ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου; πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπληξαν;

Aut tibi aperiuntur metu portæ mortis? aut janitores inferni videntes te timuerunt?

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ. Ταῦτα γέγονεν ὅτε ὁ Κύριος εἰς ᾅδου κατέβη κηρύξαι τοῖς ἐκεῖ πνεύμασι. τὰ μέντοι ἀόρατα ταῦτα ἀπὸ τῶν φαινομένων δῆλα, τουτέστιν, ὅτι ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχω, δεσμωτήριόν μοι ἐστὶν ὁ ᾅδης.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ. Ἐνταῦθα τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ τὸ παράδοξον τοῖς ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ * καθημένοις περιλάμψαν ἑρμηνεύει· καὶ τὸ, ἔπληξαν, λέγων, σημαίνει τὸ θαῦμα. βασιλεὺς γὰρ ἦν οὐράνιος, ὁ ἐκεῖ φαινόμενος, καὶ τὸ στυγνὸν χωρίον τῶν κατελθουσῶν ἐκεῖσε ψυχῶν τῷ μεγαλοπρεπεῖ καταλάμπων τῆς θεότητος φωτί.

* Ic. add. θανάτου.

JULIANI. Hæc evenerunt cùm Dominus in infernum deſcendit, ut ſpiritibus qui illic erant prædicaret. Ex iis autem quæ apparent, inviſibilia hæc manifeſta fiunt; id eſt, Quia vitæ & mortis poteſtatem habeo, infernus mihi pro carcere eſt.

THEOPHILI. Hoc loco admirabilem apparitionis ſuæ ſplendorem explicat, qui iis qui in regione & umbra mortis ſedebant, illuxerat; ac per illud, *Timuerunt*, miraculum indicat. Illic enim apparens, & triſtem ac horribilem locum animabus quæ eò deſcenderant, glorioſâ divinitatis ſuæ luce colluſtrans, cœleſtis Rex erat.

Νενουθέτησαι δὲ τὸ εὖρος τῆς ὑπ᾽ οὐρανόν;

Aut cognoviſti latitudinem ejus quæ ſub cœlo?

ΟΛΥΜΠΙΩΔ. Τουτέστι, συνῆκας, ἐνενόησας, ἠκρίβωσας τῆς γῆς τὸ πλάτος;

OLYMPIODORI. Id eſt, Intellexiſti, advertiſti, aut accuratè latitudinem terræ dimenſus es?

Ἀνάγγειλον δή μοι, πόση τίς ἐστιν;

Narra ergo mihi, quantanam ſit?

ΦΡάσον αὐτῆς τὴν διάμετρον. οὐ λέγω, φησίν, ὅτι οὐδὲν διδα-

DIc quiſnam ſit ejus diameter. Non hoc, inquit, dico, quòd nihil eorum facere

facere poſſis quæ à me facta ſunt; ſed, quòd ne viam quidem & rationem qua facta ſint intelligas, nec eorum naturam comprehendere, & ſingula accuratè contemplari valeas. His verbis Deus Jobum de intervallo & diſcrimine quod inter ipſos poſitũ eſt, inſtruit.

σαι ποιῆσαι ὧν ἐποίησα· ἀλλ', ὅτι οὐδὲ οἶδας πῶς γέγονεν, οὐδὲ εἰδέναι αὐτὰ δύνασαι, οὐδὲ θεωρῆσαι πάντα μετ' ἀκριβείας. Διὰ τούτων διδάσκει αὐτὸν τὸ * μέσον αὐτοῦ καὶ ἐκείνου.

* χ. μεταίχμιον.

Aut in qua terra habitet lux? [Alii, *degit, quieſcit*] *Aut quis tenebrarum locus? ſi duces me in fines earum, quod ſi & nôſti ſemitas earum?* [Symmachus, *habitationis calles*] *Nôſti igitur quia tunc natus es, & numerus annorum tuorum multus?*

Ποίᾳ δὲ γῇ αὐλίζεται τὸ φῶς; [οἱ ἄλλοι, σκηνοῖ, ἠρεμεῖ] σκότους δὲ ποῖος ὁ τόπος; εἰ ἀγάγοις με εἰς ὅρια αὐτῶν, εἰ δὲ καὶ ἐπίστασαι τρίβους αὐτῶν; [ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀτραποὺς οἰκήσεως] οἶδας ἄρα ὅτι τότε γεγέννησαι, ἀριθμὸς δὲ ἐτῶν σου πολύς;

DIc autem mihi, inquit, de luce & tenebris, ubi incluſæ cuſtodiantur, & unde prorumpant? Narra mihi, quò lux & tenebræ pergant? Si harum vias ſcire te dixeris, dic pariter te natum tunc fuiſſe, cùm limitibus illæ circumſcriberentur: & ſi hæc nôſti, ſcito etiam te grandævum eſſe, qui ab eo tempore exſtiteris. Docet autem hoc loco, quòd vitæ brevitas hominem multa ſcire non patiatur. Sed cur ego, inquit, elementorum mentionem facio? Dic ea quæ ad teipſum ſpectant; quando natus fueris? quod quidem non ſciviſſes, niſi ab aliis didiciſſes. Quantum autem vitæ ſpatium reſtat? Quæ teipſum attingunt ignoras; quomodo igitur eorum quæ ab initio fuerunt, notitiam tibi arrogaveris? Terminus autem lucis & tenebrarum, Dei mandatum eſt, quod illis pro confinio inſervit.

Εἰπὲ δέ μοι, φησὶ, περὶ φωτὸς καὶ σκότους, ποῦ ἀποκλείονται, καὶ πόθεν ἐκπορεύονται; ἀνάγγειλόν μοι, ποῦ τὸ φῶς, καὶ ποῦ τὸ σκότος ἀπέρχεται; εἰ τούτων τὰς ὁδοὺς εἰδέναι φαίης, λέγε ὅτι καὶ τότε ἐγεννήθης ὅτε ταῦτα ὡροθετεῖτο· καὶ εἰ ταῦτα ἐπίστασαι, ἴσθι καὶ πολυετής τις ὑπάρχων, ὡς ἔκτοτε γεγονώς. Διδάσκει δὲ ἐνταῦθα, ὅτι τὸ τοῦ ἀνθρώπου ὀλιγόβιον οὐδὲ γινώσκειν αὐτῷ τὰ πολλὰ ἐπιτρέπει. Τί δὲ, φησὶ, λέγω τὰ στοιχεῖα; τὰ κατὰ σαυτὸν εἰπέ· πότε ἐγεννήθης; καὶ μὴν * ᾔδεις, ἀλλὰ παρὰ ἑτέρων μαθών. Ἀλλὰ πόσος ὁ * χρόνος; τὰ κατὰ σαυτὸν οὐκ οἶδας· πῶς οὖν αὐχήσεις εἰδέναι τὰ ἐξ ἀρχῆς; ὅρια δὲ φωτὸς καὶ σκότους, τὸ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ, αὐτὴ μεθόριον αὐτοῖς ὄν.

* ἴσ. οὐκ ᾔδεις.

* ἴσ. suppl. ὑπολελειμμένος τοῦ βίου.

Aut veniſti in theſauros nivis? aut theſauros grandinis vidiſti? & repoſita ſunt tibi in tempus inimicorum, in diem bellorum & pugnæ.

Ἦλθες δὲ ἐπὶ θησαυροὺς χιόνος; θησαυροὺς δὲ χαλάζης ἑώρακας; ἀπόκειται δέ σοι εἰς ὥραν ἐχθρῶν, εἰς ἡμέραν πολέμων καὶ μάχης.

CHRYSOSTOMI, & OLYMPIODORI. Theſauros dicit, non quia apothecæ ſint, ſed quia promptè cùm

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ, καὶ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Θησαυροὺς λέγει, οὐχ ὅτι ἀποθῆκαί εἰσιν, ἀλλ'

ἀλλ' ὅτι ἑτοίμως οὕτως, ὥσπερ καὶ ἐκ θησαυρῶν ἐκβάλλων, δείκνυσιν αὐτὰ ὅταν βούληται. οἶσθα δέ, φησί, πῶς τὴν μὴ φαινομένην χιόνα καὶ χάλαζαν ἐκφαίνεσθαι παρασκευάζω; ἢ δυνατὸς εἶ τούτοις κατὰ τῶν πολεμίων χρήσασθαι; ὥσπερ ἐγὼ ποιεῖν ἱκανός; ὁρᾷς ὅτι τοῦτο βούλεται τὸ εὔκαιρον δηλῶσαι, ὡς ἄρα κατὰ καιρὸν τοῦτο γίνεται, καὶ οὐχ ἁπλῶς· κέχρηται γὰρ τῇ χιόνι καὶ τῇ χαλάζῃ κατὰ πολεμίων, καὶ ὅταν τινὰς βούληται τιμωρήσασθαι. εἶτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων διέξεισιν, ὑετῶν, λέγω, καὶ πάχνης, καὶ ἀνέμων.

cùm ipſi viſum fuerit, ea tanquam ex theſauris excutiens oſtendat. Nôſti igitur, inquit, qua ratione nivem & grandinem quæ non videntur, apparere faciam? vel an contra hoſtes uti his poteris, prout ego poſſum? Vides quòd opportunitatem earum rerum his verbis oſtendat, quòd, ſcilicet, non temerè, ſed tempore opportuno eveniant; nive enim & grandine contra hoſtes utitur, & cùm ſupplicio aliquos punire vult. Deinceps de aliis omnibus, de pluviis, inquam, pruinâ, & ventis diſſerit.

Πόθεν δὲ ἐκπορεύεται πάχνη, ἢ διασκεδάννυται νότος εἰς τὴν ὑπ' οὐρανόν; τίς δὲ ἡτοίμασεν ὑετῷ λάβρῳ ῥύσιν; [οἱ ἄλλοι, τίς δὲ κατέστειλε τῷ κατακλυσμῷ ὑδραγωγόν;]

Unde autem procedit pruina, aut diſpergitur Auſter in eam quæ ſub cœlo? Quis autem præparavit fluxum validæ pluviæ? [Alii verò, *Quis inundationi aqueductum preparavit?*]

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Πόθεν δὲ ἡ πάχνη; ἢ πῶς ὁ νότος καθ' ὅλης πνεῖ τῆς ὑπ' οὐρανόν; πῶς λάβρως ὁ ὑετὸς καταῤῥεῖ; πόθεν αἱ βρονταί; κυδοιμὸν γὰρ τὴν βροντὴν καλεῖ· καὶ πῶς τοῦ νότου τῇ θέρμῃ χιὼν στερεμνία οὖσα διαλύεται; κατὰ τό, ὡς ὁ χειμάῤῥους ἐν τῷ νότῳ· μὴ ταῦτα, φησίν, ἀνθρωπείας ἔργα τέχνης; οὐκ ἀποῤῥήτου σοφίας δημιουργήματα; ἄνεμος δέ ἐστι ῥεῦμα ἀέρος, ταῖς τῶν τόπων ἐξαλλαγαῖς ὅθεν ῥεῖ, τὰς ἐπωνυμίας ἀμείβων.

OLYMPIODORI. Unde autem pruina? vel quomodo Auſter per totam quæ ſub cœlo eſt terram ſpiret? Quomodo pluvia largiter defluat? Unde tonitrua? (tonitru enim *tempeſtatem* vocat) & quomodo nix ſolida & dura, calore Auſtri liquefiat? juxta illud, *Sicut torrens in Auſtro.* Pſal. 125. 4.
Num hæc, inquit, ab humana arte proficiſcuntur? An non arcanæ ſapientiæ opera ſunt? Ventus autem eſt aëris fluxus, pro locorum mutationibus unde fluit, appellationes alias induens.

Ὁδὸν δὲ κυδοιμῶν, τοῦ ὑετίσαι ἐπὶ γῆν οὗ οὐκ ἀνήρ, ἔρημον οὗ οὐχ ὑπάρχει ἄνθρωπος ἐν αὐτῇ, τοῦ χορτάσαι ἄβατον καὶ ἀοίκητον, καὶ τοῦ ἐκβλαστῆσαι ἔξοδον χλόης.

Et viam tempeſtatum, ut pluat ſuper terram ubi non eſt vir, deſertum ubi non eſt homo in eo, ut ſatiet inviam & inhabitabilem, & ut germinet exitus herbæ virentis.

Ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἐν ἑνὶ μέρει ἰσχυρὸς ὁ Θεός, ἀλλ' ἐν ἅπασι· χεῖται γάρ, φησίν, ὁ ὑετὸς καὶ εἰς τὴν ἀοίκητον, δηλονότι καὶ τῶν θηρίων προ-

VIdes Deum non ex una aliqua, ſed omni ex parte fortem & potentem eſſe: pluvia enim, inquit, in terram incultam & minimè habitatam (Deo, ſcilicet, etiam

etiam belluis proſpiciente) effunditur, & ſolitudo ſine ulla humana induſtria, herbam & gramen profert.

νοοῦντος τοῦ Θεοῦ. καὶ ἡ ἔρημος * χλοάζει, καὶ χλοηφορεῖ δίχα τινὸς ἀνθρωπίνης ἐπιμελείας. * χ. πολάζει.

Quis eſt pluviæ pater? & quis eſt qui peperit glebas roris? & de cujus utero procedit glacies? aut pruinam in cœlo quis peperit, quæ deſcendit ſicut aqua fluens?

Τίς ἐστιν ὑετοῦ πατήρ; τίς δέ ἐστιν ὁ τετοκὼς βώλους δρόσου; ἐκ γαστρὸς δὲ τίνος ἐκπορεύεται ὁ κρύσταλλος; πάχνην δὲ ἐν οὐρανῷ τίς τέτοκεν, ἣ καταβαίνει ὥσπερ ὕδωρ ῥέον.

Potéſne, inquit, dicere, quis ſit pluviæ pater? vel quis roris glebas pepererit, id eſt, coagmentationes glaciei vel pruinæ, quæ in firmamento condenſata, (aërem enim qui in ſublimi eſt, hoc loco *cœlum* appellat) tanquam aqua defluit, & deſcendens, fluvios inſtar ſucci ficulnei quo lac coagmentatur, conglaciat? Nónne hæc divinæ ſapientiæ opera ſunt? *De utero*, dixit, non quòd ex ejus utero pruina & glacies exeat; abſit. Quid igitur partûs & uteri nomine hìc intelligendum eſt? Quemadmodum cùm
Verſ. 8. de mari illud dicit; *Quando mater illud peperit*, matrem maris non dicit, ſed formationem ejus & cauſam indicat; ſic etiam hoc loco de glacie loquitur, non quòd ex utero reverà prodierit. Quâ de cauſa igitur nomen partûs frequenter hìc uſurpavit? Mihi videtur, non tantùm ut primum & ſolum rerum omnium creatorem, ſed res etiam creatas priùs formatas, quàm perfectas, ac numeris omnibus abſolutas fuiſſe, innueret: ita ut licèt de Filio hæc dicantur,
In Græco aliquid deſiderari videtur. ſupervacaneè quidam ea proferunt: * illic enim, *Filius*, & *Genui*, & *Unigenitus*, & alia ejuſmodi reperire licet; hìc verò nihil ſimile.

Ἔχεις εἰπεῖν ὑετοῦ πατέρα, ἢ βώλους δρόσου *, τουτέστι, συστάσεις ἢ κρυστάλλου ἢ πάχνης, ἥτις συνισταμένη περὶ τὸ στερέωμα, οὐρανὸν γὰρ ἐνταῦθα τὸν εἰς ὕψος ἀέρα λέγει, ὥσπερ ὕδωρ καταρρεῖ· καὶ μέντοι κατιοῦσα κρυσταλλοῖ τοὺς * ποταμοὺς ὡς ὀπὸς γάλα; οὐ Θεοῦ ταῦτα σοφίας ἔργα; ἐκ γαστρὸς, εἶπεν, οὐχ ὅτι ἐκ γαστρὸς αὐτοῦ ἔξεισι πάγος καὶ κρύσταλλος· μὴ γένοιτο. ἀλλὰ τί βούλεται ὁ τόκος ἐνταῦθα καὶ ἡ γαστήρ; ὥσπερ ὅταν λέγῃ περὶ τῆς θαλάσσης, ὅτι ὅτε ἡ μήτηρ αὐτὴν ὤδινεν, οὐχὶ μητέρα λέγει θαλάσσης· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, οὐχ ὅτι ἀπὸ γαστρὸς ἐξῆλθεν ὁ κρύσταλλος, ἀλλὰ τὴν διάπλασιν καὶ τὴν αἰτίαν. Τίνος οὖν ἕνεκεν τὸ ὄνομα τοῦ τόκου τέθεικεν ἐνταῦθα συνεχῶς; ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τὸ αἴτιον αἰνίττεσθαι βουλόμενος τὸν πρῶτον καὶ μόνον, καὶ τὸ διαπλάττεσθαι τὰ δημιουργήματα πρὶν ἢ αὐτὰ ἀπαρτισθῆναι. ὥστε κἂν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ ταῦτα λέγηται, περιττῶς αὐτὰ * περιφέρουσιν· ἐκεῖ γὰρ, ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ, ἐγέννησα, καὶ τὸ, ὁ μονογενὴς, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον.

* ἴσ. ἐκτύπωσ. * χ. ὑδάτ. ἴσ. ῥευμάτ. * χ. περιφέρουσι.

SEVERI. Præcipuè verò ut Iobum ad conſilij inopiam redigeret, illúmq; ignorantiæ multarum rerum argueret, Deus hoc dixerat: non quidem quia ille, propriè loquendo, ea generaverit, vel generet; ſed, quia qui in terris degunt, temporis tractu, & cum labore aliquo procreare ſoleant, ut oſtenderet hæc ab eo cùm voluerit, ſubitò

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ἀλλὰ καὶ μάλιστα μὲν ἀπορίαν ἐμποιῆσαι βουλόμενος ὁ Θεὸς τῷ Ἰὼβ, καὶ ἐλέγξαι αὐτὸν ὅτι πολλὰ ἀγνοεῖ, εἶπε τοῦτο οὐ μὴν ὅτι * ἐγὼ ταῦτα γεγέννηκα, ἢ γεννῶ, ἀλλ' ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἐπὶ γῆς ἐν χρόνῳ μετά τινος πόνου γεννᾶν, δεικνὺς ὅτι ὀξέως αὐθὶ μηχανισμοῦ τινος ταῦτα παράγει ὅτε βούλεται,

* ἴσ. αὐτὸς ταῦτα γεγέννηκα, ἢ γεννῶ.

Φησὶ

φησὶ τοῦτο. πλὴν καὶ τὰ ὀνόματα προσήκει νοεῖν πρὸς τὴν τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων ποιότητα, καὶ οὐ πρὸς τὴν κατάχρησιν τῆς λέξεως κανονίζειν τἀληθῆ· ἑτέρως γάρ τις ὑετοῦ πατέρα Θεὸν ἀκούει, καὶ ἑτέρως υἱοῦ, καὶ τούτου μονογενοῦς, ὅπερ διορίζει τὸν μονοτρόπως γεννηθέντα ἐκ Πατρός· καὶ οὐχ αἱ ὁμωνυμίαι πάντως τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων συνάπτουσι, καθὼς * ὀνομάζονται.

* ἴσ. suppl. μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ λέξει.

& ſine ulla cunctatione produci, hoc dicit. Cæterùm nomina ſecundùm rerum ſubjectarum qualitatem intelligenda ſunt, non autem rei veritas ad vocum abuſum, tanquam ad normam, dirigenda eſt, (aliter enim quiſpiam Deum pluviæ patrem audit, aliter filii, atq; illius quidem unigeniti, quod eum ab aliis diſtinguit, qui peculiari ratione ex Patre genitus eſt) neq; vocum homonymiæ rerum naturam continuò copulant, prout unâ & eâdem voce nominantur.

Πρόσωπον ἀσεβοῦς τίς ἐπλήξεν;

Faciem impii quis exterruit?

ΟΛΥΜΠ. Κατὰ μὲν τὸ ῥητὸν, ἐπὶ παντὸς ἀσεβοῦς τοῦτο νοητέον, πρὸς δὲ διάνοιαν, ἐπὶ τοῦ διαβόλου, ὃν ἠφάνισεν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ὁ καὶ τῆς κτίσεως δημιουργός.

OLYMP. Ad literam quidem, hoc de quovis impio; ad ſenſum verò, de diabolo intelligendum eſt, quem unigenitus Dei filius, qui etiam creaturæ opifex eſt, penitus delevit.

Συνῆκας δὲ δεσμὸν πλειάδος;

Aut intellexiſti nexum Pleiadis?

Ο Δὲ Σύμμαχος, ἢ συνάψεις μέρεια πλειάδος; τουτέστι, ποία ἀνάγκη, ποῖος σύνδεσμος * ἐκεῖνα συνέχως, καὶ τὰ ἄστρα συναγελάζεσθαι ποιεῖ; μήτι ἄρα τῆς σῆς συνέσεως ἔργον τὸ ὥσπερ δεδέσθαι, καὶ τοιῶσδε συγκεῖσθαι τοὺς συμπληροῦντας τὴν πλειάδα ἀστέρας; ἢ τὴν αἰτίαν οἶσθα διὰ τί οὕτως ἀλλήλοις συνηρμόσθησαν;

* ἴσ. ἐκείνην συνέχει.

SYmmachus autem, *An conjunges partes Pleiadis?* Id eſt, Quæ neceſſitas, quod vinculum illam conſtringit, & ſydera in unum coire facit? Num tuæ prudentiæ opus eſt, quòd ita vinciantur, & in hunc modum ſimul ſitæ ſint ſtellæ quæ Pleiadem conficiunt? vel, An cauſam nôſti ob quam ita inter ſe invicem copulentur?

Καὶ φραγμὸν ὠρίωνος ἤνοιξας;

Et ſeptum Orionis aperuiſti?

ΕΠειδὴ κατὰ καιρὸν ὁ ὠρίων φαίνεται, ἢ σὺ, φησὶ, παρασκευάζεις αὐτὸν ὥσπερ τινὶ διαφράγματι ἀποκρύπτεσθαι, καὶ πάλιν φαίνεσθαι;

CUm Orion certo tempore appareat, An tu, inquit, cauſa es quòd quaſi ſepimento interpoſito occultetur, & rurſus appareat?

Ἢ διανοίξεις μαζουρὼθ ἐν καιρῷ αὐτοῦ;

An aperies Maſuroth in tempore ſuo?

ΜΑζουρὼθ τὰ συστήματα λέγει τῶν ἀστέρων, ἃ ἐν τῇ συνηθείᾳ, ζώδια καλοῦνται. πῶς οὖν, φησὶν,

COEtum & collectionem ſyderum *Mazuroth* vocat, quæ communi loquendi uſu, ſigna Zodiaci appellantur. Quomodo igitur,

igitur, inquit, hæc clauſtris includuntur, ac ſtato tempore apparent? Alij verò dicunt, *Mazuroth* vocem eſſe Hebraicam, & ſignificare ſydereum canem: Túne, inquit, ſydera quæ abſcondita ſunt reſerabis, & unumquodq; ſuo tempore revelabis?

ἀποκεκλεισμένα εἰσὶ ταῦτα, καὶ κατὰ καιρὸν φαίνονται; ἄλλοι δέ φασι, μαζουρὼθ ἑβραϊκὴν μὲν εἶναι τὴν λέξιν, σημαίνειν δὲ τὴν ἀστραῖον κύνα. σὺ οὖν, φησί, τὰ ἀποκεκρυμμένα διανοίξεις, καὶ ἀποκαλύψεις κατὰ καιρὸν αὐτοῦ ἕκαστον;

Et veſperum ſuper comam ejus duces ea?

Καὶ ἕσπερον ἐπὶ κόμης αὐτοῦ ἄξεις αὐτά;

Eximiam fulgoris præſtantiam & venuſtatem, *Comam* vocat. Túne igitur, inquit, Heſpero, ſtellæ lucidiſſimæ & fulgidiſſimæ, itineris dux eris? tantóq; ſplendore coruſcantem deduces?

Κόμην τὴν ὑπερβολὴν τῆς λάμψεως λέγει καὶ τῆς εὐπρεπείας. σὺ οὖν, φησί, τῷ ἑσπέρῳ, ἀστέρι τῷ φαιδροτάτῳ καὶ λαμπροτάτῳ, καθοδηγήσεις; καὶ παράξεις οὕτω * διαφανῶς ἐκλάμποντα;

* γρ. ἀειδίαλον ἐκλάμψαι;

Scis autem commutationes cæli, aut quæ ſub cælo ſimul facta? Vocabis autem nubem voce? Et tremore aquæ validæ obediet tibi?

Ἐπίστασαι δὲ τροπὰς οὐρανοῦ, ἢ τὰ ὑπ' οὐρανὸν ὁμοθυμαδὸν γινόμενα; καλέσεις δὲ νέφος φωνῇ; καὶ τρόμῳ ὕδατος λάβρου ὑπακούσεταί σοι;

Num aëris, inquit, mutationes, vel, ut uno verbo abſolvam, an rationem qua fiunt omnia quæ ſub cœlo ſunt, nôſti? Potéſne nubibus imperare, ita ut aquâ gravatæ, quaſi tremore perculſæ, tuo imperio pareant? & aquarum impetus, & pluvia tanquam animata obediat?

Τὰς δὲ τοῦ ἀέρος, φησὶν, ἐπίστασαι τροπὰς, ἢ ἅπαξ ἁπλῶς, πάντα τὰ ὑπ' οὐρανὸν γινόμενα, ὅπως γίνεται; ἀλλὰ δυνάσαι ἐπιτάξαι νέφεσι; καὶ οἱονεὶ τρέμοντα ὑπακούσονται ὑπὸ σοῦ προστάγματι, βεβριθμένα τῷ ὕδατι; καὶ ἡ ὁρμὴ τῶν ὑδάτων, καὶ ὁ ὑετὸς, ὥσπερ ἔμψυχος ὑπακούσεται;

Mittes autem fulmina, & ibunt? aut dicent tibi, Quid eſt?

Ἀποστελεῖς δὲ κεραυνοὺς, καὶ πορεύσονται; ἐροῦσι δέ σοι, τί ἐστιν;

An fulmina, inſtar famulorum, contra quos emittuntur, à te ire jubebuntur? & parata ad exequendum mandata, in hunc ferè modum vocem emittent, ac dicent, Ecce præſtò ſumus; Quid eſt quod nos facere jubes?

Ὥσπερ δέ τινες οἰκέται οἱ κεραυνοὶ * ἐπιτάττονται παρὰ σοῦ πορεύεσθαι καθ' ὧν καὶ ἐκπέμπονται; καὶ ἕτοιμοι ὄντες πρὸς τὸ ἐπίταγμα, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντες ἐροῦσιν, ἰδοὺ ἡμεῖς πάρεσμεν· τί ἐστιν ὃ ποιεῖν ἡμᾶς προστάττεις;

* ἴσ. ἐπιτάξονται.

CHRYS. Vides fulmina etiam reſpondere; non quòd fulmina dicant, *Quid eſt?* ſed quia omnia, ac ſi animata eſſent, Deo obtemperent.

ΧΡΥΣ. Ὁρᾷς καὶ κεραυνοὺς ἀποκρινομένους· οὐχ ὅτι οἱ κεραυνοὶ ἐροῦσι, τί ἐστιν; ἀλλ' ὅτι πάντα, καθάπερ ἔμψυχα, οὕτως ὑπακούει τῷ Θεῷ.

Τίς

Τίς δὲ ἔδωκε γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, ἢ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην;

ΣΕΒΗΡΟΥ, ΧΡΥΣΟΣΤ. καὶ ΓΡΗΓ. ΤΟΥ ΘΕΟΛ.

Απαριθμούμενος τὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποίησιν, καὶ θαλάσσης κλεῖθρα, καὶ ἀστέρων θέσιν, καὶ ὑετοῦ ῥύσιν, καὶ τ' ἄλλα δι' ὧν κυβερνᾷ τὴν ἡμετέραν ζωήν· τίς, φησί, γυναῖκας, καίτοι τὰ ἄλλα ἀσθενεῖς οὔσας, ἐσόφισεν εἰς ὑφασμάτων κατασκευήν, καὶ εἰς τὸ ταῦτα καταποικίλλειν ταῖς τῶν ἐρίων βαφαῖς τε καὶ χρώμασιν; συναμίγνυσι δὲ ἡ θεία γραφὴ τοῖς μεγάλοις τὰ μικρά, καὶ γυναικῶν θαυμάζει σοφίαν τὴν ἐν ὑφάσμασι, τίς ἔδωκε, λέγουσα, γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, καὶ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην; ζώου λογικοῦ * τούτου, καὶ περιττοῦ τὴν σοφίαν, καὶ μέχρι τῶν οὐρανίων ὁδεύοντος· οὐ γὰρ ἡ τυχοῦσα σοφία αὕτη ποικίλη τις οὖσα, οὐδὲ μικρὰ ἡ χρῆσις. Οὐκ * ἀτημέλιςαι οὖν ἡ περὶ τοὺς ἱστοὺς φιλοτεχνία, οὐδὲ ἀπέρριπται ὡς περιττή, ἀλλ' ἔνεστι κἀν * τούτοις θεία σοφία, καὶ ἣν οὐκ αἰσχύνεται Θεὸς ἰδίαν ἀποκαλεῖν, οὐκ ἄλλον λέγων εἶναι ταύτης δοτῆρα καὶ χορηγὸν ἀλλ' ἑαυτόν.

* ἴσ. τοῦτο

* ἴσ. ἀτημελεῖται

* ἴσ. ταύτῃ

Quis autem dedit mulieribus texturæ ſapientiam, aut variegandi ſcientiam?

SEVERI, CHRYSOST. & GREGORII THEOLOGI.

Cùm cœli & terræ creationem, maris clauſtra, ſyderum ſitus, pluviæ fluxum, & alia quibus vitam noſtram gubernat, enumeràſſet; Quis, inquit, mulieres, aliàs imbecilles, textilium artificium, & ut lanarum tincturis ac coloribus ea variegarent, largitus eſt? Magnis autem Scriptura etiam parva admiſcet, & fœminarum in textilibus conficiendis ſapientiam admiratur, dicendo, *Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam, & variegandi ſcientiam?* Hoc enim animalis eſt ratione præditi, quod prudentiâ excellit, & ad cœleſtia uſq; penetrat: non enim vulgaris eſt hæc variegandi ſapientia, neq; uſus ejus exiguus. Non neglecta igitur jacet texturæ ars, neq; tanquam ſupervacanea abjicitur, ſed in hac etiam divina ſapientia ineſt, quam Deus non erubeſcit ſuam vocare, cùm non alium, ſed ſeipſum ejus datorem & ſubminiſtratorem eſſe dicat.

Τίς δὲ ὁ ἀριθμῶν νέφη σοφίᾳ, οὐρανὸν δὲ εἰς γῆν ἔκλινεν;

ΟΛΥΜΠ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἢ τίς ἔδωκε μεμωρανμένῳ ἔννοιαν; τίς, φησίν, ὁ ὑπὸ ἀριθμὸν, καὶ οὐκ ἀμέτρως, ἀλλὰ πρὸς τὴν χρείαν τὰ νέφη συνίστασθαι παρασκευάζων; τίς δὲ ὁ τὸν οὐρανὸν κυκλοφορικὸν ἀπεργασάμενος, ὡς δοκεῖν τοῖς πόρρωθεν ἀτενίζουσιν, ὅτι τῶν ἄκρων τῆς γῆς ἐφάπτεται; τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ, ἔκλινεν.

Aut quis eſt qui numeret nubes ſapientiâ, & cœlum & terram inclinavit?

OLYMP. Symmachus verò, *Aut quis dedit inſipienti intelligentiam?* Quis, inquit, eſt qui facit ut nubes in numerum cogantur, non quidem ſine modo & menſura, ſed ut utilitati inſerviant? Quis cœlo motum circularem dedit, ut iis qui è longinquo intuentur, terræ extrema attingere videatur? illud enim eſt, *Inclinavit.*

Κέχυται δὲ ὥσπερ γῆ κονία.

ΤΟ λεπτὸν αὐτοῦ αἰνίττεται, ὃ καὶ ὁ Ἡσαΐας φησίν, ὅτι ὥσπερ κα-

Diffuſus eſt autem ſicut terra cinis.

TEnuitatem ejus innuit; de qua Eſaias etiam dicit, *Inſtar fumi eſt*: cœlum Eſa.51.6.

autem,

autem, terræ quæ nigra eſt, inſtar cineris propter ejus ſplendorem circumfunditur.

πνός ἐστι. περικέχυται δὲ τῇ γῇ μελαίνῃ οὔσῃ ὁ οὐρανὸς ὥσπερ κονία, διὰ τὸ διαυγές.

Et agglutinavi eum ſicut lapidi cubum.

Κεκόλληκα δὲ αὐτὸν ὥσπερ λίθῳ κύβον.

DIcendo, *Sicut cubum*, ſtabilitatem, firmitudinem, ſimul etiam & figuram ejus ob oculos poſuit. Tenuiſſimam autem ejus naturam, inquit, ſolidam adeo effeci, ac ſi quis lapidi cubum aptâſſet, & cubicum reddidiſſet. Cubus autem figura eſt, quæ quadratam aut circularem baſin habens, in acutum deſinit. Quidam verò figuram ſcypho ſimilem eſſe dicunt.

ΤΟ πεπηγὸς, καὶ βέβαιον, καὶ τὸ σχῆμα δι' αὐτοῦ παρέστησεν, εἰπὼν, ὥσπερ κύβον. τὴν οὖν λεπτοτάτην, φησὶ, τοῦ οὐρανοῦ φύσιν οὕτω στερέμνιον ἀπειργασάμην, καθάπερ ἂν εἴ τις λίθῳ κύβον ἐναρμόσοι. κύβος δέ ἐστιν ὁ ἐκ τετραγώνου κατὰ τὴν βάσιν, ἢ κυκλοτεροῦς, εἰς ὀξὺ λήγων. ἔνιοι δὲ τὸ σχῆμα σκυφοειδές φασιν.

APOLINARII. Cœlum autem circulare, quæ Græcorum Philoſophorum opinio eſt, in divinis Scripturis invenire non licet, ita ut ſupra & infra terram, orbicularem ejus motum intelligamus. Aquam enim ſub terra, non autem cœlum, & ſupra cœlum, quod tentorii inſtar expanſum eſt, aquas tanquam tectum ſuperimpoſitum, di-
Pſal.103.2,3. vinæ Scripturæ nobis repræſentant. *Extendens*, inquit, *cœlum ſicut pellem. Qui tegit*
Pſal.18.7. *in aquis ſuperiora ejus.* Sol etiam ab extremo cœli cardine ad extremum, ab oriente, ſcilicet, ad occaſum percurrere, nulla autem ejus pars, ne minima quidem, diurno tempore ab occidente recurrere dicitur. Et,
Eſa.40.22. *Qui cœlum*, inquit, *ſtabilivit*, non, *Qui*
Ibid. *in circulo cirumagit* : &, *Qui extendit eum ſicut tabernaculum*, non autem, *tanquam circulum circumvoluit* : Et Eſaias, eos qui è longinqua terra veniunt, ab ex-
Eſa.13.5 tremo cœli fundamento venire dicit ; ac ſi cœlum fundamento innixum & ſtabile eſſet, non autem circulariter & in gyrum circumrotaretur.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Σφαιροειδῆ γὰρ οὐρανὸν, κατὰ τὸν τῶν Ἑλλήνων λόγον, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς θείοις λόγοις, ἵν' ὑπὲρ γῆς τε καὶ ὑπὸ γῆς τὴν ἐγκύκλιον φορὰν ἐννοήσωμεν. ὕδωρ γὰρ ὑπὸ γῆν, οὐκ οὐρανὸν, αἱ θεῖαι γραφαὶ παριστῶσι· καὶ ὑπὲρ οὐρανὸν δὲ, ὕδατα στέγους δίκην ἐπικείμενα, δέῤῥεως τρόπον ἐκτεταμένον· ἐκτείνων γάρ, φησι, τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν. ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ. ἀπ' ἄκρου τε εἰς ἄκρον ὁ ἥλιος διελθεῖν, ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν λέγεται, οὐχὶ μέρος ἐλάχιστον αὐτοῦ τῆς ἡμέρας ἐκ δύσεως ἀνατρέχειν· καὶ, ὁ στήσας, φησὶ, τὸν οὐρανὸν, οὐχ ὁ κύκλῳ περιάγων· καὶ, διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνὴν, οὐχ ὡς κύκλον * περιελίττεσθαι· καὶ ἀπ' ἄκρου θεμελίου οὐρανοῦ, φησὶν Ἡσαΐας ἔρχεσθαι τοὺς ἐκ γῆς πόῤῥωθεν ἐρχομένους, ὡς τεθεμελιωμένου τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἑστῶτος, οὐχὶ κύκλῳ περιθέοντος.

* ἴσ. περιελίττον.

Aut venaberis leonibus eſcam, aut animas draconum replebis? Timuerunt enim in cubilibus eo-

Θηρεύσεις δὲ λέουσι βορὰν, ψυχὰς δὲ δρακόντων ἐμπλήσεις; δεδοίκασι γὰρ ἐν κοίταις αὐτῶν,

αὐτῶν, κάθηνται δὲ ἐν ὕλαις ἐνεδρεύοντες.

rum, & ſedent in ſylvis inſidiantes.

OΛΥΜΠ. Τίς δὲ τῷ λέοντι τὴν θηρευτικὴν ἐχαρίσατο φύσιν; καὶ τίς τοὺς δράκοντας τροφῆς ἐμπίπλησι; τίς ἐδίδαξε τὰ θηρία ἐνεδρεύειν, καὶ ἐπιτίθεσθαί τισι πρὸς τροφῆς εὐπορίαν;

OLYMP. Quis leoni naturam venatoriam largitus eſt? Quis dracones cibo ſaturat? Quis feras cibi cauſâ inſidiari, & impetum in quædam facere docuit?

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τίνος δὲ ἕνεκεν ταῦτά φησι; ὅτι εἰ τὴν περιττὴν τοσαύτην ποιοῦμαι πρόνοιαν, τὴν οὐδὲ εἰς δουλείαν ὑμῖν χρησίμων, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμῶν; τί γὰρ τοσοῦτον ὄφελος ἄνθρωπος ἐκ τῶν τοιούτων;

CHRYS. Quorſum verò hæc dicit? Si ſupervacaneas, inquit, belluas & minimè neceſſarias, quæ veſtro ſervitio utilitatem nullam præſtant, tantâ providentiâ complector; an non multò magis vos? quem fructum enim & utilitatem homo ex hujuſmodi percipit?

Τίς δὲ ἡτοίμασε κόρακι βοράν; νεοσσοὶ γὰρ αὐτοῦ πρὸς Κύριον κεκράγασι, πλανώμενοι, τὰ σῖτα ζητοῦντες.

Quis autem præparavit corvo eſcam? pulli enim ejus ad Dominum clamaverunt, errantes, cibaria quærentes.

OΛΥΜ. Ἀλλὰ καὶ τῶν πτηνῶν, φησὶν, ὁ Θεὸς προνοεῖ· ἀπὸ γὰρ τοῦ μέρους τὸ πᾶν ἐσήμανε. λέγεται γὰρ ὁ κόραξ μὴ ἐκτρέφειν τὰ ἔκγονα ὑπὸ λαιμαργίας, ἀλλ᾽ ἀτημελήτους ἐᾶν τοὺς νεοσσούς· τοὺς δὲ ὑπὸ τῆς ἐνδείας πιεζομένους, φυσικῇ τινι κεχρῆσθαι πρὸς Θεὸν τῇ βοῇ, καὶ ἀπὸ μικρῶν τινων ζωυφίων γινομένων ἐν ταῖς νεοσσιαῖς ἐκτρέφεσθαι. τίς οὖν ὁ τρέφων αὐτούς; οὐχ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος; νεοσσοὶ γὰρ κοράκων πρὸς αὐτὸν κεκράγασι μετὰ τὸ πλανηθῆναι πολλὰ, ζητοῦντες ἀπ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν τροφὴν, τοῦ διδόντος οὐχ ἁπλῶς τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων, ἀλλὰ τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν, οὐ λόγῳ, ἀλλὰ τῇ χρείᾳ, καὶ τῇ φυσικῇ κινήσει.

OLYMP. Sed & volucribus etiam Deus providet; totum enim per partem ſignificavit. Dicitur autem corvus præ ingluvie fœtum ſuum non alere, ſed pullos neglectos deſerere; illos verò fame oppreſſos clamore quodam naturali ad Deum uti, & parvis quibuſdam beſtiolis quæ in nidis enaſcuntur, nutriri. Quis igitur eos nutrit? Nónne Dei verbum? Pulli enim corvorum poſt longum & vagabundum errorem clamârunt, quærentes cibum ab eo ſumere, qui non ſolùm pullis corvorum, verumetiam iis qui non tantùm verbo, ſed neceſſitate, & motu naturali illum invocant, miniſtrat.

EI ἔγνως καιρὸν τοκετοῦ τραγελάφων πέτρας, ἐφύλαξας δὲ ὠδῖνας ἐλάφων, ἠρίθμησας δὲ μῆνας αὐτῶν πλήρεις τοκετοῦ αὐτῶν, ὠδῖνας δὲ αὐτῶν ἔλυσας, ἐξέθρεψας δὲ αὐτῶν τὰ παιδία ἔξω φόβου, ὠδῖνας δὲ αὐτῶν ἐξαποστελεῖς;

SI cognoviſti tempus pariendi tragelaphorum petræ, aut partus cervarum cuſtodîſti, & numerâſti menſes earum plenos partûs earum, & dolores earum ſolviſti, et nutrîſti hinnulos earum ſine metu, et partus earum emittes? CAP. 39.

OΛΥΜΠ. Ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰ ἐλάχιστα, φησὶν, οἶσθα, πῶς αἱ

OLYMP. Sed ne minutiſſima quidem, inquit, nôſti, Quomodo cervæ ſuo

ſuo tempore, & tragelaphus (capra, ſcilicet, ſylveſtris) in petris ac ſpeluncis quæ naturâ tecta & laqueata ſunt, pariant? & quis numerus menſium ad ventrem perferendum eis datus ſit? quomodo, finitis partûs doloribus, fœtus in lucem edant? quomodo recenter natis lac indant, & illi ſine metu & formidine alantur?

καιρὸν ἔλαφος καὶ τραγέλαφος, ἤτοι * ἄγαγρος, ὑπὸ αὐτορόφοις σπηλαίοις ἐν πέτραις ἀποκυΐσκουσι; καὶ τίς αὐτοῖς ἀριθμὸς μηνῶν εἰς τὴν κύησιν δέδοται; πῶς δὲ ἀποτίκτουσι, λυθεισῶν τῶν ὠδίνων; πῶς δὲ γάλα τοῖς νεογνοῖς ἐνδιδόασι, τὰ δὲ τρέφεται ἄνευ φόβου;

* ἴσ. αἲξ ἄγριος.

CHRYSOSTOMI. Rectè autem dixit, *Cuſtodiſti:* Quomodo enim, inquit, cùm animal in fuga, metu & formidine ſemper ſit, ac perpetuò ſaliat & ſubſiliat, abortum non patitur, ſed fœtum abſolutum edit? Illud verò, ***Dolores earum ſolviſti,*** per emphaſin dictum eſt; ſponte enim ſuâ pariunt, nec obſtetricis ope indigent. Illud autem, ***Nutriſti hinnulos earum ſine metu?*** Theodotio evidentiùs interpretatus eſt, dicens, ***Si dederint parvulos ſuos, ſalvabis eos?*** Illud verò, ***Partus earum emittes?*** ſi paſſionem ipſam & dolores in partu, ***partûs*** nomine intellexeris, ***emittes,*** pro, ***ceſſare facies,*** ſumitur; Siſtes enim, inquit, dolores partûs, ne ſemper in iis ſint: ſin autem, ***partus,*** pro partu editis & in lucem natis acceperis, illud ***emittes,*** idem eſt quod, ***ablegabis;*** quod Symmachus ſuâ verſione innuit, ***Quæ pepererunt, derelinquunt:*** poſtquam enim fœtus recenter editos ad tempus educaverint, quò libitum iis eſt, abire ſinunt. Atque hunc ſenſum verſus qui proximè ſequitur exhibet.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καλῶς δὲ εἶπεν, ἐφύλαξας· ὅπου γὰρ ἀεὶ ἐν φυγῇ, καὶ φόβῳ καὶ * ἀτονίᾳ τὸ ζῶον ἀεὶ πηδῶν καὶ * ἐνδιδόμενον, πῶς, φησὶν, οὐκ ἀμβλώσκει, ἀλλὰ πλήρης ὁ τόκος ἐξέρχεται; τὸ δὲ, ὠδῖνας αὐτῶν ἔλυσας, ἐμφατικῶς εἴρηται· αὐτομάτως γὰρ ἀποκύουσιν, οὐ δεόμεναι μαιεύσεως. τὸ δὲ, ἐξέθρεψας αὐτῶν τὰ παιδία ἔξω φόβου; σαφέστερον ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσεν, εἰπὼν, ἐὰν δώσουσι τὰ παιδία αὐτῶν, διασώσεις αὐτά; τὸ δὲ, ἐξαποστελεῖς ὠδῖνας αὐτῶν; εἰ μὲν ὠδῖνας αὐτῶν τὸ πάθος νοήσεις, τὸ, ἐξαποστελεῖς, ἀντὶ τοῦ, παύσεις, παρείληπται· παύσεις γὰρ, φησὶ, τὰς ὠδῖνας· * τὰ ὠδινηθέντα καὶ * τεθέντα ἐκλήψῃ, τὸ, ἐξαποστελεῖς, τὸ, ἐκπέμψεις αὐτὰ, δηλοῖ· ὃ καὶ Σύμμαχος ᾐνίξατο ἐκδοὺς, ἃ * ὠδίνησαν ἀπολείπουσι· μετὰ γὰρ τὸ ἐκθρέψαι τὰ νεογνὰ, ἐῶσι ταῦτα ὅποι * φίλων αὐτοῖς πορεύεσθαι. ταύτην τὴν διάνοιαν καὶ ὁ ἑξῆς στίχος παρίστησιν.

* ἴσ. ἀγωνίᾳ. * ἴσ. ἀλλόμενον. * ἴσ. suppl. εἰ δέ. * ἴσ. τεχθέντα. * ἴσ. ὤδινας. * ἴσ. φίλον.

Abrumpent filios ſuos, multiplicabuntur in genimine, exibunt, & non revertentur eis.

Ἀπορρήξουσι τὰ τέκνα αὐτῶν, πληθυνθήσονται ἐν γεννήματι, ἐξελεύσονται, καὶ οὐ μὴ ἀνακάμψουσιν αὐτοῖς.

OLYMPIODORI. Et quomodo, inquit, matres, naturalis affectûs oblitæ, fœtus adultos derelinquunt? illi verò à matribus digredientes, & terræ genimina depaſcentes, multiplicantur, neque ampliùs ad eas revertuntur?

ΟΛΥΜ. Καὶ πῶς, φησὶν, αἱ μητέρες ἁδρυνθέντα τὰ τέκνα καταλιμπάνουσιν, εἰς λήθην ἐλθοῦσαι τῆς φυσικῆς στοργῆς; τὰ δὲ ἐξελθόντα, καὶ νεμόμενα ἐν τοῖς * γεννήμασι τῆς γῆς, πληθύνεται, καὶ οὐκέτι πρὸς αὐτὰς ὑποστρέφει;

* χλόαις.

Τίς

Τίς δέ ἐστιν ὁ ἀφεὶς ὄνον ἄγριον ἐλεύθερον, δεσμοὺς δὲ αὐτοῦ τίς ἔλυσεν; ἐθέμην δὲ τὴν δίαιταν αὐτοῦ ἔρημον, καὶ τὰ σκηνώματα αὐτοῦ ἁλμυρίδα· καταγελῶν πολυοχλίας πόλεως, μέμψιν δὲ φορολόγου οὐκ ἀκούων.

Quis autem eſt qui dimiſit onagrum liberum, & vincula ejus quis reſolvit? Poſui enim habitationem ejus deſertum, & tabernacula ejus ſalſuginem; irridens multas turbas civitatis, & querelam exactoris non audiens.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τίς τοῦτο διετύπωσε, φησί; τίς τοὺς τῆς φύσεως νόμους * διέθηκεν; ὅτι γὰρ οἱ νόμοι διηνεκεῖς εἰσι, καὶ οὐ παραφθείρονται, ἰσχυρὸν τὸ ζῶον καὶ ἀδάμαστον, κἂν μυρία φιλονεικῇς, οὐκ ἄξεις ὑπὸ τὴν χεῖρα τὴν σήν.

*κ. τέθεικεν.

CHRYSOST. Quis hoc, inquit, ita diſpoſuit? Quis naturæ leges ſancivit? Cùm enim illæ perpetuæ ſint, nec labem ullam aut corruptelam patiantur, robuſtum illud animal & indomitum, licèt millies ſtudioſè contenderis, in poteſtatem tuam non rediges, neque cicur & manſuetum reddes.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Κατὰ μὲν οὖν τὸ ῥητόν· πόθεν, φησί, τῷ ὀνάγρῳ ἡ αὐτονομία; πόθεν, ἀνθρώπων ἐπιτάγμασιν οὐ πείθεται, ἀλλ' οἴκησιν καὶ διατριβὴν ἔχει τὴν ἔρημον, κατασκηνοῖ δὲ ἐν ἁλμυροῖς τόποις καὶ ἐρήμοις; πρὸς δὲ διάνοιαν, ὁ μοναδικὸς διαγράφεται βίος, ὡς ἔξω τῶν κοσμικῶν, καὶ συγκινούντων τὴν αἴσθησιν. δῆλον δὲ ἐντεῦθεν ὡς εἰς ἀλληγορίαν ἡμᾶς ὁ λόγος παραπέμπει· οὐδὲ γὰρ ὁ ὄνος οὗτος μέμψιν ἀκούει φορολόγου, ἀλλ' ὁ πνευματικὸς ἄνθρωπος, ὁ μὴ ἀνεχόμενος τοῦ νοητοῦ πράκτορος, ὅς, ὥσπερ τινὰ φόρον ἀπαιτῶν, τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν ἀναγκάζει ἀχθοφορεῖν, καὶ κακίας ὑποζεύγνυσθαι πάθεσι, καὶ δουλεύειν ἡδοναῖς.

OLYMPIODORI. Ad literam quidem; Unde, inquit, onagro juris ſui libertas conceſſa eſt? Unde eſt quòd hominum mandatis non obtemperet, ſed deſertum pro habitaculo & loco commorandi habeat, & in locis ſalſis ac ſolitariis tabernaculum ponat? Ad ſenſum verò, vita ſolitaria, tanquam à rebus ſecularibus & iis quæ ſenſus movent ac deliniunt, ſepoſita, his verbis deſcribitur. Hinc autem apparet, ſermonem hunc allegoricè à nobis intelligendum eſſe; neque enim hìc aſinus querelam exactoris audit, ſed homo ſpiritualis, qui non patitur neque audire ſuſtinet exactorem illum qui intellectu concipitur, qui, tanquam tributum aliquod exigeret, eos qui ſub ejus imperio ſunt, onera ferre, improbarum perturbationum jugum ſubire, & voluptatibus inſervire cogit.

Κατασκέψεται ὄρη νομὴν αὐτοῦ, καὶ ὀπίσω παντὸς χλωροῦ ζητεῖ.

Conſiderabit montes paſcuum ſuum, & poſt omne viride quærit.

Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν, ὁ ἄγριος ὄνος τὰ ὄρη περινοστῶν, τὰς βοτάνας ἀναζητεῖ πρὸς διατροφήν. κατὰ δὲ τὴν

AD hiſtoriæ quidem & rei veritatem; Aſinus ſylveſtris montes peragrans, herbas inveſtigat ut iis veſcatur: ad theoriam

riam verò; Homo ſpiritualis converſationes eorum qui in cœlis ſunt, ſpeculatur, præſentia non rimatur, ſed ea quæ in vernante ſeculo futuro & ſpei pleno habentur, ac in floridis divini verbi oraculis, & bono paſcuo requieſcit, indéque cibo ſimul & voluptate multâ ſatiatus, in vitam quæ fine caret, deducitur.

θεωρεῖν, ὁ πνευματικὸς ἄνθρωπος τὰς οὐρανίων τῆς πολιτείας κατασκέπτεται, καὶ ἐπιζητεῖ, οὐ τὰ παρόντα, ἀλλὰ τὰ ἐν τῷ ἐαρινῷ αἰῶνι, τῷ μέλλοντι, τῷ ἐλπιδηφόρῳ, καὶ ἐν τοῖς τεθηλόσι λογίοις, καὶ ἐν νομῇ ἀγαθῇ διαναπαύεται, καὶ εἰς ἀνεπίληπτον βίον ἐντεῦθεν ὁδηγεῖται, τροφὴν ὁμοῦ καὶ τέρψιν καρπούμενος πολλήν.

NILI. Mihi autem inquirendum videtur, quomodo aſinus agreſtis in deſerto relictus, & ſolitudinem ac ſalſuginem pro commorandi loco & tabernaculo habens, viridem omnem herbam quærat, cùm deſertum & loca ſalſa, gramini, ut plurimùm, producendo omnino inepta ſint? niſi quis dicat, hominem perturbationibus vacuum, poſtquam humiditatem earum ſale condierit, tum demum ad divinorum oraculorum contemplationem idoneum eſſe.

ΝΕΙΛΟΥ. Ἐμοὶ δὲ καὶ ζητητέον, πῶς ὀπίσω παντὸς χλωροῦ ζητεῖ ὁ ἐν ἐρήμῳ ἀφεθεὶς ἄγριος ὄνος, τὴν δίαιταν ἔχων ἔρημον, καὶ τὰ σκηνώματα ἁλμυρώδη, τῆς ἁλμυρώδους καὶ τῆς ἐρήμου, ὡς ἐπὶ πλεῖστον, οὐ πάνυ πρὸς πόας φύσιν οὔσης ἐπιτηδείου; εἰ μὴ ἄρα τις εἴποι, τὸν ἔρημον παθῶν ἱκανὸν εἶναι ζητεῖν τὴν ἐν τοῖς θείοις λογίοις θεωρίαν, μετὰ τὸ ἐξαλμυρωθῆναι τὴν τῶν παθῶν ὑγρασίαν.

Volet autem monoceros ſervire tibi, aut dormire ſuper præſepe tuum? & alligabis in loris jugum ejus, aut ducet ſulcos tuos in campo? Confidis autem in eo quia multa eſt virtus ejus, & dimittes ei opera tua? & credes quia reddet tibi ſementem, & in aream tuam inferet?

Βουλήσεται δέ σοι μονόκερως δουλεῦσαι, ἢ κοιμηθῆναι ἐπὶ φάτνης σου; δήσεις δὲ ἐν ἱμᾶσι ζυγὸν αὐτοῦ, ἢ ἑλκύσει σου αὔλακας ἐν πεδίῳ; πέποιθας δὲ ἐπ' αὐτῷ, ὅτι πολλὴ ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, ἐπαφήσεις δὲ αὐτῷ τὰ ἔργα σου; πιστεύσεις δὲ ὅτι ἀποδώσει σοι τὸν σπόρον, εἰσοίσει δέ σου τὴν ἅλωνα;

BASILII. Monoceros animal eſt robore inexpugnabile, hominibus minimè ſubjectum; Non enim, inquit, loris eum alligabis, neque in præſepi ſomnum capiet, neque ductum tuum ſequens complanabit valles, neque agriculturam ei relinques & committes, neque ſementem tibi reſtituet, neque quæ triturata ſunt in unum colliget: & multa quidem in hac parte prophetiæ, de libertate hujus animalis, & quòd hominibus non obtemperet, dicuntur. Obſervatum eſt autem, quòd Scriptura ſimilitudine à monocerote ductâ in utramque partem, interdum quidem in laudem, interdum verò in vituperium utatur: & quidem

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ζῷόν ἐστιν ὁ μονόκερως ἄμαχον τὴν δύναμιν, ἀνυπότακτον τοῖς ἀνθρώποις· οὐ γὰρ δήσεις αὐτόν, φησίν, ἱμᾶσι, οὐδὲ κοιμηθήσεται ἐπὶ φάτνης, οὐδὲ ὁμαλιεῖ κοιλάδας ἀκολουθῶν σοι, οὐδὲ ἐγκαταλείψεις αὐτῷ καὶ ἐμπιστεύσεις τὰ γεώργια, οὐδὲ ἀποκαταστήσει σοι τὸν σπόρον, οὐδὲ συνάξει τὰ ἀλοηθέντα· καὶ πολλὰ περὶ τοῦ ἐλευθεριάζειν τὸ ζῷον, καὶ μὴ ὑπείκειν τοῖς ἀνθρώποις, ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς προφητείας εἴρηται. καὶ παρατετήρηται, ὅτι ἐπ' ἀμφότερα κέχρηται τῇ εἰκόνι τοῦ μονοκέρωτος ἡ γραφή, ποτὲ μὲν ἐπαινετῶς, ποτὲ δὲ διαβεβλημένως· ἔοικεν οὖν διὰ

μ

* γρ. ἀμυντικόν.

μὲν τὸ * πληκτικὸν τοῦ ζώου, ἐπὶ τὴν χειρόνων εἰκασίαν πολλάκις παραλαμβάνεσθαι· διὰ δὲ τὸ ὑψίκερων καὶ ἐλευθέριον, πρὸς τὴν τοῦ βελτίονος ἄγεσθαι εἰκασίαν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Καθ' ἱστορίαν μὲν οὖν, ὁ μονόκερως, ὃν δὴ Ἀκύλας ῥινοκέρωτα ἔφη, διὰ τὸ κατὰ μέσου τῆς κεφαλῆς τὸ κέρας ἔχειν, ἀλκιμώτατος ὤν, ἀνυπότακτός ἐστι, τῇ ἰσχύϊ καὶ τῇ ὀξύτητι τοῦ κέρατος πεποιθώς· οὐ γὰρ ἀνέχεται, φησὶν, ἐν φάτνῃ * κατακλείεσθαι, καὶ αὔλακα τέμνειν, καὶ ἀροῦν, καὶ γηπονεῖν, καὶ εἰς ἅλωνα συνάγειν τὰ γεννήματα. πρὸς δὲ διάνοιαν, μονόκερώς ἐστιν ὁ ἅγιος, ὅτι πρὸς Θεὸν μόνον ὁρᾷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ πέποιθε, τῶν γηΐνων ἁπάντων καταφρονῶν.

* γ. κατακλεισθ.

in eo quòd cornu hoc animal feriat & pungat, ad malorum ; in eo autem quòd cornu altiùs efferat, & liberum ſit, ad bonorum ſimilitudinem & naturam exprimendam, ſæpenumero ſumi videtur.

OLYMPIODORI. Ad hiſtoriam quidem & rei veritatem, monoceros (quem Aquila, quia in media fronte cornu gerit, *rhinocerota* vocavit) cùm animal robuſtiſſimum ſit, & cornu ſui viribus & acuto mucroni fidat, imperio non ſubjacet: Non enim ſuſtinet, inquit, in præſepi jacere, neque ſulcos ducere, aut arare, aut agrum colere, aut fructus terræ in aream comportare. Ad ſenſum verò; Vir ſanctus eſt monoceros, quia Deum ſolum intuetur, & contemptis rebus omnibus terreſtribus, in eo fiduciam collocat.

Πτέρυξ τερπομένων νεέλασσα, [ὁ δὲ Σύμμαχος, πτερὸν ἀγλαϊσμοῦ περιφυές.] ἐὰν συλλάβῃ ἀσίδα καὶ νέσσα, ὅτι ἀφήσει εἰς γῆν τὰ ὠὰ αὐτῆς, καὶ ἐπὶ χοῦν θάλψει· καὶ ἐπελάθετο ὅτι ποὺς σκορπιεῖ, καὶ θηρία ἀγροῦ καταπατήσει.

Penna lætantium neelaſſa, [Symmachus; *Penna exultationis circumnaſcitur.*] *ſi conceperit Aſida & Neſſa, quòd relinquet in terra ova ſua, & in pulvere calefaciet: & oblita eſt quia pes diſperdet, & beſtiæ agri conculcabunt.*

Βούλεται εἰπεῖν διαφορὰν τινῶν ὀρνέων, καὶ ὅτι τινὰ μὲν ὑπὸ Θεοῦ συνετίζονται, τινὰ δὲ εἰσιν ἀσυνετώτερα, καί φησιν, ὅτι τερπνὸν μέν ἐστι τῇ θέᾳ ἡ νεέλασσα, ἡ δὲ ἀσίδα καὶ ἡ νέσσα ἀσύνετα πεποίηνται· ἐπειδὴ γὰρ συλλαβόντα τέκωσιν, ὑπὸ τὴν γῆν θάλπουσι τὰ ὠὰ, ὥσπερ ἐπιλαθόμενα ὅτι καὶ ποσὶν ἀνθρώπων σκορπισθήσονται ταῦτα, καὶ θηρίοις καταπατηθήσονται. ἡ ἀσίδα δὲ ὁ ἐρωδιός ἐστι, κατὰ Ἀκύλαν, ἢ ὁ πελαργὸς, ὥς τινες ἔφασαν οὐ καλῶς νοήσαντες· οὐ γὰρ εἰς γῆν τίκτει ὁ πελαργὸς, ἀλλ' εἰς τὰ ὑψηλὰ τῶν δένδρων· καὶ οἱ τὰ ὀρνιθιακὰ γράψαντες, ἕτερον γένος ἔφασαν εἶναι παρὰ τὴν ἀσίδα τὸν πελαργόν. λέγει δὲ, τὴν ἀσίδα

VOlucrum quarundam differentiam, & quòd aliæ ex iis prudentiâ à Deo ornentur, aliæ verò imprudentiores ſint, narrare inſtituit, dicitque, quòd Neelaſſa aſpectu jucunda ſit, Aſida autem & Neſſa imprudentes creatæ fuerint, quoniam poſtquam conceperint, & ova excluſerint, tanquam immemores hominum pedibus comminuenda ac diſpergenda, & à beſtiis proculcanda fore, ſub pulvere ea foveant. Aſida autem, juxta Aquilam, Erodius eſt, vel Ciconia, ut quidam in errore verſantes dixerunt: Ciconia enim non humi in terra, ſed in elatis & proceris arboribus, ova deponit: & qui de avium natura ſcripſerunt, Aſidam diverſum eſſe genus à ciconia, authores ſunt. Quòd verò Aſida divinâ diſpenſatione

ſatione abſque prudentia creata fuerit, ratione non caret: tantâ enim corporis mole & robore prædita eſt, ut equitem ſpernat; prudentiam autem cum viribus conjunctam non habet; quæ cauſa eſt ut pulli ejus omnes ab interitu incolumes non ſerventur, neque propterea genus ejus multiplicetur. Poteſt verò ſic etiam verſus intelligi; Jucundum eſt ſpectaculum Neelaſſa iis qui avibus delectantur.

οἰκονομικῶς ἀνόητον ὑπὸ Θεοῦ γενέσθαι· καὶ γὰρ ὑπάρχει μεγέθει καὶ ἰσχύϊ, ὡς δύνασθαι καταφρονεῖν καὶ ἱππέως, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἰσχὺν οὐκ ἔχει σύνεσιν, ὥστε μὴ * πάντως σώζεσθαι τοὺς νεοττοὺς, καὶ ἐκ τούτου πληθύνεσθαι τὸ εἶδος. ἔστι δὲ καὶ οὕτως νοῆσαι τὸν στίχον· καλὴ τερπομένων τοῖς ὄρνισιν ὡραῖον θέαμα ἡ νεέλασσα. * ἴσ. πάντας.

POLYCHRONII. Eſt autem Aſida volucris maxima, ſed ſtolida, quam *Erodium* & *Accipitrem* Aquila interpretatus eſt, quoniam & hæ etiam aves ova ſua ſub pulvere foveant; licèt David in Pſal-
Pſal.103.17 mis canat, In arboribus excelſiſſimis *paſſeres nidificabunt*; & deinde ſubjungit,
Ibid. *Erodii habitatio dux eorum*, ac ſi hæc etiam avis frondes altiſſimarum arborum incolat. Quidam verò avem Arabicam eſſe dixerunt, quæ in Meſopotamia reperitur.

ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΥ. Ἔστι δὲ ἡ ἀσίδα πτηνὸν μέγιστον, πλὴν εὐήθες, ἣν Ἀκύλας ἐρωδιὸν καὶ ἱέρακα ἐκδέδωκεν, ὡς καὶ τούτων ὑπὸ χοῦν θαλπόντων τὰ ᾠὰ, καίτοι τοῦ Δαβὶδ ψάλλοντος, ὅτι ἐν τοῖς δένδροις τοῖς εὐμηκεστάτοις τὰ στρουθία ἐννοσσεύσουσιν, εἶτα ἐπάγοντος, τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ κατοικία ἡγεῖται αὐτῶν, ὡς καὶ τούτου τοῦ ὄρνιθος τῶν ὑψηλοτάτων δένδρων τὰς κόμας οἰκοῦντος. τινὲς δὲ ἔφασαν τὴν * Ἀραβίδα εἶναι ὄρνιν, ἥτις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ εὑρίσκεται. * Coniicitur legiſſe videtur ἀσίδα, non autem, ἀραβίδα.

Obduravit filios ſuos, ut non ſeipſam.

Ἀπεσκλήρυνε τὰ τέκνα ἑαυτῆς, ὥστε μὴ ἑαυτήν.

OLYMPIODORI. Hæc, inquit, volucris, ne pullis alendis moleſtiâ & labore ſeipſam conficeret, contra naturalem erga ſobolem affectum obdureſcendo percalluit, & repudiatis ovis, pullos labore & ediâ fatiſcere permiſit.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Αὕτη, φησὶν, ἡ ὄρνις, ἡ τὸ ᾠὸν μαθοῦσα, εἴασε καταπονεῖσθαι τοὺς νεοττοὺς, ἀποσκληρύνασα τὴν περὶ τὰ τέκνα φυσικὴν στοργὴν, ἵνα μὴ ἑαυτὴν καταπονήσῃ νεοττοτροφοῦσα.

Fruſtra laboravit ſine timore.

Εἰς κενὸν ἐκοπίασεν ἄνευ φόβου.

CUm igitur pullorum interitum non metuerit, ſed deſertos illos neglexerit, pullis omnibus nequaquam ſalvis & incolumibus, incaſſum labores ſuſcepit.

ΟΥ φοβηθεῖσα τοίνυν τὴν τῶν νεοττῶν ἀπώλειαν, ἀλλ' ἀμελήσασα, εἰς κενὸν ἐκοπίασεν, οὐ * πάντως περισωζομένων τῶν νεοττῶν. * ἴσ. πάντων

Quia tacere fecit ei Deus ſapientiam, & non partitus eſt ei in intellectu.

Ὅτι κατεσιώπησεν αὐτῇ ὁ Θεὸς σοφίαν, καὶ οὐκ ἐπεμέρισεν αὐτῇ ἐν τῇ συνέσει.

SYmmachus verò, *Et non diſtribuit ei intelligentiam.* Hoc autem ideo avis illa ſuſtinet, inquit, quoniam *tacere fe-*

Ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ οὐκ ἔνειμεν αὐτῇ σύνεσιν. τοῦτο δὲ ἡ ὄρνις ὑφίσταται, ἐπεὶ, φησὶν, ἐσιώπησεν, αὐτὴ τοῦ,

ἀνέχειν

ἀνέσχεν καὶ περιεῖλεν ἀπ' αὐτῆς ὁ Θεὸς σοφίαν, καὶ οὐκ ἐπεμέτρησεν αὐτῇ οὐδὲ ἐνέβαλε σύνεσιν.

cit, id eſt, cohibuit, & ab ea abſtulit, neque emenſus eſt aut indidit ei intelligentiam.

Κατὰ καιρὸν ἐν ὕψει ὑψώσει, καταγελάσεται ἵππου καὶ τοῦ ἐπιβάτου αὐτοῦ.

Cùm fuerit tempus, in altum exaltabit, irridebit equum & aſcenſorem ejus.

Ἡ Ἀσίδα, φησὶν, ἐν τῇ πτήσει τὸ θάῤῥος ἔχουσα, ἵπταται καταφρονοῦσα ἵππου σὺν τῷ ἀναβάτῃ, διὰ τὴν ἰσχὺν, ὥς φασι, καὶ τὸ μέγεθος.

ASida, inquit, fiduciam ſuam in volatu collocans, inter volandum, ut aiunt, equum & aſcenſorem ejus propter robur & magnitudinem contemnit.

Ἢ σὺ περιέθηκας ἵππῳ δύναμιν; [ὁ Θεοδοτίων δὲ καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν χρεμετισμὸν, ὁ δὲ κραυγὴν, ἐξέδωκεν.] ἐνέδυσας δὲ τραχήλῳ αὐτοῦ φόβον;

An tu circundediſti equo virtutem, [Symmachus, *Hinnitum*, Theodotio verò, *Clamorem*, reddidit.] *& induiſti collum ejus timore?*

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐπὶ * τὰ χρησιμώτερα μετάγει τὸν λόγον, ἵππου μνημονεύων τοῦ χειροήθους, καὶ πολλὰ περὶ τοῦ ζώου τούτου διαλέγεται· πῶς γαῦρον, πῶς ἀνεστηκὸς, πῶς πρὸς πόλεμον ἐπιτήδειον, πῶς ἱκανὸν ἄνθρωπον διασῶσαι. ὁρᾷς ἑκάτερον γαῦρον, καὶ τὸν ὄνον, καὶ τοῦτον· ἀλλὰ τὸν μὲν ὑποκείμενον, τὸν δὲ οὔ.

*ἴσ. τὸ χρησιμώτατον.

CHRYSOSTOMI. Equi, animalis cicuris, mentionem faciens, ad id quod vitæ humanæ utilitatem maximam affert, orationem traducit, & multa de hoc animali narrat; quemadmodum elatum, & erectum, & ad bellum aptum ſit, & quemadmodũ homini ſalvando idoneum exiſtat. Vides utrumque, aſinum ſimul ſylveſtrem & equum, ſuperbum & elatum eſſe, hunc autem homini ſubjectum, illum verò nequaquam.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Σὺ, φησὶ, τὸν ἵππον δυνατὸν εἰργάσω καὶ ὑψαύχενα, ὥστε φοβερὸν τῇ τοῦ αὐχένος ἀνατάσει φαίνεσθαι, ἢ καὶ τῷ χρεμετισμῷ, τῷ διὰ τοῦ αὐχένος ἐξερχομένῳ;

OLYMPIODORI. An tu, inquit, equum robore præſtantem, & elatâ cervice finxiſti, ut colli extenſione, vel hinnitu qui ex collo exit, terribilis videatur?

Περιέθηκας δὲ αὐτῷ πανοπλίαν, δόξαν δὲ στηθέων αὐτοῦ τόλμῃ.

Et circumpoſuiſti ei armaturam, & gloriam pectorum ejus audaciæ?

Παρὰ σοῦ δὲ ὥσπερ καθοπλισθεὶς θάῤῥος καὶ τόλμαν, θαῤῥοῦν καρδίαν ἔχων ἐν τοῖς στήθεσι;

AN cor fiduciâ plenum in pectore gerens, tanquam tuâ operâ armis munitus eſſet, audaciam & animos ſumit?

Ἀνορύσσων ἐν πεδίῳ γαυριᾷ, [ὅς γε, φησὶ, τῷ ποδὶ καταχρούων τὴν γῆν, γαυριᾷ καὶ φρυάττεται.] ἐκπο-

Fodiens in campo luxuriat, [Qui pede, inquit, terram proſubigens, exultat & fremit.] *& procedit*

cedit in campum in virtute: occurrens telo, deridet, nec ſe avertet à ferro.

ῥεύεται δὲ εἰς πεδίον ἐν ἰσχύϊ συναντῶν βέλει, καταγελᾷ, καὶ οὐ μὴ ἀποστραφῇ ἀπὸ σιδήρου.

PEr campum ad bellum egreditur; vel ſecundùm reliquos, In armorum & cataphractorum occurſum, neque telum, neque ferri aciem reformidans: juxta alia exemplaria, *Regi occurrens, irridet*; neſcit enim dignitatem diſcernere.

Ἐκπορεύεται δὲ διὰ τοῦ πεδίου εἰς πόλεμον· ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς, εἰς ἀπάντησιν ὅπλου, καὶ εἰς ἀπάντησιν καταφράκτων, μὴ βέλος δεδοικὼς, μὴ σιδήρου ἀκμήν· καθ' ἕτερα δὲ τῶν ἀντιγράφων, συναντῶν βασιλεῖ, καταγελᾷ· οὐ γὰρ οἶδε διακρίνειν ἀξίαν.

Super ipſum gaudet arcus & gladius, & iracundia evertet terram.

Ἐπ' αὐτῷ γαυριᾷ τόξον καὶ μάχαιρα, καὶ ὀργὴ ἀφανιεῖ τὴν γῆν.

SYmmachus verò, *In commotione & irâ tanquam devorans.* Sic, inquit, affectus eſt, tanquam ſeſſoris ope qui arcum & gladium geſtat, & cum furore hoſtium regionem depopulatur, terram ipſam everſurus eſſet. Deinde quàm morigerum & diſciplinæ obediens ſit, ſubjungit.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐν σάλῳ καὶ ὀργῇ ὡς καταπίνων. οὕτω, φησὶ, διάκειται, ὡς καταστρεψόμενος τὴν γῆν, διὰ τοῦ ἐπιβάτου, δηλονότι, τόξον μὲν ἔχοντος καὶ μάχαιραν, ὀργῇ δὲ τὴν τῶν πολεμίων γῆν ἐξαφανίζοντος· εἶτα καὶ τὸ εὔτακτον.

Nec credet donec ſignificaverit tuba: cùm autem tuba ſignificaverit, dicit, Euge; & procul odoratur pugnam cum ſaltu & clamore.

Οὐ μὴ πιστεύσῃ ἕως ἂν σημάνῃ σάλπιγξ· σάλπιγγος δὲ σημαινούσης, λέγει, εὖγε· πόῤῥωθεν δὲ ὀσφραίνεται πολέμου σὺν ἅλματι καὶ κραυγῇ.

CHRYSOST. Tubam, inquit, audit, & belli ſignum novit, ac è longinquo ſonitum bellicum edit.

OLYMP. Quamdiu belli ſignum datum non fuerit, ad motum quidem propenſum eſt hoc animal, ſaltu tamen & curſu in hoſtem ſe non proripit; (hoc enim ſignificat illud, *Non credet*, metaphorâ ab iis ductâ qui propter nimium deſiderium increduli ſunt) tubâ verò ſonitum terribilem edente, inſtare prælium ſentit, & dato ſigno gaudet, (hoc enim vult illud, *Dicit, Euge*) & cum clamore è caſtris erumpit, ac incurſionem in hoſtes facit. Si verò quis dicat, equum non à natura, ſed à diſciplina hæc haurire; ſciat is, ſi minùs animal diſciplinæ capax eſſet, hominem

ΧΡΥΣ. Ἀκούει, φησὶ, σάλπιγγος, καὶ οἶδε τοῦ πολέμου τὸ σύνθημα, καὶ πόῤῥωθεν ἀλαλάζει πολεμικόν.

ΟΛΥΜΠ. Ἕως μὲν οὔπω τὸ σύνθημα τοῦ πολέμου, ὁρμητικῶς μὲν ἔχει τὸ ζῶον· οὔπω μέντοι καὶ ἀναπηδᾷ καὶ ἐξάλλεται· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, οὐ μὴ πιστεύσῃ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν διὰ πολλὴν ἐπιθυμίαν μὴ πιστευόντων· φοβερὸν δὲ ἠχησάσης τῆς σάλπιγγος, αἰσθάνεται ὅτι πολέμου καιρὸς, καὶ χαίρει τῷ συνθήματι· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, λέγει, εὖγε· καὶ ὁμοῦ τῇ κραυγῇ τοῦ στρατοπέδου ἐξάλλεται, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐπιτρέχει. Εἰ δὲ λέγοι τις, μὴ ταῦτα τῆς φύσεως εἶναι τοῦ ἵππου, ἀλλὰ τῆς διδαχῆς· ἴστω μὴ ἄλλως τοὺς ἀνθρώπους δύνασθαι διδάσκειν, εἰ μὴ

τὸ

τὸ ζῶον ἐπιτήδειον εἰς τοῦτο κατεσκεύασε, ἐπεὶ μηδὲ οἱ ἄνθρωποι διδασκόμεθά τι, μὴ ἐπιτηδείως ἔχοντες πρὸς τὰ μαθήματα. ἐνδείκνυται οὖν ὁ Θεὸς διὰ τῶν σμικρῶν τούτων τὴν ἄφατον αὐτοῦ σοφίαν, ὡς ἂν διδαχθῶμεν τὰ μεγάλα καὶ ἀπόκρυφα μὴ πολυπραγμονεῖν.

illud erudire non poſſe, quandoquidem neque nos homines in ſcientiis inſtituimur, niſi ad eas apti fuerimus. Deus igitur ex exiguis hiſce rebus inenarrabilem ſuam ſapientiam oſtendit, ut magna & arcana curioſitas indaganda non eſſe diſcamus.

Ἐκ δὲ τῆς σῆς ἐπιστήμης ἕστηκεν ἱέραξ, ἀναπετάσας τὰς πτέρυγας ἀκίνητος, καθορῶν τὰ πρὸς νότον.

Ex tua verò ſcientia ſtetit accipiter, expanſis pennis immobilis, reſpiciens quæ ad Auſtrum.

Ἡ δὲ σὴ σύνεσις, φησί, καὶ ἐπιστήμη ἡ σὴ τὸν ἱέρακα ἐξεπαίδευσεν ἁπλωσάμενον τὸ πτερὸν ἀκίνητον τῷ ἀέρι φέρεσθαι; λέγεται δὲ ὁ ἱέραξ περὶ τὰ νότια μέρη ἐξαπλοῦν τὸ πτερὸν, καὶ ὥσπερ ὄρθιος ἵστασθαι ἐν τῷ ἀέρι, καὶ ἀποσκοπεῖν τὸ θήραμα, καὶ οὕτως αὐτῷ καθίπτασθαι. πῶς οὖν ἔστησε μετέωρον αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ἀέρος; πῶς αὐτῷ τὴν τροφὴν ἔδωκεν;

AN tua, inquit, intelligentia & ſcientia accipitrem expanſis alis per aërem immotum ferri docuit? Dicitur autem accipiter verſùs cœli plagam Auſtralem alas expandere, & quaſi erectus in aëre conſiſtens, prædam è longinquo intueri, atq; ita in eam involare. Quomodo igitur, inquit, ſeipſum in aëre ſuſpendit? Quomodo ſibiipſi eſcam miniſtravit?

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ὅρα διὰ ὀλίγων πόσα φησί. τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐμνήσθη βοὸς, οὐδὲ προβάτων, οὐδὲ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων οὐδενὸς, ἀλλὰ τῶν ἀχρήστων, καὶ εἰκῆ δοκούντων εἶναι; δηλῶν ὅτι εἰ ἐν ἐκείνοις σοφία τοσαύτη καὶ πρόνοια, πολλῷ μᾶλλον ἐν τούτοις.

CHRYSOST. Vide quàm multa paucis verbis complectatur. Cur neq; bovis, neq; ovium, neq; ejuſmodi pecorum meminit, ſed inutilium, & eorum quæ fruſtra exiſtere videntur? Ut, ſi erga illa animalia tanta ſit Dei ſapientia & providentia, multò magis erga hoc genus eſſe oſtenderet.

Ἐπὶ δὲ σῷ προστάγματι ὑψοῦται ἀετός; [τῷ δὲ ὑψιπετῇ πτηνῷ σὺ τῷ ἀετῷ προσέταξας ἔχειν;] γὺψ δὲ ἐπὶ νοσσιᾶς αὐτοῦ καθεσθεὶς αὐλίζεται, ἐπ' ἐξοχῇ πέτρας, καὶ ἀποκρύφῳ; ἐκεῖσε ὢν, ζητεῖ τὰ σῖτα, πόῤῥωθεν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ σκοπεύουσι, νεοσσοὶ δὲ αὐτοῦ φύρονται ἐν αἵματι, οὗ δ' ἂν ὦσι τεθνεῶτες, παραχρῆμα εὑρίσκονται.

Atq; tuo præcepto exaltatur aquila? [Túne aquilæ imperâſti, ut in ſublime volaret?] *Aut vultur ſuper nidum ſuum ſedens moratur, in ſummitate petræ, & abſcondito? cùm ibi fuerit, quærit eſcas; longè oculi ejus ſpeculantur, & pulli ejus conſperguntur in ſanguine, ubicunq; autem fuerint cadavera, confeſtim reperiuntur.*

*ic. An. ΟΛΥΜΠ. * Κατὰ κοινοῦ, τὸ, ἐπὶ δὲ τῷ σῷ προστάγματι, εἰς ἀκρότομον ὁ γὺψ καθεζόμενος, ἀκραιφνεῖς ἔχων τὰς αἰσθήσεις, αἰσθάνεται τοῦ τεθνηκότα

OLYMP. Illud, *Tuo præcepto*, ἐκ τοῦ κοινοῦ repetendum eſt, An vultur in ardua & prærupta rupe ſedens, pernicitate & ſagacitate ſenſuum præditus, ut alimentum

alimentum ſibiipſi ſuppeditet, ubi cadavera ſint, ſentit & odoratur? An tu vulturum pullos, adhuc parvulos, ut carnibus veſcerentur, & ſanguinem adamarent, docuiſti? Ad literam quidem, verborum ſenſus hic eſt: ad theoriam verò, Homo impurus, & carnis amori deditus, ad virtutem tardus, & ad ingluviem ſatiandā promptus, vultur eſt; qui, relictis iis quæ præſentia & ante pedes poſita ſunt, longè diſſita intuetur, ac dicit, Nunc deliciis & voluptatibꝰ fruar, ac poſtea pœnitentiā agā; cujꝰ cogitationes etiā rebꝰ & operibꝰ mortuis ſemper inſident, & circa ea verſantur

σώματα, ἵνα τροφὴν ἑαυτῷ πορίσηται; σὺ δὲ τοὺς τῶν γυπῶν νεοσσοὺς ἐδίδαξας, ἔτι μικροὺς ὄντας σαρκοβορεῖν, καὶ αἱμάτων ἐρᾶν; κατὰ μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, ταῦτα· κατὰ δὲ θεωρίαν, γὺψ ὁ ἀκάθαρτος καὶ φιλόσαρκος ἄνθρωπος, ὀκνηρὸς μὲν εἰς ἀρετὴν, ὀξὺς δὲ εἰς λαιμαργίαν, ὃς τὰ προκείμενα ἐῶν, τὰ πόρρω σκοπεῖ, λέγων, νῦν ἀπολαύσω, καὶ ὕστερον μετανοήσω, οὗ καὶ οἱ λογισμοὶ τοῖς νεκροῖς ἀεὶ ἐφιζάνουσιν ἔργοις καὶ πράγμασιν.

Et reſpondit Dominus Deus ad Job, & dixit, Nunquid judicium cum omnipotente declinabit? & arguens Deum, reſpondebit?

Καὶ ἀπεκρίθη Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἰὼβ, καὶ εἶπε, μὴ κρίσιν μετὰ ἱκανοῦ *ἐκκλίνει; ἐλέγχων δὲ Θεὸν, ἀποκριθήσεται αὐτήν;

*ἴσ. ἐκκλινεῖ.

SYmmachus autem, *Nunquid judicio contendens cum omnipotente, ſuperior evadet? Num diſceptans cum Deo, aliquid contrà reſpondebit?* Priore quidem ſermonis parte, Deus ſapientiam ſuam & potentiam Jobo ante oculos poſuerat; nunc verò orationem ad ipſum convertit. Cùm enim ſpatium reſpondendi ei conceſſiſſet, nullum autem reſponſum retuliſſet, rurſus ipſe reſpondit, ac dicit, Num de his, inquit, mecum diſceptabis? noſtine qua ratione hæc fiant? & cauſas eorum perſpectas habes? Si me tanquam inepta loquutum reprehendere te poſſe arbitraris, ſententiæ (id eſt, judicio & redditioni cauſæ) quam in medium tibi propoſui, reſpondeto. Hæc autem dicit, non quòd pius & religioſus Jobi animus ipſum lateret, ſed ut ex iis quæ reſpondet, qualiter Jobus erga Deum affectus eſſet, amicis palam faceret.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἆρα ὁ δικαζόμενος πρὸς τὸν ἱκανὸν, περιγενήσεται; διελεγχόμενος Θεῷ ἀντιφθέγξεταί τι; οἱ μὲν πρῶτοι λόγοι σοφίαν Θεοῦ καὶ δύναμιν παρίστων τῷ Ἰώβ· νῦν δὲ πρὸς αὐτὸν στρέφει τὸν λόγον. δοὺς γὰρ καιρὸν εἰς ἀπόκρισιν, εἶτα μὴ λαβὼν, πάλιν αὐτὸς ἀποκρίνεται, καί φησι, μὴ μετ' ἐμοῦ ταῦτα διακρινεῖς; μὴ οἶδας πῶς γίνονται; μὴ τούτων ἔχεις τοὺς λόγους; εἰ νομίζεις δύνασθαί με ἐλέγχειν ὡς οὐκ εὖ εἰρηκότα, ἀποκρίθητι τὴν κρίσιν ἣν προέτεινά σοι, τουτέστι, τὴν διάκρισιν καὶ τὴν αἰτιολογίαν. λέγει δὲ ταῦτα, οὐχ ὡς ἀγνοῶν τοῦ Ἰὼβ τὴν εὐσεβῆ γνώμην, ἀλλὰ τοῖς φίλοις δεῖξαι βουλόμενος οἷος ἦν τὰ πρὸς Θεὸν, δι' ὧν ἀποκρίνεται.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Εἰκοστοῦ ἑβδόμου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ο φιλόθεος, καὶ τῶν οἰκείων μέτρων ἐπιγνώμων Ἰὼβ, θείας ἀδοκήτως φωνῆς ἀκροασάμενος, * προσκαλουμένης εἰς ὁμιλίαν, καὶ τῶν λεγομένων ἔλεγχον, περιχαρὴς μὲν γέγονεν, ὡς εἰκός· ὁμολογεῖ δὲ ἐκ προοιμίων τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, καὶ δίδωσι Θεῷ τὰ νικητήρια. πρὸς γὰρ Θεοῦ, φησὶ, σοφίαν οὐδὲν ἕτερον δεῖ ποιεῖν, ἢ τῇ σιωπῇ δηλῶσαι τὸ θαῦμα, καὶ τῷ ἀρρήτῳ θαυμάζειν τὸ ἀκατάληπτον.

* γ. προσκαλεμένης.

PROTHEORIA CAPITIS Viceſimi-ſeptimi.

OLYMP. Cùm Jobus Dei amans, modique ac menſuræ ſuæ conſcius, divinam vocem, ad mutuum colloquium & redargutionem eorum quæ dicta eſſent, provocantem ſe, præter expectationem audiret; ut conſentaneum erat, gaviſus eſt: ſtatim autem in initio, imbecillitatem ſuam fatetur, & Deo victoriæ palmam defert. Nihil enim aliud divina ſapientia requirit, quàm ut taciturnitate admirandam eam eſſe teſtemur, & arcano ſilentio incomprehenſibilem eſſe admiremur.

Ὑπολαβὼν δὲ Ἰὼβ, λέγει τῷ Κυρίῳ, τί ἔτι ἐγὼ κρίνομαι, νουθετούμενος, καὶ ἐλέγχων Κύριον, ἀκούων τοιαῦτα, οὐθὲν ὤν;

Reſpondens autem Job, dicit Domino, Quid adhuc ego judicor, commonitus, & arguens Dominum, audiens talia, cùm nihil ſim?

ΟΛΥΜΠ. Ἐξ ἀρχῆς παρεχώρησα τῷ Θεῷ τῶν πρωτείων· ἥττημαι, φησὶ, παρὰ σοί. τί περαιτέρω τὴν δίκην ἐπεξάγεις; τί γὰρ δυνατὸν ἀποκρίνασθαι; πῶς δὲ χρὴ πρὸς τοιοῦτον ἀντοφθαλμεῖν δεσπότην; ἐγὼ τὴν αἰτίαν τῆς γενομένης ἐπ' ἐμὲ πληγῆς ζητῶν διετέλουν, εἰς δὲ δημιουργίαν οὐδὲν ἐνεκάλεσα. εἰς τί οὖν κρίνομαι, δέσποτα; εἰς τί ταῦτα ἀκούω, καὶ νουθετοῦμαι ὡς μέλλων ἐλέγχειν Θεὸν, ὁ μηδεὶς ὢν, μηδὲ λόγου τινὸς ἄξιος;

OLYMP. In initio congreſſus, primas Deo detulit: A te, inquit, victus ſum; quid ulteriùs litem protrahis? quid enim reſponderi poteſt? aut qua ratione talem dominum contrà intueri oportet? Cauſam plagæ quæ mihi inflicta eſt, inquirere non deſinebam, Dei autem opificium nullo pacto criminatus ſum. Cur igitur, Domine, judicor? Cur iſta audio, & qui nullius pretii ac planè nullus ſum, quaſi Deum vituperare mihi in animo eſſet, increpor?

Ἐγὼ δὲ τίνα ἀπόκρισιν δῶ πρὸς ταῦτα; χεῖρα θήσω ἐπὶ στόματί μου· ἅπαξ λελάληκα, * ἐπὶ δὲ τῷ δευτέρῳ οὐ προσθήσω.

* ἴσ. ἐν δευτέρῳ δὲ.

Ego verò quod reſponſum dabo ad hæc? manum ponam ad os meum: ſemel loquutus ſum, at iterum non adjiciam.

ΤΙ, φησὶ, πρὸς τὰ εἰρημένα φθέγξομαι; ἄμεινον κρίνω τῇ σιωπῇ τὴν ἀκατάληπτόν σου θαυμάζειν σοφίαν.

QUid, inquit, contra ea quæ dicta ſunt, proferam? Incomprehenſibilem tuam ſapientiam ſilentio admirari conſultius

 eſſe

eſſe duco. Loquebar enim quando cum hominibus ſermo eſſet, & cùm, tanquam peccati pœnas luerem, condemnarer: ad reliqua verò, id eſt, ad ea quæ Dei ſapientiam & potentiam tangunt, nihil addere licet, nec mutire aut contradicere iis fas eſt. Hæc etiam noſtræ inſtitutioni inſerviunt, ne curioſiùs in ea quæ à Deo prolata ſunt, inquiramus.

ἐλάλουν μὲν γὰρ ὅτε πρὸς ἀνθρώπους ἦν ἡ διάλεξις, ὅτε κατεδικαζόμην ὡς ἁμαρτίας ἐκτίνων δίκας· πρὸς δὲ τὰ δεύτερα, τουτέστι, τὰ περὶ Θεοῦ σοφίας τε καὶ δυνάμεως, οὐδὲν ἔστι προσθεῖναι, οὐ φθέγξασθαι, οὐκ ἀντειπεῖν. ταῦτα καὶ ἡμῖν εἰς διδασκαλίαν χρήσιμα, πρὸς τὸ μὴ χρῆναι πολυπραγμονεῖν τὰ ὑπὸ Θεοῦ λεγόμενα.

PROTHEORIA CAPITIS Viceſimi-octavi.

OLYMPIODORI. Hìc etiam ſumma Dei benignitas erga genus humanum apparet. Cùm enim Jobus eâ reverentiâ quæ ſanctum decuit, diſſertationem cum Deo detrectâſſet, ac ſeipſum nihil eſſe confeſſus fuiſſet; Deus, qui benignus eſt & æquitatis amans, clementer ſimul & amicè his verbis eum alloquitur; Noli ſilentium agere, ſed loquere, eſto animo præſenti; non aliam enim ob cauſam reſponſum tibi dedi, quàm ut juſtitiam tuam manifeſtam facerem. Deus præterea ex colloquio & ſermone ſuo cum Juſto, de potentia ſua & excellentia nos inſtituit; & de animalibus diſſerens, de Dracone verba facit: quem nonnulli, juxta hiſtoriæ veritatem, animal eſſe volunt, robore & mole corporis eximium; alii verò Leviathan eſſe dixerunt, qui in initio Diabolo inſerviit, & Evam decepit. Hebræi nomine Leviathan, immanes cetos appellant. Pleríque autem eorum qui in Eccleſia claruerunt in commentariis ſuis & ſcriptis allegoricè quæ de Leviathan ſcripta ſunt, ad Diabolum referunt. Quod ad me attinet, an tale animal in rerum natura exiſtat, dicere non poſſum; neque enim ipſe vidi, neque ab aliis qui viderunt, didici: quòd verò ad Draconem Apoſtatam, magnum ſpiritualem Ægyptiorum Pharaonem, id eſt, Sa-

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Εἰκοστοῦ ὀγδόου.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ὑπερβολὴ φιλανθρωπίας κἀνταῦθα τοῦ Θεοῦ δείκνυται. ἁγιοπρεπῶς γὰρ τοῦ Ἰὼβ τὴν πρὸς Θεὸν ἀναδυομένου διάλεξιν, καὶ τὸ μηδὲν εἶναι ὁμολογοῦντος, ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς καὶ φιλοδίκαιος, πράως ὁμοῦ καὶ φιλικῶς φησι πρὸς αὐτόν, μὴ σιωπήσῃς, ἀλλὰ λάλει, ἀνάλαβε σαυτόν· οὐ γὰρ δι' ἄλλο τι σοι κεχρημάτικα, ἀλλ' ἵνα τὴν σὴν δημοσιεύσω δικαιοσύνην. πάλιν δὲ ἐκ τῆς πρὸς τὸν δίκαιον διαλέξεως, ἡμᾶς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν καὶ ὑπεροχὴν ὁ Θεὸς ἐκδιδάσκει· καὶ περὶ θηρίων διαλεγόμενος, εἰσάγει καὶ τὸν περὶ τοῦ δράκοντος λόγον· ὃν δὴ τινὲς μὲν ζῶον εἶναι καθ' ἱστορίαν ὑπειλήφασιν, ὑπερφερὲς ἰσχύι καὶ μεγέθει· ἕτεροι δὲ τοῦτον ἔφησαν εἶναι τὸν λευιαθὰν, τὸν τῷ διαβόλῳ τὴν ἀρχὴν ὑπηρετησάμενον, καὶ τὴν Εὔαν ἐξαπατήσαντα. λευιαθὰν δὲ Ἑβραῖοι τὰ μεγάλα κήτη προσαγορεύουσιν. οἱ δὲ πλείονες τῶν ἐν Ἐκκλησίᾳ διαλαμψάντων ἐν οἰκείαις ἐξηγήσεσι καὶ λογογραφίαις εἰς τὸν διάβολον ἀλληγορικῶς ἀνήνεγκαν τὰ γεγραμμένα. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ζῶόν ἐστι τοιοῦτον, οὐκ ἔχω λέγειν· οὔτε γὰρ αὐτὸς εἶδον, οὔτε ἑτέρων ἱστορησάντων ἤκουσα· ὅτι δὲ εἰς τὸν ἀποστάτην δράκοντα, τὸν * νοητὸν τὸν μέγαν τῶν Ἀσσυρίων, τουτέστι, τὸν σατανᾶν, καλῶς

* ἴσ. νοητὸν ἢ μέγαν τῶν Αἰγυπτίων Φαραώ. vid. Ezech. 29. 3. & 32. 2.

καλῶς διαφέρεσθαι τὰ γεγραμμένα, καὶ τῇ θείᾳ ῥήσει συμπνέουσα ἡ τοιαύτη θεωρία, σφόδρα συντίθεμαι. τίνι γὰρ ἔπρεπεν, ἢ μόνῳ Θεῷ, τοῦ ἀρχεκάκου δαίμονος διαγράψαι, ὡς ἐν σωματοποιΐᾳ, τήν τε κακίαν καὶ ἰταμότητα, ἵνα τῷ δέει τοῦ θηρὸς βαλλόμενοι, πρὸς τὸν αὐτὸν χειρωσάμενον καταφύγωμεν Κύριον; ὅτι δὲ πολλάκις ἡ γραφὴ, ὡς περὶ σωματικῶν διαλεγομένη, ἐπὶ νοητὰ ἡμᾶς παραπέμπει θεωρήματα, διὰ τὸ μὴ προδήλως, ἀλλὰ μετ᾽ ἐπικρύψεως τὰ μυστηριώδη διαλέγεσθαι, παντί που δῆλον τοῖς καὶ κατὰ βραχὺ τῇ διανοίᾳ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἐπιστήσασιν· ὅπουγε δὴ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων σωματικὰ μὲν διαλέγεται πάντα, μυστικὴ δὲ ἐστι βίβλος, καὶ ὅλη πρὸς ἀλληγορίαν βλέπει. εἰ μὲν οὖν ἐστί τι καὶ καθ᾽ ἱστορίαν τοιοῦτον θηρίον, οὔπω μὲν πειθόμεθα· πλὴν οὐ φιλονεικῶ. ὅτι δὲ τὸν διάβολον αἰνίττεται ἡ γραφὴ, πολλοῖς ἁγίοις ἀνδράσι, καὶ ἐν Ἐκκλησίᾳ διαπρέψασιν ἔδοξε· διὸ κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν, τὴν περὶ τούτου λέξιν ἑρμηνεῦσαι πειρασόμεθα.

tanam, quæ ſcripta ſunt rectè referantur, & talis contemplatio divinis oraculis conſentanea ſit, plurimùm aſſentior. Cui enim, præterquam ſoli Deo, malitiam & impudentiam Dæmonis, mali omnis authoris, tanquam corpore velatam, depingere conveniebat, ut formidine ejus perculſi, ad Dominum qui eum conſtringit, confugeremus? Quòd autem ſæpenumero Scriptura, cùm de rebus corporeis diſſerit, ad eas quæ intellectu percipiuntur nos ableget, (quia arcana non apertè, ſed ſub involucris efferantur) omnibus manifeſtum eſt, qui vel tantillùm Scripturarum divinitus inſpiratarum ſenſum animadverterunt; quandoquidem Cantici Canticorum liber de rebus corporeis ubique loquitur, totus autem myſticus eſt, & allegoriam reſpicit. An igitur tale aliquod animal ſit, nondum perſuaſum habeo; contentioſus autem eſſe nolo. Quòd verò Diabolum Scriptura ſacra innuat, multis ſanctis & in Eccleſia illuſtribus viris ita viſum eſt: quare ſecundùm hanc acceptionem, vocem illam interpretari conabimur.

ΕΤΙ δὲ ὑπολαβὼν ὁ Κύριος, εἶπε τῷ Ἰὼβ ἐκ τοῦ νέφους, μή, ἀλλὰ ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου· ἐρωτήσω δέ σε, σὺ δέ μοι ἀπόκριναι.

ADHUC autem reſpondens Dominus, dixit ad Job de nube, Nequaquam, ſed accinge ſicut vir lumbum tuum; interrogabo autem te, & tu mihi reſponde. CAP. 40.

ΟΛΥΜΠ. Μὴ σιωπήσῃς, ἀλλὰ ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου, τουτέστιν, ἀνάλαβε σαυτὸν, ἀνδρίσαι, ἀπόσεισαι τὴν ἀθυμίαν, καὶ ἐννοήσας τίς ὁ τὴν ἐρώτησιν ποιούμενος, δὸς ἀνδρικὴν τὴν ἀπόκρισιν. πρὸς δὲ διάνοιαν, ζώννυται τὴν ὀσφὺν ὁ σώφρων, διὰ τὸ τὰ σπέρματα ἐν τῇ ὀσφύϊ εἶναι λέγεσθαι· διὸ καὶ ὁ Λευὶ ἐλέγετο ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς εἶναι, ὅτε τὰς δεκάτας προσενήνοχε τῷ Μελχισεδὲκ ὁ Ἀβραάμ. ζώννυται δὲ τὴν ὀσφὺν ὥσπερ ἀνὴρ,

OLYMP. Ne ſileas, ſed *accinge ſicut vir, lumbum tuum*, id eſt, Animò eſto præſenti, virum te præſta, animi anxietatem pelle, ac tecum reputans quis ſit qui te interroget, reſponſum viro non alienum redde. Ad ſenſum autem; Vir caſtus lumbos præcinctos habet, quia in lumbis ſemen latere dicitur; unde & Levi in lumbis patris fuiſſe affirmabatur, cùm Abrahamus Melchiſedeco decimas offerret. Lumbos autem tanquam vir accingit, qui do- Heb. 7.a.10.

gmatum veritate lumbos præcinctos habet, qui vitæ caſtimonia & dogmatibus orthodoxis dives eſt, qui poſthabitis puerilibus, in virum evadens, intelligentiæ incrementum capit.

ORIGENIS. Iis quidem qui ſe ſtrenuos athletas præſtiterunt, præmia præſtantiſſima poſt hanc vitam recondita ſunt; nihilominus nunc etiam in præſenti ſeculo, illis gratia Dei pro arrhabone eſt. Idcirco Jobus cùm ſummum diſcrimen adiiſſet, cùm bonis nudatus, largitori gloriam detuliſſet; cùm liberis orbatus, gratias auferenti egiſſet; cùm ægritudine laboràſſet, ita ut vermes è corpore inſtar imbris profluxerint, moleſtiis & ærumnis ſuperatus non eſt; verùm Deus è nube & turbine eum allocutus, præmiorum primordium & arrhabonem ei concedit. Quandoquidem autem auditis ſuperioribus Dei ſermonibus, cùm vices reſpondendi illi incubuiſſent, fiduciâ loquendi deſtitutus, ſilentium egiſſet, (non-
Exod.19.19 dum enim illud didicerat, *Moſes loquebatur, Deus autem voce ei reſpondit*) Deus loquendi fiduciam ei impertit; tantáq; ejus benignitas eſt; ut non judicis, ſed cum homine de-
[illegible] cernentis perſonam ſuſcipiat: quod variis
Eſ.1.18. Scripturæ locis oſtenditur; ut, *Venite, &*
Mich.6.3. *arguamur*. Et, *Populus meus, quid feci tibi?* Quòd hominem interroget, quòd loquentem audiat, & quòd reſpondendi licentiam concedat, haſtenus præmio eum Deus affecit. Si victor non exſtitiſſet, præmium non reportâſſet; ſi animi conſtantiam non oſtendiſſet, illud utique non audiviſſet, *Accinge ſicut vir lumbum tuum*, noli ſilentium agere, ſed ad reſpondendum animum virilem indue: quatenus enim lumbi alicujus minimè accincti & conſtricti, ſed ſoluti ſunt, is Deo, prout conſentaneum eſt, reſpondere non poteſt. Deo igitur nemo priùs reſpondeat, quàm ſpirituali ſtaturâ vir conſummatus evaſerit, & lumbos ac-
[illegible] cinxerit.

ὁ ἀληθείᾳ δογμάτων τὴν ὀσφὺν περιεζωσμένος, ὁ μετὰ σωφροσύνης καὶ ὀρθοδόξοις πλουτῶν δόγμασιν, ὁ καταργήσας τὰ τοῦ νηπίου, καὶ γενόμενος ἀνὴρ, τὴν ἐν τῇ γνώσει δεξάμενος αὔξησιν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὰ μὲν τέλεια τῶν ἀγωνισμάτων τοῖς καλῶς ἀθλήσασι μετὰ τὸν βίον ἀπόκειται τοῦτον· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἤδη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἀρραβωνίζεται τοὺς ἀθλητάς. Διὰ τοῦτο, ὅτε ἠγωνίσατο τὰ μέγιστα ὁ Ἰώβ, ὅτε ἀποβαλὼν τὰ ὑπάρχοντα, ἐδόξασε τὸν δεδωκότα· ὅτε ἀποβαλόμενος τὰ τέκνα, εὐχαρίστησε τῷ περιελόντι· ὅτε νοσήσας, ὡς σκώληκας ὀμβρηδὸν ἀπὸ τοῦ σώματος, οὐ νενίκηται ἀπὸ τῶν πόνων· προοίμια καὶ ἀρραβῶνα τῶν ἄθλων δίδωσιν αὐτῷ ὁ Θεὸς, χρηματίσας αὐτῷ διὰ νέφους καὶ λαίλαπος. ἀκούσας δὲ τῶν προτέρων λόγων, δέον ἀποκρίνασθαι πρὸς Θεὸν, σιωπᾷ ὡς οὐκ ἔχων παῤῥησίαν· οὔπω γὰρ ᾔδει, τὸ, Μωσῆς ἐλάλει, ὁ δὲ Θεὸς ἀπεκρίνατο αὐτῷ φωνῇ· ὁ μέντοι Θεὸς δίδωσιν αὐτῷ παῤῥησίαν τοῦ λέγειν· καὶ τοσαύτη ἐστὶν αὐτοῦ ἡ χρηστότης, ὥστε ἀναλαβεῖν αὐτὸν πρόσωπον, οὐ κρίνοντος, ἀλλὰ κρινομένου μετὰ τοῦ ἀνθρώπου· καὶ πολλαὶ τοῦτο ἐδίδαξαν γραφαί· ὡς, τὸ, δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν. καὶ, λαός μου, τί ἐποίησά σοι; ἤδη ἆθλα αὐτῷ δίδωσιν ὁ Θεὸς, ὅτι ἄνθρωπον ἐρωτᾷ, ὅτι πυνθάνεται αὐτοῦ, ὅτι δίδωσιν ἐξουσίαν τῆς ἀποκρίσεως. Εἰ μὴ ἦν νενικηκὼς, οὐκ ἐλάμβανεν· Εἰ μὴ ἦν ὑπομείνας, οὐκ ἂν ἤκουσε, ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου, καὶ μὴ σιώπα, ἀλλ' ἀνδρείζου πρὸς τὰς ἐρωτήσεις· ὅσου γὰρ ὀσφῦς τινος οὐκ ἔζωσται, οὐδὲ συνέσφιγκται, ἀλλὰ λέλυται, οὐ δύναται * εὐλόγως ἀποκρίνασθαι τῷ Θεῷ. *χ. εὐκόλως. μὴ πρότερον οὖν ἀποκρινάσθω τις τῷ Θεῷ, ἐὰν μὴ γένηται ἀνὴρ τέλειος τῆς πνευματικῆς ἡλικίας, καὶ τὴν ὀσφὺν ζώσῃ.

Μὴ

Μὴ ἀποποιοῦ μου τὸ κρίμα.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ ὁ Ἰὼβ ἐπόθει λέγειν ἐπὶ Θεοῦ τὰ προσόντα, θαῤῥῶν τῇ αὐτοῦ δικαιοκρισίᾳ, καὶ ἔλεγεν ὡς πρὸς τοὺς φίλους, ὅτι Θεοῦ κρίνοντος, οἶδα ὅτι ἀναφανοῦμαι δίκαιος· εἰς ἔννοιαν τούτων ὁ Θεὸς ἄγει τὸν δίκαιον, λέγων, μὴ παραιτοῦ δικάσασθαι, μηδὲ φεῦγε τὴν ἐμὴν κρίσιν, κρίθητι παρ' ἐμοί.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μὴ οὖν ἀλόγως κεκρίσθαι μοι ταῦτα ἅπερ ὑπέμεινας, μηδὲ ἀποποιοῦ μου τὸ κρίμα. τούτου τοῦ ῥητοῦ, ὡς χρησίμου, μνημονεύσωμεν ὅταν ὁ Θεὸς παθεῖν τι ἡμᾶς κρίνῃ, τέκνον ἀποβαλεῖν, ἀρχὴν ἀπολέσαι, νοσῆσαι κατὰ τὸ σῶμα, ὅ,τι δήποτε τούτων ὑποστῆναι· οὐδὲν τούτων οἷόν τέ ἐστι παθεῖν ἡμᾶς, μὴ κρίνοντος τοῦ Θεοῦ. ἐπεὶ οὖν οὐδὲν τούτων γίνεται χωρὶς κρίματος τοῦ Θεοῦ, λέγεται πρὸς τὸν παθόντα, μὴ ἀποποιοῦ μου τὸ κρίμα, τουτέστι, μὴ ἀπαρνοῦ ὅπερ ἔκεινα περὶ σοῦ, τὸν παρόντα λέγει χρηματισμόν.

Οἴει δέ με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος;

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οὐχ ἵνα σε κατακρίνω, ταῦτα λέγω, φησὶν, ἀλλ' ἵνα σε δείξω δίκαιον. ἢ περὶ τοῦ πειρασμοῦ φησι, χρηματισμὸν τὴν συγχώρησιν λέγων· τουτέστι, μὴ οἴου προστεταχέναι με δι' ἄλλο τι τοῦτο γενέσθαι, ἀλλ' ἵνα πᾶσι δημοσιεύσω τὴν σὴν δικαιοσύνην, εἰς τε τὴν σὴν εὔκλειαν, καὶ τὴν οἰκουμένης ὠφέλειαν. ὅρα δὲ, οὐκ εἶπεν, ἵνα γένῃ δίκαιος· ἦν γὰρ ἀκριβῶς τὴν δικαιοσύνην ἀσκήσας· ἀλλ', ἵνα φανῇς ὅπερ ἦς, ἵνα τοὺς ἄλλους παιδεύσῃς.

* Ἴσ. Ὁμολογοῦμαι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. * Ἀπολογοῦμαί σοι, δίκαιος ἦς, ἀλλ' οὐκ ἦς φανερός· ὑπομονὴν εἶχες, ἔδει με ἀφορμὴν παρασχεῖν τοῦ λάμψαι σου τὴν ὑπομονήν· εἶχες ἀνδρείαν, ἀλλ' ἐκρύπτετο ἐν σοί,

Ne repellas judicium meum.

OLYMPIODORI. Quoniam Jobus, divini judicii æquitate fretus, coram Deo quæ ei evenerant narrare déſideráſſet, ac amicis ſuis dixiſſet, Si Deus judicis partes ſuſceperit, *Novi quòd juſtus apparebo*; hæc Deus Juſto in memoriam revocat, dicens, In judicium deſcendere noli recuſare, neque ſententiam meam declina, ſed judicio meo te ſiſtito. Cap. 13. 18.

ORIG. Noli exiſtimare, me perperam & ſine ratione, ea quæ paſſus es judicâſſe, neque judicium meum defugito. Dicti hujus utilitatem memoriâ recolamus, cùm Deus pati nos aliquid decreverit, ſi liberorum orbitatem, dominatûs amiſſionem, corporis ægritudinem, vel aliquod hujuſmodi ſubire oporteat: fieri enim non poteſt, ut ſine Dei judicio quicquã horum patiamur. Cùm itaque abſq; divino judicio nihil horũ eveniat, adverſa toleranti dicitur, *Ne repellas judiciũ meum*, id eſt, Quod de te judicio ſtatui, præſens, ſcilicet, reſponſum meũ, noli detrectare.

Putas autem me aliter tibi reſpondiſſe, quàm ut appareas juſtus?

OLYMPIODORI. Hæc, inquit, non ut te condemnem, ſed ut juſtum te eſſe oſtendam, à me dicuntur. Vel tentationis intuitu, per *reſponſum*, veniam & aſſenſum intelligit; ac ſi diceret, Noli arbitrari, me aliam ob cauſam hoc ut fieret imperâſſe, quàm ut in nominis tui gloriam, & orbis terrarum utilitatem, juſtitiam tuam omnibus palam facerem. Nota autem quòd non dixerit, Ut juſtus evadas, (in juſtitia enim diligenter ſe exercebat) ſed, Ut quod eras appareas, & alios tuo exemplo inſtituas.

ORIGENIS. Quòd juſtus exſtiteris, fateor, verùm aliis ignotus eras; patientiâ inſtruebaris, ſed ut patientia tua eniteret, occaſionem me præbere oportuit; animo forti eras, ſed latentem in te fortitudinem,

ærumnæ & moleſtiæ quæ tibi contigerunt, perſpicuam reddiderunt. Horum recordemur cùm calamitates nos premunt, & Deum præſentem, nóſque alloquentem audire exiſtimemus, *Putáſne me aliter tibi reſpondiſſe*, id eſt, tentari te paſſum eſſe, quàm ut ignorantibus juſtitia tua manifeſta fiat?

οἱ συμβεβηκότες πόνοι ἔδειξάν σου τὴν ἀνδρείαν. Τούτων μνημονεύωμεν ἐν τοῖς τῶν περιστάσεων καιροῖς, καὶ δόξωμεν τοῦ Θεοῦ ἀκούειν παρόντος καὶ λέγοντος ἡμῖν, οἴει δέ με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, τουτέστι, τὸν πειρασμὸν συγχωρῆσαι, ἢ ἵνα τοῖς ἀγνοοῦσι δήλη ἡ σὴ δικαιοσύνη ᾖ;

METHODII. Vides ut poſt certaminum exitum, illuſtri præconio athletæ laudes celebret, quódque in plaga abſconditum erat, revelet, cùm dicat, *Putáſne me aliter tibi reſpondiſſe, quàm ut juſtus appareas?* Hoc vulnerum pharmacum, hæc patientiæ remuneratio: quæ enim conſequuta ſunt, licèt prioribus duplò auctiora receperit, exigua quibuſdam, & levioribus de cauſis, divinâ providentiâ ita diſponente, illi tributa videri poſſint.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ. Ὁρᾷς ἐπὶ τέλει τῶν ἄθλων ἀναγορεύει τὸν ἀθλητὴν λαμπρῷ τῷ κηρύγματι, καὶ γυμνοῖ τῆς πληγῆς τὸ ἀπόρρητον, οἴει με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, λέγων, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος; τοῦτο τῶν τραυμάτων τὸ φάρμακον, τοῦτο τῆς ὑπομονῆς ἡ ἀντίδοσις· τὰ γὰρ ἑξῆς ἴσως μικρά, κἂν μεγάλα, τισὶ δοκῇ, καὶ μικρῶν ἕνεκεν οἰκονομηθέντα, * καὶ εἰ διπλασίω τῶν ἀφῃρημένων ἀντιλαμβάνει. *ἴσ. εἰ καὶ

Nunquid brachium eſt tibi inſtar Domini?

Ἢ βραχίων σοί ἐστι κατὰ * τοῦ Κυρίου; *ἴσ. Κύριον, ut in Ms. Theclæ.

CHRYSOSTOMI. Ex iis, inquit, quæ de anni tempeſtatibus, de meteoris, de providentia erga genus animantium ſciſcitabantur, manifeſtum eſt quòd homines mihi curæ ſint: cur autem talem tentationem tibi inflixerim, nuper audiviſti, quòd, ſcilicet, virtutis tuæ declaratio, ut documentum ejus præberes, cauſa fuerit derelictionis. Hìc autem vires meas & potentiam diſce, & quòd inſtar bellatoris vulnerari te non paſſus ſim: quo enim robore præditus es, ut in prælium tecum deſcendam? Num brachium tibi eſt inſtar brachii Domini? aut pari potentiâ armatus es?

ΧΡΥΣΟΣ. * Ὁ μὲν * μέλλει μοι, φησί, περὶ τῶν ἀνθρώπων, δῆλον ἐκεῖθεν ἀφ' ὧν * περιορῶν, καὶ μετεώρων, καὶ τῆς ἐν τοῖς ζώοις προνοίας ἠρώτηται. Τίνος δὲ ἕνεκεν τοῦτον ἐπήγαγόν σοι τὸν πειρασμόν, νῦν ἤκουσας, ὅτι αἰτία τῆς ἐγκαταλείψεως, ἡ τῆς σῆς ἀρετῆς φανέρωσις, ἵνα δοίης ταύτης δοκίμιον. ἐνταῦθα δὲ τὴν ἐμὴν μάνθανε δύναμιν, καὶ ὅτι οὐ πολεμῶν, πληγῆναί σε συνεχώρησα· ἐπεὶ ποία σοί ἐστιν ἰσχύς, ἵνα καὶ εἰς πόλεμον ἀντικατασταθῶ σοι; ἢ βραχίων σοί ἐστι κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου βραχίονα; ἢ δύναμιν ἔχεις ἰσοσθενῆ; *ἴσ. Ὅτι. *ἴσ. μέλει. *ἴσ. περὶ ὡρῶν.

OLYMPIODORI. Geminâ de cauſâ Deus hoc loco potentiam ſuam Jobo demonſtrat: Paſſus enim ſum, inquit, te vulnerari, non tanquam prælio tecum contendens, neque irâ accenſus, ſed ut juſtus appareas: quæ enim fortitudo tua eſt, ut in aciem tecum deſcendam? Vel aliter; Poſtquam ei dixiſſet, Propterea reſponſum tibi

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐνταῦθα ὁ Θεὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἐνδείκνυται τῷ Ἰὼβ δύο τούτων αἰτιῶν χάριν· συνεχώρησά σε γάρ, φησί, πληγῆναι, οὐχ ὡς πολεμῶν σοι, οὐδὲ ὀργιζόμενος, ἀλλ' ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος· ἐπεὶ ποία σοί ἐστιν ἰσχύς, ἵνα καὶ εἰς πόλεμον ἀντικατασταθῶ σοι; ἢ ἄλλως δέ· ἐπειδὴ εἶπεν αὐτῷ, διὰ τοῦτό

τοῦτό σοι κεχρημάτικα ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος· ἵνα μὴ ἐντεῦθεν μέγα φρονήσῃ, εὐθὺς αὐτῷ τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐνδείκνυται, καταστέλλων τὴν ὡς τὰ πολλὰ παρεπομένην τοῖς κατορθοῦσιν ὑπερηφανίαν, εἰ καὶ ὁ μακάριος τοῦτο οὐκ ἂν ἔπαθεν. ἀλλ' ἐπειδὴ κοινωφελεῖς εἰσιν οἱ λόγοι, ἡμᾶς ἀεὶ καταστέλλεσθαι προσήκει, κἂν εἰς τὸ ἀκρότατον ὕψος τῆς ἀρετῆς φθάσωμεν, τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφατον ἐνθυμουμένους μεγαλειότητα. μὴ τοσαύτη ἐστί σοι, φησί, δύναμις, ὥστε ἀντιτάξασθαι Θεῷ; ἢ δύνῃ βροντῆσαι καθ' αὐτόν;

dedi ut juſtus appareas; ne ſuperbiæ anſam hinc arriperet, (licèt beatus Jobus morbo illo animi minimè laboraverat) confeſtim, ut arrogantiam retunderet, quæ plerunque eorum qui proſperâ fortunâ utuntur comes eſt, potentiam ſuam indicat. Quandoquidem verò ſermones hi utilitati publicæ inſerviunt, ſi ineffabilem Dei majeſtatem mente revolvamus, quamvis ad altiſſimum virtutis apicem pervenerimus, animum tamen moderatum ſemper gerere nos oportet. Num tibi, inquit, vires ſunt, quibus Deo reſiſtere, aut ejus inſtar tonare poſſis?

* γρ. αὐτόν, & ſic in Ms. Theclæ.

Ἢ φωνῇ κατ' * αὐτοῦ βροντᾷς;

Aut voce ſicut ille tonas?

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Οὐχ ἁπλῶς πρὸς ἐπίδειξιν ἡ βροντή, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἀλλὰ πρὸς θεογνωσίαν. ὅρα δὲ ὅσον τὸ ταπεινὸν τῆς αὐτοῦ φύσεως ἐλέγχει· καὶ οὐ λέγει, ὅτι ταπεινὸς σύ· ἀλλ', ὅτι μέγας ἐγώ, καὶ οὐ δύνασαι ἅπερ ἐγώ.

CHRYSOSTOMI. Tonitru igitur & reliqua omnia, non ad inanem oſtentationem, ſed ad Dei notitiam facta ſunt. Vide quot argumentis, vilitatem naturæ ejus arguat. Non enim dicit, Tu humilis & abjectus es; verùm, Magnus ego ſum, neque quæ ego præſtare, tu potes.

Ἀνάλαβε δὴ ὕψος καὶ δύναμιν, δόξαν δὲ καὶ τιμὴν ἀμφίασαι· ἀπόστειλον δὲ ἀγγέλους ὀργῇ, πάντα δὲ ὑβριστὴν ταπείνωσον, ὑπερήφανον δὲ σβέσον, σῆψον δὲ ἀσεβεῖς παραχρῆμα· κρύψον δὲ εἰς γῆν ὁμοθυμαδόν, τὰ δὲ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας ἔμπλησον· ὁμολογήσω ὅτι δύναται ἡ δεξιά σου σῶσαι.

Aſſume nunc altitudinem & virtutem, gloriam verò & honorem indue; mitte autem Angelos irâ, & omnem contumelioſum humilia, & ſuperbum exſtingue, & corrumpe impios ſtatim; abſconde autem in terra ſimul, & facies eorum imple ignominiâ: confitebor quòd poteſt dextera tua ſalvare.

* ἴσ. Ἔπειτα.

ΟΛΥΜΠ. * Ἐπεί τοι φησίν, ἀνάλαβε ταῦτα, ἃ δὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχει τῷ Θεῷ, ἔνδυσαι δόξαν, ἔνδυσαι τιμήν, χρῆσαι δὲ τοῖς ἀγγέλοις, εἰ δύνῃ, εἰς τιμωρίαν τῶν ὑβριστῶν καὶ ὑπερηφάνων, ἔργασαι δὲ τοὺς ἀσεβεῖς ἀφανεῖς, ἀπόρριψον δὲ αὐτοὺς μακράν, καὶ σήπεσθαι τιμωρουμένους παρασκεύασον, καὶ τοῦτο παραχρῆμα, τουτέστιν, ἀκωλύτως καὶ ὁπηνίκα ἂν βουληθῇς, ἔντρεψον αὐτούς, καὶ

OLYMPIODORI. Deinde ſubjungit, Aſſume tibi, inquit, ea quæ Deo naturâ conveniunt, gloriam & honorem indue, & ſi poteris, ad ultionem de contumelioſis & ſuperbis ſumendam, Angelorum miniſterio utere, impios funditus dele, procul eos ablegato, fac ut ſupplicio afficiendi putredine contabeſcant, & quidem *ſtatim*, id eſt, ſine ullo impedimento, & quandocunque tibi viſum fuerit, pudore

eos

eos afficito, ac pulvere adobrue. Hæc ſi præſtare poteris, teſtem me tuæ potentiæ habebis.

ORIGENIS. Licet etiam hoc modo verſus intelligere; Victus à te tentator eſt, animi tui celſitudinem & vires tuas reſume, coronam accipe, & decus indue: bellum tibi movit conviciator, tu verò ſuperbiam ejus domuiſti, & cum cohorte ſuâ procul illum cum dedecore fugâſti.

Verùm utique ecce beſtiæ apud te, fœnum ſicut boves comedunt.

OLYMPIODORI. Quidam *beſtias* pro vermibus ex putredine ortis acceperunt, qui carnem Jobi devorabant; Manum meam, inquit, tibi ſubtraxi, & ecce caro tua inſtar fœni conſumitur. Alii verò, *beſtiarum* nomine, adverſarias poteſtates ſignificari volunt; juxta illud, *Ne tradideris beſtiis animam confitentem tibi.* (Pſal 37.19.) Apud te igitur, inquit, & apud omnem qui dono patientiæ inſtructus eſt, beſtiæ iſtæ cicures fiunt, & imperio parent: fit autem interdum ut cicurantis incuriâ, poſtquam affectus manſuetos induerint, & fœno ſicut boves veſci didicerint, agreſtes rurſus evadant, & belluinam feritatem reſumant.

CHRYSOSTOMI. Poteſt etiam verſus de beſtiis ſub ſenſum cadentibus intelligi, quæ ſæpenumero voluntate divinâ naturam dedidicerunt: belluam enim ſanguine minimè veſci, ſed bovis alimento uti, admirandum eſt. Cùm igitur hoc admiratione non careat, Jobum interrogat Deus, an in ejus poteſtate tale quidpiam ſit, ut beſtiæ fœno, non autem carnibus veſcantur. Deinde de duabus ſpeciatim, unâ quidem terreſtri, aliâ verò aquatili & marinâ diſſerit. Pleroſque autem anagogicè accipiendo, de Diabolo hæc dicta eſſe exiſtimare, non ignoramus: hiſtoriæ verò ratio imprimis habenda eſt, neque cùm ad auditorem utilitas aliqua redundare poterit, anagogia negligenda eſt.

εἰς χόνιν καταχῶσον. ἐὰν ταῦτα δυνατὸς ἦς ἀπεργάσασθαι, ἕξεις με συνομολογοῦντα τῇ σῇ δυνάμει.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἔστι δὲ καὶ οὕτω νοῆσαι τοὺς στίχους· νενίκηκας τὸν πειραστήν, ἀνάλαβέ σου τὸ ὕψος, ἀνάλαβέ σου τὴν δύναμιν, στεφάνωσαι, ἔνδυσαι εὐπρέπειαν· ὁ ὑβριστὴς ἐστρατεύσατο κατὰ σοῦ, σὺ δὲ τὸν ὑπερήφανον ἐταπείνωσας, καὶ μακρὰν μετ' αἰσχύνης ἀπέστρεψας μετὰ τῆς αὐτοῦ φάλαγγος.

Ἀλλὰ δὴ ἰδοὺ θηρία παρὰ σοί, χόρτον ἴσα βουσὶν ἐσθίουσιν.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οἱ μὲν θηρία, τοὺς ἐκ σήψεως γεννηθέντας σκώληκας, καὶ τὰς σάρκας τοῦ Ἰὼβ κατεσθίοντας, ἐξεδέξαντο· συνέστειλα γάρ, φησί, τὴν χεῖρά μου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἰδοὺ ὡς χόρτος ἡ σάρξ σου κατεσθίεται. οἱ δὲ τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις ὀνόματι τῶν θηρίων δηλοῦσθαι εἶπον· κατὰ τό, μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι. παρὰ σοὶ οὖν, φησί, καὶ παρὰ παντὶ τῷ ὑπομονητικῷ, τὰ θηρία ταῦτα ἐξημεροῦται καὶ ὑποτέτακται· ἔστι μέντοι τὰ πάθη ἐξημερωθέντα, καὶ χόρτον ἴσα βουσὶν ἐσθίειν δεδιδαγμένα, ἀμελείᾳ τοῦ τιθασεύοντος πάλιν ἐξαγριωθῆναι, καὶ τὴν θηρίων ἀναλαβεῖν ὠμότητα.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἔστι δὲ καὶ περὶ θηρίων αἰσθητῶν νοῆσαι τὸν στίχον, ἃ καὶ τὴν φύσιν πολλάκις Θεοῦ βουληθέντος ἠγνόησεν· τὸ γὰρ θαυμαστόν, ὅτι τὸ θηρίον οὐχ αἱμοβόρον ἐστίν, ἀλλὰ τὴν τοῦ βοὸς σιτεῖται τροφήν. ἐπεὶ οὖν τοῦτο παράδοξον, πυνθάνεται τοῦ Ἰώβ, εἰ καὶ παρ' αὐτῷ τοιοῦτόν τι γέγονεν, ὥστε τὰ θηρία χόρτον ἐσθίειν, ἀλλὰ μὴ σάρκας. εἶτα λέγει περὶ δύο ζώων, τοῦ μὲν χερσαίου, τοῦ δὲ ἐνύδρου καὶ θαλαττίου. καὶ οὐκ ἀγνοοῦμεν ὅτι πολλοὶ περὶ τοῦ διαβόλου ταῦτα εἰρῆσθαι νομίζουσι, κατὰ ἀναγωγὴν ἐκλαμβάνοντες· δεῖ δὲ πρότερον τῆς ἱστορίας ἐπιμεληθῆναι, καὶ ποτὲ ἔστι τὸν ἀκροατὴν ὠφελεῖν καὶ ἐκ τῆς ἀναγωγῆς, μὴ παριδεῖν.

Ἰδοὺ δὴ ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ ἐπ᾽ ὀσφύϊ, ἡ δὲ δύναμις αὐτοῦ ἐπ᾽ ὀμφαλοῦ γαστρός.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Εἰ μὲν περὶ τοῦ αἰσθητοῦ θηρίου ἐκδέξῃ τὰ ῥητὰ, δύναμιν αὐτοῦ μαρτυρεῖ ὁ λόγος, καὶ τόπον δείκνυσιν ἐν ᾧ αὐτοῦ ἡ ἰσχύς· ὁ δὲ τόπος ἐστὶν ἡ ὀσφύς· ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ὁ νῶτος· ἢ, ὡς ὁ Σύμμαχος ἐκδέδωκεν, ἡ λαγών. Σωματοποιοῦσα δὲ καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Σατανᾶ ἡ γραφὴ, ἐκ τῶν ἐνεργειῶν αὐτοῦ διαγράφει τοῦτον· καὶ ἐπειδὴ ἐν τῇ ὀσφύϊ τὰ σπερματικὰ ἀγγεῖα, φησὶν, ὅτι ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν τῇ ὀσφύϊ, τουτέστιν, αὕτη πρώτη δύναμις κατὰ τοῦ ἀνδρὸς, πόρνον ποιεῖν· ἐντεῦθεν ἄρχεται ἐν τῇ πορνείᾳ τοῦ θηρίου ἡ δύναμις· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ὀμφαλῷ. τοῦτο δὲ οὕτω νοήσεις· ἤτοι, εἰς γαστριμαργίαν ἐκβαίνει, ἀφ᾽ ἧς καὶ τὰ ὑπογάστρια πάθη ἀνακινεῖται· κόρος γὰρ γαστρὸς, πορνείας ῥίζα καὶ ἀρχή· ὥστε διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ, τὴν πορνείαν σεμνῶς δηλοῦσθαι, καὶ πᾶσαν αἰσχρὰν ἡδονήν. ἢ ἐπεὶ ὁ ὀμφαλὸς ἐν μέσῳ κεῖται τοῦ παντὸς σώματος, ἐν τῷ μέσῳ, φησὶ, πέπηγεν αὐτοῦ ἡ ἰσχὺς, καὶ ἀκλινής ἐστι πανταχόθεν, μόνον κακὸς ὢν, καὶ οὐδέποτε ῥέπων εἰς ἀγαθόν· καὶ πραγματικῶς δὲ τὸν ὀμφαλὸν τὰ νεῦρα τῆς ῥάχεως περισφίγγουσιν, ὡς εἰκότως καὶ ἐνταῦθα εἶναι τὴν ἰσχὺν τοῦ ζώου, ὥσπερ ἐν τῷ νώτῳ. τάχα δὲ τὸ αὐτὸ μόριον, ἐπὶ μὲν ἀνδρὸς, ὀσφὺς ἐκλήθη· ἵνα δὲ τὸ θῆλυ σημάνῃ ὁ λόγος, ὀμφαλὸς ἐλέχθη· ἵνα δείξῃ, ὅτι στρατεύεται Σατανᾶς οὐ μόνον κατὰ τῶν ἐχόντων τὰ σπέρματα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ θήλεος γένους. πάνυ δὲ εὐπρεπέστατα ὠνόμασεν ὀσφὺν ἐπὶ ἄρρενος, καὶ ὀμφαλὸν γαστρὸς ἐπὶ γυναικός· μέχρι γὰρ ἐπὶ τὸ εὔσχημον ἐλθεῖν ἔδει τῷ λόγῳ ἐπὶ γυναικός.

Ecce utique fortitudo ejus in lumbo, & virtus ejus ſuper umbilico ventris.

OLYMPIODORI. Si de animali ſenſibus ſubjecto verba acceperis, vires ejus Scriptura teſtatur, & locum ſimul in quo robur reſidet, oſtendit: *Lumbus* autem, locus eſt; vel, juxta Aquilæ verſionem, *Dorſum*; vel, ut Symmachus edidit, *Ilia*. Scriptura verò perſonam corpoream Diabolo affingens, ex operationibus corporis eum depingit: & quoniam in lumbis vaſa ſpermatica habentur, potentiam ejus in lumbis eſſe dicit, id eſt, Hæc prima ejus eſt potentia & vis quam contra hominem exercet, ut ſcortatorem eum reddat; hinc enim in fornicatione beſtiæ potentia originem habet: neque in lumbis tantùm, ſed etiam in umbilico: quod ſic intelligendum eſt; Vel, Ad ventris etiam ingluviem, unde libidinoſi affectus concitantur, prorumpit, (Radix enim & initium ſcortationis eſt ventris ſatietas) ita ut ſcortatio, & turpis omnis voluptas, *umbilici* nomine per modeſtiam ſignificetur. Vel, quoniam umbilicus medium totius corporis locum occupat, Robur, inquit, Diaboli in medio fixum eſt, & cùm malus ſolummodo exiſtat, nec unquam ad bonum propendeat, undique immotus manet: nervi autem à ſpina ducti umbilicum fortiter conſtringunt, ita ut meritò in hoc loco, tanquam in dorſo, robur animalis ſitum ſit. Fortè etiam idem membrum, in viro *Lumbus* appellatum eſt, & ad ſexum fœmineum denotandum, à Scriptura *Umbilicus* vocatum eſt; ut non tantùm contra eos quibus ſemen ineſt, ſed contra fœmineum etiam genus, bellum Satanam movere oſtendat. Summo autem decoro obſervato, in mare *lumbum*, & in muliere, *ventris umbilicum* nominavit; ſermonem enim de muliere, intra decorum conſiſtere oportet.

Erexit

Erexit caudam ſicut cupreſſum.

Cauda finis eſt, cupreſſus autem arbor dura & robuſta: Animo igitur, inquit, duro & præfracto ad extremum perſeverat. Quoniam verò Juſtus propter dulcedinem, odoris ſuavitatem, & roboris firmitatem, cupreſſo comparatur, Satanæ autem miniſtri in Angelos lucis transfigurantur; dicit hoc loco, *caudam* ejus, poteſtatem, ſcilicet, quæ pone eum ſequitur, ſimulare ſe cupreſſum, quam juſtus exprimit: talis etiam eſt Antichriſtus, qui Diaboli cauda exiſtit, & in fine ſeculi venturus eſt.

Cor 2.11.14

Et nervi ejus complicati ſunt.

Nervi ejus, id eſt, Verſutia ejus complicatione & involucris plena eſt, nec facilè diſſolvitur. Sunt autem nonnulli homines, tanquam membra Diaboli, & nervi ejus complicati, quorum dolos qui diſſolvit, Eſaiæ illud adimplet, *Solve omnem colligaturam iniquitatis.*

Eſ.58.6.

Coſtæ ejus ſunt coſtæ æneæ.

Fraudes, artes veteratoriæ, & machinæ, *coſtæ* ſunt: & quidem obliquæ & transverſæ; quia cogitationes adverſarii pravæ ſunt; *æneæ* verò, vel quia veritati obſtinatè renitantur, vel quia æs rutilans aurum imitetur, & Satanas in Angelum lucis transfiguretur. Aliter verò; Quemadmodum ex Adami coſta mulier facta eſt, & ſacrorum antiſtes in hiſtoria illa Chriſtum & Eccleſiam contemplatus eſt: ita hæreticorum Synagogæ, quæ Chriſti mente imbutæ non ſunt, ſed falsò potiùs cognominatam cognitionem habent, coſtæ Satanæ intelliguntur.

Epheſ.5.32.

GREG. THEOL. Vide quàm tremenda & horrenda de malo Dæmone narret, cujus coſtæ quidem æneæ, & reliqua

Ἔστησεν οὐρὰν ὡς κυπάρισσον.

Οὐρὰ τὸ τέλος, κυπάρισσος δὲ ξύλον ἰταμόν. ἐπιμένει οὖν, φησί, μέχρι τέλους ἰταμευόμενος. ἐπεὶ δὲ καὶ κυπαρίσσῳ ὁ δίκαιος εἰκάζεται, διὰ τὸ ἡδὺ, καὶ εὐῶδες, καὶ εὔτονον, μετασχηματίζονται δὲ οἱ διάκονοι τοῦ Σατανᾶ εἰς ἀγγέλους φωτός· φησὶν ἐνταῦθα, ὅτι ἡ οὐρὰ αὐτοῦ, τουτέστιν, ἡ ἑπομένη αὐτοῦ δύναμις προσποιεῖται εἶναι κυπάρισσος, ὅ ἐστι μὴ δίκαιος. τοιοῦτος καὶ ὁ ἀντίχριστος, ὃς οὐρά ἐστι τοῦ διαβόλου, καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ αἰῶνος ἐλευσόμενος.

Τὰ δὲ νεῦρα αὐτοῦ συμπέπλεκται.

Τὰ νεῦρα αὐτοῦ, τουτέστιν, ἡ πανουργία αὐτοῦ συμπλοκῆς γέμει, καὶ δυσδιάλυτός ἐστιν. εἰσὶ δὲ καί τινες ἄνθρωποι, ὥσπερ μέλη ὄντες τοῦ Σατανᾶ, καὶ νεῦρα αὐτοῦ συμπεπλεγμένα, ὧν ὁ διαλύων τοὺς δόλους, ἐπλήρωσε τὸ τοῦ Ἡσαΐου, λῦε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας.

Αἱ πλευραὶ αὐτοῦ πλευραὶ χάλκεαι.

Πλευραὶ δὲ αἱ δόλοι, αἱ πανουργίαι, αἱ μηχαναί· πλάγιαι δὲ αὗται, ὅτι καὶ τὰ νοήματα τοῦ ἐχθροῦ σκολιά· χαλκαῖ δὲ, ἢ διὰ τὸ ἰταμῶς ἀντιστᾶσθαι τῇ ἀληθείᾳ, ἢ ἐπειδὴ ὅτι χαλκὸς στίλβων ἔοικε τῷ χρυσῷ, καὶ ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. ἄλλως δὲ, ὥσπερ ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἀδὰμ ἡ γυνὴ γέγονε, καὶ ἐθεώρησε τὴν ἱστορίαν ὁ μυσταγωγὸς εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν· οὕτω πλευραὶ νοοῦνται τοῦ Σατανᾶ αἱ τῶν αἱρετικῶν συναγωγαί, αἱ οὐκ ἔχουσι νοῦν Χριστοῦ, γνῶσιν δὲ μᾶλλον ψευδώνυμον.

ΓΡΗΓ. ΝΥΣΣ. Ὁρᾷς οἷα περὶ τοῦ πονηροῦ διεξέρχεται φοβερὰ καὶ φρικώδη· οὗ χαλκαῖ μὲν αἱ πλευραὶ, καὶ πάντα τὰ

τὰ τοιαῦτα, δι' ὧν τὴν φοβερὰν φύσιν ἐκείνην ὑπογράφει ὁ λόγος.

Ἡ δὲ ῥάχις αὐτοῦ σίδηρος χυτός.

ΟΛΥΜΠ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ὡς συμβλήματα σιδήρου. τὰ ἀπορρινήματα τοῦ σιδήρου χωνευόμενα, τὸ σκεῦος ἀήττητον· ἔστι δὲ ἡ ῥάχις σύνδεσμος πάντων τῶν μελῶν· σημαίνεται δὲ διὰ ταύτης, τὸ περιεκτικὸν πάντων τῶν παθῶν, ἐξ οὗ πάντα φύονται. καὶ ἄλλως δέ, ἐπειδήπερ τὰ ζῶα ἐπὶ τοῦ νώτου ἀχθοφοροῦσι, τὸ ἰσχυρὸν αὐτοῦ διὰ τῆς ῥάχεως ἐσήμανεν, ἥτις ἐστὶ σίδηρος· οὐ κατακαμπτομένη δι' ὑποταγῆς, ἄκμων γὰρ ἀνήλατός ἐστιν. ὥσπερ δὲ μέλη Χριστοῦ λέγονται οἱ τοιοίδε τῆς ἐκκλησίας ἄνδρες κατὰ τὴν ἑκάστου ἀναλογίαν, καὶ ὁ μέν τις ἐστὶν ὀφθαλμός, ὁ δὲ πούς, καὶ τὰ λοιπά· οὕτω καὶ οἱ τὰ τοῦ Σατανᾶ πράττοντες, ἀναλόγως τῇ ἑαυτῶν κακουργίᾳ, μέλη νοοῦνται τοῦ δράκοντος.

omnia ejus generis ſunt, per quæ formidabilem illam naturam Scriptura delineat.

Et ſpina ejus ferrum fuſile.

OLYMP. Symmachus verò, *Vt commiſſuræ ferri.* Ex conflatura ramentorum ferri, arma invincibilia fabricantur : ſpina autem, membrorum omnium inter ſe conjugatio eſt ; quodque affectus omnes complectitur, & à quo ſinguli proveniunt, *ſpinæ* nomine intelligitur. Aliter etiam, quandoquidem animalia onera dorſo impoſita geſtant, per *ſpinam*, quæ ferrum eſt, & obedientiâ flecti non poteſt, (incus enim indomita eſt) robur ejus denotavit. Quemadmodum verò tales in Eccleſia viri, juxta uniuſcujuſque analogiam, membra Chriſti appellantur ; & hic quidem, oculus, alter verò, pes, & ſic de cæteris : ita etiam qui Satanæ operibus vacant, improbitatis illorum ratione habitâ, membra Draconis intelliguntur.

Τοῦτ' ἔστιν ἀρχὴ πλάσματος Κυρίου.

Οἱ δὲ ἄλλοι, κεφάλαιον ὁδῶν ἰσχυροῦ. οἱ μὲν φασίν, ὅτι πρῶτον τοῦτον ἔκτισεν ὁ Θεός· οἱ δὲ φεύγοντες εἰπεῖν, ὅτι τὸ πρῶτον ποίημα τοῦ Θεοῦ τὴν τροπὴν ὑπέμεινε, φασὶν ὅτι οὐ πρῶτος μὲν γέγονε, τὴν πρώτην δὲ ἀρχὴν παρ' ἀγγέλοις εἶχεν, εἷς τῶν πρώτων ἀρχόντων τυγχάνων, καθὸ, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε, ἧς ἐξώσθη, χεῖρας ἐπάρας Θεῷ. ἄλλοι δὲ λέγουσι, πλάσμα εἶναι Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον, ἀρχὴν δὲ ὑπὸ Θεοῦ τῶν ἀνθρώπων τετάχθαι τὸν Ἑωσφόρον, μὴ εἰς δέον δὲ χρησάμενον τῇ ἀρχῇ, αὐτόν τε ἀποστῆναι Θεοῦ, καὶ τοὺς ἀνθρώπους πεῖσαι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν· καὶ συγκέχρηνται τῷ Ἀποστόλῳ λέγοντι, κατὰ τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου. ἕτεροι δὲ λέγουσι, μὴ ὑπὸ Θεοῦ αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων τὴν ἡγεμονίαν εἰληφέναι, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους προαιρετικῶς

Hoc eſt principium formationis Domini.

ALii verò, *Caput viarum fortis.* Quidam hunc primò à Deo creatum fuiſſe aſſerunt : alii verò, Dei primam creaturam mutationi obnoxiam fuiſſe, dicere recuſantes, primum illum fuiſſe negant, principatum autem præcipuum inter Angelos obtinuiſſe, quo, manus contra Deum attollens, pulſus excidit, cùm unus ex primis principibus foret ; juxta illud, *Et ſicut unus de principibus, caditis.* Pſal.81.7. Alii verò, Deum hominem finxiſſe & fabricâſſe, ac Lucifero imperium in homines à Deo conceſſum fuiſſe, illum autem imperio abuſum, à Deo defeciſſe, & hominibus ut idem facerent, authorem exſtitiſſe dicunt ; ac Apoſtoli teſtimonio illo utuntur, *ſecundùm Principem ſeculi hujus.* Eph. 2.2. Alii verò negant, illum imperium in homines à Deo obtinuiſſe, homines autem propter animi perturbationes & voluptates, ſponte ſe & voluntatis

voluntatis arbitrio, tyrannico Diaboli jugo ſubjeciſſe: Principium igitur, inquit, *formationis Domini*, id eſt, hominum, qui ſponte illud pati elegerunt. Qui verò ex hiſtoriæ veritate, Draconem animal eſſe intelligunt, ante alia animalia marina creatum eum fuiſſe aſſerunt, ac proinde *principium formationis Domini*, dictum eſſe volunt, animalium, ſcilicet, qui in mari degunt.

διὰ τὰ πάθη καὶ τὰς ἡδονὰς, ἑαυτοὺς ὑπαγαγεῖν τῷ τυραννικῷ τοῦ διαβόλου ζυγῷ. ἀρχὴ οὖν, φησὶ, τοῦ πλάσματος τοῦ Κυρίου, τουτέστι, τῶν ἀνθρώπων, ἑκόντι τοῦτο πάθειν ἑλομένων. οἱ δὲ καθ' ἱστορίαν νοοῦντες ζῶον εἶναι τὸν δράκοντα, εἶποιεν ὅτι πρὸ πάντων τῶν ἐναλίων αὐτὸς ἐγένετο, καὶ διὰ τοῦτο λέγεται ἀρχὴ πλάσματος Κυρίου, τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, δηλονότι, γινομένων.

Factum ut illuderetur ab Angelis ejus.

Πεποιημένον ἐγκαταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ.

SYmmachus, *Factum ut admoveatur gladio ejus.* Quandoquidem enim à Deo Draco defecerat, poſtea in ſanctorum Dei Angelorum, & hominum qui Angelis pares ſunt, ludibrium factus eſt.

EUSEBII. Scriptura his verbis ambiguitatem ſolvit, dum vitam illi eam ob cauſam conceſſam fuiſſe docet, ut à ſanctis Dei Angelis, qui in luctu & certamine cum eo ſe exercent, & interdum quidem hamos, interdum verò capiſtrum naribus ejus injiciunt, ludibrio haberetur.

Ὁ Σύμμαχος, ποιηθὲν προσαχθῆναι τῇ μαχαίρᾳ αὐτοῦ. ἐπειδὴ γὰρ ἀπέστη Θεοῦ, λοιπὸν γέγονεν εἰς τὸ καὶ ὑπὸ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἀγγέλων ἐγκαταπαίζεσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν ἰσαγγέλων ἀνθρώπων.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπιλύεται δὲ καὶ ἀμφιβολίαν ἐν τούτοις ὁ λόγος, διδάσκων, τούτου χάριν συγκεχωρῆσθαι αὐτῷ τὸ ζῆν, ἐπεὶ ἔφη καταπαίζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ, ἐγγυμναζομένων τῇ πρὸς αὐτὸν πάλῃ, καὶ ποτὲ μὲν ἄγκιστρα αὐτῷ περιβαλλόντων, ποτὲ δὲ φορβαίαν περὶ ῥῖνα.

Adveniens autem ad montem præruptum, fecit lætitiam quadrupedibus in tartaro.

Ἐπελθὼν δὲ ἐπὶ ὄρος ἀκρότομον, ἐποίησε χαρμονὴν τετράποσιν ἐν τῷ ταρτάρῳ.

OLYMP. Verbum incarnatum, *montem præruptum* vocat: cùm igitur Diabolus ad eum acceſſit, & ut crucifigeretur cauſa fuit, gaviſi ſunt Dæmones ſimul, & homines qui infernum merebantur, & brutorum inſtar ac pecudum, beneficio crucis providam Dei adminiſtrationem ignorabant. Fortè etiam qui in inferni cuſtodiâ detinebantur, deſcenſus Salvatoris participes facti, lætitiâ exhilarati ſunt: ſi verò ii qui vitam rationi minùs conſentaneam duxerunt, gaudio affecti ſunt, multò magis ſancti lætitiâ exhilarabuntur.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Ὄρος ἀκρότομον, τὸν ἐνανθρωπήσαντα λόγον φησίν· ἐπεὶ οὖν ἐπῆλθεν αὐτῷ ὁ διάβολος, καὶ παρεσκεύασε σταυρωθῆναι, ἐχάρησαν οἱ τοῦ ταρτάρου ἄξιοι δαίμονές τε καὶ ἄνθρωποι, ἀγνοήσαντες, ὡς ἄλογοι καὶ κτηνώδεις, τὴν διὰ σταυροῦ οἰκονομίαν. τάχα δὲ καὶ τοῖς ἐν ᾅδου φρουρουμένοις χαρὰ γέγονεν ἀπολαυομένοις τῆς ἐκεῖσε τοῦ σωτῆρος καθόδου· εἰ δὲ οἱ ἀλογώτερον βιωτεύσαντες ἐχάρησαν, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἅγιοι.

Ὑπὸ

Ὑπὸ παντοδαπὰ δένδρα κοιμᾶται.

ΕΠαναπαύεται, φησὶ, τοῖς οὐκ ἐπὶ μιᾶς γνώμης ἑστηκόσι διὰ βεβαιότητα, περὶ ὧν γέγραπται, δένδρα φθινοπωρινὰ ἄκαρπα.

Sub omnigenis arboribus dormit.

IN iis, inquit, acquieſcit, qui firmiter in una & eadem ſententia non perſeverant; de quibus ſcriptum eſt, *Arbores emarcidæ, infrugiferæ.* Iude 12.

Παρὰ πάπυρον, καὶ κάλαμον, καὶ βούτομον.

ΤΑῦτα ὕλη καὶ τροφὴ πυρὸς τυγχάνει. αὐλίζεται οὖν ὑπὸ τὰς ὑγρὰς, καὶ ἀτόνους, καὶ ἀκάρπους ψυχὰς, αἳ πυρὸς εἰσιν ὕλαι· τοῖς ὑγροῖς γὰρ ἐμφιλοχωρεῖ, τοῖς τὸν ἁλμυρὸν, καὶ φιλήδονον, καὶ ὑγρὸν ἀγαπῶσι βίον· διὸ κατῆλθεν εἰς τὸ ὕδωρ ὁ Κύριος, ἵνα ἐκεῖ αὐτὸν συντρίψῃ.

ΑΘΑΝ. Τάχα δὲ διὰ τοῦ καλάμου καὶ τοῦ παπύρου, τὴν εὐτέλειαν καὶ τὴν πενίαν τοῦ διαβόλου αἰνίττεται ἡ γραφή.

Juxta papyrum, & calamum, & caricem.

HÆc ignis materia & pabulum ſunt. In mollibus igitur, languidis, & infrugiferis animabus, quæ igni materiam ſuppeditant, ſtabulatur: in mollibus enim, & delicatis, & qui vitam muriaticam, voluptuariam & ludibricam ſectantur, libenter inhabitat: quare Dominus in aquas, ut illic eum contereret, deſcendit.

ATHANASII. Per *papyrum* & *calamum*, Diaboli fortè vilitatem & paupertatem Scriptura innuit.

Σκιάζονται δὲ ἐν αὐτῷ δένδρα μεγάλα σὺν ῥαδάμνοις.

ΟΛΥΜΠ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, σὺν τῇ παραφυάσιν. ἤτοι τοῦτό φησιν, ὅτι συνδιαιτῶνται αὐτῷ μεγάλοι τινὲς δαίμονες, καὶ ὑποβεβηκότες τῇ κακίᾳ· ἢ ὅτι καὶ μικροὺς καὶ μεγάλους ἄνδρας ὁμοίως ὑπέρχεται, καὶ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν ποιῆσαι πειρᾶται.

Obumbrant autem in eo arbores magnæ cum ramis.

OLYMPIOD. Symmachus verò, *Cum ſurculis.* Vel, ſcilicet, hoc vult, quòd magni quidam Dæmones, & qui improbitate iis cedunt, unà cum eo habitent; vel, quòd parvis hominibus pariter & magnis ſeipſum inſinuet, & in poteſtatem ſuam redigere eos conetur.

* χ. ἀγνε, & ſic in Ms. Thedæ.

Καὶ κλῶνες * ἀγροῦ.

ΟΑκύλας, ἰτέαι χειμάῤῥου· ἐπειδὴ πολλάκις καὶ ἁγνείαν πολλοὶ ἀσκήσαντες, τῆς αὐτοῦ μερίδος γεγόνασιν· ὡς αἱ μωραὶ παρθένοι, ὡς οἱ τὸν γάμον διαβάλλοντες. τάχα δὲ τὸν ἄγνον, ἤτοι τὴν ἰτέαν, διὰ μόνην ἔνδειξιν τῆς ὑγρότητος ἐνταῦθα παρέλαβεν ἡ γραφὴ, οὐ μὴν καὶ ὡς τῆς ἁγνείας σύμβολον.

Sarmenta viticis.

AQuila, *Salices torrentis*; quoniam ſæpenumero plerique etiam eorum qui caſtimoniam profeſſi ſunt, eandem ſortem cum eo ſubierunt, ut virgines fatuæ, & ii qui nuptias criminantur. Fortaſſe autem, non ad caſtitatis ſymbolum, ſed ad mollitiem tantùm indicandam, *viticem*, ſive *ſalicem*, Scriptura hoc loco adhibuit.

Si fuerit inundatio, non ſentiet.

Ἐὰν γένηται πλημμύρα, οὐ μὴ αἰσθηθῇ.

Eſ. 11. 9. ID eſt, Licèt terra univerſa cognitione impleta fuerit, ita ut aquarum copiâ maria ipſa contegerentur, ille tamen in improbitate ſua permanſit; & licèt doctrina Evangelica, inſtar aquarum fluviatilium, eam quæ ſub cœlo eſt lætificaverit, juxta

Eſ. 66. 12. illud, *Et declinabo ſuper eos ſicut fluvius pacis*, purgans & vivificans terram; ille tamen ſenſum ejus non percepit, neque ad meliorem frugem rediit; vel, ut Symmachus reddidit, *Non pavebit.*

Τουτέστι, κἂν ἡ σύμπασα πλησθῇ γνώσεως, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσας, αὐτὸς * μένει ἐν τῇ πονηρίᾳ· καὶ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, δίκην ποταμίων ὑδάτων, εὐφρανάσης τὴν ὑπ' οὐρανόν, κατὰ τό, καὶ ἐκκλινῶ ἐπ' αὐτοὺς ὡς ποταμὸς εἰρήνης καθαίρων, καὶ ζωογονῶν τὴν γῆν· αὐτὸς εἰς συναίσθησιν οὐκ ἦλθεν, οὐδὲ καλλίων ἑαυτοῦ γέγονεν, ἤ, ὡς ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν, οὐ καταπλαγήσεται.

*ἴσ. ἔμεινε

Confidit quia ſubibit Jordanis in os ejus, in oculo ſuo capiet eum, intortus forabit naſum.

Πέποιθεν ὅτι προσκρούσει ὁ Ἰορδάνης εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐν τῷ ὀφθαλμῷ αὐτοῦ δέξεται αὐτόν, ἐνσκολιευόμενος τρήσει ῥῖνα.

SYmmachus, *In fibula perforabitur naſum.* Calumniandi arte fretus, & Græcorum, Judæorum, ac Manichæorum operâ uſus, qui ab eo poſſidentur, & redemptionem per Jordanem factam non admittunt, gratiam divinam flocci pendens, verbis cavillatoriis petulanter inceſſit. Capit autem Jordanem in oculo, id eſt, Conſiderat eos qui ad gratiam accedunt, & contra eos bacchatur. Vulneratur autem Draco, nares ei perforantur, & blaſphemiæ naſum demittit, ubi ad crucem ſe alliſerit. Vel illud, *Forabit naſum*, id eſt, ſubjugabit illum, metaphorâ à bobus ſumptâ, qui naribus perforatis huc illuc ducuntur; ac ſi diceret, Nares etiam, & dentes, & totus Draconis vultus contritus eſt. Sin autem de animali aliquo hæc intelligantur, utpote de ceto, magnitudinem ejus & potentiam Scriptura hoc loco ob oculos ponit, dicitque, Animalia in tartaro & in aquis, quibus bellua hæc infeſta fuerat, & inſidias ſtruxerat, gaudere, ſiquando aſtu aliquo ad terram deferatur; ipſam verò ad montem alicubi

ΣΥμμαχος, ἐν πόρπῃ τρυπηθήσεται τὴν ῥῖνα. πέποιθε τῇ αὐτοῦ συκοφαντίᾳ, καὶ διασύρει τὸ θεῖον χάρισμα, καὶ εὐτελίζων αὐτὸ λόγοις χλευαστικοῖς, διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐνεργουμένων Ἑλλήνων τε, καὶ Ἰουδαίων, καὶ τῶν Μανιχαίων, οὐ προσδεχομένων τὴν διὰ τοῦ Ἰορδάνου ἀπολύτρωσιν. λαμβάνει δὲ τὸν Ἰορδάνην ἐν ὀφθαλμῷ, τουτέστι, κατοπτεῖ τοὺς προσεληλυθότας τῇ χάριτι, καὶ μέμηνε κατ' αὐτῶν. πλήττεται δὲ ὁ δράκων, καὶ τιτρᾶται τὴν ῥῖνα, καὶ τὸν μυκτῆρα καταβάλλει τῆς βλασφημίας, τῷ σταυρῷ προσβαλών. ἢ τό, τρήσει ῥῖνα, ἀντὶ τοῦ, αὐτὸν ὑποτάξει, ἐκ μεταφορᾶς τῶν τρυπωμένων βοῶν τοὺς μυκτῆρας, καὶ δι' αὐτῶν ἀγομένων· ἵνα εἴπῃ, ὅτι καὶ ἡ ῥίς, καὶ οἱ ὀδόντες, καὶ ὅλον τὸ πρόσωπον τοῦ δράκοντος συνετρίβη. εἰ δὲ περὶ ζώου τινὸς ταῦτα νοοῖτο, ἤτοι περὶ κήτους, τὸ μέγεθος αὐτοῦ ἐνταῦθα παρίστησι καὶ τὴν δύναμιν, καί φησιν, ὡς εἴ ποτε τοῦτο τὸ ζῶον ἐπὶ τὴν γῆν κατελθῇ ὑπό τινος ὁρμῆς, χαίρει τὰ ἐν τῷ ταρτάρῳ καὶ τοῖς ὕδασι ζῶα, οἷς ἦν ἐπίβουλος καὶ πολέμιος ἐστὶ ὁ θήρ· αὐτὸς δὲ εἰς ὄρος που καὶ ἀκτὴν ἐκδρα-

ἐκδραμών, σκιάζει τῷ μεγέθει τοῦ σώματος καὶ καλύπτει, οὐ μόνον τὰ βραχύτατα τῶν φυτῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα. τοσοῦτον δέ ἐστιν αὐτοῦ τὸ τοῦ σώματος μέγεθος, ὥστε κἂν πολὺ ὕδωρ χυθῇ, οὐ μὴ αἰσθηθῇ, ὡς καλυπτόμενος, δηλαδή, καὶ ἐπικλυζόμενος· ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰορδάνην μικροῦ ὅλον ἐν τῷ στόματι ὑποδέξεται, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἀνοίξας, λήψεται τὸ ὕδωρ ἐν αὐτῷ· ἐκβρασθεὶς μέντοι εἰς γῆν, καὶ πέτρᾳ προσραγεὶς τὸ πρόσωπον, ὁ τοσοῦτος συντετρίψεται.

vel littus appulſum, corporis mole non tantùm humiles, ſed maximas etiam plantas obumbrare & tegere. Tanta enim corporis ejus magnitudo eſt, ut licèt copioſa ei aqua ſuperinfundatur, minimè ſentiat, quippe quæ aquarum mole tecta & obruta ſit; quin & Jordanem ferè omnem faucibus ſuſcipiet, & oculo aperto, aquam ejus in eo capièt: conteretur nihilominus quæ vaſto adeo corpore eſt, ſi æſtûs violentiâ ejiciatur, & facies ad petram allidatur.

Ἄξεις δὲ δράκοντα ἐν ἀγκίστρῳ;

Duces autem Draconem in hamo?

Οἱ δὲ λοιποί, Λευιαθάν. οἶμαι δὲ τὸ προειρημένον κῆτος, καὶ τὸν ἐνταῦθα δράκοντα, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι, ἐπεὶ καὶ τὸ Ἑβραϊκὸν ἐν ἀμφοτέροις, Λευιαθὰν περιέχει, οὐχ οὕτως τῶν ἄλλων δρακόντων παρὰ Ἑβραίοις ὀνομαζομένων, ἀλλ' ἐχόντων τὸ οἰκεῖον ὄνομα τοῦ γένους αὐτῶν· τοῦ γε μὴν εἰς τὸν ἄρχοντα τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἀναφερομένου δράκοντος, ἰδίως ὄνομα Λευιαθὰν κέκληται, ὥσπερ κυρίαν ταύτην κεκτημένου προσηγορίαν.

ΟΛΥΜΠ. Δυνήσῃ οὖν, φησίν, ὦ Ἰώβ, ποιῆσαι ὅπερ ὁ μονογενὴς ὕστερον εἰργάσατο; ὥσπερ γὰρ δέλεαρ αὐτῷ τὴν οἰκείαν σάρκα προβαλλόμενος, διὰ τῶν οἰκείων ἥλων, ὡς δι' ἀγκίστρων, ἰχθὺν ἤγρευσεν.

Reliqui verò, *Leviathan*. Cetum autem, cujus ſuprà mentio facta eſt, & Draconem hoc loco, unum & eundem eſſe arbitror; quoniam in Hebræo utrobique vox Leviathan uſurpatur, nec alii dracones ita ab Hebræis appellantur, ſed generis ſui propria nomina ſinguli habent: & draconem quidem (qui ad Principem adverſariarum poteſtatum denotandum refertur) proprio nomine Leviathan vocatum eſſe, ut qui peculiarem hanc appellationem ſibi vendicet.

OLYMPIODORI. Poteſne, inquit, ô Jobe, præſtare, quod poſtea ab unigenito factum eſt? carne enim ſuâ, ſicut eſcâ ei objectâ, & clavis ſuis tanquam hamis, piſcem venatus eſt.

Περιθήσεις δὲ φορβαίαν περὶ ῥῖνα αὐτοῦ, ἢ δήσεις κρίκον ἐν τῷ μυκτῆρι αὐτοῦ; ψελλίῳ δὲ τρυπήσεις τὸ χεῖλος αὐτοῦ;

Et circumpones capiſtrum circa naſum ejus? aut ligabis circulum ejus? & armillâ terebrabis labium ejus?

Θεοδοτίων, καὶ χαλινῷ τρήσεις σιαγόνα αὐτοῦ. ψελλίῳ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, περιοχῇ. ὥσπερ οὖν ψελλίῳ καὶ περιοχῇ συνέρραψεν αὐτοῦ τὰ χείλη Χριστός, ἐφ' ᾧ μηκέτι μεγαλαυχεῖν, καὶ τὸν μυκτῆρα αὐτοῦ κρίκῳ ἔδησε, καθάπερ τις ταῦρον δαμάζων, καὶ τὸ γαυρίαμα αὐτοῦ

Theodotio, *Et fræno perforabis maxillam ejus. Armillam* pro ſepimento dixit: Chriſtus enim, ne ampliùs inſolentiâ ſe efferret, tanquam armillâ & ſepimento, labia ejus conſuit, & (ſicut facere conſuevit qui taurum domat, ejúſque ferociam comprimit) nares annulo ligavit,

(clavus autem adactus & rotundus factus, annulum facit) & ut ad ludibrium proponeret, capiſtrum circumpoſuit. Præterea, armilla manûs ornamentum eſt, quod eſt bonum opus: qui igitur talem armillam geſtat, labium Draconis perforabit, Diabolo, qui inimicus eſt, pudore ſuffuſo, nec habente quod contra eum hiſcere poſſit.

Loquetur autem tibi prece, ſupplicatione molliter? ponet autem tecum teſtamentum?

Luc.8.31. HOc dixit, quia Dæmones Dominum rogârunt, ne in abyſſum eos deturbaret; vel quia Satanas Chriſto dixerit, Mat.4.9. *Hæc omnia tibi dabo.* Num igitur, inquit, blandâ oratione te compellabit? num fœdus tecum inibit, nec ampliùs bellum tibi inferet?

Accipies autem eum ſervum ſempiternum?

SErvus, vel arbitrii voluntate fit ſervus, ut is qui Deo famulari ſponte elegit; vel neceſſitate cogente, ut captivus & qui in vinculis detinetur; quod Diabolo accidit.

Ludes autem in eo ſicut avi? aut ligabis eum ſicut paſſerem puero?

COnverſis, & iis qui ſicut infantes facti ſunt, Dominus noſter vinctum adverſarium, tanquam paſſerem, illudendum tradidit.

ORIGENIS. Magni, ſtrenui, & perfecti animi gloriam & honorem deſcribit; & quòd Draco illi, ut paſſer puero, traditus ſit, qui puero nocere non poteſt; puer enim eum ſibi alligatum, quocunque vult ducit & circumfert: haud ſecus gratiâ divinâ, inſtar paſſeris, in poteſta- Psal.8.3. tem infantium & lactentium, ex quorum

ἀφαιρούμενος καθηλούμενος ὁ γὰρ ἧλος καὶ στρογγυλούμενος, κρίκος γίνεται· καὶ φορβέαν αὐτοῦ περιέθηκε, καταπαίζεσθαι παρεχόμενος. ἔτι, τὸ ψέλλιον κόσμος ἐστὶ τῆς χειρὸς, τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον ἀγαθόν· ὁ οὖν ἔχων τὸ τοιοῦτον ψέλλιον, τρυπήσει τὸ χεῖλος τοῦ δράκοντος, τοῦ ἐξ ἐναντίας τοῦ διαβόλου ἐντετραμμένου, μὴ ἔχοντός τι λαλῆσαι κατ' αὐτοῦ.

Λαλήσει δέ σοι δεήσει, ἱκετηρίᾳ μαλακῶς; θήσεται δὲ μετὰ σοῦ διαθήκην;

ΤΟῦτο εἶπε διὰ τὸ παρακαλεῖν τοὺς δαίμονας τὸν Κύριον, μὴ βαλεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν ἄβυσσον· ἢ διὰ τὸ εἰρηκέναι αὐτὸν πρὸς Κύριον, Ταῦτά σοι πάντα δώσω. μὴ οὖν, φησὶ, καὶ πρὸς σὲ ἁπαλὰ φθέγξεται; μὴ διαθήσεται μετὰ σοῦ διαθήκας, ὥστε μηκέτι σοι πολεμεῖν;

Λήψῃ δὲ αὐτὸν δοῦλον αἰώνιον;

Ο Δοῦλος, ἢ προαιρετικῶς γίνεται δοῦλος, ὡς ὁ δουλεύειν Θεῷ προαιρούμενος· ἢ ἀναγκαστικῶς, * αἰχμαλωτιζόμενος καὶ καταδεσμούμενος· ὃ δὴ πέπονθεν ὁ διάβολος. *ἴσ. suppl. ὡς.

Παίξῃ δὲ ἐν αὐτῷ ὥσπερ ὀρνέῳ; ἢ δήσεις αὐτὸν ὥσπερ στρουθίον παιδίῳ;

ΔΗσας τὸν ἐχθρὸν ὁ Κύριος ἡμῶν, δέδωκε καταπαίζειν αὐτὸν, ὡς στρουθίον, τοῖς στραφεῖσι, καὶ γενομένοις ὡς τὰ παιδία.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Μεγάλης, καὶ ἐῤῥωμένης, καὶ τελείας ψυχῆς διαγράφει τὸ *τέλος, ὅτι γε ὁ δράκων αὐτῷ, ὥσπερ στρουθίον παραδίδοται παιδίῳ, μὴ δὲ βλάψαι τὸ παιδίον δυνάμενον, ὅτι καὶ δεδεμένον αὐτὸ ἄγει ὅπου γε βούλεται τὸ παιδίον, καὶ περιφέρει· οὕτω τῇ χάριτι τοῦ Κυρίου, ὡς στρουθίον ὑποχείριον, ὁ Σατανᾶς δεδεμένος γεγένηται. *ἴσ. κλέος.

γεγένηται τοῖς νηπίοις καὶ θηλάζουσιν, ὧν ἐκ στόματος κατηρτίσατο αἶνον ὁ Θεός.

ore Deus laudem perfecit, Satanas victus devenit.

Ἐνσιτοῦνται δὲ ἐν αὐτῷ ἔθνη, μεριτεύονται δὲ αὐτὸν Φοινίκων ἔθνη. [Ἀκύλας δέ, ἡμισεύσουσιν αὐτὸν μεταξὺ Χαναναίων.]

Paſcuntur autem in eo gentes, partiuntur autem eum gentes Phœnicum. [Aquila verò, *Dimidiabunt eum inter Chananeos.*]

ΩΣπερ τῶν πιστῶν βρῶμα ὁ Κύριος, οὕτως ὁ δράκων τῶν ἀσεβῶν· ἔδωκας γὰρ αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψι, τουτέστι, τοῖς υἱοῖς τοῦ σκότους, τοῖς ἐν ἀγνωσίᾳ. καθ' ἕκαστον γὰρ λόγον ὃν παραδεχόμεθα, ἤτοι ἀπὸ τοῦ δράκοντος ἐσθιόμεθα, ἐὰν παραδεξώμεθα ἀκοὴν ματαίαν, ἢ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ἐὰν παραδεξώμεθα λόγους οἰκοδομοῦντας καὶ ὠφελοῦντας.

QUemadmodum Dominus fidelium, ita etiam Draco impiorum cibus eſt; *Dediſti enim eum eſcam populis Æthiopibus*, Pſal.73.14. id eſt, filiis tenebrarum, & qui in ignorantia verſantur: veſcimur enim omni ſermone quem auribus accipimus, vel à Dracone, ſi vana & futilia audiverimus; vel à Chriſto, ſi verba ædificantia & utilia acceperimus.

ΟΛΥΜΠ. Ἡ Φοινίκη Χαναναία πρότερον ἐκαλεῖτο· τὴν γὰρ Συροφοίνισσαν Χαναναίαν καλοῦσι τὰ Εὐαγγέλια· οἱ δὲ Χαναναῖοι εἰδωλολάτραι. λέγει οὖν, ὅτι μερίζονται τὸν δράκοντα οἱ εἰδωλολάτραι, οἱ φοινισσόμενοι τοῖς ἐπιβωμίοις αἵμασιν, ἄλλος ἄλλην ἄθεσμον μετιὼν πρᾶξιν, καὶ ἕκαστος μέρος τι λαμβάνων ἀπὸ τοῦ δράκοντος. τοῦτο δὲ εἴρηται, ἐπειδὴ ἐπὶ πονηρίᾳ διαβάλλονται Χαναναῖοι καὶ Φοίνικες. Εἰ μέντοι περὶ τοῦ αἰσθητοῦ δράκοντος ὁ λόγος ἐστί, παρίσταται καὶ ἐν τούτοις τὸ μέγεθος αὐτοῦ καὶ ἡ δύναμις· καὶ ὅτι οὐ δυνατὸν δῆσαι αὐτόν, καὶ παραδοῦναι παιδίῳ, οἷά τι στρουθίον, ὥστε ἐν αὐτῷ παίζειν.

OLYMPIODORI. Phœnice prius Chananæa appellata fuit, Syrophœniſſam enim mulierem, Evangelia, Chananæam vocant: Mar.7.26. Chananæi verò idololatræ erant. Dicit igitur, quòd ii qui idola colunt, & purpureo altarium ſanguine tinguntur, alius aliud ſcelus perpetrando, & unuſquiſque partem aliquam delibando, Draconem inter ſe partiuntur: dictum autem hoc eſt, quia Chananæi & Phœnices propter improbitatem infames & inglorii ſunt. Sin verò de dracone ſenſibus obvio ſermo ſit, per hæc magnitudo ejus & potentia ob oculos ponitur, & quòd vinciri, ac puero, inſtar paſſeris, ad illudendum tradi non poſſit.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Τοσοῦτος αὐτοῦ ὁ τοῦ σώματος ὄγκος ἐστίν, ὡς δυνηθῆναι ὁλοκλήρῳ ἔθνει ἀρκέσαι· οὐ γὰρ δὴ ὡς τοῦτο μέλλοντος γίνεσθαι, ταῦτά φησι. Φοινίκων δὲ ἐμνήσθη διὰ τὴν ἐμπορίαν.

CHRYSOSTOMI. Tanta eſt corporis ejus moles, ut genti alicui univerſæ ſufficere poſſit. Hoc autem dicit, non quòd ita aliquando evaſurum ſit. Phœnicum verò propter mercaturam mentionem facit.

Πᾶν δὲ πλωτὸν συνελθὸν οὐ μὴ ἐνέγκωσι βύρσαν μίαν οὐρᾶς αὐτοῦ, καὶ ἐν πλοίοις ἁλιέων κεφαλὴν αὐτοῦ.

Omne navigans conveniens non ferent pellem unam caudæ ejus, & in navigiis piſcatorum caput ejus.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Βύρσα ἡ φολίς, ἡ λεπίς· ὡς ἐπὶ δρά-

OLYMPIODORI. De Dracone hæc verba proferuntur, & *pellis* nomine

mine

mine ſquamam intelligit. Dicit igitur, quòd omnes homines qui vitam hanc (quæ mare vocatur) navigant, in unum congregati, ne leviſſimum quidem infimarum & poſtremarum poteſtatum ejus inſultum, ſuis viribus ſuſtinere valeant: Dominus autem caput Draconis confregerit.

ORIGENIS. Homines qui corporibus tanquam navigiis utuntur, Draconis extrema & ultima ſuo marte conficere non poſſunt; divinâ verò potentiâ nobis invigilante, totum etiam eum portare & enecare poſſumus: ſinguli autem, quantum in nobis eſt, Diabolum morte mactamus, juxta illud, *Dominus Satanam ſub pedibus veſtris citò conteret.*

OLYMPIODORI. Doctores qui in Eccleſia præſunt, piſcatores ſunt; Eccleſia verò, navigia; & ſuperbia, caput Draconis. Dicit igitur, contra Doctores, & contra Eccleſias perſecutionibus excitatis, inſolenter ſeſe elaturum: ut verbi enim prædicationem impediret, Apoſtolorum progreſſui, qui piſcatores erant, multifariam reſtitit; illi verò, Dominum imitati, & mortem pro eo alacri animo ſubeuntes, caput Draconis apprehenderunt & contriverunt. De ceto autem verborum ſenſus planus eſt, quòd, ſcilicet, navigia omnia ſi in unum coëant, ſquamam unam caudæ ejus ferre, aut ſolùm ejus caput iis appropinquans, ſuſtinere aut capere non poſſint.

κήτους δὲ τοῦτο εἶπε. Φησὶν οὖν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι κατὰ τὸ αὐτὸ συναγόμενοι, οἱ τὸν δὲ τὸν βίον, θάλασσαν καλούμενον, πλέοντες, οὐδὲ μικρὰν ἵνα αὐτοῦ ἐπήρειαν τῶν ἐσχάτων καὶ τελευταίων δυνάμεων δύνανται ὑπενεγκεῖν καθ' ἑαυτούς· ὁ δὲ Κύριος συνέθλασε τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οἱ ἄνθρωποι, οἱ πλοίοις τοῖς σώμασι χρώμενοι, τὰ τελευταῖα τοῦ δράκοντος καὶ τὰ ἔσχατα νεκρῶσαι αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς οὐ δύνανται· θείας δὲ δυνάμεως ἐπισκοπούσης, καὶ ὅλον αὐτὸν κομίσαι καὶ νεκρῶσαι δυνάμεθα· νεκροῦμεν δὲ ἕκαστος τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ τὸν διάβολον, κατὰ τὸ, ὁ δὲ Θεὸς συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει.

ΟΛΥΜΠ. Ἁλιεῖς, οἱ τῆς ἐκκλησίας προεστῶτες διδάσκαλοι· πλοῖα δὲ, αἱ ἐκκλησίαι· κεφαλὴ δὲ τοῦ δράκοντος, ἡ ὑπερηφανία. Φησὶν οὖν, ὅτι ὑπερηφανεύσεται καὶ κατὰ διδασκάλων, καὶ κατὰ ἐκκλησιῶν, διωγμοὺς, δηλονότι, κινῶν κατ' αὐτῶν· ποικίλως γοῦν ἀντέστη τῇ πορείᾳ τῶν ἁλιέων Ἀποστόλων, ἐμποδίσαι βουλόμενος τῷ κηρύγματι· ἀλλ' οὗτοι, κατὰ μίμησιν τοῦ δεσπότου, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐδέξαντο καὶ συνέθλασαν, τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον προθύμως καταδεξάμενοι. περὶ δὲ τοῦ κήτους δῆλος ὁ νοῦς, ὅτι πάντα τὰ πλωτὰ ὁμοῦ συνελθόντα, οὐκ ἂν ἐνέγκωσι μίαν λεπίδα τῆς οὐρᾶς αὐτοῦ, οὐδὲ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ καθ' ἑαυτὴν πλοίοις ἐμπελάσασα, φορητὴ ἢ χωρητὴ γένοιτο.

Impones autem ei manum, recordatus belli quod fit in corpore ejus, & non ultrà fiat?

Ἐπιθήσεις δὲ αὐτῷ χεῖρα, μνησθεὶς πολέμου τοῦ γινομένου ἐν σώματι αὐτοῦ, καὶ μηκέτι γινέσθω;

PErturbationem & ſævitiam, *bellum* hoc loco vocat: ſenſus autem verſûs hic eſt; Manum, inquit, injice, & belli cum ceto recordare; ac, ſi debellare eum poteris, fac ut ampliùs reſiſtere tibi non valeat. Bellum verò quod cum Leviathan geritur, formidabile eſt, & bellua hæc expugnatu

ΠΟλεμον ἐνταῦθα λέγει τὴν ταραχὴν, τὴν ἀγριότητα· ἡ δὲ τοῦ στίχου διάνοια τοιαύτη· ἐπίβαλε, φησὶ, τὴν χεῖρα, καὶ μνήσθητι τοῦ πρὸς τὸ κῆτος πολέμου· καὶ καταπολεμήσας αὐτὸν, εἰ δυνήσῃ, ποίησον μηκέτι γενέσθαι αὐτῷ πρὸς σὲ ἀντίστασιν. Φοβερὸς δὲ καὶ ὁ πρὸς τὸν Λευιαθὰν πόλεμος.

καὶ

καὶ δυσκαταγώνιστον τοῦτο τὸ θηρίον, καὶ οὐδέποτε τῆς καθ' ἡμῶν προσβολῆς ἀφίσταται.

difficilis eſt, neque unquam oppugnare nos deſinit.

EJUSDEM. Et quid mirum, inquit, ſi hominem, qui mihi in maximo pretio & deliciis eſt, Diaboli tyrannide oppreſſum non deſpiciam, quandoquidem homo ſibi æqualem neglectum jacere non ſuſtinet, verùm ſecundùm potentiæ ſuæ vires miſericordiam ei exhibet? Quidam verò ſic locum hunc intellexerunt; Tale ſupplicium, adhibito poteſtatis meæ verbo, de Diabolo ſumam, ut Antichriſti (qui illi par eſt) tanquam eadem paſſuri, miſerabilis ex eo conditio judicetur. Mihi verò, ſi talis orationis totius ſtructura fiat, quod hìc dicitur, ſuperioribus annexum, ſine vi ullâ verbis illatâ, hanc conſequentiam habere videtur; Nunquid manum illi injicies, aut belli quod cum eo geritur recordaberis? Verùm talia de eo audiens, noli præ metu & formidine trepidare, ſed animo eſto forti; non ampliùs hoc eveniet; mihi enim bellua ad cædem præparata eſt, neque ego qui terræ univerſæ dominus ſum, ejus causâ ſilentium agam. Quis autem mihi reſiſtet? Quis Dæmonum, ſibi conſortium, miſericordiâ illum amplectetur? non ſimplici quidem & nudâ, nec quæ operibus ſe non exerat, ſed quæ verbo poteſtatis etiam confirmata ſit? nemo enim tali potentiâ præditus fuit, ut verbo ejus, Satanæ miſertus, Domino reſiſtere potuerit. Vel igitur hoc dicit; vel inter homines neminem, ſuæ for-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ τί, φησὶ, * καινὸν, εἰ τὸ ἐμοὶ τιμιώτατον κτῆμα καὶ οἰκειότατον, τὸν ἄνθρωπον, τυραννούμενον ὑπὸ τοῦ διαβόλου οὐ περιόψομαι, ὅπουγε ἄνθρωπος τὸν ἴσον αὐτοῦ περιορᾷν οὐκ ἀνέχεται, ἀλλὰ καὶ ἐλεεῖ κατὰ τὸ μέτρον τῆς αὐτοῦ δυνάμεως; Τινὲς δὲ οὕτως ἐνόησαν, ὅτι οὕτω τιμωρήσομαι τὸν διάβολον, τῷ λόγῳ χρησάμενος τῆς ἐμῆς δυνάμεως, ὡς ἐντεῦθεν ἐλεεινὸν κρίνεσθαι καὶ τὸν ἴσον αὐτοῦ Ἀντίχριστον, οἷα τὰ αὐτὰ παθεῖν μέλλοντα. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ πρὸς τὰ ἄνω τὸ ῥητὸν συναρτώμενον, ἀβίαστον ἔχειν τὴν ἀπόδοσιν, εἰ οὕτω συντεθῇ τὰ προκείμενα· μὴ ἐπιθήσεις αὐτῷ χεῖρα, ἢ μνησθήσῃ τοῦ πρὸς αὐτὸν πολέμου; ἀλλ' οὐ τρέσεις, οὐδὲ φοβηθήσῃ, τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ ἀκούων λεγόμενα, ἀλλὰ θάρρει· οὐκέτι τοῦτο γενήσεται· ἐμοὶ γὰρ εἰς σφαγὴν τὸ θηρίον ἡτοίμασται, καὶ οὐ σιωπήσομαι δι' αὐτὸν ὁ πάσης τῆς γῆς Κύριος. τίς δὲ ἀντιστήσεταί μοι; τίς τῶν ἴσων αὐτοῦ δαιμόνων ἐλεήσει αὐτόν; οὐχὶ τὸν ἁπλῶς ἔλεον τὸν ψιλὸν, καὶ μὴ ἔργοις δεικνύμενον, ἀλλὰ τὸν καὶ λόγῳ δυνάμεως βεβαιούμενον; οὐδεὶς γὰρ ἔσχε δύναμιν, ἵνα τῷ λόγῳ αὐτοῦ ἐλεήσας τὸν Σατανᾶν, ἀντιστῇ τῷ Κυρίῳ. ἢ οὕτω τοῦτο λέγει, ἢ ὅτι

* χ. ἱερόν.

ἢ ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων ἠδυνήθη ἐλεῆσαι τοὺς ὁμογενεῖς, ἀλλὰ μόνος Χριστὸς ὁ θεάνθρωπος· οὐκ ἄγγελος γάρ, οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς.

tis & conditionis hominibus miſericordiam exhibere potuiſſe; ſolùm autem Chriſtum, Deum & hominem: non enim Angelus, non homo, ſed ipſe Dominus, ſalvator noſter exſtitit.

Τίς ἀποκαλύψει πρόσωπον ἐνδύσεως αὐτοῦ;

Quis revelabit faciem indumenti ejus?

ΑΝτὶ τοῦ, οὐδεὶς πλὴν ἐμοῦ. πρόσωπον δὲ ἐνδύσεως λέγει τὸ ἄλλοτε ἄλλο προσωπεῖον, ὃ μετενδύεται ὑποκρινόμενος· πλάττεται γὰρ πρόσωπον προβάτου λύκος ὤν, καὶ μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός, σκότος τυγχάνων.

ΝΕΙΛΟΥ. Δεῖ δὲ τὸν * διδάσκαλον ἐπιστήμονα οὕτως εἶναι, ὡς μηδὲν ἀγνοεῖν τῶν τοῦ ἐχθροῦ ἐνθυμιῶν, ἵνα τὰ λανθάνοντα τοῖς ἐγκεκλεισμένοις αὐτῷ τῶν παλαισμάτων ἀπογυμνῶν, ἐπιδεικνύῃ, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς προλέγων τοῦ ἀντιπάλου, * ἀπονητὶ τὴν νίκην αὐτοῖς βραβεύσῃ, καὶ στεφανίτας ἐξαγάγῃ τοῦ * ἀγῶνος τούτου. σπάνιος δὲ ὁ τοιοῦτος, καὶ οὐ ῥᾳδίως εὑρισκόμενος. ὁ μὲν γὰρ μέγας Παῦλος τοῦτο ἑαυτῷ μαρτυρεῖ, λέγων, οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν· ὁ δὲ θαυμάσιος Ἰὼβ ἀπορῶν περὶ τούτου, φησί, τίς ἀποκαλύψει πρόσωπον ἐνδύσεως αὐτοῦ; ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· οὐκ ἔστι, φησί, τὸ φαινόμενον πρόσωπον ἐπ' αὐτοῦ, πολλοῖς γὰρ ἐνδύμασι καλύπτει τὴν πονηρίαν αὐτοῦ, δελεάζων μὲν τῷ φαινομένῳ ἀπατηλῶς, ἐνεδρευτικῶς δὲ τῷ κεκρυμμένῳ τεκταίνων τὸν ὄλεθρον.

* ἴσ. ἠγούμενον, ut eſt in Ms. codice operum Nili, quem Archiepiſcopus Cantuarienſis bibliothecæ Bodleianæ, cum innumeris aliis in omni linguarum genere, dono dedit.
* γρ. ἀκινητὶ
* γρ. αἰῶνος.

ΟΛΥΜ. Διατί οὐκ εἶπε, τίς ἀποκαλύψει πρόσωπον αὐτοῦ; ἀλλὰ προσέθηκε, πρόσωπον ἐνδύσεως; τί βούλεται ἐνταῦθα ἡ ἔνδυσις; ἀλλ' ἵνα νοηθῇ τὸ λεγόμενον, παραδείγματι χρησώμεθα τῶν περιτιθεμένων προσωπεῖα, καὶ μὴ φαινομένων τοῦτο ὅ εἰσιν, ἀλλὰ θελόντων δοκεῖν. ἀναλαμβάνουσι γὰρ προσωπεῖα, φέρε εἰπεῖν, οὗτοι οἱ ἐν ταῖς θυμέλαις ὑποκριταί, ποτὲ μὲν ἡγουμένων, ποτὲ δὲ ἄλλως βασιλέων, ποτὲ δὲ γυναικῶν, καὶ τὸ μὲν ἴδιον αὐτῶν.

IDeſt, Præter me, nemo. Larvam autem & perſonam quam ſubinde mutat & induit, *faciem indumenti* vocat: lupus autem exiſtens, ovis perſonam ſimulat, & in Angelum lucis transformatur, cùm tenebræ ſit.

NILI. Ducem autem & imperatorem, gnarum adeo eſſe oportet, ut nulla inimici cogitatio ipſum fugiat, quò clandeſtinos ejus congreſſus, tutelæ & diſciplinæ ſuæ commiſſis revelans, manifeſtet, & adverſarii inſidias prædicens, victoriam illis ſine labore conciliet, ac coronâ inſignitos è certamine educat. Rarus autem eſt ejuſmodi doctor, & repertu difficilis. Magnus quidem Paulus de ſeipſo hoc teſtatur, dicens, *Non enim illius machinationes ignoramus:* admi- Cor.2.11.
rabilis verò Jobus eâ de re dubitans, ſic loquitur, *Quis revelabit faciem indumenti ejus?* Hoc autem eſt quod dicere vult; Non eſt, inquit, ea ejus perſona quæ apparet, multis quippe tegumentis improbitatem ſuam velat, dum externæ quidem ſpeciei illecebris ſubdolè ineſcat, occultis autem rationibus, inſidiosè interitum machinatur.

OLYMPIODORI. Cur autem non dixit, *Quis revelabit faciem ejus?* ſed addidit, *faciem indumenti?* quid ſibi vult hoc loco, *indumentum?* Ut meliùs intelligatur quod dicitur, exemplo ab iis petito utemur, qui larvas & perſonas induunt, qui quod ſunt non videntur, ſed videri volunt. Hiſtriones hi in ſcenis, Imperatorum interdum, verbi gratiâ, interdum Regum, & mulierum nonnunquam perſonas aſſumunt; propria autem ipſorum

perſona

perſona occultatur, & quod ſunt, non apparent, quod verò videri volunt, cernuntur. Talis eſt Draco, perſonam ſuam nunquam oſtendit, ſed ut homines fallat, aliâ ſemper aſſumptâ utitur: & variis quidem perſonis hoſtis hic inſtructus eſt; quis autem ſub perſona, quam in ſingulis vitiis induit, intus latentem Draconem demonſtrare, revelare, & oſtendere poterit? Tales etiam ſunt illi, qui ad nos in ovium veſtimentis accedunt, intus autem ſunt lupi rapaces.

Mat. 7. 15.

SEVERI. Sermo divinus varia & occulta Diaboli commenta, & externarum perſonarum ſubinde mutationem, tanquam ſub effigie corporea depingens; ait, *Quis revelabit faciem indumenti ejus?* Et quoniam varietatis hujus quæ extrinſecus apparet, radices tanquam à profunda aliqua & occulta improbitate pullulant, hæc etiam iis quæ dicta ſunt, ſubnectuntur.

Et in rugam pectoris ejus quis utique ingrediatur?

OLYMPIODORI. Symmachus autem, *In ſubduplicationem ſquamæ ejus quis ſubibit?* Pectus ejus implicatum & involutum eſt, nihil apertum habens, ſed omnia occulta: quis igitur in cogitationes cordis ejus, quandoquidem abditæ ſunt, penetrare poterit? Verùm qui in Chriſto ſunt, dicunt, *Non enim illius machinationes ignoramus.*

Cor. 2. 11

ORIGENIS. Pars corporis in qua ratio ſedem habet & imperium exercet, thorax & *pectus* appellatur. Thorax ejus ſimplex non eſt, verſutus & implicatus eſt: ſanctus autem detegere eum, & involutum eſſe oſtendere poteſt; viro enim ſancto implicatum non eſt.

Portas faciei ejus quis aperiet?

SEVERI. Eorum enim qui impudenter mentiuntur, non una, ſed mul-

προσώπῳ ἀποκέκρυπται, καὶ ὅ εἰσιν οὐ φαίνονται, ὃ δὲ δοκοῦσιν * οὐ βλέπονται. τοιοῦτός ἐστιν ὁ δράκων, οὐδέποτε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ δεικνύων, ἀλλ' ἀεὶ προσωπεῖον λαμβάνων, εἰς ἀπάτην τῶν ἀνθρώπων ἐκείνῳ χρῆται· καὶ ἔχει γε ὁ ἐχθρὸς οὗτος πολλὰ προσωπεῖα, καὶ καθ' ἑκάστην κακίαν πρόσωπον ὃ ἐνεδύσατο, τίς ἱκανὸς ἐλέγξαι; τίς ἱκανὸς ἀποκαλύψαι, ἐνδεῖξαι ὅτι ἔνδον δράκων ἐστί; τοιοῦτοί εἰσι καὶ οἱ ἐρχόμενοι πρὸς ἡμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες.

* ἰσ. δεῖ. ἃ.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Τὸ ποικίλον καὶ κεκρυμμένον τῆς ἐπινοίας τοῦ πονηροῦ, καὶ τὴν τῶν ἔξωθεν προσωπείων ἐναλλαγὴν ὑπογράφων ὁ λόγος ὡς ἐν σωματικῇ διαπλάσει, φησί, τίς ἀποκαλύψει πρόσωπον ἐνδύσεως αὐτοῦ; καὶ ἐπειδὴ αἱ ῥίζαι τῆς ἔξωθεν φαινομένης ταύτης ποικιλίας, ὡς ἔκ τινος βάθους τῆς ἀφανοῦς κακίας ἀναφύονται, ἐπισυνάπτεται τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα.

Εἰς δὲ πτύξιν θώρακος αὐτοῦ τίς ἂν εἰσέλθοι;

ΟΛΥΜΠ. Ὁ δὲ Σύμμαχος, Εἰς ὑποδίπλωσιν φολίδος αὐτοῦ τίς ὑποδύσεται; κατεπτυγμένος ἐστὶν ὁ θώραξ αὐτοῦ, οὐδὲν φανερὸν * ἔχων, ἀλλὰ πάντα ἐπικεκρυμμένα· τίς οὖν ἱκανὸς εἰσελθεῖν εἰς τὰ νοήματα τῆς καρδίας αὐτοῦ, διότι συγκεκαλυμμένα τυγχάνουσιν; ἀλλ' οἱ ἐν Χριστῷ φασίν, οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν.

* ἰσ. ἔχει.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Θώραξ καὶ στῆθος ὀνομάζεται ὅπου ἐστὶ τὸ ἡγεμονικόν. οὐχ ἁπλοῦς ἐστιν ὁ θώραξ αὐτοῦ, δόλιός ἐστιν, ἐπτυγμένος ἐστίν· ἅγιος δὲ ἐλέγχειν αὐτὸν δύναται, καὶ δεῖξαι ὅτι ἔπτυκται· τῷ γὰρ ἁγίῳ οὐκ ἔπτυκται.

Πύλας προσώπου αὐτοῦ τίς ἀνοίξει;

ΣΕΒΗΡΟΥ. Καὶ γὰρ οὐ μία πύλη τοῦ στόματος, ἀλλὰ πολλαὶ τῶν τὰ

τὰς ἀνάγδην ψιθυριζομένων εἰσί· ὡς δόξοδοι μὲν διὰ μιᾶς διαλέγεσθαι πύλης, τὰς δὲ πλείους ἔχουσι κεκλεισμένας ἐν ἑαυτοῖς, ἵνα πρὸς τὴν χρείαν τῆς κακοτεχνίας τῶν ἐν τῷ ἀφανεῖ διανοημάτων, ἣν ἂν βούλωνται πύλην κατὰ μέρος ἀνοίξωσιν, ἐπὶ τῷ θανατῶσαι τινὰ πρὸς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν.

tæ ſunt oris januæ: ex una quidem videntur ſermones proferre, plures verò intus occluſas habent, ut ad abditorum conſiliorum maleficium exercendum, & ad mortem aliquem & interitum illaqueandum, quam voluerint pro arbitrio ex parte reſerent.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τίς οὖν, φησί, τὰς ἐπικρύψεις τῶν νοημάτων αὐτοῦ φανερώσειε; αἱ εἴσοδοι τοῦ προσώπου αὐτοῦ κεκλεισμέναι εἰσίν, ὡς ἀθέατα εἶναι αὐτοῦ τὰ νοήματα· πανοῦργος γὰρ ὤν, καὶ ἀγαθοῦ δῆθεν προφάσει κακοποιεῖ. οὕτω δὲ ἀμέτρου μετανοίας εἰς ἕτερον βόθρον τὸν Ἰούδαν ἐνέβαλεν, ἀπὸ τῆς προδοσίας ἐπὶ τὴν ἀγχόνην ἀγαγών. κρύπτει τὰ ἔνδον ἀποκείμενα· τίς οὖν τοιοῦτός ἐστιν, ὥστε καὶ ἐλέγξαι καὶ δεῖξαι ὅσον δόλον, ὅσον ἰόν, ὅσα κακὰ ἔχει ἀποκείμενα; τίς ἀνοίξει; οὐδεὶς πλὴν ἐμοῦ;

OLYMPIODORI. Quis igitur, inquit, abditos cogitationum ejus receſſus manifeſtabit? Vultûs ejus aditus occluſi ſunt, ita ut conſilia & cogitationes cerni non poſſint; veterator enim exiſtens, boni etiam prætextu mala operatur: ſic Judam pœnitentiæ intemperantiâ in novam foveam conjecit, cùm à proditione ad laqueum illum adigeret. Celat quæ intus recondita ſunt: quiſnam igitur talis eſt, qui quantam fraudem, quantum venenum, quanta mala intus congeſta habeat, oſtendere & manifeſtare poterit? Quis præter me aperiet?

Κύκλῳ ὀδόντων αὐτοῦ φόβος.

Θεοδοτίων, περὶ τοὺς ὀδόντας· περὶ ὧν λέγεται, ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας. καὶ, Κύριος συνέτριψε τὰς μύλας τῶν λεόντων. οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ, ἀλλ᾽ ὁ φόβος κύκλῳ τῶν ὀδόντων αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ἐὰν ἔχῃς τὸν Χριστὸν ἐν σεαυτῷ, μὴ φρόντιζε τούτου τοῦ φόβου· Κύριον γὰρ τὸν Θεόν σου φοβηθήσῃ, καὶ πλὴν αὐτοῦ μὴ φοβοῦ ἄλλον. ὀδόντες τοῦ δράκοντος, τὰ ῥήματα τὰ πονηρὰ, οἱ ψευδοπροφῆται, καὶ ψευδοδιδάσκαλοι, οἱ δάκνοντες ὅλῳ τῷ στόματι. ἔστι δὲ καὶ * ἄλλως φοβερὸς τοῖς αὐτὸν ἀγνοοῦσιν, ἐκφοβῶν καὶ ἀπειλῶν, ἃ ποιεῖν οὐ δύναται, μὴ συγχωροῦντος Θεοῦ.

* ἴσ. ἄλλως.

In circuitu dentium ejus timor.

Theodotio, *Circa dentes*: de quibus dicitur, *Dentes peccatorum contriviſti*. Et, *Dominus conteret molas leonum*. Non Pſal.3.8. Pſal.57.7.
eſt hic Dei timor, ſed timor qui eſt in circuitu dentium ejus: ſi verò Chriſtum in teipſo habes, de timore iſto noli ſolicitus eſſe, Dominum enim Deum timebis, & præter ipſum alium ne verearis. Dentes Draconis ſunt verba ſceleſta, pſeudoprophetæ, & pſeudodidaſcali, qui toto ore mordent. Fit verò aliter etiam ipſum ignorantibus formidabilis, terrendo & minitando; quæ ſine Dei permiſſu facere non poteſt.

Τὰ * ἔγκατα αὐτοῦ ἀσπίδες χάλκεαι.

* ἴσ. ἔγκυτα, vel potiùs. ἐγκυτὴ, id eſt, exteriora, cutis ſuperficies, ſeu ſquamæ, ut eſt in Hebræo: ſed nihil muto.

Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν, σῶμα αὐτοῦ ὑπερέκχυσις θυρεῶν· ὁ δὲ, ὑπερφρονεῖ, προερχόμενος ἐν θυρεοῖς. τὰ ἔγκατα αὐτοῦ, τουτέστιν, οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ ἰοῦ γέμουσι, καί εἰσιν οὐχ ἁπαλοὶ

Inteſtina ejus [ſeu *ſquamæ*] *ſcuta ænea.*

Aquila autem & Symmachus, hic quidem, *Corpus ejus ſupereffuſio ſcutorum*; ille verò, *Superbit, procedens in ſcutis*. *Inteſtina ejus*, id eſt, Sermocinationes ejus veneno plenæ ſunt, neque molles quidem

dem & teneræ, ſed truculentæ & duræ. Dogmata ejus, ſenſus animi occulta, & quicquid intus habet, aſpidum, non tenerarum quidem, ſed durarum veneno inficitur.

ἄντες, ἀλλ' ἰταμοὶ καὶ σκληροί. τὰ δόγματα, τὰ νοήματα τὰ ἀποκεκρυμμένα, ἰὸς ἀσπίδων ἐστὶ πάντα τὰ ἔνδον αὐτοῦ, καὶ ἀσπίδες, οὐχ ἁπαλαὶ οὖσαι, ἀλλὰ σκληραί.

ATHANASII. Olim quidem adverſarius contra homines dolis innumeris utebatur, & apparitionibus ſuis pleroſque in errorem trahebat, nec facilè fraus ejus deprehendi poterat; ita ut Spiritus Sanctus de eo dicat, *Quis revelabit faciem indumenti ejus?* & quæ deinceps ſequuntur. Non enim quod erat, illud apparebat, ſed ad illud quod doloſè animo verſabat, ſimulatâ ſpecie ſeipſum aſſimulabat, ita ut multi ab eo in errorem tracti fuerint: adventu autem Salvatoris in carnem, omnis ejus falſa apparitio manifeſta fuit; quæ enim facinora ejus priùs ignorabantur, ea gratiâ Chriſti cognita ſunt, & in quibus olim homines deceperat, in iiſdem ab iis proculcatur: fides quippe quovis Diaboli impetu & Dæmonum furore longè valentior eſt.

ΑΘΑΝ. Πάλαι μὲν οὖν πολὺς ἦν ὁ ἐχθρὸς πανουργευόμενος κατὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ταῖς φαντασίαις αὐτοῦ πολλοὺς ἠπάτα, καὶ δυσχερὴς ἦν ἡ τῆς ἀπάτης αὐτοῦ κατάληψις· ὥστε καὶ τὸ Πνεῦμα λέγειν περὶ αὐτοῦ, Τίς ἀποκαλύψει πρόσωπον ἐνδύματος αὐτοῦ; καὶ τὰ ἑξῆς. οὐ γὰρ ὅπερ ἦν, τοῦτο καὶ ἐφαίνετο, ἀλλὰ πρὸς ὃ ἐπανουργεύετο, πρὸς τοῦτο καὶ ἐφαντασίου ἑαυτόν· διὰ τοῦτο καὶ πολλοὶ ἠπατῶντο ὑπ' αὐτοῦ. ὅτε δὲ ἐπεδήμησεν ὁ Σωτὴρ, τότε ἡ πᾶσα φαντασία αὐτοῦ ἐδειγματίσθη· ἃ γὰρ ἠγνοεῖτο πάλαι πρίν, ταῦτα τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ γινώσκεται, καὶ ἐν οἷς ἠπάτα πάλαι τοὺς ἀνθρώπους, ἐν τούτοις ὑπ' αὐτῶν καταπατεῖται· πάσης γὰρ διαβολικῆς ἐπιθέσεως καὶ μανίας δαιμόνων, ἰσχυροτέρα ἡ πίστις.

NILI. Verùm qui hæc dicit, ne ſeipſum Draconem ignorantibus accenſeret, certa indicia in medium affert, ex quibus portentoſa ejus omnia facinora accuratè ſibi cognita eſſe demonſtrat: dicit enim, *Inteſtina ejus ſcuta ænea.*

ΝΕΙΛΟΥ. Πλὴν ἵνα μὴ καὶ ἑαυτὸν συγκαταριθμήσῃ τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ κατὰ τοῦ δράκοντος ὁ ταῦτα λέγων, τεκμήρια λέγει τοῦ σαφῶς εἰδότος πᾶσαν τὴν περὶ αὐτὸν τερατουργίαν· φησὶ γὰρ, τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἀσπίδες χαλκαῖ.

Et colligatio ejus ſicut lapis ſideritis, unus uni conglutinatur.

Σύνδεσμος δὲ αὐτοῦ ὥσπερ * σμυρίτης λίθος, εἷς τοῦ ἑνὸς κολλῶνται. * ἴσ. σιδηρίτης.

OLYMP. Corpus ejus univerſum, connexio eſt; inter ſe enim vitia colligantur, quæ nexus ejus conſtituunt, & unum ex alio pendet. Talis etiam ſideritidos lapidis natura eſt, unus enim alteri adhæret: dicitur autem hic lapis duritie ad Adamantis naturâ propè accedere, ferrû ad ſe attrahere, & aſperrimus eſſe, ita ut in vitro characteres ducat: nequitiæ autem Diabolicæ viros etiam ſtrenuos & firmatos ad ſe allicere valent; quæ quidem, licèt contrariæ interdum videantur, in eo quòd nequitiæ & improbitates ſunt, inter ſe cohærent. Ex

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Σύνδεσμος ὅλον τὸ σῶμα αὐτοῦ· αἱ γὰρ κακίαι, αἵτινες σύνδεσμός εἰσιν αὐτοῦ, μία τῆς μιᾶς ἤρτηνται. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τοῦ * σμηρίτου λίθου φύσις· εἷς γὰρ τοῦ ἑνὸς ἔχεται. λέγεται δὲ οὗτος ὁ λίθος καὶ ἰταμώτατος εἶναι ἐγγὺς τοῦ ἀδάμαντος, καὶ σίδηρον ἁρπάζειν, καὶ τραχύτατος δὲ, ὡς καὶ τὴν ὕαλον γλύφειν· ἱκαναὶ δὲ αἱ κακίαι αἱ διαβολικαὶ καὶ τοὺς στερεοὺς εἰς ἑαυτὰς ἕλκειν, αἵτινες καθὸ κακίαι ἀλλήλων ἔχονται, κἂν ἐναντίαι τινὲς δοκῶσιν. * ἴσ. σιδηρίτου.

ἔδειξε

ἔδειξε δὲ καὶ διὰ τούτων τοῦ διαβόλου τὸ βίαιον καὶ τραχύ.

bis autem Diaboli violentiam & aſperitatem oſtendit.

Πνεῦμα δὲ οὐ μὴ διέλθῃ αὐτόν.

Ἀντὶ τοῦ, οὐδεμία ψυχὴ ἐκφεύγει αὐτὸν καὶ τὰς αὐτοῦ κακίας, ἀλλὰ πάσας τηρεῖ, καὶ πάσαις ἐπιβουλεύειν πειρᾶται, καὶ οὐδεμία ἀνάπνοια λανθάνει αὐτόν· καὶ γὰρ καὶ τὰ νήπια τὴν πατροπαράδοτον ἕλκουσιν ἁμαρτίαν. τὸ δὲ, οὐ μὴ διέλθῃ, οὐχ ὅτι οὐ διέρχεται, καὶ περιέρχεται, ἀλλ' ὅτι οὐδὲν αὐτὸν λανθάνει, πάντας δὲ δεῖ δι' αὐτοῦ ἐλθεῖν. ἑαυτοὺς οὖν παρασκευάσωμεν τοῦ μὴ κατασχεθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.

Spiritus autem non tranſibit eum.

IDeſt, Nulla eum anima & improbitates ejus devitat; omnes autem ſtudioſè obſervat, cunctis inſidias ſtruere conatur, nec ſpiramen ullum illum latet; nam & infantes etiam peccatum à parentibus traditum trahunt. Illud autem, *Non tranſibit*, non quòd non pertranſeat & percurrat, ſed quia nihil ipſum lateat, omnéſq; per ipſum tranſire oporteat: quare quò minùs in poteſtate ejus detineamur, nos ipſos cum ſtudio accingamus.

Ἀνὴρ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ προσκολληθήσεται, συνέχονται, καὶ οὐ μὴ ἀποσπασθῶσιν.

Κἂν σφόδρα, φησί, τινὲς ὁμονοήσωσιν, ὡς μὴ διασπᾶσθαι, καὶ τούτοις ἐπιτίθεται. ὅρα δὲ μὴ καὶ περὶ τῶν κακιῶν, καὶ τῶν ἐνεργούντων αὐτὰς δαιμόνων τοῦτο λέγει. ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ διὰ τὸ ὁμοφυὲς κολλᾶται· οὕτω καὶ οἱ δαίμονες ἀλλήλων ἔχονται, κἂν κατὰ τὰς ἐνεργείας ἑαυτοῖς ἐναντιῶνται, ὁ μὲν εἰς πορνείαν, τυχὸν, ὁ δὲ εἰς ὑπερηφανίαν ὠθῶν· εἷς γὰρ αὐτοῖς ὁ σκοπὸς, ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀπώλεια.

Vir fratri ſuo agglutinabitur, cohærent, & non divellentur.

LIcèt, inquit, firmâ adeo concordiâ quidam coaluerint, ut divelli à ſe invicem non poſſint, etiam hos ille adoritur. Vide autem ne de improbitatibus, & de Dæmonibus qui eas operantur, hoc dicat. Quemadmodum enim homo homini propter naturæ ſimilitudinem agglutinatur; ita etiam & Dæmones, licèt contrarias operationes exerceant, hic quidem ad ſtuprum, ille verò ad ſuperbiam impellendo, mutuo nexu inter ſe cohærent; unus enim illis eſt ſcopus propoſitus, hominis perditio.

Ἐν πταρμῷ αὐτοῦ ἐπιφαύσκεται φέγγος.

Πταρμὸς εὐεξίας σημεῖον· ἐνηδύνεται οὖν, φησὶ, τοῖς κακοῖς, καὶ ἐναστράπτει ἐν αὐτοῖς. καὶ ἄλλως δὲ, πταρμὸς καθαρτικὸς ἐγκεφάλου· ἐπεὶ οὖν καὶ αὐτὸς μετασχηματίζεται εἰς φῶς, προσποιεῖται καὶ δύνασθαι καθαίρειν. αὐτίκα γοῦν καὶ οἱ Ἕλληνες, καὶ οἱ γόητες ἔχουσί τινας * καθαρμούς,

* γρ. πταρμούς.

In ſternutamento ejus effulget lumen.

STernutamentum, bonæ valetudinis ſignum eſt; Malorum igitur, inquit, ſocietate delectatur, & inter eos ſplendore radiat. Aliter etiam ſic; Sternutamentum vim habet purgandi cerebrum: quoniam igitur ille in lucem ſe transfigurat, purgare etiam ſe poſſe fingit: unde Gentiles etiam & præſtigiatores luſtrationibus

quibuſdam utuntur, quas lucis rationem habere ſimulant, ſunt autem immunditiâ plenæ. Mihi verò ſplendor ille ignis qui inter ſternutandum effulget, belluam agreſtem adeo, validam, & interritam, formidabilem eſſe, innuere videtur.

Et oculi ejus ſpecies Luciferi.

ERrore opinionis; verâ enim luce præditi non ſunt: qui verò majorem ſibi ſcientiam arrogant, quales ſunt qui hæreſes ſectantur, oculi Draconis, non autem Luciferi ſunt, neque diei lucem habent; ſed Luciferi ſpeciem, quam falsò ſimulant, præ ſe ferunt.

ORIGEN. Oculi igitur ejus non ſunt Luciferi, ſed *Luciferi ſpecies*; transformatur enim in Angelum lucis; ſimulat ſe eſſe ſydus cœleſte, & diei ſymbolum ementitur.

NILI. Hæc dicit, ut malitiam ejus oſtendat, qui per Luciferi ſpeciem, cui ſe aſſimilat, intuentium oculos ad ſe rapere conatur; per intus latentia autem ſcuta, interitum iis qui propiùs acceſſerint, machinatur.

De ore ejus egrediuntur quaſi lampades accenſæ, & projiciuntur ſicut ſcintillæ ignis.

OLYMP. Sermones impiorum & atheorum doctorum, *Lampades accenſæ & ſcintillæ ignis ſunt*: ad augendam autem ejus malitiam, ſermonem geminavit.

ORIGEN. Ego quidem omnes impios atheorum dogmatum authores, os Draconis eſſe arbitror. Verùm & aliud etiam præterea per metaphoram intelligi poſſit, ſermones, ſcilicet, qui enecant. Siquando ſermonem qui opificem condemnet, prætextu Chriſtianiſmi audieris, Marciani, (verbi gratiâ) Valentini, aut Baſilidis dogmata aſſerentis, cùm cœli & terræ creatorem con-

καὶ προσποιοῦνται φωτὸς ἔχειν λόγον, εἰσὶ δὲ πλήρεις ἀκαθαρσίας. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸ ἐν τῷ χρέμπτεσθαι ἐκλάμπον φέγγος πυρὸς ὑπαινίττεσθαι, ὅτι φοβερόν ἐστι τὸ θηρίον, οὕτως ἄγριον ὄν, καὶ δυνατόν, καὶ ἀκατάπληκτον.

Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἶδος Ἑωσφόρου.

ΚΑτὰ ἀπάτην· οὐ γὰρ ἔχουσι τὸ ἀληθινὸν φῶς· ὀφθαλμοὶ δέ εἰσι τοῦ δράκοντος, οἱ δῆθεν γνωστικώτεροι, ὡς οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, οὐκ ὄντες μὲν Ἑωσφόροι, οὐδὲ φέγγος ἡμέρας ἔχοντες, ἀλλ' εἶδος Ἑωσφόρου, κατὰ ἀπάτην, τοῦτ' ἔστιν ὑποκρινόμενοι.

ΩΡΙΓ. Οἱ ὀφθαλμοὶ γοῦν αὐτοῦ οὐκ εἰσὶν Ἑωσφόροι, ἀλλ' εἶδος Ἑωσφόρου· μετασχηματίζεται γὰρ εἰς ἄγγελον φωτός· προσποιεῖται εἶναι οὐράνιος ἀστήρ, προσποιεῖται σύμβολον ἡμέρας.

ΝΕΙΛΟΥ. Ταῦτά φησιν, ἐλέγχων τὴν ἐκείνου *κακουργίαν, ὡς μὲν διὰ τοῦ ἐπιμορφάζεσθαι τὸ τοῦ Ἑωσφόρου εἶδος, ἐπισπᾶσθαι πρὸς ἑαυτὸν τοὺς ὁρῶντας μηχανώμενον· διὰ δὲ τῆς ἐντὸς ἀσπίδος, θάνατον τοῖς ἐγγίζουσι πραγματευόμενον.

* Comitolus videtur legiſſe, καχεξίαν.

Ἐκ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύονται ὡς λαμπάδες καιόμεναι, καὶ διαῤῥιπτοῦνται ὡς ἐσχάραι πυρός.

ΟΛΥΜΠ. Λαμπάδες καιόμεναι καὶ ἐσχάραι πυρός, οἱ λόγοι τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀθέων διδασκάλων. ἐδευτέρωσε δὲ τὸν λόγον, αὔξων αὐτοῦ τὰ κακά.

ΩΡΙΓ. Οἶμαι μὲν καὶ πάντας τοὺς ἀσεβεῖς ἀθέων δογμάτων εἰσηγητάς, εἶναι στόμα τοῦ δράκοντος. εἴη δ' ἂν καὶ τροπικῶς νοούμενον παρὰ τοῦτο, *ὅθεν οἱ λόγοι ἀπολλύντες. εἴποτε ἀκούσαις λόγου προφάσει Χριστιανισμοῦ κατηγοροῦντος τοῦ δημιουργοῦ, φέρε εἰπεῖν, προσβάλλοντος τὰ Μαρκίωνος, τὰ Οὐαλεντίνου, τὰ Βασιλείδου, ὅταν κακῶς λέγωσι τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅταν δὲ ὅμοιον,

* ἴσ. δῆθεν.

ἔμφυτον, ἀλλ' ὅτι ἐκ στόματος τῶν τοιούτων ἐξέρχεσθαι δαλοί. τηρῶμεν οὖν ἑαυτοὺς μήποτε ἐκεῖναι αἱ λαμπάδες ἡμᾶς καύσωσι, μήποτε αἱ ἐσχάραι τοῦ πυρὸς ἡμῶν ἅψωνται.

tumeliis proſciderint, vel quid ſimile evomuerint, faces ex illorũ ore erumpere animadvertes. Ne igitur aliquando lampades illæ nos adurant, aut ignis flamma attingat, nobis ipſis diligenter caveamus.

Ἐκ μυκτήρων αὐτοῦ ἐκπορεύεται καπνὸς καμίνου καιομένης πυρὶ ἀνθράκων.

De naribus ejus egredietur fumus camini accenſi igne carbonum.

ΟΛΥΜΠ. Ὁ καπνὸς ὀφθαλμῶν βλαπτικός· ἡ δὲ ἁμαρτία καὶ ψευδηγορία σκοτίζει τοὺς νοητοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμούς· ἐπεὶ οὖν τὰ σπλάγχνα τοῦ νοηθέντος δράκοντος κάμινός ἐστιν, οὐ καθαρὰν ἔχει τὴν ἀναπνοήν. νοήσεις δὲ πάλιν μυκτῆρας αὐτοῦ, τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων. ἐπιτηρήσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, μηδὲν ἀναπνεῖν τοῦ δράκοντος, ἵνα μὴ πυρὸς ἑαυτοῖς γενώμεθα πρόξενοι, ἵνα πνεῦμα σπάσωμεν, μὴ καπνὸν ὑφ' οὗ πνιγησόμεθα.

OLYMP. Fumus oculis inimicus eſt; peccatum autem & mendacii prolatio intellectuales mentis oculos occæcat: cùm igitur in Draconis viſceribus, qui mente concipitur, caminus ardeat, reſpirationem impuram habet. Rurſus narium eius nomine, hæreticos intelliges. Sed ne ignem nobis ipſis conciliemus, ſpiritum verò, non fumum à quo ſuffocandi ſimus, hauriamus, ne quid Draconis reſpiremus, diligenti curâ cavere nos oportet.

Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἄνθρακες, φλὸξ δὲ ἐκ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται.

Anima ejus carbones, & flamma de ore ejus procedit.

ΨΥχὴν ἔοικεν αὐτοῦ λέγειν τὴν ἐσχάτην ὑπερηφανίαν· τὰ δὲ μεγάλαυχα καὶ ὑπεροπτικὰ ῥήματα, ἐκ στόματος αὐτοῦ ἐκπορευόμενα, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν εἰ μὴ φλὸξ τοὺς χρωμένους καταναλίσκουσα.

FAſtum & ſuperbiam ſummam, *animam* ejus vocare videtur: verba autem arrogantia & ſuperlicioſa quæ ex ore ejus procedunt, nihil aliud ſunt quàm flamma, quæ eos qui iis utuntur, devorat.

Ἐν δὲ τραχήλῳ αὐτοῦ αὐλίζεται δύναμις.

In collo autem ejus habitat potentia.

ΤΡαχήλῳ, τῇ οἰήσει· αὐλίζεται δὲ, ὅτι οὐ παύεται, ἀλλ' ἀεὶ ἐν οἰήσει τυγχάνει· καὶ αἱ πορευόμεναι δὲ ὑψηλῷ τραχήλῳ, ὥς φησιν Ἠσαΐας, τράχηλος αὐτοῦ εἰσι, δύναμιν εἰς ἀπάτην ἔχουσαι. ἔστι τις δύναμις πονηρά· ἀλλ' ἡ ἀσθένεια ἣν ἀνέλαβε δι' ἐμὲ ὁ Σωτήρ μου καὶ Κύριος, ἥτις λέγεται ἀσθένεια Θεοῦ, ἐνίκησεν ἐκείνου τὴν δύναμιν· τὸ γὰρ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ὁ μὲν Ἀπόστολος λέγει, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων· ἐγὼ δὲ ἂν εἴποιμι, ἰσχυρότερον τῆς δυνάμεως τοῦ δράκοντος.

COllo, id eſt, arroganti exiſtimatione: *habitat* autem, quia non quieſcit, ſed ſemper de ſe magnificè æſtimat: & animæ quæ collo excelſo incedunt (ut author eſt Eſaias) collum ejus ſunt, ad decipiendum vim habentes. Eſa.3.16. Quædam potentia mala eſt: infirmitas autem quam Salvator meus & Dominus meâ causâ ſuſceperat, quæ Dei infirmitas vocatur, illius potentiam ſuperavit; *Infirmitas* enim *Dei*, Cor.1.1.25. ut dicit Apoſtolus, *validior eſt quàm homines*: ego verò, poteſtate Draconis valentiorem eſſe dixero.

Ante eum currit perditio.

Ἔμπροσθεν αὐτοῦ τρέχει ἀπώλεια.

PRiùs quidem voluptates, animi corruptrices, & vitia, quæ Diabolum præcurrunt, admittit quiſpiam; atque ita deinceps ipſum ſuſcipit, & ſinu fovet.

ORIGENIS. Perditio tanquam præcurſor ejus eſt, & quaſi ſatelles eum ſtipat; quocunque greſſus converterit, perditio præcurrit, atque ita poſtmodum ipſe ſubintrat: nemo Draconem ſuſcipit, qui non priùs perditionem ſuſceperit. Qui enim
Tim. 2.4.3. peccatum admiſit, præceptores auribus pruriens periturus petit; ac magiſtros quærens, poſtquam perierit, Draconem invenit, ipſúmque tot malis refertum, animâ ſuâ excipit.

Πρότερον γὰρ εἰσδέχεταί τις τὰς φθαρτικὰς ἡδονὰς καὶ κακίας, αἵτινες αὐτοῦ προτρέχουσι, καὶ οὕτως αὐτὸν εἰσοικίζεται τὸν διάβολον.

ΩΡΙΓΕΝ. Οἷον πρόδρομός τις ἐστὶν αὐτοῦ, καὶ δορυφορεῖ αὐτὸν ἡ ἀπώλεια· ὅπου ἐὰν ἔρχηται, προτρέχει ἡ ἀπώλεια αὐτοῦ, εἶθ' οὕτως αὐτὸς εἰσέρχεται· ἐὰν μὴ πρότερον παραδέξηταί τις τὴν ἀπώλειαν, οὐ παραδέχεται τὸν δράκοντα. ὅταν γὰρ ἁμαρτήσῃ τις, τότε κνηθόμενος τὴν ἀκοὴν, διδασκάλους ζητεῖ ἀπολλύμενος· καὶ ζητῶν διδασκάλους, μετὰ τὸ ἀπολέσθαι εὑρίσκει τὸν δράκοντα, καὶ παραδέχεται τοῦτον τοσούτων κακῶν πεπληρωμένον, εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.

Carnes autem corporis ejus ſunt agglutinatæ.

Σάρκες δὲ σώματος αὐτοῦ κεκόλληνται.

OLYMP. Peccatores, & Dæmones qui peccatum operantur (quemadmodum Eccleſia, Domini) corpus ejus conſtituunt. Non autem dixit, *unitæ*, ſed *agglutinatæ* ſunt: unitas enim apud eum non eſt, neque dogmatum ejus antiſtites inter ſe conſentiunt, licèt ſimilia dicere videantur, ſed affectus habent eoſdem, illorúmque glutine invicem copulantur: nec cœtus ejus unus eſt, cum ſeipſo enim diſſentit; ac vitiorum quidem natura talis eſt, ut non tantùm virtuti, ſed ſibiipſis contraria ſint.

ΟΛΥΜΠΙΟΔ. Σῶμα αὐτοῦ οἱ ἁμαρτωλοὶ, καὶ αἱ τὴν ἁμαρτίαν ἐνεργοῦντες δαίμονες, ὥσπερ τοῦ Κυρίου ἡ ἐκκλησία. οὐκ εἶπε δὲ, ἥνωνται, ἀλλὰ, κεκόλληνται· τὸ γὰρ ἓν οὐκ ἔστι παρ' ἐκείνῳ, οὐδὲ γὰρ συμφωνοῦσιν οἱ τῶν αὐτοῦ δογμάτων προεστηκότες, εἰ καὶ δοκοῦσιν ὅμοια λέγειν, κεκόλληνται δὲ τά τε πάθη· καὶ ἡ ἐκκλησία αὐτοῦ οὐ μίαν ἥνωται, πρὸς ἑαυτὴν γὰρ διαφέρεται· τοιοῦτον γὰρ * ἡ κακία, οὐ μόνον τῇ ἀρετῇ, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλαις ἀντίκειται. * ἴσ. αἱ κακίαι.

Effundit ſuper eum, non commovebitur.

Καταχέει ἐπ' αὐτὸν, οὐ σαλευθήσεται.

SYmmachus autem, *Carnes ejus circumfuſæ ei, immotæ.* Juxta Symmachum quidem, Circumfunduntur illi carnes, & potentia, quæ ad bonum nunquam flectitur, ſed obſtinata & immutabilis manet. Juxta autem Septuaginta Interpretes, Quocunque demum fomento, quacunque curâ & me-

Ὁ δὲ Σύμμαχος, σάρκες αὐτοῦ περικεχυμέναι αὐτῷ, ἀκλινεῖς. κατὰ μὲν οὖν Σύμμαχον, σάρκες αὐτῷ περικέχυνται, καὶ δύναμις, μὴ κλινομένη ποτὲ πρὸς τὸ καλὸν, ἀλλ' ἀμετάθετος καὶ ἄτρεπτος. κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα, οἵαις ἄν τις ἐπιπλάσεσι καὶ θεραπείαις αὐτῷ χρήσηται,

χρήσηται, καὶ εἴ τι δ' ἂν τις αὐτῷ προσαγάγῃ, ἀνάλγης ἐστὶ καὶ ἀθεράπευτος· διὸ καὶ ἐπάγει, παριστὰς αὐτοῦ τὸ ἀπεσκληκὸς, καὶ ἐπὶ κακίαν ἀνένδοτον.

delâ utatur, quodcunq; remedium quiſpiam illi adhibuerit, ſenſu caret, & immedicabilis manet: ac propterea, cordis ejus duritiem, & obſtinatum ad improbitatem animum ob oculos proponens, ſubjungit:

Η καρδία αὐτοῦ πέπηγεν ὡς λίθος· ἕστηκε δὲ ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος.

Cor ejus induratum eſt ut lapis; ſtetit autem ſicut incus immota.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Σκληραὶ μὲν καὶ ἀμείλικτοι κομιδῇ αἱ ὑπὸ τὸν Σατανᾶν ἀποστατικαὶ δυνάμεις, ἥκουσι δ' ὀψέ ποτε καὶ μόλις εἰς μετρίαν αἴσθησιν τῆς θείας ὀργῆς· ὁ δὲ ἐστιν ἀγριότητι ὑπερφέρων, καὶ κατεσκληκὼς εἰς ἄκρον.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Ἐν τούτοις τὸ ἀνένδοτον καὶ ἀμετάθετον τῆς πονηρίας τοῦ δαίμονος, καὶ τῆς ἐκ ταύτης φυομένης ἀναιδείας, ὡς διὰ ζώντων χρωμάτων ἀνεζωγράφηται.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀπελιθώθη, φησὶν, ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ οὐ δύναται ἐλαθῆναι· οὐ λόγῳ πείθεται, οὐκ ἐπικάμπτεται, ἀλλ' ὅλος ἐστὶν ἀπεσκληκὼς καὶ ἰταμὸς, οὐκ ἐλαυνόμενος, οὐκ ἀκολουθῶν λόγῳ, σκληρὸς, ἀνένδοτος· καὶ εἴ τις ἀπὸ τοῦ διαβόλου ἀπέσπασε δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἔχει τὴν καρδίαν ἀνήλατον, οὐκ ἐλαυνομένην· εἰ δέ τις χρυσός ἐστιν, ἀκολουθῶν τῷ λόγῳ τῷ χρυσοχοικῷ, οὐκ εἴκει ἕως ἂν γένηται πέταλον χρυσοῦν, καὶ δέξηται τύπους τῶν γραμμάτων τοῦ Θεοῦ.

CYRILLI. Duræ quidem & implacabiles valde ſunt poteſtates apoſtaticæ quæ Satanæ ſubjiciuntur; tardè autem, & vix quidẽ ad exiguum divinæ iræ ſenſum perveniunt; ille verò feritate omnes excedit, ac ſummâ animi obſtinatione præditus eſt.

SEVERI. His verbis pervicax & immutabilis Dæmonis malitia, impudentiáque quæ ex hac oritur, tanquam vivis coloribus depingitur.

OLYMPIODORI. Cor ejus, inquit, in lapidem verſum eſt, & moveri non poteſt; rationi non obtemperat, non flectitur, callum totus obduxit & durus evaſit, non impellitur, rationis ductum non ſequitur, durus & inexorabilis eſt: & ſiquis à Diabolo poteſtatem delibaverit, hic étiam cor indomitum & inexorabile habet; qui verò, auri inſtar, arti fuſoriæ obtemperat, hic donec lamina aurea fiat, & divinarum notarum characteres ſuſcipiat, cedit & morigerum ſe præbet.

Στραφέντος δὲ αὐτοῦ, φόβος θηρίοις τετράποσιν ἐπὶ γῆς ἁλλομένοις.

Cùm ſe autem verterit, timor beſtiis quadrupedibus ſuper terram ſaltantibus.

Ο Δὲ Σύμμαχος, ἀπὸ τῆς κινήσεως αὐτοῦ εὐλαβηθήσονται ἰσχυροί. ὅταν, φησὶ, στραφῇ κατὰ τῶν αὐτῷ πειθομένων τῶν θηριοβρώτων, καὶ δίκην τετραπόδων ἀνοήτων τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φρονούντων, ἅλλονται καὶ τρέμουσιν, ἐκδειματούμενοι παρ' αὐτοῦ· πολλάκις γὰρ οὐδὲ τῶν οἰκείων αὐτοῦ ὁ δράκων ἀπέχεται, ἀλλὰ, * καὶ αὐτῶν ἅπτεται,
* ἴσ. καθ.
* χαλεπῶς. καὶ κακώσεις αὐτοῖς ἐπάγει, ὡς * μισάνθρωπος.

SYmmachus autem, *A motione ejus verebuntur fortes*. Cùm converſus, inquit, in eos fuerit, qui nutui ipſius parent, qui moribus belluinis præditi ſunt, & inſipientium quadrupedum in modum terrena ſapiunt, terrore ab eo perculſi, ſaltant & contremiſcunt: ſæpenumero enim neque ſuis parcit Draco, ſed irâ contra illos accenditur, ac tanquam generis humani hoſtis, ærumnis illos affligit.

Si occurrerint ei lanceæ, nihil facient, haſtam & thoracem.

Ἐὰν συναντήσωσιν αὐτῷ λόγχαι, οὐδὲν μὴ ποιήσωσι, δόρυ καὶ θώρακα.

HOc apertiùs Symmachus interpretatus eſt, *Gladius qui eum attigerit, non ſubſiſtet, neque lanceæ aut thoracis elevatio.* Ex his belluæ naturam indomitam oſtendit, & quòd nihil eorum quæ à ſanctis ſpirituali ac hoſtili more ad ejus ſubverſionem adhibentur, ipſe ſentiat, ſed idem ſemper immotus maneat.

ΤΟῦτο σαφέστερον ἡρμήνευσε Σύμμαχος, καταλαβοῦσα αὐτὸν μάχαιρα οὐχ ὑποστήσεται, οὐδὲ λόγχης ἄρσις καὶ θώρακος. διὰ τούτων δὲ ἴταμον ἐδήλωσε τοῦ θηρίου, καὶ ὅτι ὅσα αὖ οἱ ἅγιοι διὰ τῶν πνευματικῶν καὶ πολεμικῶν τρόπων καταβάλωσιν αὐτὸν, οὐκ αἰσθάνεται, ἀλλὰ πάλιν ὁ αὐτός ἐστιν.

Nam ferrum quidem putat paleas, æs autem ſicut lignum putridum.

Ἥγηται μὲν γὰρ σίδηρον ἄχυρα, χαλκὸν δὲ ὥσπερ ξύλον σαθρόν.

ARma, inquit, ſpiritualia ad ipſius internecionem imbecillia, & tanquam paleas aut lignum putridum æſtimat, quæ vulnus lethale infligere non poſſunt.

ΤΑ πνευματικὰ, φησὶν, ὅπλα ἀσθενῆ πρὸς καθαίρεσιν αὐτοῦ λογίζεται, καθάπερ ἄχυρα, ἢ ξύλον σαθρὸν, ἃ πληγὴν καιρίαν ποιῆσαι οὐ δύναται.

Non vulnerabit eum arcus æneus.

Οὐ μὴ τρώσῃ αὐτὸν τόξον χάλκεον.

EVAGRII. Nihil quidem eſt quod Satanam vulnerat; temperantia autem & charitas è medio eum tollit.

ΕΥΑΓΡΙΟΥ. Οὐδὲν μὲν τιτρώσκει τὸν Σατανᾶν· ἐγκράτεια δὲ καὶ ἀγάπη ἀναιρεῖ αὐτόν.

Putat autem machinam petras jacientem, fœnum; ſicut calamus reputati ſunt mallei.

Ἥγηται μὲν πετροβόλον, χόρτον· ὡς καλάμη ἐλογίσθησαν σφυραί.

OLYMPIODORI. *Machina petras jaciens*, funda eſt; unde reliqui pro tali machina, *lapides fundæ*, interpretati ſunt: *mallei* verò, id eſt, plagarum ictus, inſtar levis & inanis ſtipulæ ab eo pro nihilo ducebantur.

ΟΛΥΜ. Πετροβόλον ἐστὶν ἡ σφενδόνη· διὸ οἱ λοιποὶ ἀντὶ τοῦ, πετροβόλον, λίθους σφενδόνης, ἐξεδέξαντο· αἱ δὲ σφυραὶ, τουτέστιν, αἱ βολαὶ τῶν πληγῶν ἴσα καλάμῃ τῇ διακένῳ καὶ κούφῃ, ὡς καταφρονηταὶ αὐτῷ ἐδόξαν.

Et deridet concuſſionem igniferam.

Καταγελᾷ δὲ σεισμοῦ πυρφόρου.

ALius verò, *Concuſſum ſcutum*. Vita autem Deo chara, & quæ ſpiritu fervet, ignifera cenſenda eſt: Licèt igitur,

ΕΤερος, σειομένου θυρεοῦ. πυρφόρος δ᾽ ἂν εἴη ὁ θεοφιλὴς βίος, ὁ ζέων τῷ πνεύματι. φησὶν οὖν, ὅτι καὶ ἐὰν τοὺς ἁγιο-

ἀγιοπρεπεῖ βίῳ συσσείσῃ τις αὐτὸν, οὐδὲν ἧττον καταφρονεῖ, κἂν θυρεὸν δέ τις αὐτῷ ἐπισείσῃ, καὶ τούτου καταπαίζει.

inquit, quiſpiam eum vitâ quæ ſanctum decet, commoverit, nihilominus eam contemnet; & licèt ſcutum coram eo concuſſerit, illud etiam pro nihilo reputabit.

Ἡ στρωμνὴ αὐτοῦ, ὀβελίσκοι ὀξεῖς.

Lectus ejus obeliſci acuti.

Ὁ Θεοδοτίων, σιδήρεια τέκτονος· ὁ δὲ Ἀκύλας, ὀξυωτῆρες ὀστράκων. ἐπὶ γὰρ τοῖς ὀδυνηροῖς καὶ ἀνωμάλοις πράγμασιν ἐπαναπαύεται. κἂν ζῷον δὲ δῶμεν εἶναι περὶ οὗ ταῦτα λέγεται, σκληρότητα αὐτοῦ μαρτυρεῖ καὶ τραχύτητα τοῦ σώματος, ὡς καὶ ἐπ' ὀβελίσκων αὐτὸ καθεύδειν, καὶ μηδὲν πάσχειν, μηδὲ τιτρᾶσθαι.

Theodotio, *Ferramenta fabri*; Aquila verò, *Acumina teſtarum*: rebus enim luctuoſis & adverſis delectatur & indormit. Si verò animal eſſe concedamus de quo hæc dicuntur, duritie & aſperitate corporis præditum eſſe teſtatur, ita ut ſuper obeliſcos dormiat, nec mali quippiam patiatur, aut vulneretur.

Πᾶς δὲ χρυσὸς θαλάσσης ὑπ' αὐτὸν ὥσπερ πηλὸς ἀμύθητος.

Et omne aurum maris ſub eo, ſicut lutum inenarrabile.

Θαλάσσης, λέγει, τοῦδε τοῦ κόσμου. τοῦ δὲ Κυρίου λέγοντος, ἐμόν ἐστι τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμὸν τὸ χρυσίον· οὗτος ψευδολογῶν ἐπαγγέλλεται ἴδια αὐτοῦ εἶναι ταῦτα. διὸ καὶ ὡς πάντα τὸν τοῦ κόσμου περιβεβλημένος χρυσὸν, ἔλεγε τῷ Σωτῆρι, ταῦτά σοι πάντα δώσω. τὸ ζῷον μέντοι ὡς πηλὸν ἥγηται τὸν χρυσὸν, ὅτι οὐκ ἔστι τούτου ἐπιδεές.

Maris, id eſt, Mundi hujus. Cùm autem Dominus dicat, *Meum eſt argentum, & meum eſt aurum*; hic impudenti mendacio, hæc ſua eſſe profitetur: unde etiam ſalvatori dixit, *Hæc omnia tibi dabo*, ac ſi aurum totius Mundi comparâſſet. Animal quidem aurum pro luto ducit, quia illo nequaquam indiget.

Ag.2.9.
Mat.4.9.

Ἀναζεῖ τὴν ἄβυσσον ὥσπερ χαλκεῖον.

Fervere facit abyſſum, ſicut officinam ærariam.

Ὁ Ἀκύλας, καχλάζει. ἐπεὶ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ πῦρ ἐστι, πάντα τὸν βίον τοῦτον ἐκθερμαίνει, ἀνακινῶν καὶ ἐκταράττων.

Aquila, *Ebullire facit*. Quandoquidem anima ejus ignis eſt, totam hanc vitam concitando & perturbando, æſtu & fervore commovet.

Ἥγηται δὲ τὴν θάλασσαν ὥσπερ ἐξάλειπτρον, τὸν δὲ τάρταρον τῆς ἀβύσσου ὥσπερ αἰχμάλωτον, ἐλογίσατο ἄβυσσον εἰς περίπατον.

Putat autem mare tanquam vas unguentarium, & tartarum abyſſi tanquam captivum, reputavit abyſſum in deambulatorium.

Ταῦτα μάτην μεγαλαυχῶν, ἐνόμιζε δύνασθαι τήν τε θάλατταν ἐξαφανίζειν, καὶ τοῦ ταρτάρου ἐγκρατὴς εἶναι· καθὰ καὶ Ἡσαΐας ὡς ἐκ προσώπου αὐτοῦ φησι, τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλή-

Hæc cum inani oſtentatione jactitans, oceanum abolere, & tartari dominium ſe obtinere poſſe arbitrabatur; prout Eſaias etiam tanquam ſub ejus perſona loquitur, *Orbem terræ totum apprehendam manu* Eſa.10.14.
quaſi

quaſi nidum. Ex omnibus autem locis, quos poſſeſſurum ſe ſtultus ſperaverat, ejectus eſt: in initio quidem è cœlo, è terra verò, & ex inferno ipſo per incarnationem Domini: nullum itaque, præterquam exteriores tenebras, ſibi & Angelis ſuis paratas, reliquum locum habet. *Vas* autem *unguentarium*, unguenti trullam ſignificat; ac ſi diceret, Vitæ hujus perturbationes & adverſitates, voluptati & jucunditati illi eſſe. Vel *unguentarium vas*, pro re vili & nullius pretii ponitur.

Mat. 8. 12. & 25. 41.

ψάμμῳ τῇ χειρὶ ὡς νοσσιαί. πάντων δὲ ἐξώσθη τῶν τόπων ὧν κρατήσειν ὁ μάταιος ἤλπισε· καὶ οὐρανοῦ μὲν κατ᾽ ἀρχάς, γῆς δέ, καὶ αὐτοῦ ᾅδου διὰ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως. οὐδένα οὖν ἔχει ὑπολελειμμένον τόπον, εἰ μὴ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, τὸ ἡτοιμασμένον αὐτῷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. τὸ μέντοι ἐξάλειπτρον, ξυλλίον μύρου δηλοῖ· ἵνα εἴπῃ, ὅτι αἱ ταραχαὶ τοῦδε τοῦ βίου καὶ ἀνωμαλίαι, ἡδονὴ αὐτῷ εἰσι καὶ εὐωδία· ἢ ἐξάλειπτρον, ἀντὶ τοῦ, εὐτελές.

Nihil eſt ſuper terram ſimile ei, [Symmachus verò, *Non eſt ſuper terram poteſtas ejus*] *factum ut illudatur ab Angelis meis.*

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ὑπὸ τῆς γῆς ὅμοιον αὐτῷ, [ὁ δὲ Σύμμαχος, οὐκ ἔστιν ἐπὶ γῆς ἐξουσία αὐτοῦ] πεποιημένον ἐγκαταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων μου.

Rectè dixit, *ſuper terram*, quoniam de cœli orbibus & circulis dejectus eſt. *Simile* autem, ſive vires, ſive malitiam intelligas. Nihilominus, inquit, à ſanctis Angelis, & hominibus qui Angelis pares ſunt, talis tantúſque illuditur. Symmachi autem verſio vel hoc innuit, quòd nulla poteſtas in terris cum ejus comparanda ſit; vel quòd poſt ſalvatoris adventum in carnem, foràs ejectus fuerit, nec ampliùs poteſtatem ullam habuerit.

Καλῶς εἶπεν, ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπειδὴ τῶν οὐρανίων ἀψίδων ἐκβέβληται. τὸ δὲ ὅμοιον, ἢ κατὰ τὴν ἰσχύν, ἢ κατὰ τὴν κακίαν. ἀλλ᾽ ὅμως, φησίν, ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ τῶν ἰσαγγέλων ἀνθρώπων ἐγκαταπαίζεται. ἡ δὲ τοῦ Συμμάχου ἔκδοσις, ἤτοι τοῦτο περιίστησιν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς γῆς ἐξουσία παραβλητὴ τῇ αὐτοῦ· ἢ ὅτι μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν, ἐξεβλήθη ἔξω, καὶ οὐκέτι ἐστὶν αὐτῷ ἐξουσία.

Omne ſublime videt.

Πᾶν ὑψηλὸν ὁρᾷ.

Theodotio verò, *Omnem ſuperbum intuebitur.* Ex ſuperbia enim totus conflatus eſt, nihil humile cogitat.

Ὁ δὲ Θεοδοτίων, πάντα ὑπερήφανον ἐμβλέψεται· ὅλος γάρ ἐστιν ὑπερηφανία, μηδὲν ταπεινὸν λογιζόμενος.

Ipſe autem Rex omnium quæ in aquis.

Αὐτὸς δὲ βασιλεὺς πάντων τῶν ἐν τοῖς ὕδασιν.

Symmachus quidem, *Omnis virulenti*; Theodotio autem, *Filiorum ſordidorum & illiberalium.* Id eſt, Eorum qui mollem, diſſolutam, & vitam voluptuariam ſectantur. Quamobrem & nos etiam Dominum noſtrum oremus, ne peccatum in nos imperium obtineat, quandoquidem ob

Ὁ μὲν Σύμμαχος, παντὸς βρομώδους· ὁ δὲ Θεοδοτίων, υἱῶν βαναυσίας. Τουτέστι, τῶν τὸν ὑγρὸν, καὶ διαρρέοντα, καὶ ἡδονικὸν μετιόντων βίον. διόπερ καὶ ἡμεῖς εὐξώμεθα πρὸς τὸν ἡμῶν δεσπότην, μὴ βασιλεύειν ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο διέγραψεν ὁ λόγος ὡς ἐν

σωμα-

σωματοποιΐα τοῦ δαίμονος τήν τε κακίαν καὶ ἰταμότητα, ἵνα τῷ δέει βαλλόμενοι, πρὸς τὸν αὐτὸν χειρωσάμενον καταφύγωμεν. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοὺς τόπους ἐθεωρήσαμεν. πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας, κῆτος αἰσθητὸν εἶναι τὸν ὑπὸ τοῦ λόγου διαγραφέντα δράκοντα, τοσοῦτον ἐροῦμεν. εἰ μὲν ὄντως ἐστί τι τοιοῦτον κῆτος, μανθάνετε ὡς ἐξ ὁμοιώσεως, ὡς προείρηται, τῶν θηρίων, πολλάκις θεωροῦμεν καὶ αὐτὸν τὸν διάβολον, καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς πονηρούς. καὶ περὶ μὲν τῶν δαιμόνων εἶπεν ὁ Σωτήρ, ἰδοὺ, δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. πρὸς δὲ τὸν Ἡρώδην ἐκπέμπων, ἔλεγεν, εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, τὸ δολερὸν τοῦ ἤθους καὶ ἐπίκλοπον αἰνιττόμενος· ὥστε τύπον τινὰ τοῦ διαβόλου τὰ θηρία ἔχουσι, καθὰ καὶ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων. εἰ δὲ μὴ ἔστι τι τοιοῦτον θηρίον, οὐκέτι ἐξ ὁμοιώσεως, ἀλλ' αὐτοπροσώπως περὶ τοῦ διαβόλου νοεῖται τὰ εἰρημένα.

hanc cauſam Scriptura, tanquam in corporis effigie, Dæmonis malitiam & indomitam naturam depinxit, ut formidine perculſi, ad eum qui illum conſtringit, confugeremus. Et hæc quidem ad verba contextûs commentatos eſſe ſufficiat. Illis verò, qui Draconem hunc Scripturâ deſcriptum, cetum eſſe volunt ſenſibus pervium, hoc tantùm dicemus; Si reipsâ ejuſmodi cetus reperitur, per ſimilitudinem ab animalibus ſumptam (ut ſuprà dictum eſt) intelligite, nos Diabolum ipſum, & improbos homines ſæpenumero contemplari. (Et de Dæmonibus quidem dixit Salvator, *Ecce, dedi vobis poteſtatem calcandi ſerpen-* Luc.10.19.
tes & ſcorpiones, & ſupra omnem vim inimici: cùm verò ad Herodem diſcipulos ablegaret, ut fraudulentum & furtivum ejus ingenium innueret, dicebat, *Dicite* Luc.13.32.
vulpi huic: ita ut animalia Diaboli ſimul & improborum hominum characterem quendam inſculptum habeant.) Sin verò nullum tale animal in rerum naturâ ſit, non per ſimilitudinem, ſed de propriâ ipſius Diaboli perſonâ, intelligenda veniunt quæ in medium allata ſunt.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ

Εἰκοστοῦ ἐννάτου.

ΟΛΥΜΠ. Ἠκούσαμεν ἀνωτέρω τοῦ Ἰὼβ λέγοντος, ἅπαξ ἐλάλησα, * ἐπὶ δὲ τῷ δευτέρῳ οὐ
* ἴσ. ἐπιλυπῶν δ. προσθήσω· ζητῆσαι τοιγαροῦν ἄξιον, πῶς πάλιν φθέγγεται ὁ μηκέτι λαλεῖν ἐπαγγειλάμενος· πρόχειρος δὲ ἡ λύσις ἐστίν. ἐπεὶ γὰρ σιωπήσειν ὑποσχόμενος ἀκήκοε τοῦ Θεοῦ λέγοντος, μὴ, ἀλλὰ ζῶσαι ὡς ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου, ἄμεινον ἡγεῖται τὸ θεῖον πρόσταγμα τῆς οἰκείας ὑποσχέσεως· κάλλιον γὰρ τοῖς θείοις πείθεσθαι νόμοις, ἢ τὰς οἰκείας πληροῦν
* ἴσ. ἱστᾶν. ἐπαγγελίας, καὶ τοὺς ἑαυτῶν λόγους * ἱστάνων

PROTHEORIA CAPITIS

Viceſimi-noni.

OLYMP. Suprà Jobum dicentem audivimus, *Semel lo-* Cap. 39.34.
quutus ſum, at iterum non adjiciam: cur igitur denuo loquatur, qui non ampliùs ſe loquuturum pollicitus erat, quæſtio ſcitu non indigna eſt: ſolutio autem ejus in promptu & ad manum eſt. Poſtquam enim Deum loquentem audiviſſet, *Nequaquam, ſed accinge* Cap. 40.2.
ſicut vir lumbum tuum, qui ſilentium promiſerat, divinum mandatum ſuæ pollicitationi præfert: præſtat enim divinis legibus parere, quàm promiſſa propria adimplere, & ſermones noſtros cohibere, cùm voluntas

voluntas Domini refragatur. Rectè itaque ab Herode factum fuiſſet, ſi juramentum violâſſet, nec Præcurſoris caput amputâſſet; contrà autem, Petrus cùm dixiſſet, *Non*
Ioan.13.8. *lavabis pedes meos*, mutatâ ſententiâ dixit,
Verſ.9. *Non pedes ſolùm, verumetiam caput:* rectè etiam Jobus, divinæ majeſtatis excellentiam colens ac reveritus, nequaquam ſe locuturum pollicitus eſt; rurſus verò, cùm Deus ſilentii religione illum exſolviſſet, non minùs rectè ſermone utitur.

ὅταν δὲ δεσποτικὸν ἀντιπεριστῇ βούλημα. διὸ καὶ Ἡρώδης καλῶς ἂν ἐποίει τὸν ὅρκον ἀθετήσας, καὶ μὴ τοῦ προδρόμου τὴν κεφαλὴν ἀφελόμενος. καὶ Πέτρος δὲ εἰπὼν, οὐ μὴ μου νίψῃς τοὺς πόδας, μεταβαλλόμενος πάλιν ἔφη, μὴ τοὺς πόδας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν κεφαλήν. καὶ ὁ Ἰὼβ οὕτω καλῶς ὑπέσχετο μὴ λαλήσειν, τιμῶν τὴν θείαν ὑπεροχήν· καλῶς δὲ αὖθις φθέγγεται, λύσαντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ τὴν σιωπῆς ὑπόσχεσιν.

CAP. 42. *RESPONDENS autem Job, dicit Domino, Novi quòd omnia potes, & nihil tibi eſt impoſſibile. Quis enim eſt qui celat te conſilium? parcens autem verbis, & te putat celare?*

ΥΠΟΛΑΒΩΝ δὲ Ἰὼβ λέγει τῷ Κυρίῳ, οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι, ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν. τίς γάρ ἐστιν ὁ κρύπτων σε βουλήν; φειδόμενος δὲ ῥημάτων, καὶ σὲ οἴεται κρύπτειν;

OLYMP. Cæteri verò, *Et non auferetur à te cogitatio.* Non jam primùm ſe hæc didiciſſe, ſed invictam Dei potentiam cognitam priùs habuiſſe, profitetur; & quòd in hominum conſultationes penetret, ac cogitationes omnium intelligat, nec quiſquam ſit qui oculum ejus omnia intuentem latere poſſit. Quis enim, inquit, verborum parcus eſt, & ſilentio mentis arcana, quia, nimirum, voce prolata non ſunt, celare te poteſt?

ΟΛΥΜΠ. Οἱ δὲ ἄλλοι, καὶ οὐκ ἀφαιρεθήσεταί σου ἐνθύμημα. οὐ νῦν ταῦτα μεμαθηκέναι λέγει, ἀλλ' εἰδέναι * τὴν ἄμαχον τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ ὅτι τὰς βουλὰς ἐμβατεύει, καὶ πάντων τὰς ἐννοίας ἐπίσταται, καὶ οὐδεὶς ἐστὶν ὃς λαθεῖν αὐτὸν δύναται τὸν πανεπίσκοπον ὀφθαλμόν. τίς γὰρ, φησὶν, φείδεται ῥημάτων, καὶ διὰ τῆς σιωπῆς καλύψαι δύναται ἀπὸ σοῦ τὰ τῆς ψυχῆς ἀπόρρητα, ἅτε μὴ * ἐκλαλούμενα;

* *ἴσ.* ſuppl. *ἐπίσταται.*
* *γρ.* ἐκλαλούμενα;

Quis autem annunciabit mihi quæ non novi, magna & mirabilia quæ neſcivi?

Τίς δὲ ἀναγγελεῖ μοι ἃ οὐκ ᾔδειν, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ἃ οὐκ ἐπιστάμην;

ID eſt, Præter te nemo; qui cauſam etiam cur Diabolus me adortus eſt, ejúſque impudentiam mihi manifeſtâſti, ac providentiæ tuæ (qua me amplecteris) pleniore notitiâ me imbuiſti ac colluſtrâſti; hæc enim ea erant quæ ignorabam.

ΑΝτὶ τοῦ, οὐδεὶς πλὴν σοῦ, τοῦ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς κατ' ἐμοῦ * ὑποθέσεως φανερώσαντός μοι, καὶ τὴν ἀναίδειαν τοῦ ἐναντίου, ἔτι γε μὴν καὶ τὴν κατὰ τὴν σὴν θείας οἰκονομίας πλείονά μοι τὴν γνῶσιν ἐμφανίσαντος· ταῦτα γὰρ ἦν ἃ οὐκ ἠπιστάμην.

* *ἴσ.* ἐπιθέσεως.

Αντίων

Ἄκουσον δέ μου, Κύριε, ἵνα κἀγὼ λαλήσω· ἐρωτήσω δέ σε, σὺ δέ με δίδαξον.

Verùm audi me, Domine, ut & ego loquar; interrogabo autem te, & tu doce me.

ΑΞιον ζητῆσαι ἐνταῦθα, πῶς ἐρωτήσειν ἐπαγγειλάμενος, οὔτε ἐπηρώτησε τὸν Θεὸν, οὔτε τινὰ ἀπόκρισιν ἐδέξατο, ἀλλὰ μηδὲν μήτε πυθόμενος, μήτε ἀκούσας, κατέπαυσε τὸν λόγον; Φαίνεταί μοι τοιγαροῦν τοιοῦτόν τινα νοῦν ἔχειν τὰ προκείμενα· ἐπειδὴ, φησὶν, ἐδίδαξάς με ἃ οὐκ ἠπιστάμην, εἰσάκουσόν μου, Κύριε· καὶ ἐάν τι τῶν ἠγνοημένων μαθεῖν βουλόμενος, ἐρωτήσω σε, διδάσκειν με καταξίωσον, ἵνα δυνηθῶ κἀγὼ λαλῆσαι, καὶ ἑτέροις γενέσθαι τῶν ἀγνοουμένων διδάσκαλος· ἢ τάχα, καὶ τὰ ἐπαγόμενα ἐρωτήσεως λόγον ἐπέχουσιν.

QUærere hoc loco operæ pretium eſt, qui factum ſit, ut qui interrogaturum ſe promiſerat, neque Deum interrogaverit, neque reſponſum ullum retulerit; ſed, neque ſciſcitatus, neque ſermonem ullum audiens, finem loquendi fecerit? Mihi igitur horum verborum hic ſenſus eſſe videtur; Quandoquidem, inquit, Domine, quæ mihi incognita erant docuiſti me, aurem mihi præbeto; & ſi, avidus diſcendi ea quæ notitiam meam fugiunt, percontatus te quicquam fuero, docere me ne dedigneris; ut ego etiam ea enunciare, & incognita alios docere poſſim. Vel fortè quæ ſubjunguntur, interrogationem in ſe continent.

Ἀκοὴν μὲν ὠτὸς ἤκουόν σου τὸ πρότερον, νυνὶ δὲ ὁ ὀφθαλμός μου ἑώρακέ σε.

Auditu enim auris audivi te anteà, nunc autem oculus meus vidit te.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Οἱ δὲ λοιποὶ, Ἤκουόν σε, νῦν δὲ ὀφθαλμός μου ἑώρακέ σε· οὐκ ἐπειδὴ ὀφθαλμοῖς εἶδεν, ἀλλ' ἐπειδὴ σαφέστερον ἤκουσε. πλείονα, φησὶν, προσείληφα τὴν περὶ σοῦ γνῶσιν, ὅσον ὀφθαλμοὶ πλέον ἀκοῆς ἔχουσιν. ἴσως δὲ τοῦτο λέγει διὰ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον· ἀμυδρῶς γὰρ αὐτὸ τὸ πρότερον πληροφορούμενος, τὴν τελειοτέραν νῦν περὶ αὐτοῦ προσείληφε γνῶσιν, διὰ τῆς ἐλλάμψεως τοῦ παναγίου Πνεύματος.

EJUSDEM. Reliqui verò, *Audivi te, nunc verò oculus meus te vidit*; Non quia oculis viderit, ſed quoniam luculentiùs audierit. Tantò, inquit, pleniorem tui notitiam aſſequutus ſum, quantò oculorum quàm aurium major eſt cognitio. Fortaſſe autem propter incarnationis myſterium hoc dicit: cùm enim antea obſcurè tantùm de illo certior factus fuiſſet, nunc pefectiorem ejus notitiam ſacroſancti Spiritûs illuminatione adeptus eſt.

Διὸ ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, καὶ ἐτάκην· ἥγημαι δὲ ἐμαυτὸν γῆν καὶ σποδόν.

Quamobrem ſprevi meipſum, & extabui: putavi autem me terram & cinerem.

ΔΙὰ τοῦτο, φησὶ, κατέγνων ἐμαυτοῦ, ὡς οἰηθέντος εἰδέναι τι· νῦν γὰρ μαθὼν τὰ ὑπὲρ ἐμὲ, καὶ τὴν εὐτέλειαν τῆς ἐμῆς φύσεως τὸ μικροπρεπὲς κατενόησα.

PRopterea, inquit, meipſum condemnavi, quòd ſcire me aliquid arbitratus fuerim: nunc enim quæ ſupra me ſunt addiſcens, ſimul etiam naturæ meæ tenuitatem ac vilitatem intellexi.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ταῦτα ἀπολογία

CHRYSOST. Superiorum omnium excuſa-

excuſationem hic habes; Jobus enim cùm hæc loqueretur, à tentatione liber non erat, ſed calamitatibus oppreſſus palinodiam cecinit; Meipſum, inquit, nihili æſtimo; quæ ſuprà à me dicta ſunt, excuſari cupio; non indignus enim eram qui has ærumnas paterer. Quid igitur Deus? Poſtquam ſeipſum condemnâſſet, tunc illum juſtum pronunciavit. Conſidera autem, quemadmodum viri ſancti, cùm ampliori honore dignantur, majore humilitate præditi ſint: ſic enim Abraham, cùm Dominum vidiſſet,
Gen.18.27. dixit, *Ego ſum terra & cinis.*

Nunc autem ſumite ſeptem vitulos & ſeptem arietes, & ite ad famulum meum Job, & faciet victimam pro vobis.

PRo *Victima*, Aquila & Theodotio, *Holocauſtum*; Symmachus verò, *Oblationem*, reddidit. Numerus ſeptenarius in Scripturis in pretio eſt, & perfectus cenſetur: perfectas itaque hoſtias offerre jubentur, utpote qui gravia peccata admiſiſſent. Jobum autem imperat ut ſacerdotis munere fungatur, & oblationes offerat; Tanta enim, inquit, ejus juſtitia eſt, ut pro aliis etiam intercedere poſſet: ante Legem autem, viri ſancti pro ſeipſis ſacrificia offerebant, ut Abel, Noë, Abraham.

CHRYSOST. Si Lex promulgata tum fuiſſet, non hoc præcepiſſet Deus. Amicis autem victimas afferentibus, Jobus ſacerdos fit; & qui pro liberis obtulit, pro amicis etiam offert. Vides quemadmodũ virtutis ejus teſtes eos efficiat, dum animum ejus injuriarum immemorem fuiſſe oſtendat; ac oblationis apparatu & magnitudine, peccati gravitatem ob oculos ponat; tot enim victimis opus non fuiſſet, ſi peccata quæ remittenda erant, gravia non exſtitiſſent. Sed & victimam inidoneam fuiſſe declarat; *Nam niſi propter ipſum*, inquit, peccati veniam vobis non conceſſiſſem; ex quo etiam liquet, peccati vinculis illos ſolutos fuiſſe.

Et Job famulus meus precabitur pro vobis; quoniam non niſi faciem ejus accipiam. [Alii autem, *ſuſcipiam.*] *Nam niſi propter ipſum, perdidiſſem utique vos: non enim loquuti eſtis verum contra famulum meum Job.*

OLYMP. Papæ honoris excellentiam, quem Deus Sanctis largitur! illis

δὲ αὐτὸν καταδικάσαντες, οὐκ ἀληθῆ εἰρήκατε.

Νῦν δὲ λάβετε ἑπτὰ μόσχους, καὶ ἑπτὰ κριοὺς, καὶ πορεύθητε πρὸς τὸν θεράποντά μου Ἰὼβ, καὶ ποιήσει κάρπωσιν ὑπὲρ ὑμῶν.

ΑΝτὶ τοῦ, κάρπωσιν, Ἀκύλας μὲν καὶ Θεοδοτίων, ὁλοκαύτωσιν, Σύμμαχος δὲ, ἀναφορὰν, ἐξέδωκεν. ὁ ἑπτὰ παρὰ τῇ γραφῇ τίμιος καὶ τέλειος ἀριθμός· τέλεια τοιγαροῦν θύματα κελεύονται προσφέρειν, ὡς μεγάλα ἐξημαρτηκότες. αὐτὸν δὲ τὸν Ἰὼβ ἱερέα κελεύει γενέσθαι, καὶ τὰς ὁλοκαρπώσεις ἀναφέρειν· οὕτω γὰρ, φησὶν, δίκαιος, ὡς καὶ ὑπὲρ ἑτέρων πρεσβεύειν· πρὸ μέντοι τοῦ νόμου οἱ ἅγιοι δι᾽ ἑαυτῶν τὰς θυσίας προσέφερον, ὡς Ἄβελ, Νῶε, Ἀβραάμ.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Οὐκ ἂν τοῦτο προσέταξεν, εἰ νόμος ἦν· ἀλλ᾽ αὐτὸς ἱερεὺς γίνεται, ἐκείνων προσαγόντων τὰς θυσίας· καὶ ὅρα, προσενήνεγκεν ὑπὲρ τῶν παίδων, προσφέρει ὑπὲρ τῶν φίλων. ὁρᾷς πῶς τὸ ἀμνησίκακον αὐτοῦ δεικνὺς, μάρτυρας αὐτοὺς ποιεῖ γενέσθαι τῆς ἀρετῆς τοῦ ἀνδρός· καὶ δείκνυσι τῆς ἁμαρτίας τὸ μέγεθος, καὶ διὰ τῆς ὑπερβολῆς τῆς κατὰ τὴν προσφοράν· οὐ γὰρ ἂν τοσούτων ἐδέησεν ἱερείων, μὴ μεγάλων ὄντων τῶν ὀφειλόντων λυθῆναι ἁμαρτημάτων. ἐμφαίνει δὲ, ὅτι οὐδὲ θυσία ἱκανὴ ἦν· εἰ μὴ γὰρ, φησὶ, δι᾽ αὐτὸν, οὐκ ἂν εἴασα τὴν ἁμαρτίαν ὑμῖν. διὰ τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι καὶ αὐτοὺς ἔλυσεν.

Ἰὼβ δὲ ὁ θεράπων μου εὔξεται περὶ ὑμῶν, ὅτι εἰ μὴ πρόσωπον αὐτοῦ λήψομαι. [οἱ δὲ ἄλλοι, παραδέξομαι.] εἰ μὴ γὰρ δι᾽ αὐτὸν, ἀπώλεσα ἂν ὑμᾶς· οὐ γὰρ ἐλαλήσατε ἀληθὲς κατὰ τοῦ θεράποντός μου Ἰώβ.

ΟΛΥΜΠ. Βαβαὶ τιμῆς ὑπερβολὴν ἣν τοῖς ἁγίοις ὁ Κύριος ἀπονέμει·

νέμει. θανάτου μὲν γὰρ ἔνοχον ἀποφαίνει, τὸ τῶν δικαίων καταλαλεῖν· καὶ τὴν θανατηφόρον δὲ τιμωρίαν συγχωρεῖ, τιμῇ τῇ πρὸς αὐτόν. ὅρα δὲ, ὅτι καίτοι ζήλῳ λέγοντες, ἠλέγχοντο, μηδὲν ἀληθὲς εἰπόντες· μᾶλλον δὲ οὐκ ἔλεγον ζήλῳ τῷ κατὰ Θεὸν, ἢ γὰρ ἂν συνεγνώσθησαν· ὥστε δικαίως αὐτοὺς ὁ Ἰὼβ ἐνεκάλει. ἐκ τούτου μανθάνομεν, ὅτι ὁ κατηγορῶν τῶν δικαίων, οὐ μετρίως ἁμαρτάνει· καὶ ὅτι χρὴ παρ' αὐτῶν ἐκείνων συγγνώμην αἰτεῖσθαι, εἰς οὓς ἁμαρτάνομεν.

enim obſtrepere & obloqui, mortem mereri oſtendit; & propter honorem quo illos proſequitur, lethali ſupplicio veniam concedit. Obſerva autem, quòd licèt zelo moti loquuti fuerint, nihil tamen veri protuliſſe, reprehendantur: immo verò divino zelo nequaquam ſtimulabantur; tum enim certè delicti veniam impetrâſſent, Jobus itaque jure merito illos accuſaverat. Hinc diſcimus, quòd non leviter peccet qui juſtos accuſat; & quòd delicti venia ab eis contra quos deliquimus, petenda ſit.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ. τριακοστοῦ πρώτου.

ΟΛΥΜΠ. Ἤρξατο μὲν ἀφ' οὗ ὁ Θεὸς ἐχρημάτισε πρὸς τὸν δίκαιον, τὰ ἔπαθλα αὐτῷ δίδοσθαι. αὐτὸ γὰρ τὸ καταξιωθῆναι θείας ὁμιλίας, καὶ διδασκαλίας, καὶ μαρτυρίας, πρῶτον ἐδέξατο στέφανον· νῦν βραβεῖα δέχεται δεύτερα, * τὸ ὑπὲρ τῶν φίλων εὔχεσθαι, καὶ τῶν ἀγώνων δέχεσθαι γέρας, τὴν αὐτῶν συγχώρησιν· ζημία γὰρ ἦν τῷ Ἰὼβ, εἰ οἱ πρὸς παραμυθίαν ἐλθόντες αὐτοῦ φίλοι τιμωρίαν ὑπέστησαν θανάτου. * ὄντως ἱκανὴ τιμὴ καὶ περιφανὴς, τὸ εὐχῇ δυσωπῆσαι Θεὸν ἐφ' ᾧ λῦσαι τὴν ἁμαρτίαν, πάντως εἰπόντος τοῦ δικαίου, Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην.

* ἐν. τῷ.
* χ. ὅπως.

PROTHEORIA CAPITIS triceſimi-primi.

OLYMP. Statim poſt Juſti cum Deo colloquium, victoriæ illi inſignia deferri cœperunt. Simul enim ut divino alloquio, inſtitutione, & teſtimonio dignus eſt habitus, primam coronam adeptus eſt: nunc, eò quòd pro amicis intercedat, & pro certaminum præmio veniam & remiſſionem illis impetret, ſecundam victoriæ adoream reportat; damnum enim Jobo fuiſſet, ſi amici qui conſolationis causâ ad eum acceſſerant, mortis ſupplicium luiſſent. Amplus certè honor & dignitas fuit, ſtatim ut dixiſſet Juſtus, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum, precibus eum Deum placâſſe, & peccati remiſſionem impetrâſſe.

Ἐπορεύθη δὲ Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμανίτης, καὶ Βαλδὰδ ὁ Σαυχίτης, καὶ Σωφὰρ ὁ Μιναῖος, καὶ ἐποίησαν καθὼς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Κύριος· καὶ ἔλυσε τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῖς διὰ Ἰώβ. [ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ προσήκατο ὁ Θεὸς τὸ πρόσωπον Ἰώβ.] ὁ δὲ Κύριος ηὔξησε τὸν Ἰὼβ·

Ivit autem Eliphaz Thæmanites, & Baldad Sauchites, & Sophar Minæus, & fecerunt ſicut præcepit eis Dominus: & ſolvit peccatum eis propter Job. [Symmachus, *Et ſuſcepit Deus faciem Job.*] *Dominus autem auxit Job: & cùm ille*

ille precatus etiam eſſet pro amicis ſuis, dimiſit eis peccatum.

διεξαμένου δὲ αὐτοῦ καὶ περὶ τῶν φίλων αὐτοῦ, ἀφῆκεν αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν.

OLYMP. Pro ſanis & divitibus, depoſitâ omni injuriarum memoriâ, ulceroſus, inops, & abjectus preces fundebat. Quare ſi hodie pauperem & valetudinarium pro aliis orantem, & preces ejus effectum ſortiri viderimus, locupletem Dei gratiam admiremur, neque in ejuſmodi malis conſtituti, moleſtè feramus; Dei enim larga & copioſa beneficentia ad nos etiam fortaſſe pertinget.

ΟΛΥΜΠ. Ὁ ἡλκωμένος, ὁ πένης, ὁ ἀπερριμμένος, ὑπὲρ τῶν ὑγιαινόντων καὶ πλουσίων ἀμνησικάκως ηὔχετο. ὥστε καὶ νῦν ἐὰν ἴδωμεν ἄνθρωπον πένητα καὶ νοσοῦντα ὑπὲρ ἑτέρων εὐχόμενον, καὶ τὴν εὐχὴν εἰς ἔργον περιχωροῦσαν, τὴν πλουσίαν τοῦ Θεοῦ θαυμάσωμεν τὴν χάριν, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς ὁμοίοις γινόμενοι, μὴ δυσχεραίνωμεν· ἴσως καὶ εἰς ἡμᾶς ἡ ἄφθονος τοῦ Θεοῦ φοιτήσει δωρεά.

Dedit autem Dominus dupla quæcunque erant antea Job in duplicationem.

Ἔδωκε δὲ ὁ Κύριος διπλᾶ ὅσα ἦν ἔμπροσθεν Ἰὼβ εἰς διπλασιασμόν.

CHRYSOST. Paſſus eſt Deus Diabolum vires ſuas omnes exercere; cúmque ſagittis pharetram omnem exhauſiſſet, nullúſque invadendi modus reliquus ampliùs eſſet, tunc, ut victoria illuſtris & indubitata foret, athletam ex arena extulit.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἀφῆκε τὸν διάβολον ὁ Θεὸς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐπιδείξασθαι· καὶ ὅτε ἐκένωσε τὰ βέλη πάντα, καὶ οὐδεὶς ἐπιβολῆς ὑπελίπετο τρόπος, τότε ἐνεβίβασεν ἐκ τοῦ σκάμματος τὸν ἀθλητήν, ἵνα λαμπρὰ καὶ ἀναμφισβήτητος ἡ νίκη γένηται.

BASILII. Cùm duo ſint tentationum genera, (hi enim egeſtate, alii verò divitiis exercentur) magnus Jobus, invictus athleta, prioris exemplum exſtitit, qui cùm omnem Diaboli violentiam, tanquam torrentis impetum, corde inconcuſſo, & conſtanti animo excepiſſet, tantò majorem & illuſtriorem tentationes eum reddiderunt, quantò certamina ab adverſario propoſita, majora, & magis ineluctabilia videbantur.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Διπλῶν ὄντων τῶν εἰδῶν τῶν πειρασμῶν· γυμνάζονται γὰρ οἱ μὲν διὰ πενίας, οἱ δὲ διὰ πλούτου· παράδειγμα τοῦ προτέρου εἴδους ὁ μέγας Ἰὼβ, ὁ ἀκαταγώνιστος ἀθλητής, ὃς πᾶσαν τοῦ διαβόλου τὴν βίαν, ὥσπερ χειμάρρου φοράν, ἀσείστῳ καρδίᾳ, καὶ λογισμοῖς ἀτρέπτοις ὑποδεξάμενος, τοσούτῳ μείζων ἐκ τῶν πειρασμῶν ἀνεφάνη, ὅσῳ μεγάλα αὐτῷ καὶ δυσέκλυτα ἐδόκει τὰ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ προβεβλῆσθαι παλαίσματα.

ORIG. Qui igitur tentationem omnem ſubiit, pro patientiæ ſuæ præmio, reſpectu priorum dupla omnia ſortitus eſt: (Deus verò præmia non tantùm duplò, ſed centuplò etiam ampliora largitur) non verò prioribus duplò majora accepiſſet, ſi animi virtute & fortitudine duplam non oſtendiſſet.

ΩΡΙΓΕΝ. Ὁ μὲν οὖν πάντα πειρασμὸν ὑπέχων, λαμβάνει τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ γέρας, πάντα διπλᾶ παρὰ τὰ πρότερα· ὁ δὲ Κύριος ἆθλα δίδωσιν, οὐχὶ διπλασίονα μόνον, ἀλλ' ἑκατονταπλασίονα· οὐκ ἂν δὲ διπλάσια τῶν προτέρων ἔλαβεν, εἰ μὴ διπλασίονα τὴν ἀρετὴν ἐπεδείξατο.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ Τριακοστοῦ δευτέρου.

ΟΛΥΜΠ. Ὥσπερ ἐν τῷ πειρασμῷ τοσαύτη τις αὐτῷ γέγονεν ἐγκατάλειψις, ὡς καὶ τὴν βασιλίδα τὴν αὐτοῦ γυναῖκα θητεύειν ἐπὶ μισθῷ· οὕτω τῆς θείας ἐπιφοιτησάσης χάριτος, πάντα λοιπὸν εὐοδοῦται τῷ ἁγίῳ· συντρέχουσι πρὸς αὐτὸν συγγενεῖς, φίλοι δωροφοροῦσιν, ἑστιῶνται, καὶ πάντα αὐτῷ λοιπὸν ὑπῆρχε θυμηδίας ἀνάμεστα. τεκμήριον δὲ τῆς μεταβολῆς, ὅτι τὸν ὑπὸ Θεοῦ τιμηθέντα, * καθάπερ ὑπὸ βασιλέως τιμῶν εἰώθασιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ πάντα αὐτῷ μετεβέβλητο, καὶ διπλᾶ ἦν.

*ἴσ. suppl. τιμῶν.

PROTHEORIA CAPITIS Triceſimi-ſecundi.

OLYMPIODORI. Sicut in tentatione, tanta Jobi derelictio fuit, ut conjux ejus quæ Regina erat, mercede conducta inſervierit: ita poſtea, divinâ ſuperveniente gratiâ, ſancto omnia proſperè ſuccedunt; cognati certatim ad eum concurrunt, amici dona offerunt, conviviis accipiunt, & cuncta deinceps gaudii & lætitiæ plena erant. Mutati autem rerum ſtatûs certum indicium erat, quòd honorem illi detulerint, quem Deus honoraverat, (ſicut homines facere iis ſolent, quos Reges honorant) & quòd omnia illi in melius converſa & geminata fuerint. Cap. 2. 9.

Ἤκουσαν δὲ πάντες οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ, πάντα τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ, καὶ ἦλθον πρὸς αὐτὸν, καὶ πάντες ὅσοι ᾔδεισαν αὐτὸν ἐκ πρώτου.

Audierunt autem omnes fratres ejus & ſorores ejus, quæcunque acciderant ei, & venerunt ad eum, & omnes quicunque noverant eum à principio.

Ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφάς, πάντας τοὺς συγγενεῖς εἴωθεν ἡ θεία προσαγορεύειν γραφή. τὸ δὲ, ἤκουσαν τὰ περὶ Ἰὼβ συμβεβηκότα, εἴρηται, οὐχ ὅτι ἠγνόουν τὰ τῆς συμφορᾶς, ἀλλ' ὅτι ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον ἔλεγε τά τε τοῦ πειρασμοῦ, τά τε τῆς θείας ἐπισκέψεως· καὶ ἡδὺ πᾶσι καὶ ἐπωφελὲς διήγημα τὰ κατὰ τὸν Ἰὼβ ἐτύγχανε. τάχα δὲ καὶ ἀσπλαγχνίαν τῶν συγγενῶν ὁ λόγος αἰνίττεται ἐν προσωπείῳ φιλίας καὶ συγγενείας· οἵγε ἀτυχοῦντι μὲν ἐπὶ μακρὸν οὐ παρῆσαν· ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τὸ φαιδρότερον τὰ πράγματα μετεβέβλητο, τότε καὶ ἀκοῦσαι ἔδοξαν * τὰ πρότερα, καὶ συναισθησόμενοι παρεγένοντο.

*ἴσ. πρότερον.

COgnatos omnes & affines, fratrum & ſororum nomine appellare, Scripturæ ſacræ ſolenne eſt. Illud autem, *Audierunt quæ Jobo acciderant*, non quòd eorum quæ ei acciderant ignari eſſent, dictum eſt, ſed quia unuſquiſque ad vicinum de tentatione & divinâ viſitatione ſermonem habuerit; & jucunda ſimul & utilis narratio eorum quæ Jobo contigerant, omnibus exſtiterit. Fortè etiam cognatorum immiſericordia ſub amicitiæ & affinitatis larva, his verbis innuitur; qui quidem, cùm in adverſa fortuna eſſet, longo tempore non aderant; poſtquam verò in ſplendidiorem ſtatum res ejus mutatæ ſunt, tunc primùm audiviſſe viſi ſunt, & ut participes gaudii ejus eſſent, ad eum acceſſerant.

Comedentes autem & bibentes apud eum, conſolati ſunt eum, & mirati ſunt ſuper omnibus quæ induxit ſuper eum Dominus.

Φαγόντες δὲ καὶ πιόντες παρ' αὐτῷ, παρεκάλεσαν αὐτόν· καὶ ἐθαύμασαν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐπήγαγεν ἐπ' αὐτῷ Κύριος.

SYmmachus, *De omni malitia*; afflictionem, & tentationum immiſſionem, malitiæ nomine intelligens: & ſanè, talia paſſum eſſe, & cum ærumnis ejuſmodi colluctatum fuiſſe, cùm juſtus fuerit, res admiratione digna erat. Injuriarum immemor, & charitate plenus Jobus, adventantes blandè accipit, munera quæ attulerunt non repudiat, nec paſſus eſt quod plerique ſolent, nec accedentibus dixit, Quandoquidem morbo laborantem me non inviſiſtis, neque opem mihi tuliſtis, neque ego nunc vos in ſocietatem admitto, neque donis veſtris indigeo: ſed, ac ſi nihil ab iis paſſus fuiſſet, ſimul advenientes comiter ſuſcepit, unà convivatus eſt, & in hoc non leviter ſe ſolatum eſſe exiſtimavit. Cùm enim Dei gratiâ factum eſſet, ut ad eum ſimul concurrerent, divinum beneficium non reſpuit, ſed blandè ac comiter omnes eſt amplexus; quandoquidem deceſſor etiam ejus, magnus Abrahamus, Pharaonis dona, quæ divino munere ſibi conceſſa eſſe arbitrabatur, non recuſaverat.

Gen. 12. 16.

ὉΔὲ Σύμμαχος, περὶ πάσης τῆς κακίας· κακίαν δὲ αὐτὴν λέγων τὴν κάκωσιν, καὶ τὴν τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγήν· καὶ ἦν γὰρ ἀληθῶς θαύματος ἄξιον, ὅτι δίκαιος ὢν τοιαῦτα ὑπέστη, καὶ οὕτως ἐταλαιπωρήθη. ὁ ἀμνησίκακος καὶ ἀγαπητικὸς Ἰώβ, ἡδέως δέχεται τοὺς προσιόντας, καὶ οὐκ ἀποσείεται τὰ παρ' αὐτῶν προσενεχθέντα, οὐδὲ πεποίηκεν ὅπερ οἱ πολλοί, οὐδ' εἶπε τοῖς προσερχομένοις, ἐπεὶ παρὰ τὴν νόσον οὐκ ἐπεσκέψασθέ με, οὐδὲ ἐπεκουρήσατέ μοι, οὐδὲ ἐγὼ νῦν ὑμᾶς προσίεμαι, οὐδὲ τῶν παρ' ὑμῶν ἐπιδέομαι· ἀλλὰ καὶ ἡδέως ἐδέξατο τοὺς συνελθόντας, ὡς οὐδὲν πεπονθὼς παρ' αὐτῶν, καὶ συνευωχήθη, καὶ παράκλησιν τὸ πρᾶγμα νενόμικεν. ἐπεὶ γὰρ κατὰ Θεοῦ χάριν συνέτρεχον, οὐκ ἀπεσείσατο τὴν θείαν δωρεάν, ἀλλ' ἡδέως πάντας περιεπλέξατο· ἐπεὶ καὶ ὁ μέγας Ἀβραάμ, ὁ τούτου πρόγονος, τὰ δῶρα Φαραὼ προσεδέξατο, θείαν εἶναι δωρεὰν τὸ πρᾶγμα ἡγούμενος.

PROTHEORIA CAPITIS
Triceſimi-tertii.

OLYMPIODORI. Hinc divitiarum duplicationem numerare incipit, & bona corporis divinam eſſe benedictionem aſſerit: liberorum enim procreatio, & facultatum incrementum, priſci ſeculi hominibus, benedictionis loco promittebantur, prout etiam contrarium maledictio cenſebatur. Quandoquidem igitur Legem ætate antevertens, ad Legis ſimul & Evangelii normam vitam traduxerat, benedictionum qui-

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ ΚΕΦΑΛΑΙΟΥ
Τριακοστοῦ τρίτου.

ὈΛΥΜ. Ἐντεῦθεν προκαταριθμεῖται τῆς περιουσίας τὸν διπλασιασμόν, καὶ θείαν εὐλογίαν εἶναι λέγει τὰ σωματικὰ ἀγαθά· ἐπηγγέλλετο γὰρ τοῖς παλαιοτέροις εἰς εὐλογίας μοῖραν ἥ τε παιδογονία, καὶ ἡ τῶν ὑπαρχόντων αὔξησις, ὥσπερ καὶ τοὐναντίον εἰς κατάραν αὖθις κατελογίζετο. ἐπεὶ τοίνυν πρὸ νόμου τυγχάνων, νομίμως ὁμοῦ καὶ εὐαγγελικῶς ἐπολιτεύσατο, εἴληφε μὲν

τὰς

τὰς κατὰ νόμον εὐλογίας· ἀπόκειται δὲ αὐτῷ καὶ τὰ τοῖς ἁγίοις ἐπηγγελμένα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ὅσα ὑπὲρ λόγον καὶ ἀνθρωπίνην ἔννοιαν. ἀπὸ δὲ, τοῦ, γέγραπται δὲ, αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνίστησιν, ἕως τέλους, φασὶ μέν τινες, μὴ εἶναι τῆς ἱερᾶς γραφῆς, ἀλλὰ παραγεγράφθαι τῷ βιβλίῳ τὰ ῥήματα· ἡμεῖς δὲ ἐν πᾶσι τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀντιγράφοις οὕτως εὑρηκότες γεγραμμένην τὴν βίβλον, πάντα τὰ ἐγγεγραμμένα οὕτω δεχόμεθα ὡς παρὰ τῶν πατέρων παρειλήφαμεν.

dem legalium particeps eſt factus; reſervantur autem illi, quæ ſanctis in futuro ſeculo promiſſa ſunt, & quæ rationem ac cogitationem humanam ſuperant. Ab eo verò loco, *Scriptum autem eſt, ipſum rurſus reſurrecturum cum quibus reſuſcitat Dominus*, dicunt nonnulli, verba quæ ad finem ſequuntur, non eſſe ſacræ Scripturæ, ſed libro huic aſſuta & adſcripta: nos verò, cùm in omnibus Græcis exemplaribus librum ſic ſcriptum invenerimus, ita omnia quæ in eo ſcripta ſunt recipimus, prout à patribus nobis tradita ſunt.

Ἔδωκε δὲ αὐτῷ ἕκαστος ἀμνάδα μίαν, καὶ τετράδραχμον χρυσοῦ καὶ ἀσήμου.

Dedit autem ei unuſquiſque agnum unum, & tetradrachmum auri & non ſignati.

Τὰς μὲν ἀμνάδας φέρουσιν, ὡς ἐπ' εὐωχίαν ἴσως παραγινόμενοι, τὸ δὲ τετράδραχμον τοῦ χρυσίου, πρὸς τιμὴν τοῦ Ἰὼβ, ὅπερ ἐστὶ νόμισμα ἕν· οὕτω γὰρ καὶ ἕτερος τῶν ἑρμηνευτῶν ἐξέδωκεν· Ἀκύλας δὲ καὶ Θεοδοτίων, ἐνώτιον χρυσοῦν· ἐπίρρινον δὲ, Σύμμαχος. ἄσημον δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἀτύπωτον σταθμὸν καὶ ἀχαρακτήριστον.

Tanquam convivium celebraturi, agnos fortaſſe adferunt; honoris autem cauſâ, auri tetradrachmum, quod numiſmatis genus eſt; ſic enim Interpres alius reddidit: Aquila verò & Theodotio, *Inaurem auream*; & Symmachus, *Narium ornamentum*. *Non ſignatum* verò, pro pondere non formato, & characterem non habente.

Ὁ δὲ Κύριος εὐλόγησε τὰ ἔσχατα
*κ. ἢ. Ἰὼβ * καὶ τὰ ἔμπροσθεν.

Et benedixit Dominus noviſſima Job præ iis quæ antea.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Τὰ μὲν πρότερον, οὐκ ἆθλα ἀρετῆς ἐδέδοτο τῷ Ἰὼβ, ἀλλ' ἵνα ἐν αὐτοῖς ἐγυμνασθῇ, καὶ ἦν ὁ πλοῦτος αὐτῷ τῶν ἀγωνισμάτων ὑπόθεσις. ἐπεὶ δὲ ἠγωνίσατο, καὶ διδάσκαλος ἅπασι γέγονεν, ὅπως προσήκει τῷ πλούτῳ χρήσασθαι, εἶτα καὶ ἀφαιρεθεὶς τῶν ὑπαρχόντων, ἐν τοῖς τῆς πενίας νομίμως ἠγωνίσατο σκάμμασι, γέρα τῆς ἀρετῆς τὸν διπλασιασμὸν τῶν ὑπαρχόντων ὁ μέγας ἀγωνοθέτης αὐτῷ δίδωσι.

OLYMP. Quæ priùs Jobus poſſederat, non tanquam virtutis præmia ei conceſſa ſunt, ſed ut in iis exerceretur; & certaminum cauſa ac materies, divitiæ illi factæ ſunt. Poſtquam autem certamine contendiſſet, & qua ratione divitiis utendum eſſet, magiſter omnibus extitiſſet, ac deinde etiam fortunis omnibus nudatus, paupertatis certamen legitimè decertâſſet; pro virtutis & fortitudinis præmio, bonorum duplicationem magnus agonotheta ei largitur.

Ἦν δὲ τὰ κτήνη αὐτοῦ, πρόβατα μύρια τετρακισχίλια, κάμηλοι ἑξακισχίλιαι, ζεύγη βοῶν

Et fuerunt pecora ejus, oves decies & quatuor mille, cameli ſexies mille, juga boum mille, aſinæ

fœminæ paſcuales mille. Et naſcuntur ei filii ſeptem, & filiæ tres.

DUplicata quidem ſunt pecora ratione carentia, quia penitus interierant; liberi verò pares numero prioribus fuerunt, quoniam mortē oppetentes non exſtinguebantur: quare viventibus iis qui priùs è vita exceſſerant, & aliis in illorum locum ſuccedentibus, liberos etiam duplicatos receperat.

BASILII. Quid inde conſequutum eſt? Morbus qui temerè eum invaſerat, ſubitò profligatus eſt, cùm nihil amplius præſtare poſſet, novâ pubertate indutâ caro ejus reviruit, rebus omnibus vita rurſus effloruit, & duplicatæ divitiæ undique in domum confluxerunt; ut hoc quidem tanquam nihil amiſiſſet Juſtus haberet, illud verò patientiæ & fortitudinis præmium exiſteret. Quamobrem verò equos, mulos, camelos, oves, & quæ ad agriculturam pertinent, omnémque divitiarum luxum, duplicatum receperat, liberi autem pari numero defunctis repullulaverant? Quia pecora rationis expertia, & facultates omnes interitum paſſæ, penitus deletæ & conſumptæ ſunt; liberi verò, licèt mortem obiiſſent, præſtantiſſimâ tamen naturæ ſuæ parte viverent. Quare cùm filiis aliis & filiabus à Deo creatore rurſus ornatus fuerit, hanc etiam cum reliquis poſſeſſionem geminatam conſequutus eſt: hi enim ſuperſtites, ſobolis propagatione vitam ejus jucundam reddebant; illi verò præeuntes, parentem præſtolabantur, tunc omnes Jobum circumſtituri, cùm humanæ vitæ judex Eccleſiam univerſam in unum coëgerit: cùm tuba, Regis adventûs nuncia, ſonitu vehementiore inſonans, corporum depoſita è ſepulchris repetierit; tunc illi etiam qui nunc mortui videntur, viventibus citiùs rerum omnium opificem circūſtabunt. Atq; ob hanc cauſam arbitror fuiſſe, quòd cùm divitias & facultates reliquas duplas ei emenſus fuerit, liberis pari numero cōtentum eum eſſe æquum cenſuerit.

χίλιαι, ὄνοι θήλειαι νομάδες χίλιαι. γεννῶνται δὲ αὐτῷ υἱοὶ ἑπτὰ, καὶ θυγατέρες τρεῖς.

ΤΑ μὲν γὰρ τῶν ἀλόγων, ὡς ἀπολομένων, διπλᾶ δίδοται· οἱ δὲ παῖδες τοῖς προτέροις ἰσάριθμοι, ἐπεὶ οἱ τεθνηκότες οὐκ ἀπώλοντο· ὥστε καὶ αὐτοὺς διπλοῦς ἀπέλαβε, ζώντων μὲν τῶν προαπελθόντων, τῶν δὲ δευτέρων ἐπιγινομένων.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τί οὖν ἐντεῦθεν συνέβαινεν; ἔφυγεν αὐτῆς ἡ νόσος, αὐτὸν ὡς εἰκῇ προσελθοῦσα, καὶ μηδὲν ἀνύσασα πλέον· ἀνέθαλεν εἰς δευτέραν ἥβην ἡ σάρξ, ἐνήνθησεν ὁ βίος πάλιν τοῖς ἅπασι, καὶ διπλασίων ἐπὶ τὸν οἶκον ἁπανταχόθεν ὁ πλοῦτος συνέρρευσεν· ἵνα τὸ μὲν ὡς μηδὲν ἀπολωλεκὼς ἔχῃ, τὸ δὲ ὑπάρξῃ τῆς καρτερίας τῷ δικαίῳ μισθός. διατί δὲ ἵππους μὲν, καὶ ἡμιόνους, καὶ καμήλους, καὶ πρόβατα, καὶ γεώργια, καὶ πᾶσαν τὴν τῆς περιουσίας τρυφὴν, ἐκ τοῦ διπλασίονος ὑπεδέξατο, ὁ τῶν παίδων δὲ ἀριθμὸς ἴσος τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐβλάστησεν; ὅτι τὰ μὲν ἄλογα κτήνη, καὶ πᾶς ὁ πλοῦτος διαφθειρόμενος, εἰς τελείαν ἦλθεν ἀπώλειαν· οἱ παῖδες δὲ καὶ τεθνεῶτες ἔζων τῷ καλλίστῳ μέρει τῆς φύσεως. κοσμηθεὶς οὖν αὖθις ἑτέροις υἱοῖς καὶ θυγατράσιν ὑπὸ τοῦ κτίσαντος, καὶ τοῦτο εἶχε κτῆμα διπλοῦν. οἱ μὲν γὰρ περιόντες, τὴν ἐν τῷ βίῳ τοῖς γεννήμασιν εὐφροσύνην παρέχοντες, οἱ δὲ προοδεύσαντες, ἀνέμενον τὸν φυτεύσαντα, τότε πάντες περιστησόμενοι τὸν Ἰώβ, ὅταν ὁ κριτὴς τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς συναγάγῃ τὴν ἐκκλησίαν τὴν πάνδημον· ὅταν ἡ σάλπιγξ, ἡ τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιδημίαν σημαίνουσα, τοῖς τάφοις σφοδρότερον ἐμβοήσασα τὴν τῶν σωμάτων ἀπαιτήσῃ παρακαταθήκην· τότε καὶ οἱ νῦν εἶναι δοκοῦντες νεκροὶ, θᾶττον τῶν ζώντων περιστήσονται τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν. διὰ τοῦτο, οἶμαι, διπλοῦν τὸν ἄλλον πλοῦτον ἐπιμετρήσας αὐτῷ, τοῖς παισὶν ἀρκεῖσθαι τοῖς ἴσοις αὐτὸν ἐδικαίωσεν.

Καὶ

Καὶ ἐκάλεσε τὴν μὲν πρώτην, Ἡμέραν· τὴν δὲ δευτέραν, Κασίαν· τὴν δὲ τρίτην, Ἀμαλθείας κέρας.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Ἔοικεν ὁ μακάριος Ἰὼβ, εἰς ἔνδειξιν τῶν θεόθεν αὐτῷ δοθέντων ἀγαθῶν, ταῖς θυγατράσι τεθεικέναι τὰς προσηγορίας. διὸ τὴν πρώτην, Ἡμέραν ἐκάλεσεν, ὡς ἀπό τινος βαθείας νυκτὸς τῶν περιστοιχισαμένων αὐτὸν δεινῶν, ἡμέρας αὐτῷ φωτεινῆς ἐπιλαμψάσης, τῆς θεόθεν αὐτῷ δοθείσης εὐημερίας· τὴν δὲ δευτέραν, Κασίαν, ὡς ἤδη λοιπὸν ἐν εὐωδίᾳ τινὶ καὶ ἀπολαύσει τῶν ἀγαθῶν γενόμενος· τὴν δὲ τρίτην, Ἀμαλθείας κέρας, ὡς ἅπασι λοιπὸν πανταχόθεν τοῖς ἀγαθοῖς περιρρεόμενος· Ἀμαλθείας γὰρ κέρας οἱ παλαιοὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀφθονίαν ἐκάλουν. μυθολογοῦσι γὰρ, ὅτι Ῥέα τεκοῦσα τὸν Δία, ἔδωκεν Ἀμαλθείᾳ τρέφειν, ἡ δὲ αἰγὶ αὐτὸν ὑπέβαλεν· ὁ τοίνυν Ζεὺς τὴν μὲν αἶγα κατηστέρισε· τὸ δὲ ἕτερον τῶν κεράτων αὐτῆς ἀφελὼν, παρέσχε τῇ Ἀμαλθείᾳ, παρασκευάσας γίνεσθαι αὐτῇ διὰ τοῦ κέρατος ὃ ἂν αἰτήσῃ. οὐχ ὡς περὶ κερασφόρου γυναικὸς τῆς Ἀμαλθείας, εἴρηται κέρας Ἀμαλθείας, ἀλλ' ὅτι αὕτη αἰγὸς ἐκόμιζε * κέρας, ἀφ' οὗ ἔρρει οἶνος, μέλι, καὶ γάλα, καὶ ὃ ἄν τις ἐπεζήτει, ὡς ὁ μῦθος βούλεται. ἄλλοι δὲ πιθανώτερον φασι περὶ τῆς Ἀμαλθείας, αἰγὸς οὕτω καλουμένης, ὅτι τὴν γῆν αὕτη ἀνορύττουσα τῷ κέρατι, θησαυρὸν ἀποκεκρυμμένον ἐξεκάλυψεν, ὁ δὲ αἰπόλος πλούσιος εὐθὺς ἐκ πένητος ἀνεφάνη· καὶ οὕτω τὸ Ἀμαλθείας τὸ κέρας, εἰς παράστασιν εὐδαιμονίας παρείληπται. πλὴν κἂν τοῦ κέρως τοῦδε ἡ γραφὴ μνημονεύῃ, κἂν Σειρήνων, κἂν κοιλάδος Τιτάνων, κἂν Γιγάντων, οὐκ ἐπεί-

* γρ. νέκτ.

Et primam quidem vocavit, Diem; & ſecundam, Caſiam; & tertiam, cornu Amaltheæ.

OLYMPIODORI. Videtur beatus Jobus filiabus ſuis nomina indidiſſe, ut bona ſibi à Deo conceſſa mundo patefaceret. Idcirco, primam quidem, *Diem* vocavit, quia proſperitate divinitus reddità, tanquam ex profundâ circumvallantium ærumnarum nocte emerſo, dies illi clara & candida eluceſceret: ſecundam, *Caſiam*, quia cum bonorum fruitione, gratâ quadam jam odoris ſuavitate perfunderetur: tertiam autem, *Amaltheæ cornu*, quòd in bonorum omnium affluentia reliquum ætatis tranſigeret; veteres enim bonorum abundantiam, Amaltheæ cornu appellârunt. Rheam enim, Jovem filium enixam, Amaltheæ nutriendum tradidiſſe, illámque capræ illum lactandum ſuppoſuiſſe, fabulantur; unde Jupiter capram in aſtrorum numerum retulit, Amaltheam autem altero ejus cornu adempto, ut quicquid deſideraret inde illi miniſtraretur, donavit. Dictum igitur eſt Amaltheæ cornu, non quòd Amalthea cornua fronte geſſerit, ſed quòd capræ cornu acceperit, ex quo (ut in fabula eſt) vinum, mel, & lac, & quicquid demum optare quis poſſet, proflueret. Alii verò de Amalthea, caprâ ſic dictâ, hiſtoriam magis probabilem narrant, quòd cornu, ſcilicet, terram effodiens, theſaurum abſconditum detexerit, & paſtor repente ex paupere dives evaſerit; atque ita deinceps ad felicem rerum ſtatum indicandum, cornu Amaltheæ vulgari phraſi uſurpatum fuiſſe. Licèt autem hujus cornu, Sirenum, vallis Titanum, & Gigantum Scriptura mentionem faciat, non ſtatim

que Jobi fortitudo, trium pulchrarum filiarum inſtar, in divitiis, in paupertate, & priſtini ſtatûs redintegratione eluxit. Vel ſi ſpiritualem aliquem ſenſum hujus loci contemplatione elicere licet; Cùm divini verbi Lucifer in cordibus noſtris exoritur, dies nobis illuceſcit; cùm progreſſus in eo facimus, Chriſti bonus odor evadimus: cùm verò incrementum capientes ad perfectionem pervenimus, tum demum copioſo ſpiritualium donorum proventu cumulamur. Si verò ſenſus aliquis myſticus magis reconditus in verbis latet; eruendum illis relinquimus qui ingenii acumine altiùs penetrare valent.

φελῆ ποριζόμενοι. πρῶται μὲν τοῦ καὶ αἱ τοῦ Ἰὼβ ἀριστεῖαι, οἷαί τινες ὡραῖαι θυγατέρες, ἐν πλούτῳ, ἐν πενίᾳ, καὶ ἐν ἀνακτήσει. εἰ δὲ δεῖ τι καὶ πνευματικὸν ἐν τῷ τόπῳ θεωρῆσαι· ὅταν μὲν ὁ φωσφόρος τοῦ Κυρίου λόγος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἀνατείλῃ, ἡμέρα ἡμῖν ἐπιλάμπει· προκόπτοντες δὲ, Χριστοῦ εὐωδία γινόμεθα· αὐξανομένοις δὲ, καὶ εἰς τελείωσιν ἐρχομένοις, τότε καὶ ἡ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἡμῖν ἀφθονία προσγίνεται. εἰ δὲ καὶ τινα μυστικώτερον λόγον ἔχουσι τὰ γεγραμμένα, τοῖς διαβατικωτέροις ἐξετάζειν καταλιμπάνομεν.

Et non ſunt inventæ juxta filias Job meliores eis in ea quæ ſub cœlo.

Καὶ οὐχ εὑρέθησαν κατὰ τὰς θυγατέρας Ἰὼβ βελτίους αὐτῶν ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν.

QUi Legem menti inſculptam gerebat, antequam Legem audiviſſet, promiſſiones omnes legales conſequutus eſt; Legem enim adimplevit, licèt neminem ejus magiſtrum habuerit. Præter reliquam ejus felicitatem, filiæ etiam ejus vultu formoſæ erant, ut earum aſpectu priſtinæ calamitatis memoria ex animo ejus penitus deleri poſſet. Felicitas enim parentum eſt, liberos præſtanti formâ poſſidere: & Scriptura quidem pulchritudinem Saræ, Joſephi, & Davidis deprædicat. Conſidera autem mecum animi etiam pulchritudinem; ita ut illud, *Meliores*, non tantùm de corpore, ſed animâ etiam intelligendum ſit. Ad ſenſum autem; In divitiis ante tentationes, in mediis certaminibus, & finitis tentationibus, triplex (ut ſuprà dictum eſt) Jobi fortitudo apparuit, cui in ſua uſque tempora ſub cœlo ſimilis non eſt reperta. Salvâ enim manente hiſtoriâ, ſermone autem ad tria tempora ſignificanda traducto, in quibus præclara virtutis ſpecimina ediderat, quia tribus illis vicibus fortiter & ſtrenuè dimicaverit, tres pulchras filias habuiſſe dicitur.

ΠΑσας εἴληφε τὰς κατὰ νόμον ἐπαγγελίας ὁ τὸν νόμον γραπτὸν ἐν τῇ διανοίᾳ περιφέρων πρὶν ἀκοῦσαι νόμου· ἦν γὰρ νόμου πληρωτὴς, εἰ καὶ μὴ μαθητής. πρὸς γοῦν τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ, καὶ αἱ θυγατέρες αὐτοῦ καλαὶ τὴν ὄψιν ἦσαν, ἵνα τῇ θέᾳ τούτων παντάπασιν ἡ τοῦ πάθους μνήμη ἀπαλειφθῇ. καὶ τοῦτο δὲ πατέρων εὐδαιμονία, τὸ τέκνα κεκτῆσθαι εὐπρόσωπα· καὶ γὰρ καὶ τῆς Σάῤῥας ἐπαινεῖ τὴν ὄψιν γραφὴ, καὶ τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ τοῦ Δαβίδ. νόει μοι δὲ τὸ κάλλος καὶ κατὰ ψυχὴν, ὥστε τὸ, βελτίους, ἐπὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἐκλαμβάνεσθαι. πρὸς δὲ διάνοιαν· τρεῖς τινές, ὡς εἴρηται, ἀριστεῖαι τοῦ δικαίου γεγόνασι, καθ' ἃς μέχρι τῶν καιρῶν ἐκείνων οὐχ εὑρέθησαν ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν. ἡ πρὸ τῶν πειρασμῶν ἐν τῷ πλούτῳ, ἡ ἐν αὐτοῖς μέσοις τοῖς ἀγωνίσμασιν, ἡ μετὰ τοὺς πειρασμούς. ἐν γὰρ τοῖς τρισὶ τούτοις καιροῖς ἄριστα ἀγωνισάμενος, τρεῖς ὡραίας ἐσχηκέναι λέγεται θυγατέρας, μενούσης μὲν καὶ τῆς ἱστορίας, ἀναγομένου δὲ τοῦ λόγου καὶ ἐπὶ τοὺς τρεῖς καιροὺς καθ' οὓς τὰ γνωρίσματα περιφανῆ ἀρετῆς προσενήνοχε.

Εἴωκε

Ἔδωκε δὲ αὐταῖς ὁ πατὴρ κληρονομίαν ἐν τοῖς ἀδελφοῖς.

Τουτέστιν, ἅμα τοῖς ἀδελφοῖς· ἵνα εἴπῃ, ὅτι πᾶσι τοῖς παισὶν ἐξ ἰσοτιμίας τὰ ὄντα ἐκληροδότησεν.

Ἔζησε δὲ Ἰὼβ μετὰ τὴν πληγὴν ἔτη ἑκατὸν ἑβδομήκοντα. τὰ δὲ πάντα ἔτη ἔζησε διακόσια * τεσσαράκοντα.

* γρ. πεντήκοντα ὀκτώ. & ſic in Ms. Theclæ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἔοικεν ὁ μέγας Ἰὼβ ἐφ᾽ ὅλοις ἑπτὰ ἔτεσιν ὑπομεῖναι τὴν πληγήν· ἅπερ, οἶμαι, οὐ συναριθμεῖται, ὡς μὴ καταλεγόμενα τῇ ζωῇ τοῦ δικαίου, διὰ τὸ ἐκ τοῦ πάθους οἱονεὶ νεκρῶσαι. Εἰ γὰρ πάντα διπλᾶ μετὰ τὴν πεῖραν λαμβάνει, δῆλον ὅτι καὶ τὰ ἔτη. ἔζησε δὲ, φησὶ, μετὰ τὴν πληγὴν ἔτη ἑκατὸν ἑβδομήκοντα· ὧν τὸ ἥμισυ, ὀγδοήκοντα πέντε, τὸ δὲ πᾶν, διακόσια πεντήκοντα πέντε, ἐξ ὧν ἑπτὰ ὑπεξῃρήσθω, ἵνα μυστικῶς τὸν ἐν τῇ πληγῇ χρόνον νοήσωμεν.

Καὶ εἶδεν Ἰὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν αὐτοῦ, τετάρτην γενεάν.

Διὰ μὲν τοῦ, Εἶδε, τὸ ἐράσμιον καὶ ἐπιπόθητον τῆς τοῦ δικαίου γονῆς ἡ γραφὴ παρέστησε· διὰ δὲ τῆς τετάρτης γενεᾶς, τὸ πολυχρόνιον αὐτοῦ τῆς ζωῆς ἐδήλωσεν.

Καὶ ἐτελεύτησεν Ἰὼβ πρεσβύτερος, καὶ πλήρης ἡμερῶν.

Ἐσφράγισεν αὐτῷ τὸν ἔπαινον ἡ θεία φωνὴ, πρεσβύτερον ὀνομάσασα, καὶ

Dedit autem eis pater hæreditatem inter fratres.

IDeſt, Unà cum fratribus; ac ſi diceret, Liberos ſuos omnes ex æquo bonorum hæredes conſtituit.

Et vixit Job poſt plagam annos centum ſeptuaginta: omnes autem annos vixit ducentos quadraginta octo.

EJUSDEM. Videtur magnus Jobus per ſeptem integros annos plagam pertuliſſe; qui quidem, ut arbitror, in numero annorum juſti viri ideo non cenſentur, quia ærumnarum paſſio mortem referebat. Si enim poſt tentationem duplicia omnia ſortitus eſt, annos etiam duplò auctiores fuiſſe dubium non eſt: vixit verò poſt plagam, ut inquit, annos centum ſeptuaginta; quorum pars altera, octuaginta quinque, ſumma autem univerſa, ducenti quinquaginta quinque, de quibus ſeptem detrahantur, ut myſticè tempus quo ærumnas perpeſſus eſt, intelligamus.

Et vidit Job filios ſuos, & filios filiorum ſuorum, quartam generationem.

PEr vocem illam, *Vidit*, Scriptura Juſti ſobolem amabilem & deſiderabilem fuiſſe, ob oculos poſuit: per *quartam* verò *generationem*, vitæ ejus longinquitatem oſtendit.

Et mortuus eſt Job ſenior, & plenus dierum.

LAudem ei divina vox obſignat, in eo quòd *ſeniorem eum* & *plenum dierum*

tum eſſet, *Senior & plenus dierum*; Theodotionem autem ibidem deſinere, ubi Septuaginta Interpretes concludunt.

Scriptum autem eſt, ipſum rurſus reſurrecturum cum quibus reſuſcitat Dominus.

OLYMP. Ideſt, In die ultimo, aut crucifixionis tempore. *Rurſus* autem additur, ut præter illam quæ è calamitatibus fuit, reſurrectio alia intelligatur. Reſurget verò cum Noë & Daniele, cum quibus apud Ezechielem unà numeratur.

Eze. 14. 14.

Hic in interpretatione redditur ex libro Syriaco.

HEbræorum dialectum hoc loco Syriacam vocat, quia Syrorum lingua proximè ad eam accedat, & viginti duabus literis Hebræi & Syri pariter utantur. Judæam etiam Syriam, & Palæſtinos plerique Syros appellant; prout Herodotus, Judæos innuens, ſcribit, Circumciduntur autem Indi, Ægyptii, Arabes, & Syri qui Palæſtinam incolunt.

In terra quidem Auſitide habitans, in finibus Idumææ & Arabiæ; & erat ei nomen Jobab.

HInc apparet, terram Auſitidem in confinio Idumææ & Arabiæ ſitam eſſe; juſtum autem Jobum gente Idumæum, & nomen Jobab ei primitus inditum fuiſſe. Sanctorum autem nomina in Scripturis mutata reperimus, ut Abrahami, Iſraëlis, Petri, & Pauli: ita ut nominis Jobi mutatio, virtutis ejus manifeſtum indicium ſit.

Cùm autem accepiſſet uxorem Arabiſſam, generat filium cui nomen Ennon.

QUoniam antiquæ appellationis Jobi mentionem fecerat, rectè etiam con-

συνεπέρανεν τὸ βιβλίον, ὡς δὴ τῷ Ἑβραϊκῷ ἀκολουθοῦντες· ὁ δὲ Θεοδοτίων συμπεραίνει τοῖς Ἑβδομήκοντα.

Γέγραπται δὲ, αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι μεθ᾽ ὧν ὁ Κύριος ἀνίστησιν.

ΟΛΥΜΠ. Ἤτοι ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, ἢ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ. τὸ δὲ, πάλιν, προσέκειται ἀντὶ τοῦ, μετὰ τὴν ἐκ τοῦ πάθους ἀνάστασιν. ἀναστήσεται δὲ μετὰ Νῶε καὶ Δανιὴλ, οἷς καὶ συναριθμεῖται παρὰ τῷ Ἰεζεκιήλ.

Οὗτος ἑρμηνεύεται ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου.

Συριακὴν νῦν τὴν Ἑβραίων διάλεκτον καλεῖ, διὰ τὸ γειτνιάζειν * τοσούτῳ τῇ τῶν Σύρων, καὶ εἰκοσιδύο στοιχεῖα ἔχειν, καθάπερ οἱ Ἑβραῖοι. καὶ Συρίαν δὲ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ Σύρους οἱ πολλοὶ τοὺς Παλαιστίνους ὀνομάζουσιν, ὡς * Ἡρόδοτος λέγει, περιτέμνονται δὲ Ἰνδοὶ, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Ἄραβες, καὶ οἱ ἐν Παλαιστίνῃ Σύροι, τοὺς Ἰουδαίους λέγων.

* ἴσ. ταύτῃ τῇ.

*Herod. l. 2. Κόλχοι. Αἰγύπτιοι, καὶ Αἰθίοπες περιτέμνονται ἀπ᾽ ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα· Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ καὶ αὐτοὶ ὁμολογέουσι παρὰ Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι.

Ἐν μὲν γῇ κατοικῶν τῇ Αὐσίτιδι, ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας· προϋπῆρχε δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωβάβ.

Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι ἡ Αὐσίτις γῆ ἐν μεθορίῳ κεῖται τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας· καὶ ὅτι Ἰδουμαῖος ἦν ὁ δίκαιος· προϋπῆρχε δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωβάβ. τὰς μετονομασίας ἐπὶ τῶν ἁγίων εὑρίσκομεν γινομένας, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ, τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ Πέτρου, καὶ τοῦ * Σαύλου· ὥστε σημεῖον καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Ἰὼβ ἀρετῆς, ἡ τοῦ ὀνόματος μετάθεσις.

* ἴσ. Παύλου.

Λαβὼν δὲ γυναῖκα Ἀράβισσαν, γεννᾷ υἱὸν ᾧ ὄνομα Ἐννών.

Ἐπειδὴ τῆς παλαιᾶς τοῦ Ἰὼβ ὀνομασίας ἐμνήσθη, καλῶς καὶ τῆς αὐτοῦ

γυναικὸς

γυναικὸς ἐμνημόνευσε τῆς Ἀραβίσσης, ἐξ ἧς γέγονεν αὐτῷ ὁ Ἐννών, εἴτε εἰς τῶν προτέρων παίδων, εἴτε καὶ τῶν δευτέρων. καὶ εἰ μέν τις λέγει τὴν προτέραν τεθνηκέναι, καὶ μὴ ἀπολαῦσαι τῶν ἀγαθῶν, φαμὲν ὅτι τοῦτο συνέβη διὰ τὸ εἰρηκέναι τῷ Ἰώβ, εἰπόν τι ῥῆμα εἰς Κύριον, καὶ τελεύτα. εἰ δὲ αὕτη ἐστὶν ἡ περιοῦσα, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσασα, λέγομεν, ὅτι διὰ τὸ σωφρονεστέραν αὐτὴν γενέσθαι διὰ τῆς ἐπιτιμήσεως τοῦ δικαίου, καὶ μὴ ἀντειπεῖν πρὸς τὴν συμβουλήν, δέδοται αὐτῇ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις· πλὴν οὐκ ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα λεπτολογεῖν.

ΣΕΒΗΡ. Τάχα δὲ οὐκ ἦν εἰκὸς οὐδὲ δίκαιον, ἐκείνην μετασχεῖν τῶν ἀγαθῶν, τὴν ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἄθλων ὀλιγωρήσασαν, καὶ κατενεγκεῖν ἐκ τῆς ὑψηλοτάτης κορυφῆς τῆς καρτερίας πειραθεῖσαν τὸν ἀθλητήν.

jugis ejus Arabiſſæ meminit, ex qua Ennonem ſuſceperat, ſive is inter primos, ſive inter ſecundos liberos cenſendus ſit. Si verò contenderit quiſpiam, priorem conjugem diem obiiſſe, nec ſecundorum bonorum ejus participem fuiſſe; fatemur hoc illi eveniſſe, quia Jobo dixiſſet, *Dicito aliquod verbum in Dominum, & morere.* Sin autem eadem ſuperſtes, bonorum particeps facta eſt; quia reprehenſione mariti ſapientior evaſerat, nec conſilio ejus contradixerat, bonis etiam frui conceſſum ei fuiſſe dicimus: verùm non neceſſe eſt ut ſubtiliter de his diſſeramus. Cap. 2. 9.

SEVERI. Fortè etiam nec conſentaneum nec æquum erat, ut bonorum ea particeps eſſet, quæ certaminum tempore athletam neglexerat, & ex altiſſimo patientiæ & tolerantiæ faſtigio deturbare eum conabatur.

Ἦν δὲ αὐτὸς πατρὸς μὲν Ζαρὲ, ἐκ τῶν Ἡσαῦ υἱῶν υἱὸς, μητρὸς δὲ Βοσόρρας· ὥστε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ.

Erat autem ipſe ex patre quidem Zare, de filiis Eſau filius, matris autem Boſorræ; ita ut ipſe ſit quintus ab Abraham.

ΟΛΥΜΠ. Κεῖται ἡ γενεαλογία ἐν Παραλειπομένοις· ἀπὸ γὰρ Ἀβραὰμ ὁ Ἰσαάκ, ἐκ δὲ τούτου Ἡσαῦ, ἐξ οὗ Ῥαγουήλ, ἀπὸ δὲ τούτου Ζαρέ, ὁ τοῦ Ἰὼβ πατήρ· πέμπτος οὖν ἀπὸ Ἀβραὰμ ὁ Ἰώβ, μὴ συναριθμουμένου, δηλονότι, τοῦ Ἀβραάμ. ὅθεν καὶ λέγομεν αὐτὸν πρὸ νόμου τυγχάνειν· ὁ γὰρ Μωσῆς ἕκτος ἀπὸ Ἀβραὰμ εὑρίσκεται οὕτως, Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, Ἰακώβ, Λευί, Καάθ, Ἀμβρὰμ Μωσέως πατήρ.

ΙΟΥΛ. Ἔστι μέντοι Ζαρὲθ πόλις τῆς Ἰδουμαίας, καὶ Βοσὸρ τῆς Ἀραβίας, ἡ νῦν καλουμένη Βόστρα· ἐπώνυμοι δὲ αὗται τῶν γειναμένων τοῦ θεσπεσίου Ἰώβ.

OLYMP. In Paralipomenis exſtat genealogia: Ab Abrahamo enim Iſaacus originem traxit, ab illo verò Eſau, à quo Raguel, ab illo verò Zara, Jobi pater; quintus igitur ab Abrahamo eſt Jobus, non numerato, ſcilicet, Abrahamo. Unde etiam ante Legem eum exſtitiſſe dicimus: Moyſes enim ab Abrahamo ſextus in hunc modum deprehenditur, Abrahamus, Iſaacus, Jacob, Levi, Caath, Ambram pater Moyſis. Paral. 1. 1. Exod. 6.

JULIANI. Eſt quidem Zareth urbs Idumææ, & Boſor Arabiæ, quæ hodie Boſtra vocatur: à divini autem Jobi parentibus nomina illis impoſita ſunt.

Digitized by Google

tuiſſe. Si enim adhuc in hodiernum diem reliquiæ ejus monſtrantur, quantò magis rebus recenter tunc geſtis oſtendebantur, & magnitudo & celebritas eorum quæ evenerant, omnibus qui Arabiam incolebant perſpecta erat?

ἔτι καὶ νῦν δείκνυται τὰ λείψανα, πολλῷ μᾶλλον τότε ἐδείχθη ἄν, νεαρῶν ὄντων τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ μέγεθος τῶν συμβεβηκότων * καὶ οἱ ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἅπαντες ἂν ἐγνώκασιν. *ἴσ. δῆλοι

Et hi ſunt Reges qui regnaverunt in Edom, cujus etiam ipſe dominatus eſt.

Καὶ οὗτοι οἱ βασιλεῖς οἱ βασιλεύσαντες ἐν Ἐδὼμ, ἧς καὶ αὐτὸς ἦρξε χώρας.

OLYMP. Hæc autem in libris Paralipomenων invenies; ita ut cùm de
Cap. 29. 25. ſeipſo dicat, *Eram in medio eorum ſicut Rex in accinctis*, dictum ſit illud, vel quia præ regno, virtutis causâ honor illi tanquam Regi delatus fuerit; vel quia illud, *ſicut*, non ad ſimilitudinem, ſed ad rem ipſam exprimendam uſurpatum fuerit, quia Rex reverà eſſet.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Οὕτω πάλιν ἐν Παραλειπομένοις εὑρήσεις· ὥστε ὅταν λέγῃ περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ἤμην ἐν μέσῳ αὐτῶν ὡς βασιλεὺς ἐν μονοζώνοις, ἢ ὅτι καὶ περὶ τῆς βασιλείας διὰ τὴν ἀρετὴν ὡς βασιλεὺς ἐτιμᾶτο· ἢ τὸ, ὡς, οὐχ ὁμοιωματικῶς εἴρηται, ἀλλ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ὅτι βασιλεὺς ἐτύγχανεν.

Primus Balac filius Beor, & nomen civitatis ejus Dennaba.

Πρῶτος Βαλὰκ ὁ τοῦ Βεὼρ, καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Δενναβά.

SUccedens quidem Balaco in regnum, non ejus impietatem, ſed Abrahami fidem eſt imitatus. Ubi obſervare te oportet, hunc non eſſe Balacum qui in Beelphegor ad fornicandũ Iſraëlem impulerat; ille enim,
Num. 22. 2. prout in libro Numerorum invenies, filius Sepphor vocatus eſt; hic verò filius Beor,
Gen. 36. 32. prout in Geneſi habetur; & ille quidem Moab, hic verò Edom Rex erat.

Διαδεξάμενος δὴ τὸν Βαλὰκ εἰς τὴν βασιλείαν, οὐκ ἐζήλωσεν αὐτὸν τῆς ἀσεβείας, ἀλλὰ τὸν Ἀβραὰμ τῆς πίστεως. καὶ σημείωσαι, ὅτι οὐκ ἔστι οὗτος ὁ Βαλὰκ ὁ ἐκπορνεύσας τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῷ Βεελφεγώρ· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ τοῦ Σεπφὼρ εἴρηται, ὡς ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς εὑρήσεις· οὗτος δὲ ὁ τοῦ Βεὼρ, ὡς καὶ ἐν τῇ Γενέσει κεῖται· καὶ ἐκεῖνος μὲν τῆς Μωὰβ βασιλεὺς, οὗτος δὲ τῆς Ἐδώμ.

Poſt Balac autem, Jobab qui vocatur Job: poſt hunc autem, Aſom qui erat dux ex regione Thæmanitide: poſt hunc autem, Adad filius Barad, qui excidit Madiam in campo Moab; & nomen civitatis ejus Gethæm.

Μετὰ δὲ Βαλὰκ, Ἰωβὰβ ὁ καλούμενος Ἰώβ· μετὰ δὲ τοῦτον, Ἀσὼμ ὁ ὑπάρχων ἡγεμὼν ἐκ τῆς Θαιμανίτιδος χώρας· μετὰ δὲ τοῦτον, Ἀδὰδ υἱὸς Βαρὰδ, ὁ ἐκκόψας Μαδιὰμ ἐν τῷ πεδίῳ Μωὰβ· καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Γεθαίμ.

PRincipes, regiones, & illorum ac urbium nomina, cum rebus ab eis geſtis, ad majorem perſonarum evidentiam narrat. Gethæm autem Phœnicum urbs eſt.

ΛΕγει τοὺς ἡγεμόνας, καὶ χώρας, καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν, καὶ τὰς πράξεις, πρὸς σαφεστέραν τῶν προσώπων παράστασιν· ἡ δὲ Γεθαὶμ πόλις ἐστὶν Φοινίκων.

Oi

Οἱ δὲ ἐλθόντες πρὸς αὐτὸν φίλοι, Ελιφὰζ τῶν Ησαῦ υἱῶν, Θαιμανῶν βασιλεὺς, [ὁ δὲ Θεοδοτίων, υἱὸς, ἐξέδωκεν, Ιωσαφάτ.] Βαλδὰδ ὁ Σαυχαίων τύραννος, [πάλιν ὁ Θεοδοτίων, υἱὸς Αμμὼν τοῦ Χωβόρ.] Σωφὰρ ὁ Μιναίων βασιλεύς.

Amici autem qui ad eum venerunt, Eliphaz de filiis Eſau Thæmanorum Rex, [Theodotio autem, *Filius Ioſaphat*, reddidit.] *Baldad Tyrannus Sauchæorum,* [Theodotio addit, *Filius Ammon, filii Chobor.*] *Sophar Rex Minæorum.*

ΕΥΑΓ. Τοῦ Ελιφὰζ ἦν υἱὸς Σωφὰρ, καὶ Αμαλὴκ, ἐκ παλλακίδος αὐτοῦ γεννηθείς· ὁ οὖν Ελιφὰζ καὶ ὁ Σωφὰρ γεγόνασι μαθηταὶ τοῦ Ιακὼβ, ὁ δὲ Αμαλὴκ τοῦ Ησαῦ.

EVAGRII. Eliphazi filius fuit Sophar, & Amalec, quem pellex ei peperit. Eliphaz autem & Sophar diſcipuli fuerunt Jacob, Amalec autem Eſau.

ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Καλῶς δὲ πάλιν τῶν φίλων ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος, μονονουχὶ λέγων, ὅτι ἐπὶ τῶν περιφανῶν τούτων καὶ ἀπαραγράπτων προσώπων γέγονε τὰ κατὰ τὸν Ιώβ· ἐπὶ γὰρ δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, φησὶν ἡ θεία γραφή. Φαίνεται δὲ ὁ Ελιοὺς μὴ συμπαραγενόμενος εἰς τὴν ἐπίσκεψιν Ιὼβ μετὰ τῶν τριῶν φίλων, ἀλλ' ἐκ τοῦ περιτυχόντος παρεῖναι, καὶ εὑρεῖν τὸν μὲν Ιὼβ ἐν τῷ πάθει συνεχόμενον, τοὺς δὲ τρεῖς φίλους παρακαθημένους αὐτῷ, καὶ διαλεγομένους, καὶ διὰ τὴν τοῦ πάθους ὑπερβολὴν συγκαθεσθῆναι αὐτοῖς, ἐπακροώμενος αὐτῶν, καὶ λοιπὸν ἐπαπορησάντων τῶν φίλων * αὐτὸν διαλέξεως ἀντέχεσθαι ὕστερον· οἷα δὴ συμβαίνει, διαλέξεως γινομένης, ἵστασθαι τοὺς παριόντας, καὶ ἀκούειν τῶν λεγομένων, καί τινας ἑαυτῶν λόγους ἐπεισαγαγόντας ἀντέχεσθαι τῆς διαλέξεως. Τάχα δὲ, οἱ μὲν φίλοι διὰ συμπάθειαν, ὁ δὲ Ελιοὺς διὰ θέαν παραγέγονεν· ὅθεν οὐδὲ ἐμνημόνευσεν ἡ γραφὴ τῆς αὐτοῦ ἀφίξεως. ἑρμηνεύεται δὲ Ελιοὺς, Θεὸς ἀκούων, ἤ, υἱὸς

* Ἰσ. αὐτὸς.

OLYMP. Rectè autem denuo in hoc tractatu amicorum mentio fit, ac ſi diceretur, Sub illuſtribus his & incorruptis perſonis, quæ Jobus paſſus eſt, evenerunt ; *In duobus enim vel tribus teſtibus,* Deut. 19. 15 (ut author eſt divina Scriptura) *ſtabit omne verbum.* Apparet autem, Elium cum tribus amicis Jobum inviſendi causâ minimè acceſſiſſe, ſed fortuitò adveniſſe, & Jobum quidem cum ærumnis conflictantem, tres autem amicos juxtà aſſidentes, & cum illo diſſerentes offendiſſe, ac primò quidem calamitatis magnitudine commotum, ut quæ ab eis dicerentur audiret, unà cum eis aſſediſſe, poſtea verò hæſitantibus amicis, ſermonem in ſe ſuſcepiſſe ; accidit enim plerunq;, colloquio inter aliquos orto, ut prætereuntes ſubſiſtant, & ea quæ dicuntur audiant, ac nonnulli ex eis verba ingerentes, diſſerentis partes ſubeant. Fortaſſe etiam amici affectûs & commiſerationis causâ, Elius verò viſendi ergô acceſſerat ; unde factum eſt ut Scriptura ejus adventum reticeat. Elius autem per interpretationem eſt, *Deus audiens*, vel, *Filius*

Digitized by Google

mune hoc nobis accidit cum omnibus aliis ferè qui commentarios in hunc librum ſcripſerunt.

CHRYSOST. Quiſquis igitur librum hunc legerit, athletam hunc ſtrenuum, tanquam exemplar archetypum intuens, fortitudinem ejus imitetur, patientiam æmuletur, ut viam eandem inſiſtens, & fortiter contra omnes Diaboli machinas dimicans, bonis quæ diligentibus Deum promiſſa ſunt, potiri mereatur: adverſa etiam quæ beatus paſſus eſt, malorum noſtrorum medicamenta ſint; & difficilis hujus ac periculoſa jactatio, calamitatum noſtrarũ portus. In ſingulis quæ nobis eveniunt, Sanctus animis noſtris obverſetur; cúmque unum corpus totius mundi mala pertuliſſe viderimus, in eis quæ ſigillatim nos prement, fortiter nos geramus; & ad librum hunc, tanquam ad matrem piam & indulgentem, manus ſuas undiquaque protendentem, & liberos metu & formidine perculſos ſinu foventem ac refocillantem, perpetuò recurramus; ac licèt luctuoſiſſimis ac diuturniſſimis ærumnis urgeri nos contigerit, gratiâ Christi, Dei veri, plenum ſolatium inde percipientes, gaudio perfuſi abibimus; cui cum Patre & Spiritu Sancto, gloria ſit nunc & in ſecula ſeculorum. Amen.

πόνθαμεν, ἀλλὰ σχεδὸν μετὰ πάντων τῶν εἰς τὴν βίβλον ταύτην καταθεμένων ἐξήγησιν.

ΧΡΥΣΟΣΤ. Ἕκαστος δὲ τῶν ἀναγινωσκόντων, ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπόν τινα εἰκόνα ὁρῶν τὸν ἀθλητὴν τοῦτον τὸν γενναῖον, μιμείσθω τὴν ἀνδρείαν, ζηλούτω τὴν ὑπομονὴν, ἵνα τὴν αὐτὴν βαδίσας ὁδὸν, καὶ πρὸς ἁπάσας τοῦ διαβόλου τὰς μηχανὰς γενναίως παραταξάμενος, τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, ἐπιτυχεῖν δυνηθείη· καὶ γινέσθω τὰ τοῦ μακαρίου τούτου πάθη, φάρμακα τῶν ἡμετέρων κακῶν· καὶ τὸ χαλεπὸν τοῦτο κλυδώνιον, λιμὴν τῶν καθ' ἡμᾶς συμφορῶν. καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν λογιζώμεθα τὸν ἅγιον· καὶ ὁρῶντες ἓν σῶμα τὰ τῆς οἰκουμένης ὑποστὰν δεινὰ, γενναίως ἐπὶ τοῖς κατὰ μέρος διακειώμεθα· καὶ καθάπερ πρὸς μητέρα τινὰ φιλόστοργον, πανταχόθεν τὰς χεῖρας ἐκτείνουσαν, καὶ τὰ παιδία πεφοβημένα δεχομένην καὶ ἀνακτωμένην, οὕτω πρὸς τὴν βίβλον ταύτην ἀεὶ καταφεύγωμεν· κἂν οἴκτιστά τι καὶ μήκιστα ἡμῖν ἐπίῃ δεινὰ, ἱκανὴν πάντως λαβόντες τὴν παραμυθίαν, οὕτως ἀπελευσόμεθα χάριτι Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

FINIS.